


B^{ae}

M. del Collegio de S. Compo de Jesus de Granada
R. 1012


18. a 1.
- 12.



DIDACI ASTVNI-
CA EREMITAE AVGVSTI-



NIANI PHILOSOPHIÆ PRIMA
pars, qua perfectè & elegantè quatuor scientiæ Meta-
phyfica, Dialectica, Rhetorica, & Physica
declarantur.

AD CLEMENTEM OCTAVVM
Pontificem Maximum.



T O L E T I,


Apud Petrum Rodriguez typographum Regium.
M. D. XCVI.



B^{ac}

N^o del Collegio de la Comp^{añ}a de Jesus de Granada
R. 7012

A
B
51




18. a 1.


- 12 -

DIDACIA STVNI-
CA EREMITAE AVGVSTI-
NIANI PHILOSOPHIÆ PRIMA
pars, qua perfectè & eleganter quatuor scientiæ Meta-
physica, Dialectica, Rhetorica, & Physica
declarantur.

AD CLEMENTEM OCTAVVM
Pontificem Maximum.



TOLETI,
Apd Petrum Rodriguez typographum Regium.
M. D. XC VII,



HOs libros Patris Didaci à Stunica ordinis diui Augustini, qui inscribuntur prima pars philosophiæ de iussu supremi senatus Rectoris & Complutensis Academiæ fidei commissos vidimus, & qua potuimus diligentia perlegimus eiusdem Rectoris & Academiæ decreto nobis creditos, quos vtilissimos Reipublicæ iudicamus, obgrandem rerum sumam & copiam, naturæ operû eiusq; causarum & opificij rarum examen, ab omnique suspitionis labeliberos & alienos fatemur dignos typis mādari & cudij. Datis Compluti decimo octauo Kalendas Februarij, anno 1596.

El Doctor Andres Perez,

*Doctor Iuan
Garcia.*

Doctor de la Camara.

TRes Rhetoricæ libros authore F. Didaco de Stunica editos diligentes perscurri ex decreto Achademiæ Complutensis, cui supremus Regius Senatus eosdem probandos crediderat: in eis nihil Orthodoxæ fidei, aut probatis moribus aduersum offendi, sed potiùs eos omnibus perpolitæ dicendi rationi studiosos perutiles esse posse mihi visum est & ob eximiam methodû, & rerum, verborumque delectum dignos esse, qui typis mandentur, in cuius rei testimonium has meo nomine subscripsi. Datas in hoc florentissimo collegio D. Ildefonsi prima die februarij anno Domini 1569.

Doctor de la Camara.

Doctor Aluarns Villegas.

EL REY.



O R quanto por parte de vos fray Diego de Zuñiga, de la orden de san Augustin, nos fue hecha relacion que auia des compuesto vn libro, en que perfecta y acabadamente se declaraua quatro sciencias, las mas necessarias y pretendidas en la republica: que eran, Dialectica, Rethorica, Metaphysica, y Philosophia natural. Y por ser libro de tanto provecho para los estudios, con licencia que para ello teniades del padre Prouincial, que era la que nos presentastes, nos pedistes y suplicastes os diessemos licencia y facultad para imprimirlo, y priuilegio para que ninguno sin vuestro consentimiento le pudiesse imprimir, o como la nuestra merced fuesse. Lo qual visto por los del nuestro Consejo, por quanto en el dicho libro se hizieron las diligencias que por la pragmatika por nos hecha sobre la impresion de los libros dispone, fue acordado que de uiamos mandar dar esta nuestra cedula para vos en la dicha razon, y nos tuuimoslo por bien, por lo qual por os hazer bien y merced, os damos licencia y facultad para que vos, o la persona que vuestro poder ouiere, y no otra alguna, podays imprimir el dicho libro de quatro ciencias, de Dialectica, y Rethorica, y Metaphysica, y Philosophia natural, que de fuso haze mencion, en todos estos nuestros Reynos de Castilla por tiempo y espacio de diez años, que corren y se que ran desde el dia de la data desta nuestra cedula, fopena que la persona, o personas que sin tener vuestro poder lo imprimiere, o vendiere, o hiziere imprimir, o vender, pierda la impresion que hiziere, con los moldes y aparejos della, y mas incurran en pena de cinquenta mil marauedis cada vez que lo contrario hiziere: la qual dicha pena sea la tercia parte para la persona que lo acufare, y la otra tercia parte para nuestra Camara, y la otra tercia parte para el juez que lo sentenciare, con tanto que todas las vezes, que vuieredes de hazer imprimir el dicho libro, durante el tiempo de los dichos diez años, lo traygays al nuestro Consejo, juntamete con el original que en el fue visto, que va rubricado cada plana, y firmado al fin de Iuan Gallo de Andrada nuestro escriuano de camara, de los que residen en el nuestro Consejo, para que se vea si la dicha impresion esta conforme al original, o traygays fe en publica forma, como por corrector nombrado por nuestro mandado se vio y corrigio la dicha impresio por el original, y se imprimio conforme a el, y quedan impressas las erratas por el apuntadas para cada vn libro de los que anfi fueren impressos, para que se tasse el precio que por cada volumen ouieredes de auer. Mandamos al impressor que anfi imprimiere el dicho libro, no imprima el principio ni el primer pliego del, ni entregue mas de vn solo libro con el original al autor o persona a cuya costa se imprimiere, ni a otro alguno para efecto de la dicha correccion, y tassa, hasta que antes y primero el dicho libro estè corregido, y tassado por los del nuestro consejo, y estando hecho y no de otra manera pueda imprimir el dicho principio y primer pliego, y successiuamente ponga esta nuestra cedula, y aprouacion, tassa, y erratas, fo pena de caer e incurrir en las penas contenidas en las leyes y pragmatikas destos nuestros reynos. Y mandamos a los del nuestro consejo, y otras qualesquier justicias destos nuestros reynos, que guarden y cumplan esta nuestra cedula, y lo en ella contenido. Fecha en Baziamadrid a veynte y quatro dias del mes de Febrero, de mil y quinientos y nouenta y seys años.

YO EL REY.

Por mandado del Rey nuestro señor

Don Luys de Salazar.

CLEMENTI OCTAVO Pontifici Maximo.



*V*MMVM decus & ornamentum, immensam vtilitatem eruditio & rerum scientia Ecclesie semper catholica attulit. Non enim armis sicut alia regna & Respub. florentissima, sed literis, non copijs aut villo exercitus genere, sed concilijs & doctissimorum virorum cetu, hostes multitudine innumerabiles, immanitate barbaros superauit, & fines imperij sui toto orbe terrarum propagauit. Nec Christus eius imperator & institutor villo, vt sua firmaret praesidia, milites armauit, neq. se in regum & opulentissimorum hominum familiaritatem insinua uuit, aut eorum subsidium efflagitauit. Sed homines inopes simplicesq. egregie erudiuit, & eos sibi socios & comites adiunxit. Quo teterrimi & periculosissimi belli propulsandi, administrandi, sustinendi principatum tenerent. Eam deniq. Rempub. constituit, quae tota sapientia niteretur, sicut ipse est Dei sapientia. Et quia diuina ei sapientia ascribitur, Dei brachiū appellatur. Quo Dei infinita vis ex eius sapientia pendere significatur. Et ita sapientia & brachium Dei regnum id stabiliiuit, & inter populos potentissimos & efrenatissimos edificauit, quod vna modo sapientia munitum contra improborum audaciam consisteret. Quam obrem ipse noster Saluator per Dauidem de se dicit. Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, predicans praecceptum eius. Hoc est, eiusmodi regnum accepi, quod non est gladius, sed verbis, non lacertis, & viribus, sed doctrinis & sermonibus tractandum & administrandum. Quare dubium non est, quim docti atq. sapientes homines ere magis sint Ecclesie sacrosanta, licet humiles sint, pauperes & obscuri, quam diuites generosi, atq. praeclari: licet Reges sint terra, mariq. potentissimi. Nec dubitari etiam potest, quim magis doctrina & eruditione, quam copia & rerum abundantia quisquam Ecclesie prodesse possit. Non ergo Pont. Max. lumen mundi clarissimū, quamuis egens fortuna sim, has meas ad te literas, & munusculum, quod tibi concinnaui, & operam, quam polliceor, contemnes. Siquidem non ad aurum, & gemmas & ad alias diuitias, quibus abundas pertinet, sed ad literarum studia, quibus maxime delectaris, & de quibus vehementer imperiū, quod gubernas, gloriatur. Nam etsi multos grauissimos viros, literis & ingenio praestantes Ecclesia tulerit, qui libros innumerabiles ediderūt, non omnes eruditionis partes perfectae sunt, sed multa desunt, multa amplius coli, & melius componi desiderant. Etenim cum Hebraice Chaldaice, Graece, atque latine sacrosanta scriptura scripta sit, mangnamque his editionibus auctoritatem catholica nostra religio tribuerit, magnoque pondere sint apud omnes sanctos & insignes auctores. Haetenus nulla eius, vel minima pars ab villo interprete ita illustrata est, vt haec omnes editiones intelligerentur, & cum differre videntur, conciliarentur. Et officij praeccepta ad mores instituendos historicè deducerentur. Siquidem quaquam multi auctores comentarios in libros sacros ediderint, tamen alij linguarum peritia caruerūt, quod

non mediocre telum est, imo fortè maximum ad literas diuinas pro dignitate declarandas: & quod ab hæreticis in nos frequenter immittitur. Alij diuinū spiritum, quo erant suffusi graui quodam impetu sequentes, nostrique tarditatem ingenij despicientes, literalem difficiliorum locorum sensum prætermiserunt & allegorico sunt contenti. Alij barbara quadam ambitione inflati, inutilibus, puerilibusque questionibus, quæ interpretari volebant, confundunt. Alij ita Iudaicè, idest aridè, atque ieiunè verborum germanam sententiã consecantur, vt nullū ex eis sanguinem, nullum succum ad Christianos mores alendos, atque informandos expresse- rint. Itaque ipsi negligunt, quod Deo opt. max. in doctrina sacra nobis tradēda maxima cura fuit. Quod si Latina editio ita enodaretur, vt si quid noui Hebraica, Chaldaica, & Græca contineret exponeretur, tum germano & literali sensu locorum omnium planè dilucidè que explanando virtutis inde documenta ducerentur: omnia puto haberet Ecclesia, quæ postulat diuinorum oraculorum intelligentia. Cuiusmodi ego commentarios Regi nostro Catholico consecrurum pollicebar, si meum laborem & studium sibi placere significaret: cum viderem liberalitate & magnificētia eius Hebraicè, Chaldaicè, Græcè, atq; Latinè Biblia sacra esse excussa. Et vt cognosceretur quid valerem quantaque in hac re mea pars esset virilis. Sub eius nomine exierunt commentaria illa, quam dico, via confecta in eos libros, qui difficiliores habentur in Iob, & Zachariam. Quos antè nemo, vel Latinus, vel Hebræus, vel Græcus lite- raliter declarauerat. Tres præterea libros in omnes huius temporis Hæreticos, qui planum facerent, quantum totam Theologiam in primis necessariam percalluissē. Qui omnes quoniã circumferuntur, & in manibus habentur, vel per te, vel per eum, qui tibi placuerit, vt inspicias Pater sanctissime & benignissime postulo, & efflagito. Vniuersa etiã philosophia desidera- tur in omnes scientias, quas cōprehendit, vt ita distributa, vt vnicuiq; munus suum pensumq; detur. Et singula ita tractentur, vt cū nulla fines & terminos suos egrediatur, sed in suis se re- bus contineat, neq; in alienas intromittat. Tum vt discēte sermonis suauitate & orationis elegantia teneant, discēdique laborem leuent. Nullis autem verbis nulla oratione conse- qui possem, quàm utilis Ecclesiæ, & literarum studijs esset, qui hac via & ratione artes & disciplinas omnes persequeretur. Eò enim inuenta sunt, quò res confusas, atque inter se per- mistas distinguerent, & explicarent. Eas tamen multi auctores vel propter incitiam, vel propter arrogantiam ita conturbant, atque confundunt, vt non minor rerum confusio, atque permistio in eorum libris, quàm in rebus ipsis reperiatur. Quippe qui dum in vna scientia ver- santur, ne alias ignorare, aut vt de suo nonnihil addere videantur, difficillimas aliarum partes delibant. Et hoc pacto libros, quos componunt, quasi quadam miscellanea doctrina inferciunt. Quamobrem in difficultates varias, & confusiones incredibiles incurrunt discipuli. Nulla enim res ordine & loco tradita admodum est difficilis, at ab illis principijs, à quibus pendet auulsa vix intelligi potest. Qua propter si vnus res omnes via & ratione disponeret, licet non ampliùs, quàm quæ ab alijs tradita sunt, doceret, vtilitates eximias mortalibus afferret, quòd res omnes mirandum in modum illustraret. Nedum si res multas in tenebris iacentes in lucem clarissimam vocaret. Quod fieri necesse esset, cū tantum lumen accederet. Prætereaq; faciliùs & perfectiùs omnes artes & scientiæ comprehenderentur, quàm vna nunc, aut al-

tera

tera ad summum tertiam acquiritur. Quam meam sententiam non aliter melius aperiri posse putauit, quàm si aliquod eius exemplum exhiberē, & ob eam rem primam totius philosophiæ partem composui, & in nomine tuo apparere volui. Qua non vnum, sed quatuor exempla pro- pono. Quatuor enim scientias persequor, Metaphysicam, Dialecticam, Rhetoricam, & Physi- cam: quibus, vt nullis magis, homines post hominum memoriam studuerunt, in quibus multi graues auctores elaborarunt, & libris infinitis & prælectionibus assiduis explanare conten- derunt. Quorum operum vtrum illustrata, an densioribus tenebris obsita sint, aliorum sit iudi- cium. Vt interim taceam de omnium fere barbaro & inculto sermone: propter quem ridiculi potius sophista, quàm non contēnendi auctores habentur. Ego verò profiteor perfectè & ele- ganter has disciplinas his libris à me tractari, ita vt nihil prætermittatur, quod ad illas spe- ctet, nec admittatur, quod illorum subiecto non contineatur: & vt non aliena & inusitata lin- gua, sed Latina & felicibus Romæ temporibus vsurpata loquantur. Nec vllum vel seuerissi- mum iudicium, non solum subire non recusabo, sed etiam deprecabor. Dum æqui mihi & periti iudices dentur: iniquos autem & imperitos reijcio, atque contemno. Itaque hæc prima philo- sophiæ pars exemplum sit reliquarum duarum partium, quibus, prætermissa historia, res om- nes, quæ scientia vlla teneri possint amplector. Si mihi Pater Sanctissime ad esse decre- ueris: & aliqua ratione tibi operam & studium nostrum placere significaueris. Præterea in- numerabiles prope homines iam inde ab antiquis temporibus vtrique iuri operam dederunt: multi auctores in eo versati sunt pluraque, quàm sunt arborum folia, de iure impleuerunt volumina. Tamen adhuc talem iuris doctorem Respub. Christiana requirit, qualem informa- uit Iustinianus in conformatione digestorum & eorum proemio. Ne alias alienasque legum interpretationes, quas ille peruersiones nominat, iactet, ne sua verbosa doctrina legibus vllū de decus afferat, ne leges legibus misceat, atq; confundat, varijsq; questionibus implicet, & quod est in vna cognitione positum, in multa dissipet. Sed simplici planaue interpreta- tione vnamquamque legem aperiat, ita vt vniuersum ciuile ius institutionibus digestis & co- dice expressum quinque annis tractet & discipulis exponat. Cum ea ratione nunc prælega- tur & commentarijs adumbretur, qua ne mille quidē annis absolui & perlegi possit. Iam vero legum sententias discipulis interpretari & proponi volebat Iustinianus. At sunt multi nunc, qui non iuris discipuli habentur, sed magistri peritique & exercitati ad respondendum, ad agendum, & cauendum, qui ne legem quidem vllam legerunt, aut intellexerunt. Sed in doctri- nis duntaxat & præceptionibus novorum iurisperitorum versati formulas cantant & libel- los componunt. Quid? si duo millia librorum veterum iuris consultorum iuris perturbatio- nem & confusionem esse Iustinianus existimauit: & tot libris reiectis Latinorum & peritissi- morum hominum, vt illorum fragmenta declarant, in legum corpus translata, præsertim quòd in his duodecim tabulæ numerentur, antiquitatis effigies clarissimis monumentis consignata, his inquam libris grauissimis reiectis in aliam meliorem formam eius totum componendum esse censuit. Quid plus decem mille libris faceret, quos noui iurisperiti protulerunt, barbaras & in audita lingua inculto & imperito sermone vniuersa eius de tradendo iure disciplina

negle-

neglecta? Denique, ut vnde exiui reuertar, dubium non est, quim Ecclesia careat ea vtriusq; iuris interpretatione, quam optabat & precipiebat Iustinianus, eaque magnum decus & ornamentum vtilitatemque singularem toti Christianæ Reipub. allaturum, si extaret. Hac tamen ego ratione sicut vniuersum vtrunque ius euolui & percepi, ita si me aliquis deus respiceret, interpretarer & aperirem. Et ut tandem vela contraham, si opera & officio tuo. P. S. Respub. catholica consequeretur vniuersa sacrosancta scriptura eam explicatione, qua Hebraea, Græca, Chaldaica, Latina eius editio historicè explicaretur, & singula apposita esse ostenderentur & omnes inter se conciliarentur. Tum præcepta, atque consilia vitæ cum virtute colendæ aptis locis notarentur. His accederet, ut omnes artes & scientiæ ea via dissonerentur & illustrarentur, ut facilius, atque perfectius omnes ad vnum capi possent, quam vna aut altera nunc intelligitur. Præterea ut vtrunque ius distinctè & planè ex præceptis Iustiniani sic explanaretur, ut doctrinis, ac frivolis interpretationibus barbarorum & inertium hominum reiectis, leges ipsæ in ore iurisperitorum versarentur, ex eis responsa, consilia & cautiones darentur. Vniuersa Ecclesia totus terrarum orbis te ut deum quendam è caelo delapsam ad veritatem restituendam & hominum ignorationem leuandam venerarentur, colerent & summis laudibus efferrent. Tuum porro hoc esse munus, hoc tibi onus incumbere magis, quam si multas provincias ad imperium Ecclesiæ bello & armis adiungeres, ex eo cognoscilicet, quod eius vicarius sis, eius imperiū gubernes, qui ab inimicis oppressus dixit. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati. Perpetuam etiam tui in me beneficij memoriam facies, neque vlla vnquam eam obscuravit obliuio. Quo ego auctus & erectus quandiu fuero superstes, operi huic non deero. Quod si me vita deficiat, non deerunt fortè alij doctissimi viri, qui eodem artificio opus inchoatum perficiant, ut quibuscunque temporibus fuerit absolutum. Quod à te cœptum sit, te auctorem prædicent tibi; acceptum referant. Vale Pater beatissime.

Didacus à Stunica
Augustinianus eremita.

**DIDACI A STUNICA,
EREMITAE AVGVSTINIANI LI-
BRI QVATVOR, QVIBVS METAPHY-
SICA PERFECTE ET ELEGANTER
EXPLICATVR. LIBRI PRIMI.**

CAP. I. De tota Philosophia.

Reveriam scie-
ria vocūdis-
sima.



MAGNAM affert hominibus voluptatem rerum scientia, atq; cognitio, in eaq; præsertim re, genus hominū præfert, ita ceteris animantibus ratione, menteq; præstare, ut eius ipsum tantummodo particeps natura sit. Nam cæteri animates si perquirūt, indagant, sollicitèque scrutantur, eò solummodo faciunt, quò sibi parèt ea, quæ victum suppeditant: hac vna cognitionis causa nihil inuestigant. At homines, alijs sublati ad vitæ cultum emolumentis, vna cognitionis, & scientiæ cupiditate multos labores non recusant. Hinc illud est, ut cupidi valdè sumus audiendi, videndique res novas, & inusitatas, sicut dicit Salomon, Non satiatur oculus visu, neq; auris auditu. Quod desiderium potissimum tenet eos, qui maiori pollent ingenio, acutiorique mente sunt. Adeo ut nonnulli distantissimas terras peragrarè, & multos subire labores amore scientiæ, doctrinæque non dubitauerint. Ij vero, qui rudes, &

Cur sumus
cupidi au-
piendi res
novas.

vecordes sunt, sicut propius ad naturam brutorū accedunt, ita minus in hanc sollicitudinem, & curam adducuntur. Cognoscendi tamen desiderium natura in animis nostris accéssum, labor studiorū extinguit. Magistri vero, laborem hūc opera, & industria sua leuare velle significant. Qua in re quidem, singulare nobis beneficium dant. Quòd in eò subsidium parant, quod vehementer obtinere cupimus, & maxime nos obtentum delectat. At tamen flagitiosa, perditaque hominum libido hanc rem (sicut solet alias) ita depravat, ut magistrorum industria, non donum, sed damnū sit, non adiumentum, sed impedimētum ferat. Nam qui docet alios, mēte videtur & ratione excellere. Quòd ita decorum est, ut nihil magis sit hominis excellentiæ consentaneum. Quo fit ut indocti multi, & stulti homines, hanc eximiam laudem veris magistris inuideāt, & pro virili parte contendant, ut hanc eis præstantiā præripiant. Et docēdi munus suscipiūt ij, qui nihil omnino sciunt: adeoque sunt ingenij inopes, ut quanuis totā vitam discerent, nihil omnino proficerent.

Cur scien-
tiarum ma-
gistri vriles
valde sint.

A ficerent

Quis sint
sophista.

Quae causa
magna fuerit
scientiarum
difficultatis.

ficerent. Totosque docent, praelunguntque dies, libros bene magnos coagmentant, non scientiae & veritatis amore, sed spe quaestus, & inanis arrogantiae causa. Quos omnes Graeca vetustas sophistas appellabat, qui quancumque re literis vel verbis tractarent, ne parum multa intelligere viderentur, ea conquirebant, inculcabant, quae nihil ad propositum pertinebant, ut res difficilior explicatu videretur. Itaque ad eum laborem & difficultatem, quam per se habent veritatis studia: accessit ista, non minor quidem, sed forte maior, quam attulit sophistarum stultitia. Quamvis autem fuerint multi eximio ingenio viri veritatis amatores, & inuestigatores, accerrimi, qui satis erudite, sapienterque, de rebus multis locuti sunt: manu tamen veritatem quaerentibus non porrigebant, neque digitum ad fontes intendebant, nihil via atque ratione trahebant, neque in vno rerum genere versabantur, neque res a rebus distinguebant, quod non mediocriter confusionem parit. Solus enim Aristoteli Stagerita, quod ego sciam, certum sibi finem in discendo proposuit, & res multas, quas natura coniunxit, dicendo se iunxit & explicavit, suumque genus cuique arti, scientiaeque attribuit, ne sine modo aberrare videretur. Quare non dubito, quin hic auctor, praeter ceteros omnes, magno subsidio fuerit literarum studiosis, verumque fuerit veritatis magister. Ita tamen animo a sophistis abhorrebat, ut plane ab ipsis intelligi noller. Quo circa obscurissime scripsit, adeo ut non minori cura explicandi, quam implicandi, explanandi quam occultandi res, de quibus agebat, fuisse videretur. Quod

eius consilium principio forte caelicum haberetur, ad sophistas veritatis contemptores reprimendos, ne quam ex eius scriptis veram scientiam, doctrinamque expraessissent, ad inanem gloriam & quaestum abuterentur. Sed eventus, exitusque rerum ostendit, hoc eius consilium nullos compressisse, sed infinitos, sophistas peperisse. Est enim quaestiosa & gloriosa in vulgus, non solum naturae, sed etiam Aristotelis explicatio: unde ab hinc multos annos irrumpunt genus hominum temerarium, confidens, proclum: qui cum nullam, vel mediocriter intelligant, omnes profitentur, quas Aristoteli scripsit disciplinas, omnia per uadit, omnia suis praelegit, omnia dictant, omnes Aristotelis libros insulsis, & putidis quaestionibus, contaminant, introductoria ad Aristotelem componunt, vel potius Aristoteli obtegunt spinis, & virgulis intercludunt. Compendia Aristotelis dialecticae, sexcentis modis inculcant, vel ambagibus potius & anfractibus molestissimis suos infantes onerant. Hinc innumerabilis multitudo immanium librorum exiit, ad unum Aristotelem explicandum. Quibus ea dictant, iactant pueris, & ineptis hominibus venditant, quae nunquam Aristotelis, neque sanus homo putaret. Et elegantissimum Aristoteli sermonem, ornatissimamque orationem, seceda, & spurca barbarie non veretur inquinare, ita ut tot eorum libri, non ad Aristotelem illustrandum, sed ad contaminandum compositi fuisse videantur. Quo casu tota philosophia & eius cupidi viri, magnum detrimentum, & incredibile

Cur Aristoteli
scripserit
obscurae.

Ex qua re
multi fuerint
viri sophista.

iacturam

Unde magna
philosophiae
iactura
venit.

Vniuersa
rerum scientia
quo in facili
tradi
possit.

iacturam fecerunt. Siquidem non facilius forte nunc est philosophia quam fuerat antequam Aristotelis scripisset. Plures enim (si auctoribus credimus) ante Aristotelem extiterunt doctissimi viri, quam postea consecuti sunt. Etenim cum auctores omnes laudibus ad caelum tollant Aristotelem, omnes, qui dant opera disciplinis, eum sibi magistrum cooperare cupiunt: sed tanta eius obscuritate deterriti, ad eius interpretes confugiunt, qui cum tam varij, barbari, spurci, & prolixi sint, satis multum fecisse putant, si tota vita aliquam non dicam scientiam, sed Aristotelis partem intelligant, & ex tot contentionibus & variarum opinionum procellis sibi viderent. Deinde de delectationem, quam secum scientiae, & rerum cognitio importat, & quae maxime discendi laborem leuat, tanta obscuritate, tanta prolixitate, tanta seceda verborum, & inanium quaestionum colluue, omnino tollitur. Iam vero, licet ingens & prope infinita vis multitudoque librorum de Philosophia sint, non omnes aliquid noui legentibus afferunt, sed ferè omnes in eadem salebra, in eodemque luto haerent, eadem repetunt, & in unum librum congerunt, quod ex multis subripuerunt. Nihil addunt de suo, nisi diuersum ordinem, putida verba, inane nam locutionem, corortum, asperum, & imane docendi genus, quibus legentium animos obtundunt. Cumque veritatis studiosi desiderio varios libros legendi natura inflamentur, fit ut eis dem rebus legendis totos ferè annos consumant. Posset autem tempore, quod hominibus ad viuendum natura dat, vniuersa philosophia, & quae vocant encyclopedia satis perfecte pro viribus humanis comprehendere, si magister esset, qui via & arte re-

rum fontes, vel quasi venas monstraret, & aperiret. Non enim tam bene nobiscum agitur, ut hac misera vita, tatis tenebris obrita, mentis acie ad res multas penetrare possimus. Cunctae res difficiles, non potest eas homo explicare sermone, ait Ecclesiastes. Quas vero Deus hominibus, ut se exerceant, ad intelligendum reliquit, quas disputando assequi possunt, ut rerum historiam excludat, verbis, ita patefacere, & illustrare oratione cogito, ut quivis homo, mediocri ingenio praeditus, postquam nostros libros legerit, si quid a nobis praetermissum fuerit, facile per se scrutari, & feliciter inuenire possit.

Cap. 2. Quid sit philosophia.



Philosophia, igitur, id totum amplectitur, quod ad dicendum, & explanandum proponimus. Est autem philosophia, facultas inueniendi, contemplandique veritatem, quare tam late patet philosophia quam veritas: ex quo fit, ut Deus tantum opt. max. hanc totam facultatem habeat, esseque infinitam, sicut Deus ipse infinitus est. Quae de causa Christus, verus Deus, & homo, seipsum veritatem appellauit. Diximus vero philosophiam veritatem spectare, & in ea totam versari, ut eam ab artibus, quae per se, vique sua actionem quaerunt, & in actione cernuntur, distinguamus, ut pingendi, siue tangendi ars, licet quaeratur quomodo se res habeat, quae ad ipsam pertinet: minime tamen ut verum inueniat, & contempletur, sed potius ut opus dirigat. Philosophus per se, & sponte sua, veritatis contemplatione contentus est. Artifex autem

Quid sit
Philosophia.

A 2 actio

actionem, agendique modū exquiri, quam si obtineat, nihil est de natura eius, & veritate sollicitus. Sophistica verò ad easdem omnino res, quas Philosophia pertinet, differendo, disputandoq; eam imitatur. Sed in eo multū ab ea differt, quod his modis nō veritatē exquiri, verūm quęstum, & gloriam expetit. Cum igitur nobis propositum sit res omnes illustrare dicendo, id est, totam philosophiā sermone persequi, ad tollendam confusionē oportet primum res, a rebus distinguere, & vnamquamque in suum genus conferre. Tum quid omnibus sit commune cōsiderare. Ex quo fonte omnes erūpunt philosophię partes, purę atq; perspicuę, singularissimūq; lumen hęc eis dispositio affert. Ne que potest vllus vniuersam philosophiā animo cōprehendere; qui hęc totā distributionē, nō antea percepit. Quoniā ergo diuersa rerū genera sunt, diuersa sunt rerum scientiæ: scientia enim vna, vnum rerum genus sibi vendicat, quod oportet destinare, quō tota scientiæ doctrina conferatur. Verūtamēn sunt quędam rerum genera, quę reliqua omnia complectuntur, in quibus scientiæ omnes, & artes positę sunt. Cuius munus erit hęc genera cōmunia tractare? Nullius certē sigillatim: siquidē, eū potius vnus, quam alterius. Nam quod pertinet ad omnes, nullius proprium est. In vna ergo speciali scientiā ab alijs distincta collocanda sunt, cuius partes sint hęc amplissima genera, & quę reliqua contineant, explicare. Quam scientiam Aristotelis Metaphysica appellauit, id est post naturalia: quia postquam de rebus physicis egerat, illam cōposuit. Ex quo

Metaphysice munus.

fuit, vt huius auctores scientiā, qui postea consecuti sunt, hanc doctrinam corrupto nomine metaphysicam nominarēt, quę prima philosophia etiā dici potest. De hac igitur scientiā primo nobis agendum est, qui scientias omnes persequi decreuimus. Sed in ipso quasi vestibulo nobis magna vis auctorum occurrir, contendens non ante omnes, sed post omnes alias scientias Metaphysicā esse tradendā. Idque facto Aristotelis, quod narrabimus probant. Tum testem citant Auicennam, pro testimonio in suis metaphysicis dicentem, metaphysicā post alias scientias, & artes esse tradendā. Huc accedit, quod res sint difficiles, de quibus prima philosophia disserit, quare scientiā prorsus ignaris, & omnino rudibus nō videtur explicandā: sed postquā aliqui profecerint, & se nō nihil in rerū cognitione exercuerint, Aristotelē præsertim dicente in principio physicorū, a notiorib; reb; progredi oportere, ad eas quę natura clariore sunt. At vera docēdi ratio postulat, vt in quacūq; disciplina res prius tractentur, quę in toto genere ad explanandū proposito, quā quę in eius partibus versantur. Idque docet Arist. in eodē physicorū principio, vt ostendat sibi naturā exponere decernēti prius, differendū esse de aplissimis naturę rebus, & quę res alias cōplexu suo cōtinēt, deinde seorsim ad res minus vniuersas accedendū, ipseq; vniuersā naturę scientiā ita disponit, vt in primis libris de physica auscultatione persequatur ea, quę per totā naturam manant, naturę principia, causas, motum, tempus atque locū. Deinde ad ea progreditur, quę nō ita patent, cælum, ortū & interitum.

Metaphysica ante alias scientias docenda.

ritum. Quod si hunc ordinem inuerteteret, non aptam, sed obscuram, & implicatam doctrinam traderet. Ergo in tota explicanda philosophia, & in omnibus rebus explanandis, quę in hominis cognitionē cadere possunt, non est hoc singulare præceptū violandū, vt omnia aptissima ratione disponatur. Iam vero hoc modo notiora principio rudes homines docentur. Nihil enim magis perspicuum, & peruulgatū est, quam amplissima rerum genera: nihil enim prius pueri cognoscimus quam rē, quā aliquid, quā id quod est. Etenim quando longe aliquid perspicimus, licet alias res singulas esse dubitemus, minimē tamen dubitamus rem, vel id quod est, vel aliquid esse: Hęc enim amplissima genera natura in promptu posuit, neque prius aliud, quam illa cognoscimus esse: licet eorum natura, ratioque sit difficilior, si magistri tamen accesserit, opera haud erunt difficilia explicatu, aut certē nō difficiliora, quam illa, quibus nūc principio rudis imbuitur in scholis iuuentus. At dicunt, nullo modo possunt metaphysica rudiores intelligere, nam de Deo differunt, & intelligentiis, quę doctrina mentes postulat paratioris, & in alijs disciplinis exercitioris. Sed valde imperitū est has primę philosophię partes imponere. Sed citant illi Aristotelem testē, in secundo libro de anima dicentem, Metaphysicorum esse circa id quod est a materia, & a motu seuictū versari. Deus vero & intelligentię huiusmodi sunt, in eo ergo metaphysica cernuntur. Tū quod Aristoteles in metaphysicorū duodecimo, de his rebus verba facit. Sed non bene isti Aristotelē intelli-

Vniuersalia, quomodo notiora nobis.

gūt. Longe aliter ipse in quarto metaphysicorū se declarat, docēs, in eo prima philosophia, ab alijs scientiis, & artibus differre, quod ipsa id quod est in totum sibi, & vniuersō proponat, ceterę autē artes aliquam eius partē arripiāt. Hoc est, agunt metaphysica de eo quod est, quatenus est id quod est. Hoc est, nulla materię, motusq; ratione ducta. Siquidē non tractat id quod est contractū, & angustum, sed lōgissimē patens, nullisq; terminis contētū, Ac proinde res illas tantum ager, quę in illud hac ratione cadant. Physica vero non differūt de eo quod est, quia ex parte huiusmodi est, sed quia ex parte naturale est, motusq; ciatur. Mathematicus quia ex parte quātū sit. Quia propter Deum, & intelligentiā, ad primam philosophiā nō spectāt. Quia Deus non est id quod est, amplissimē dictum, & in quantū est id quod est, sed est id quod est cōtractum, nimirū id quod est diuinū & immēsum. Quoniā id quod est amplissimū, & in quantum huiusmodi in omnibus ad vnum rebus intelligitur. Quia illa, quam significat ratio, si in angustum nō cogatur, vbi que inesse debet. Aristoteles autē ob eam rē in duodecimo metaphysico. Deum tangit, & intelligentias: quoniā eius quod est rationē declarat diuidēdo, & in partes, ac formas distribuendo. Et quia vnā eius partē, ac formam, substantiam esse ponit, illam in duodecimo rursus diuidendo explicat. Vt in secūdo capite duodecimi videre licet, in tres partes substantiam secantem. Prima pars continet eā, quę sensibus subiecta est, & caduca est, atque mortalis. Altera eā, quę tamēsi sub sensū cadat, perpetua & æterna est.

A 3 est.

est. Tertia cam, quæ a sensibus lóge distat, menteque duntaxat cõprehenditur. Quo vero huiusmodi sub stãtiq̃ distributio clarior, & illustrior esset, nõ nihil per totũ duodecimũ de eius partibus disputat. Cumq; ad tertiã partem eius peruenit oratio, nõnullũ de Deo, & intelligẽtijs sermonẽ inducit. Sicut eum in prima diuisionis parte versatur, leuiter perstringit, quæ in primo physico. de rerum principijs dixerat. Nemo tamen primi philosophi partes esse putat nature principia accuratẽ persequi. Nam de istorũ sententia alienũ est à Metaphysico materiã tractare. Id enim quod est à materia se iũctum, ei pro subiecto attribuit. Quo circa nõ ita facillẽ in animum inducãt, metaphysicorum esse de Deo, & intelligentijs disputare: quod ea leuiter Philosophus in metaphysicis attingat. Ad hæc si vera illi ratione hoc sibi persuasum esse ducunt, cogẽtur fateri in eisdem rebus metaphysica physica versari, nulloque certo signo has scientias distingui. Si quidẽ in octauo physico, de Deo non breuius, quã in duodecimo metaphysico differit Aristoteles. Ex istorum denique argumento concluditur, primum philosophũ attingere morũ enodare, quod ipsi negant atque defendunt. Quoniã in vndecimo metaphysico ad verbum ponit Arist. quæ in tertio physico. dixerat. Et in septimo, atque duodecimo multa de materia verba facit. Sed fugit istos homines ad inferiora genera digredi nõ nõquã cum oportere, qui in amplissimo, & diffusissimo genere versatur. Nã quod huiusmodi genera de clarentur aptius diuisione, quã diffinitione, doctrinã cõsentaneũ est tã

gere diuisionis partes. Hoc igitur certum testatũq; sit, eas duntaxat res primã philosophiã exequi, & demonstrare debere, quæ apta communiter sunt ad alia rerũ genera, in quibus cõterã omnes sciẽtiã, & disciplinã versantur. Ac proinde primã philosophiã directã doctrinã ordine ante alias disciplinas esse docendã. Dialectici tamẽ, & multi auctores alij obstant, estq; vulgaris opinio dialecticã ante omnes alias sciẽtiã esse tradẽdã, quod viam ipsã sciẽtiã inõstret. Rectã ergo ratio exigit, vt prius viã quæramus & muniamus quã tẽdamus. Nã vt Aristoteles auctor est, in extremo primo libro metaphysico. debet omnes prius imbui, & instituti esse, quemadmodũ, & quatenus quicquid approbãdũ sit. Propterea quod alienũ sit cognitio nẽ, & cognitionis, sciẽtiãq; rationẽ cognoscere. At absurdũ est putare ante omnẽ scientiã modum sciẽdi declarãdũ. Secus enim ante dialecticã, dialecticã esset interpretanda. Multum enim officiũ, & magistri opera iubant discentẽ. Bonus enim magister præluet discipulo, & quasi manu ducit per viam. Quãuis igitur cæcutiat discipulus, deducẽtis beneficio ab itinere nõ deerrauit. Declarat igitur illis verbis Aristoteles magistro probanti opus nõ esse docere quomodo probandũ sit: sed satis erit probare, & quãuis nõ intelligat discipulus, quo id faciat artificio, satis erit, si probationem intelligat: multa enim simul cognosci nõ possunt, sed credere non nunquam magistris debemus. Docendã ergo prius esse primã philosophiã quã dialecticã, omnium dialecticorum cõsensu, quãuis id ipsi defendãt, probari potest. Nemo enim hætenus de

*Dialecticã
ante omnes
scientias nõ
esse tradẽ-
dam.*

de dialectica differuit, qui non multa misceat in metaphysicis declaranda. Nam ipse eius magister princeps Aristoteles, in suã dialecticã, siue logicã principio, cathogorias sibi exponendas esse duxit, eisdem omnino verbis, quibus de illis loquitur in metaphysicis. Addidit quinq; voces Porphyrius, sine quibus cathogorias rectẽ percipi non posse putauit. Quicquid autem voces illã significant, ad primum philosophũ pertinet explicare. Multa etiam tangit Arist. in analyticis prioribus, multa tractat in posterioribus, multa latẽ persequitur in topicis, quæ sunt in metaphysicis acuratẽ explicãda. Alij vero, qui alia ratione quam Arist. dialecticã scribere tentarunt, & satisfecisse putant, si topica explant. Dum versantur in topicis, id est in amplis quibusdam rerum generibus, primos agunt philosophos, quorum munus esse diximus, de primis rerũ generibus disputare. Idem Aristoteli & alijs accidit, qui rhetorica interpretantur: nam quicquid illi de inuentione loquuntur, dum amplissima rerum genera demonstrant, ex metaphysicis diripiunt. Multa etiam Aristoteles in phisicis scribit, quæ metaphysica sibi vendicant. Quod ergo auctores peritissimi alijs disciplinis tradẽdis metaphisica misceãt suo factõ declarãt, oportere discipulos priusquam illis scientijs metaphysicis imbui. Quod nemovnquã sine metaphysicis dialectica declarauit, firmisimũ argumẽtũ est sine metaphysicis declarari nõ posse. Quã de causa metaphisica potius viam muniũt ad dialecticã, quã econtrario. Et quidem absurdũ, & valde ridiculũ est, quod in dialecticis longa, & acurata inducatur ora

tio de substantia, de quantitate, de causa & effectu, de subiectis, & adiuctis. Sunt enim hæc verã res, dialectica vero, vt postea dicemus, in rebus mētis, atq; rationis, nomine oratione, propositione, & syllogismo tota cernitur. Loca modo notet, & indicet, vnde argumenta petantur, alteri vero scientiã quẽ in illis rebus posita est explicãda relinquat. Aliter enim, nõ artes, sed artiũ portẽta ex partibus non coherentibus componũtur. Quid enim magis alienũ, quid magis ineptum, quam in rhetoricis ethica tota inferere, vel potius confundere, longissimumq; de virtutibus sermonẽ instituere? Dialectica (vt dicebamus) inuẽtionis loca, tanquam digito demonstrat, minime tamen enodet, neq; persequatur: id muneris alijs facultatibus mãdet: ita denique huiusmodi loca in dialecticis sint: sicut in taberna pharmacopolẽ inscriptiones sunt nartheiorũ, quæ duntaxat indicãt, quo loco pharmaca reposita sint, nihil amplius de eorũ natura memorantia. Sed Arist. magister optimus excusari potest, quod primus dialecticã inuenerit, primus, quod ego sciam, philosophiã in sciẽtiã distribuit. Quã propter non potuit omnino vulgares opiniones excutere. Præfertim, quod quando dialecticã cõposuit, metaphisica non composuerat, neque forte componere decreuerat. Nos autem (qui Deo iubante) cogitamus, si vita suppetat, res omnes tractare dignas, quæ in disputationem, & cognitionem sapientis hominis cadãt, ita disponenda sunt, & ordinanda omnia, vt nihil repetere, nihil renouare cogamur, sed suo quæque collocata loco, quod opus fuerit subdij præstet, ad ea

quæ consequentur intelligenda, & explicanda. Quæ vna re infinita librorum quæ exijt pro luuijs, in exiguum redigetur compendium, & planum vnicuique viro bono fiet ea de quibus philosophi differunt non tam ipsorum natura, quam inutili, friuola, & inani librorum superlectili esse difficilia.

De eo quod est. Cap. 3.



De eo quod est.

Stendimus cæteris artibus, & scientijs primam philosophiam esse præponendam ei, qui recta, discere multa velit: quoniam res illas tractat quæ in ea conueniunt, in quibus reliquæ artes, & disciplinæ positæ sunt. Hæc igitur comunissima, & amplissima genera, quæ amplexu suo cætera complectuntur, hac prima scientia querere, & explicare debemus. In quibus id quod est primū habet locū: ex eo enim quod res sit, alia ei ascribuntur. Cui enim non est nihil conuenit. In qua tractatione, & materia operepretium est considerare non recte quidam primi philosophi Aristotelis interpretes in eo explicando se gerere. Nam potius grammatici, vel dialectici saltem, quam metaphisici officium faciunt. Longissimis enim quæstionibus quærūt, quid animo conceptū ens, ut illi loquuntur declarat, vtrum homonymum, an synonymū sit. At metaphisica non in nomenclatura, sed in rerum cognitione versatur: in eoque à dialectica differt, quod illa de ijs, quæ re consistunt, hæc vero de ijs, quæ mente (vt postea dicemus.) Quare quæ animo concipiuntur nihil ad metaphisicam pertinent, sed ea modo, quæ sunt.

Quare non quid animis insidet, quando ens nominamus, neque quid significet ens, sed de qua re inducimus sermonem, declarare debemus. Secus in metaphisicis minime procederet oratio apud illius lingue homines, qui vno simplici nomine non appellat id quod est. vt apud Romanos Ciceronis æquales, non enim isto nomine, ens, tam vulgare apud istos novos metaphisicos, vt bebatur, neque nos Castellani vno id nomine significamus. Item quod res est Latinis, & Castellanis, *cosa*, locum nullum habet in istorum metaphisica: quia eius Aristoteles nullam mentionem facit, neque vllum nomen Grecis est, quod tam ample, tamque feliciter vsurpent. Istorum igitur hominum garrulam infantiam missam faciamus, neque de vocibus, & sensis, sed de rebus verba faciamus. Res enim admiramur, illarum causas scire in primis desideramus. At Arist. (dicent isti fortasse) dixit in tertio metaphisico, Quod est multis modis dicitur. At nullū verbum aliud, dum tractat id quod est facit, quod ad vocem spectet. Id autem artificis est, si quando in nomen incurrat ambiguum eius rei, quā inuestigat. vt illud interpretetur. Id quod Arist. eies hoc loco peritè, & eleganter facit. Nam protinus ad res eius transit oratio. Ita vt loquendi potius de rebus occasionem sumpsisse videatur, quam vllam de vocibus mentionem facere. Nam subiicit statim id à quo nostra incipiat oratio. vt rem exponamus, quam volumus illustrare: res non vno, sed multis esse modis. Quemadmodum illud quod est salubre vel sanum, quædam res sanæ sunt, quia sanitatem habent, sicut homo sanus est, aliæ quia sanitatem affe-

Res multis esse modis.

afferunt, vt borago, & pharmaca. Aliæ quia sanitatem indicent, vt pulsus, & lotium. Quæ omnia ad vnam hominis vel animalis finitatem referuntur. Ita res multis modis sunt, quædam quæ per se consistunt, & essentia siue substantia sunt, vt animal, & corpus. Quædam quæ non per se illa quidem sunt, sed cum essentia vel substantia cohærent, vt color, & valetudo, quædam ob eam rem sunt, quod viam quasi ad substantiam muniat, & eam procreent, vt ortus, vel eam tollat, vt interitus, aut quia esse negant vt negationes, aut illa priuant vt cæcitas. Quemadmodum ergo sana illa sunt, quia cum vna animalis sanitate comparantur. Ita hæc sunt, quia pertinent ad essentiam, quæ per se vique sua est. Quidquid ergo ad substantiam spectat, quodcumque illud sit, sua inquit, ratione est. Substantia vero cæteris alijs rebus fons, principium, & quasi fundamentum est, quod sint, & illarum ratio habeatur. Nihil autem magis, quàm id quod est cadit in propriam cuiuscunque rei naturam. Nam alia quæ adiunguntur, vt quod essentia, quod corpus, quod animal, quod homo sit, vel quod qualitas, quod color, quod candor sit, ea de causa fit vt afferat modum, & rationem eius quod est aptissimam, & conuenientissimam rei cuiuscunque naturæ. Si enim nihil in hac re iuuarent, vana & inutilia haberentur, neque vlllo modo ad rei naturam pertinerent. Ex quo intelligitur absurdam illorum sententiam esse asserentium, nihil id quod est aliud significare, quàm hæc disjunctio, Substantia, vel accidens. Quia disjunctio est oratio, quæ non re, sed mente cohæret: neque rem aliam quàm animi dubitationem importat. Id

Nihil magis quam id quod est pertinet ad rei naturam.

Absurdum est ens nihil aliud significare quam hæc disjunctio substantia. i. accidens.

vero quod est, res aliqua est, idque (vt diximus) rebus infert. Quod maxime ad illas attinet, & cuius causa reliquum naturæ comparatum est. Si quidem ob eam rem antequam esset homo poterat esse animal, quia poterat esse: nam si esse non posset, neque animal esse posset. Huc accedit quod aliquid esse quod est pronuncians atque decernens, potest neque substantia, neque accidens ei in mentem venire, quare aliquid vtrique commune reperitur. Ad hæc quod est pertinet ad naturam rei, quæ sua vi rebus certis constituitur. Disjunctio vero nihil quod certum, & definitum sit assert. Non ergo idem est id quod est, quod hoc disjunctum substantia vel accidens. Sed aliquid certum, & definitum est, quod per se peruenit ad intimam cuiuscunque rei naturam. Sed dicit fortasse quisquam, omnibus consentientibus naturæ expositoribus, Semper se rerum naturæ habent eodem modo, neque intelligi potuit vnquam homo & aliud quodcumque animal, nisi ea natura præditum, qua nunc est. At res non semper sunt, neque vt animo concipiuntur esse necesse est. Igitur id quod est non fingit atque format rerum naturas, vt dicebamus. Veruntamen, nec semper rerum naturæ sunt; licet eodem modo se habeant. Etenim ea de causa eodem modo semper se habere putamus, quod ea conditione, qua nunc sunt semper esse oportet, ita vt si sint hac ratione esse necesse est. Ex quo perspicuum fit, nihil proprius in earum conditione poni, quam id quod est. Nam si hominis natura eodem modo semper est, quia si homo est, rationis participem esse necesse est. Acrius autem & vehemētius dicitur, si homo

A 5 est esse

Id quod est ad naturam cuiuscunq; rei penetrare.

Rem in effectu esse per seipsum, et enim per rem aliam.

est esse necesse est, non enim villo modo esse potest, vt simul sit & nō sit. Quare eodem argumento quo probatur, exempli gratia, animal, & rationis particeps, ad hominis naturam pertinere, probatur & id etiam quod est. Atque adeo multo acrius vrget in eo quod est, quam in alia quacunque hominis naturæ parte. Mancat igitur, pro certoque habetur, id quod est ad naturam cuiuscunque rei penetrare. Sicut autem quod homo sit in effectu rationis particeps, & in effectu sentiat, eius id natura nō postulat; neq; ea conditione mente cōcipitur. Ita neque postulat, quod in effectu sit. Et sicut longe diuersa ratione dicitur homo est animal, & in effectu est animal, ita longè diuersum est, homo est id quod est, & homo in effectu est id quod est. Hinc illa quæstio facile dissoluitur, tot horridis & abiectis verbis, tam leuibus & inanibus argumentis ab auctoribus agitata, vtrū rem in effectu esse, ab eius essentia naturaq; distinguatur. Si enim esse, vel id quod est ad intimā cuiuscunque rei naturam non esset accommodatum, pulchra esset ad cognitionem quæstio, vtrum res esset in effectu re aliqua quæ ab eius natura differret, sed cū esse, & id quod est rerum natura exigat, ridiculum est querere, vtrum sit id quod est per aliud esse, vel per aliud id quod est distinctum, ab eo quod est aptum naturæ rei: perinde si quereres, exempli gratia, vtrum homo sit in effectu animal, per aliud animal, quam eius natura postulat. Ita si queras, an homo in effectu sit per aliud quod est, quam eius est aptū naturæ. Plerunque enim diximus, tam intimū esse id quod est hominis naturæ, quam

animal. Res igitur vnaquæq; in effectu est per illud esse, quod ante quam esset ad eius naturam pertinebat, serpit enim quod est per res vniuersas, neque sine illo reperiri, neq; intelligi possunt. Ita fit, vt qui legere potest, legat, non per aliquid distinctum à ratione lectionis. Ita qui poterat candidus esse, candidus est, non alia re ab essentia candidi. Eodem modo homo, qui poterat esse est, non alio esse, quam eo quod esse poterat, quod est ad eius naturam accommodatum. Nam si per aliud est, rursus quæram illud, antequam esset, poterat quidem esse, nunquid in effectu est per seipsum, an per aliud esse? Si per seipsum, cur illud ergo esse quod hominis amplectitur natura, nō per se sed per aliud in effectu ponis? Sin autē non per se sed per aliud esse illud secundum esse in effectu est: quæram iterū de illo tertio an sit per se, an vero per aliud quartum. Et ita nō erit finis, neque locus vllus vbi insitat interrogatio. Quicquid igitur in potestate est, deinde in effectu est per id ipsum, quo in potestate erat, neq; amplius querendum est, sed sicut per suam naturā in potestate erat, neq; ultra quidpiam fingebatur, ita per suam naturam est, neque ultra est aliquid petendum: quoniam semper id quod est, natura insitum est, siue sit res in effectu, siue in potestate.

Cap. 4. De re, aliquo, vno, vero, bono.



N amplissimis (vt ita dicam) rerum generibus versamur, egimusque capite superiori de eo quod est: sequuntur

sequuntur alia non minus longelateque diffusa, res, aliquid, vñ, verum, bonum: quæ facile explicabuntur, si penitus in memoria infederint, quæ diximus de eo quod est, licet ab huius scienciæ auctoribus, & magistris, tam multa ad legendū, tam inania ad percipiendum, tam confusa ad intelligendum, scripta sint, vt vix vñ, aut alterā enūciationem in qua cōquiescas inuenias. In his enim in quibus Aristoteles non preluet, dici nō potest quātis in tenebris, qui cōsecuti sunt auctores iactentur. De his autem egit ipse pauca: quia res erat non difficilis. Isti tamē expositores rem facilem atq; expeditam, tantis difficultatibus, & quæstionum portentis impediunt, vt omnia hæreant, nihilq; solum reperias. Id ob eam rem istis hominibus vsu venisse dico. Quod verā scientiam non rebus, sed rerum nominibus dirigunt: ita vt potius in animi sensu, quā in rebus naturæ versentur. Sex amplissima rerum genera esse opinantur: res, ens, aliquid, vnum, verum, bonum: de his tantum loquuntur, quæstiones agitant, tractationem habent. Sed qua de causa faciant, si roges, non aliam in eis reperies, nisi quod in omnium ore hæc amplissima verba sint. At diuersæ linguæ, diuersis vtuntur nominibus, diuersaque ratione hæc genera tractant. Nam neque apud antiquiores & elegantiores Latinos, neque apud Castellanos, neq; apud Hebræos aliquod nomen est, quod proportionē enti respōdeat, neque Græci tā tritum, & vulgare nomen habent, idem significans quod Latinis, res, & Castellanis, cosa. Apud Hebræos latissimè per res omnes dispersum est,

דָּבָר dabar, quod propriè verbum est. Quod si in Sophistas incidere mille de verbo mētis, quo res omnes cognoscuntur, cōmiserentur quæstiones. Veri etiam nullum synonymum est, apud Hebræos, & Chaldeos, Aliquid & Castellane, algo vulgare & valde familiare Castellanis est, atque Latinis, Hebræi aliud quod eodem modo significet non cognoscunt, Græci vix. Quid? alia ne erit apud hos, quā apud Latinos Philosophia? aut varia multiplexque erit rerum scientia, sicut varie multiplicesq; sunt omnium gentium linguæ? Verum enimvero ita debet habere philosophus sermonum rationem, vt complicatas, quæ illis in animo sunt notionēs euoluat, atque distinguat, ne confusam, & inuolutam rerum notitiam excitent, vt sapientiores quā hominum vulgus, quod illis vocabulis prudenter vtitur, se ostendant. Isti verò auctores notionem, quam hæc voces in animis imprimunt, tot tantisque quæstionibus, tanta argumentorum colluue aperire conantur: ita tamen implicat, atque confundunt, vt nihilo plus quā homines vulgares intellexisse videantur. Vt igitur ad hæc nomina tractandam accedamus. Primū, res nihilo plus affert, quā id quod est: sed est synonymum entis idem profus, & eadem ratione qua ens significans. Quare omnia, quæ de eo quod est, superiori capite diximus, in illud conueniunt. Reliqua verò quatuor aliquid, vnum, verum, bonum, non res varias declarant, sed varias eius quod est in animis hominum notionēs, atque tractationes. Id quod dictum volo de omnibus aliarum linguarum vocibus, quæ tam longè lateque

Res idem quod ens.

Aliquid.

Vnum.

lateque manent, quam id quod est. Nam si id quod est, per vniuersam rerum naturam diffusum est, quid afferri potest ad quod non pertineat, & in quod ens non conueniat. Tum si voces hæ, & alia quæcunque se offerent, tam longè sunt, quam ens diffusè: de his omnibus dicetur, de quibus & ens. Idem ergo re significant notione tantum, si discrepant, differentes. Singulas igitur horum quatuor notiones persequamur. Aliquid declarat ens, quatenus eo, quod est aliquid, responderi potest, si quid sit, queratur. Itaque aliquid est, quod dicitur in questione qua quid est ens queritur. Ex quo fit ut à Grecis τὸν quid appelletur, & Latini etiam dicunt additur vel tollitur quid, id est, aliquid. De vno verò magna est inter auctores decertatio, quam imprimat vi sua notionem: & postquam multa legeris, hoc tantum vix ex illis discas, vnum sonare quid non separatum, sed coniunctum in se: separatum verò, atque seiunctum a quolibet alio. Illorum verba sunt indiuisum in se, & diuisum a quolibet alio. Sed mihi videntur hoc modo naturam vnius nihil, aut parum explicare. Nā in mole quadā, è metaliqui, massa, ut fuit illud ens Corinthiū, dicimus duo mista, atque confusa esse metalla aurum, & argentū, si duo ergo vnum, & alterum. Sunt ergo verè illic duæ res, quarum vtraque verè est vna, tñ neutra est diuisa a quolibet alio. Irè sunt quatuor elementa vel quatuor elementorum virtutes in mistis, quælibet illarū est vnum, quia quælibet est ens, nullum tamè est seiunctum a quolibet alio, sed potius illa quatuor inter se mista, & coniuncta sunt. Duo etiam liquores

inter se misti, vterque, quamuis non sit distinctus a quolibet alio, est vnū quia ens. Et huiusmodi alia multa possem afferre. Non ergo rectè dicitur vnum, eius quod est notionem præse ferre diuisi a quolibet alio. Nec etiam vnum postulat, ut nullam in se separationem, aut diuisionem habeat. Nam vnum par hominum dicimus, vnum par duo sunt. Duo vel ex istorum sententia separatū quid dicit: habet enim duas vnitates, quarum vtraque diuisa esse debet ab alia; vnum igitur par in se diuisum est: tamen est vnum, non ergo vnius est natura, quod in se non sit diuisum. Eodem modo argumentabimur, cum dicimus, vnum trienniū: nam tres annos distinctos significat. Item vnum lustrum, quod quinque continet annos, vnum annum & vnū mensem, vnam septimanam, vnum dicimus diem, quæ sua natura diuisa in se sunt, licet sit vnum quodque; vnum: diuisa quidem sunt, vel in menses, vel septimanas, vel dies, vel horas. Tanta igitur istorum verborum, argumentorum, & questionum mole nihil afferunt, quo vnum declaratur, tamen rectè vsu, & consuetudine loquendi, vel ab infantibus, & imperitissimis hominibus intelligitur: quamuis suā notionem explanare nequeat. Siquidem scitè de vno loquuntur: illas enim, quas attulimus locutiones infantes, & rudis homines vulgo proferunt. Quare potius isti tam spurca verborum supellectile rebus tenebras, quam lucem afferunt. Paucis igitur nos, quid vnum sit exponamus. Res enim faciles pauca, & rem attingentia verba postulant. Vnum ergo dicit ens, qua ex parte in principio numeri poni potest, numeriqui, minimas partes

res distinguere, atque metiri. Itaque vnum tantum cognoscitur ex comparatione eius numeri, quem animus, & mens componere decreuit. Ex quo fit, ut quæ vna numerandi ratione duo sunt, vel quinque, vel septem, vel triginta, vel centum, vel mille, & sic de aliis numeris, alia diuersa sint vnum tantum. Quo circa nihil amplius re dicit vnum, quam id quod est: mente verò aliam eius quod est considerationem, præter illā quod sit. Nam si poneret in rebus aliquid, non tam facile posset animus, vnum in centum, vel mille, in vnum mutare: res enim mutandæ essent, quod esset difficile. Animaduertèdum tamen est, quid in quacunque re, vel rerum multitudine, mens requiratur, ut vnius appellationem sustineat. Nihilque aliud, nisi ut in illo, cui vnius notam ascribat, aliud simile, eiusdemque modi non reperiat: nam si reperiretur, essent saltè duo. Tū ut illud quasi totius rationem habeat, ita ut nihil super sit. Ex quo fit, ut quinque annos, rectè vnū lustrum possit nuncupare: quia lustrū ex quinque tantum fit annis; decem autem anni vnum lustrum non sunt. Quia in hoc annorum numero, aliud est simile vnius lustrum nature: quare duo potius erunt lustra. Septem anni lustrum vnum appellari non possunt: quia quinque quæ postulat lustrum totius non habent rationem, sed partis potius. Ita in metalli massa, in qua sint aurum, & argentum mista inter se, atque confusa, vnum metallum nominamus, id totum quod sibi simile, & vnius nature est, ut totum aurum: alterum verò quicquid reliqui est, quod alterius nature sit, ut argentum. Sed tanta est nostræ

nature vis, ut hoc nomine ex sententia vtamur, quamuis eius notionem ignoremus. Eo tamen quem dixi modo, rectè exponetur. Illa tamen nomina animaduertèda sunt, quæ in explicanda vnius notione posuimus simile, idem, aliud. Nam simile idem, & vnum, sepe confunduntur, & alterum pro altero ponitur. Ut vno, eodemque colore parietes infectos fuisse dicimus, id est, similitum vna, eademque est omnium hominum natura, id est, similis. Præterea, vnus & idem Petrus id ministravit, id est, nullus alius homo ei similis. Itaque, vnus & idem aliquando rei singulæ, vel indiuiduæ attribuuntur, aliquando communi. Si singulæ, attribuuntur, simile tollunt, & excludunt, ut vnus idemque Paulus, id est, nullus alius similis ei, si verò nature communi ascribatur rectè per simile declaratur, ut vna & eadem est aliorum hominum ratio, id est, similis. Vnus homo intelligit, id est, hic homo, & hic homo, & aliorum similes, nullumque animal aliud intelligit. Sed dicunt aliqui, id quod est, partitur in vnū, & multa. Non ergo est tam amplum genus vnum, quam id quod est. Siquidem multa non sunt vnum, sunt tamen id quod est. At stulta est illa diuisio: nam rectæ diuisionis partes aduersas esse oportet, neque inter se consentire: ut quando animal in rationis compos, & impos distribuimus. Vnum autem, & multa sepe inter se coherent, nam mille sunt multa, & est etiam vnum mille. Perinde ergo est diuisio entis in vnum, & multa, atque si diuideretur in ens, & entia. Idè enim sunt multa quod sepe vnum: multis ergo pauca sunt aduersa, & parum multo.

Quod

Quod si vnum multis contrarium esse videtur, non quatenus vnum est, sed quatenus paucum. Quare si diuidendo id quod est vnum, diuisiones membrum sit, multa, alterum pauca esse debet. Sed quia multa quatenus multa, non possunt esse numeri principium, quod vnus natura postulat, vno loco Arist. vnum, & multa ea contraria esse iudicauit, quæ priuatiua dicuntur: alio loco ea, quæ relata, vt mensura, & id cuius mensura sit: quoniam vnum multa mensura esse videtur, minime tamē ens, & entia contraria putantur. Diximus ergo de vno, nunc de vero dicamus: Quod etiā dicit id quod est, quatenus non fallitur animus esse iudicans. Quod enim re est verum est, reque vera est. Sed dicit fortasse quispiam, rem non esse verum est, tamen quod non est, non est ens: latius ergo patet verū, quam ens. Sed diximus variis modis res esse, qui omnes cognoscuntur ex variis rationibus, quibus ad substantiam referuntur, in quibus illa numerauimus, quæ sunt: quia sunt substantiæ, aut negationes, aut priuationes. Itaq; quæ non sunt, entia quodammodo sunt, quatenus ad ens illud negantia referuntur. Sequitur Bonum, quod dicunt isti metaphysici quod est id quod est, qua ex parte ad voluntatē illud persequētē referuntur. Sed nos nostra persistentes sententia, non ad voluntatem, sed ad mentem, sicut alia eius, quod est adiūcta referri dicim⁹. Quare bonū nominatur, non quia illud voluntas expetit, sed quia sic mens, & ratio illud ponderat, atque tractat. In quo quidem multi philosophi vehementer errant. Sola enim mens diuersas

Verum.

Bonum.

rationes rebus attribuit, sicut ipsa sola illas considerat: neque voluntas potest hoc munus sibi vdicare mēti, rationique natura insitum. Sunt etiam multæ res natura bonæ, quas voluntas vi sua vehementer execratur. Quod apertē constat ex Castellanico dicēdi modo; cum enim graui iactantur febri, dicūt, habeo bonā febrim: dicūt etiam de vehemēti vulnere, ego bonum accepi vulnus, & bonam imposuit contumeliam, bona verbera, & bonas inflexit plagas, verē quidem, prudenterque ista dicunt, tamen febrim, vulnus, plagas, verberaque minime amat, sed potius odit voluntas, neque ob eam rem non sunt bonā, si verē bona nominantur. Non ergo bonum est ex relatione ad voluntatem, sed ex relatione ad mētem, atque rationem. Est igitur bonū id quod est, qua ex parte habet quicquid ad eius naturam pertinet, est denique vt esse debet. Et ita illud planū sit, quod est sepe, in primo Genesios capite: Vidit Deus quod esset bonum. Et tandem in eodem extremo capite: Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erat valde bona. Non esse bona dixit, quod idonea fuissent, quæ amarentur, sed quod haberet vnuquodq; quicquid sua interesset, quicquid eius natura postulasset: sic vt neque pretermittetur, neque redūdaret quidpiam. Hac igitur ratione febris bona, & vulnus bonum, & verbera bona sunt, quia nihil eis deest, quominus talia dicantur. Leuissima verō febris, leuissimum vulnus, quia vix febris, & vulnus sunt, vix bona sunt appellanda. Sic igitur optimē nihil voluntatem curantes boni naturam tractare, & explanare possimus. Dubitari etiam solet, quo inter se

se

se ordine vi sua hæc notiones affectæ sint: quæ nā primo loco, quæ secūdo, deinde tertio, & aliis animo cōcipiantur. Ego dico rem esse primum natura cognosci, quare id quod est, & res in animum prius inducuntur. Deinde sequitur, quod sit aliquid, hoc est, quod soluamus quæstionem: in qua quid res sit quæritur; postea quod in numerum cadere, atq; eius esse principū possit, hoc est, quod sit vnum; deinceps, quod non animus decipitur esse iudicans, sed verum esse, ac denique esse, vt oportet, & eius natura possit. Quam obrem esse bonum.

Cap. 5. Verum esse, & a nobis percipi posse, contra Academicos, & alios.



ED cum primæ Philoſophiæ munus sit communissima genera, & quæ ad omnes scientias pertineant tractare, progredi vltra non potest, nisi prius se ipsam, & alias omnes artes, & disciplinas à multorū philosophorum calumnia defendat, qui non de vna, vel altera sententia, sicut alij philosophi certant, sed vniuersam philosophiam labefactare, ac funditus euertere conantur. Quare ad scopulum sanè appulimus periculosissimum, qui silentio preteruehi nō potest: licet alij primi philosophi nullam de illo mentionem fecerint. Verum tamen acerrimos, & prestantissimos aduersarios declinare non eos contemnere, sed fugere, videtur esse. Hoc ergo loco existit

grauissima quæstio, de vero, quod eius quod est affectionem esse, diximus capite superiori, tam latèque diffusum esse, quàm ipsum quod est. Vtrum verum illud sit: vtrum discerni ac cognosci possit: de qua quæstione nobis disputandum est: non cum sophistis barbaris, & obrutis hominibus, sed cum viris politissimis, & acutissimis, qui tanto ingenij acumine rem absurdissimā disceptando defendunt, & nos oppugnant: vt Diuus August. acerrimo, & singulari ingenio vir, dixerit, istorū hominum arma, non mediocribus, sed acutis, & eruditis inuicta, & quasi Vulcania videri, quoties cum illis manus conferūt. Quam obrem (ait ille) aduersus illos omnes ingenij neruos intendi oportere, & in primis piē, ac religiosē Dei auxilium implorandum, ne tam validi nos hostes terreant, ne in tāto scopulo naufragium fiat, sed optatum nostra disputatio portum teneat. Opere pretium tamen est, historiam prius cognoscere, vt sciamus hi verē veritatis hostes, vnde nati, educati, & aucti sunt. Platonis schola primum fuit Academia vocata, & eius discipuli Academici. Post Speusippum autem, & Xenocratē, qui primi Platonis doctrinam, & auctoritatem susceperant, Polemo, & Crates, & Crantor in Academia illa, quæ à superioribus acceperant exponebant. Polemonē Arceſilas, subtilis, & per acutus vir, frequenter audiuit. Hic aliā postea orsus est Academiam, quam nouam dixerant, & ea de causa illam Platonis veterem. Arceſilas autem, licet floreret ingenio, & admirabili facultate dicendi, eius tamen disciplina non admodū probata fuit. Solusq;

Disputatio aduersus Academicos est grauissima.

Historia Academicorum.

ipse

ipse proxima, verò, Lacydes eā fuit sequutus, Arcefilæ discipulus. Eudrus deinde Lacyde audiuit. Eudri verò Egesimus fuit discipulus, qui Carneadem deiecit. Qui diutius nouam Academiam defendit, & multis discipulis exposuit. Nam vixit annos nonaginta, fuitque acutissimus, & eloquentissimus vir, eius opera factū est, vt noua Academia languida, & penè mortua, vires collegerit, ac florere ceperit. Ac tandem Cicero, eloquentiæ parens, & admirabili ingenio vir, huic se totū doctrinæ dedit, eamq; singulari stylo & elegantiā persecutus est. Attamē nonnulli philosophi, & quidem non mediocres, cum Academicis disputandum omnino non existimabant. Quod omnia principia negarent ij, qui nulli rei assentiendum esse statuebant. Videtur autem disputationem exitum habere nō posse, si nihil inter aduersarios conueniat. Sed si sapientis est sententiæ, & doctrinæ suæ rationem reddere, ac si quis contra dicat defendere: ratio nō est ea deserere principia, quibus quasi fundamentis, quicquid sibi persuaderit conuenit. Nam si aduersarius, licet principia neget, habet tamen, quid aduersus illa dicat: cur qui illis assentitur nihil habeat, quod dicat pro ipsis? Hoc autē officium, primus philosophus fungatur. Nam sicut ei eas partes deposcimus, vt communissima scientiarum, & artium genera tractet, ita etiam, vt communissima principia, si fuerit opus, declarer, & ab omnibus calumniis coarguendo defendat. Quidam autem, cum Academicis in disputationem venientes, illorum maiora, ac firmiora argumenta non tangunt. Quod bono consilio

fieri non puto: nam illis argumētis videtur victi cedere, ac planè de solutione discedere. Tum rectum non exercetur iudicium, si nō audiatur & ponderentur vtriusque partis firmamenta, & momenta rationum. Alij cum illis disputando, sic aduersariorum argumentationibus in angustum concluduntur, vt nihil affirmare audeant, nisi principium illud omnium clarissimum, & euentissimum, quodlibet est, vel non est: mundum, aut semper fuisse, aut ceppisse, aut habiturum, aut non habiturum esse finem. Et cum vrgent Academici dicētes: assume aliquid, nam pendet sententiā, assumere nō audēt, ne cadant. At triumpharent illi quidem de nobis, ac totam philosophiam iriderent, si suis id argumētis assequerentur, vt nihil nos affirmare, nihil auderemus pro certo dicere nisi illud, est, vel nō est: præsertim quod non memorant hi, quo pacto Academici hoc effectum euentissimum labefactare conentur. Nos autem eorum ratio nem, quæ multos, & bene magnos libros compleuit, altè, & à capite paucis interpretabimur, illa sua proferentes argumenta, quæ grauiora, & difficiliora vidētur: & quorū explicatione reliqua leuia, & satis facilia erunt. Dicunt igitur Academici alienum à sapiente viro esse falli decipi, aut vilo modo errare: ipsosque consilium inisse erroris, & deceptionis vitandæ. Quod in eo totum positum est, vt sapiens nulli viso assentiatur, nihil approbēt. Et hic totius disciplinæ suæ robur, & firmamentum depromunt. Nam nihil nisi verum approbandum est. At verum sic in oculis latet, vt percipi nullo modo, & cognosci possit, nihil igitur

Argumen-
ta contra
Academi-
cos.

tur credat, nihil sapiens sibi persuadeat. Sed tanta est aliquando veri euidentiā, & perspicuitas, vt ei repugnare, eam non percipere eius sit, qui non solum mentis, verum etiā sensus expertus omnino sit. Hæc autem perspicuitas, vel euidentiā posita est, vel in sensibus, vel in ratione. Quid enim clarius quam lucem esse, quam oculis cernimus, illudque esse album, & illud nigrum: aures sonitum capere, & catibus teneri? Quid planius quam odoratus, & gustatus: an non assentimur odoratum esse, & gustatum esse? Quid de tactu dicemus? præsertim eo, quem philosophi interiorum vocant, cum magno intercludimur, & ardemus dolore, dolorem esse non opinabimur? non credemus? aut quisquam putabit nihil interesse inter eum, qui in dolore, & inter eum, qui in voluptate sit? Non audebimus dicere illud candidum est, hoc dulce, hoc asperum, illud canorum, illud bene olens? Nec animo comprehendemus hæc, ille homo est, ille canis, ille pater meus, illa mater mea, ille me^o equus? Aut sicut Chrissipp^o de noua triumphabat Academia, quæ illorum nemo sciret vtrū homo, an formica esset. Quid etiam illustrius quā illa euidentiā, quæ mēti & rationi patet? Omnia aut esse aut nō esse, totum singulis suis partibus maius esse. Demonstrationesque arismeticas, & geometricas tanta necessitate conclusas respicimus? negligemus? nullam eis fidem habebimus? Ac de niq; omnis philosophia tollitur, singulæ euanescent artes, & disciplinæ, ipsique vitæ vsui nihil loci relinquitur. Quo pacto igitur iste sapiens, quem noua Academia informat, sa-

pientis personam tuebitur: si nihil sapit, nihil scit, nihil cognoscit? Dū igitur erroribus subuenire volunt, in errores incidunt innumerabiles. Iam pedetentim accedimus ad eorum firmiora argumenta exponenda, & quo pacto tantorum argumētorum pondus, quod perspicuitas, & euidentiā suppeditat, eleuare conentur. Ac primum vt inuidiam sedent, quam subire videntur ex eo quod perspicuum, & apertissimum verum tollant, & euidentiæ repugnent: commemorant magnos, & claros sapientia viros, quibus eadem, & lōge acrius placuerūt. Anaxagoras enim nitent esse nigram asseueravit, quod ex aqua, quæ nigra esset, concreta sit. Quod autem magis euidentiæ repugnans. Democritus ingenijs, & animi magnitudine floruit, at verum omnino esse negauit. Noua verò Academia minimè verum esse negat. sed percipi posse negat. Socrates dicebat, hoc vnum scire, se nihil scire. Methodorus initio libri, qui est de natura, nego, inquit, scire nos, sciamus ne aliquid, an nihil sciamus, Parmenides, & Xenophanes eorum reprehendunt arrogantiā, qui cum scire nihil possit, audeant se scire dicere. Vt autem argumentando concludant, probentque nihil cognosci, nihil percipi, comprehendique posse, de quo tota nostra controuersia est. Quatuor capita primum proponunt, ex quibus id effici conentunt. Primum, esse aliquod visum falsum. Quod, licet Epicurus non concedat, reliqui tamē philosophi dant. Nam remus interger, cuius aliqua pars sit in aqua demerita, fractus apparet esse. In

Firmamenta
Academi-
corum.

B colum-

columbæ collo plures videntur esse colores, nec est plus vno. Qui in naui vehuntur, villas, & litora fugere ac moueri videntur. Sol videtur esse pedalis, cum multis partibus maiorem esse quam terram Mathematici demonstrent. Similitudo item sæpe sensus fallit. Quis enim pilum a pilo distinguat, signum in cera imprefum ab alio signo, ouum ab ouo. Quæ si diuersis locis, aut temporibus cernantur, etiam si differant internosci non possunt, merito igitur eis conceditur visum aliquod esse falsum. Secundum, quod postulant, visum falsum percipi, & cognosci non posse. Quod etiam omnes ad vnum philosophi dant. Nā quod est falsum non est verum, quod non verum non cognoscitur: ita enim superiori capite verum explicabimus, quod animum non fallat, ita esse iudicantem. Tertium nouæ Academiæ caput est. Inter quæ visa nihil intersit, fieri non posse, ut eorum alia cognosci possint, alia non possint. De quo nullus etiam philosophus dubitat. Si enim alia percipi, alia non percipi possent, longe, multumque in eo differrent. At ponunt nullo modo inter se differre. Quartum eorum caput est. Nullum esse visum verum, cui non appositum sit aliud falsum, quod a vero nihil intersit. Quare si ut datum est falsum percipi non posse, & quod ab eo nihil differt, neque percipi posse, verum ergo, quod a falso nihil intersit percipi, & comprehendere non potest. Omnis ergo disceptatio de quarto capite est. Quod si obtrinerent actum esset de nobis, vel de tota potius philosophia. Quam ob rem in eo probando omnes nescios ingenij, & industriæ suæ contē-

dunt. Nos autem in eo ut defendamus vllum esse falsum tam verisimile, quin aliqua nota ab eo distinguatur. Præcipua vero vis, & suorum argumentorum difficultas cernitur in labefactanda perspicuitate & euidencia, qua nihil est in rerum natura clarius. Euidencia vero, vel est in sensu vel in ratione. Quod autem nullum sit euidens verum in sensu, concludunt ex eo, quod nullum sit in sensu visum imprefum, ab eo quod est, ut eiusdem modi ab eo quod non est, non posset esse, ita ut nulla sit relicta nota quæ distinguatur. Ut hoc autem probent narrat multa visa, quæ nos concedimus esse falsa: tamen eodem prorsus modo sunt, quo essent vera. Ut cum re aliquam pedalem vides, qua nota illam magnitudinem, quam verā dicis distinguis ab ea, quam apparet in Sole, quam esse falsam affirmas? Nos autem respondebimus, quod quamuis nulla distinctio appareat magnitudinis, constat tamen longe differre interualla, quibus vtraque res distat ab oculis, hac igitur interualli nota visum verum a falso interest. Ita si commemorent duas ex lucerna famulas cerni ab eo, qui oculum torqueat, nota, qua verum & falsum internoscitur, rectitudo est oculi. Ita de villis nemoribus, & litoribus, quæ moueri videntur eis, qui sunt in naui. Nota qua verum a falso distinguitur, est, quod steter, vel moueatur locus è quo prospicimus. Ita pilum a pilo, signum a signo, granum a grano, ouum ab ouo differre, neque idem esse aliud quod aliud, quod simul posita distincta esse cognoscuntur. Ut illud Stoicum omittam, nullum esse

*Dissoluitur
argumenta
Academicorum.*

esse pilum omnibus rebus talē, qualis sit pilus alius, nullum signū, nullumque granum. At clamant Academici, saltē hæc separata internosci non posse. Facile patimur, neque enim ego assentiar ouū, quod nunc video, idem esse, quod proxime vidi. In eaque re sapientissimum hominem errare, & falli posse concedo, in eumque visum aliquando incidere, quod percipi non possit: quia nulla nota verum a falso distinguitur. Non enim in hac vita tantis circumfusa tenebris, eum sapientem informari posse putamus, qui nullis, vel minimis rebus decipiatur. Neque de hoc vlla quæstio est, sed vtrum vllum verum sit, a falsoque aliquando internosci possit: conamurque, ne ab his quæ clara sunt, & perspicua ipsa per se captionibus vllis, & quasi præstigijs depellamur. Cōtra vero Academicam, hanc euidenciam, & perspicuitatem, quæ in sensibus est, nobis eripere nituntur. Qua de causa oportet nos armatos esse, & ea in promptu habere, quæ pro euidencia responderi, ac dici possunt, ne captiosis argumentationibus a veritate desciscamus. Rursumque his visis sensu comprehensis, quæ habentur a nobis clara, atque perspicua, & quibus ad agendum commouemur, apponunt illa, quæ inania, ac vana esse iudicamus. Siue illa cogitatione informantur, siue in quiete, siue per vinum, siue per insaniam, quibus similiter ad agendum impellimur. Notum illud est, quod de magno Alexandro narratur, cum audiret citaræ dum Phrigium pulsantem, qui tertius modus vulgo dicitur, subito confurgens, alios pugnis impetere cœpit.

Innani belli cogitatione sic incitatum fuisse constat, ac si verum bellum fuisset. Quotidie experimur etiam, quæ multis in quiete contingant, nam vociferantur, clamant, interpellant, loquuntur, surgunt, res domus componunt, tanquam si vigilarent. Scimus etiam, quas vinolenti, & insani homines tragædias excitent, quibus visis assentiant. Si omnes igitur isti, ita prorsus falsis impelluntur visis, ut ij qui aliter sunt affecti his, quæ vera vocantur, nihil interest inter illa, cur ergo alia falsa, & quæ percipi non possunt, alia verò perspicua, veraque putantur? Licet tamen Academici graues habeantur viti, ex hoc toto argumentandi genere non possunt effugere leuitatis maculam. Agimus de re grauissima, pugnamus pro tota sapientia: quærimus grauitatis, firmitatis, & prudentiæ iudicium, proferunt exempla somniantium, vinolentorum, & furiosorum. Omnium deinde inanium visorum, vna confutatio est, siquidem omnia eiusmodi visa vacare perspicuitate defendemus, quam pro parte nostra tenere debemus. Nam qui sibi aliquid cogitatione depingit, simul ac se colligit, & reuocat, sentit, quid intersit inter perspicua & inania, inter vera & falsa. Illud etiam compertum est, non eandem esse vim, & integritatem dormientium, & vigilantium, nec mente, nec sensu. Nec ebriosi eadem firmitate faciunt, qua sobrii: dubitant, hæsitant, nec recte pronunciant: sicut nec corpore, ita neque sententia consistunt, cumque edormiuerint, quam inania illi visa fuerint, cognoscunt. Quod idem furiosis contingit.

tingit. Et cum relaxentur videant leuissima illa sua visa fuisse. Ita vigilantes per risum somnia narant, sobrijs, & sani quæ ebriosi & insani opinabantur. Itaq; in his falsis, quæ veris apponit, satis rerum, certis, & proprijs notis inter verum, & falsum differat. Sed fortasse dicunt, cui potest exploratum esse de vigilia, & sanitate sua? Sed hoc perinde est ac si putent nihil inter vigiliam, & quietem interesse, nihil inter morbum, & bonam valetudinem, nihil inter calorem & frigus, nihil inter candorem, & atrocem, nihil inter bouem & hominẽ, & non solum vera & falsa, sed omnia incerta reddere, miscere, atque confundere, neque solum in cognitione & sensu nostro, sed in natura ipsi, vitium magnum esse putare. Quod summa infania est, neque vsque eo Academicos viros singulari ingenio desipuisse credimus. His argumentis Academici oppugnant perspicuitatem, quæ est in sensu: hisque modis a nobis rectè defendi, neque vllam eius partem ammitti duco. Sed a sensibus iam abeamus, & ad rationem, mentemq; veniamus: in qua sicut est longe maior euidẽtia, quam in sensibus, ita maiori vi, & magis captioso arguendi genere illam appetunt. Ita vt glorientur in explicabilia eorum argumenta ab omnibus aduersarijs esse concedi: neque eorum vllum inueniri iudicium, vt respondere possint. Quæ dum iactant, victoriam conclamare videntur. Et ego quidem fateor hæc illorum argumenta, vel ab auctoribus prætermitti, vel si quis vllam illorum mentionem faciat, aut in scholis vsurpentur, neminem hactenus illorum so-

lutionem tentasse, sed inexplicabilia ab omnibus dici. Nos tamen illa facile explicabimus, & quam captiosa, sint aperte monstrabimus. Facientur omnes (aiunt) illud euidens ac perspicuum esse principium, & totius Dialecticæ fundamentum, quicquid enuncietur aut verum esse, aut falsum. Alijs item verbis idem est in metaphysicis principium, quodlibet est vel non est, vel fieri non potest vt idem sit & non sit. Quo nihil clarius, nihil planius in tota philosophia. Quid igitur hoc tu mentiris verum aut falsum est? si verum dicas, ergo cum mentiris verum dicis: quo nihil absurdius. Velut si diceres, cum es albus, es niger, cum curris, stas. Non igitur rectè respondes, cum illam enunciationem veram dicis. Responde igitur quod reliquum est, vt falsam esse pronuncies. Quod si falsa est, ita est vt dixi, quod tu mentiris, si ita est, vt dico, verum dico, non ergo falsum dico, cum te mentiri dico. Non ergo rectè respondes, cum illam enunciationem falsam esse ais, aliquid ergo enunciat, quod neque verum, neque falsum est. Eodem modo refellam illud, quodlibet est vel non est. Nam quæram, an ne sit vel non sit hoc: falsum dicis, si esse dixeris, est igitur id, quod est, sed id, quod est, & verum non possunt separari vt iam exposuimus, ergo etiam verum est, sed si verum est falsum non est, non est igitur illud, falsum dicis, te igitur reuoca, ac dic non esse. Quod si non est quod falsum est dicis, non esse, ergo verum dicis, est ergo quod dicis, & falsum dicis: igitur est, quod falsum dicis, quare ergo non esse dixisti? Vbi igitur est quodlibet est, vel non est, & fieri non

In explicabilia que vocatur argumenta explanatur.

non posse, vt idem sit & non sit, cum aliquid proponatur, quod sit & non sit. Dicunt etiam Dialectici, in conexis esse necessarium, si superius concedas, concedere, quod inferius est, vt si dicis nunc lucere, & verum dicis, lucet, sed dicis nunc lucere, & verum dicis, lucet igitur. Probant hoc concludendi genus Dialectici, certumque planum, & perspicuum esse tradunt. Idemque docent, si semel aliqua concludendi ratio vitiosa appareat, totum concludendi genus in vitio esse. Explica ergo mihi hanc argumentationem eadem ratione, qua superior illa conclusam, si dicis te mentiri, verumque dicis mentiris, dicis autem te mentiri, verumque dicis, mentiris igitur. Item quid de hac conclusione dicis? si lucet lucet, lucet autem, lucet igitur. Approbares scilicet. Quid autem huic conclusioni faceres, si mentiris mentiris, mentiris autem, mentiris igitur. Probares an improbares? Quid ergo hæc ab illa quam libenter probas differt? Præsertim cum dixeris, si vis, si via, si ratio semel valet, semper valere necesse est. Dicunt Academici, hic aduersarios suos clamare. Hæc Chrysippea sunt, neq; ab ipso vnquam soluta, postulantque vt excipiantur hæc in explicabilia. Sed quo iure (aiunt) postulant hanc exceptionem. Nam perinde esse videtur ac si disputatio nis initio postularent, ne vllis eos argumentis conuinceremus: quod esset scilicet, disceptationem renuere. Ego autem demonstrabo non calido, & versuto iure, sed æquo, & bono, hæc vt excipiantur postulari, ex quo planè efficietur, vt si hanc Academici exceptionem non concedant, non æquabili & certo iure, sed

calido, & iniquo ad disceptandum venisse. Vt igitur id planum faciã, animaduertere oportet. Signum suavi, atque natura alterius rei non sui ipsius esse. Nam signum alterius rei nota est, quam significat, vt vestigium signum est non sui, sed hominis transeuntis, voces, & nomina non se, sed res ex hominum instituto significant. Alienum igitur est a natura signi vt se ipsum significet, & pro se ipso adhibeatur, vt nomen quod propter alia nomina declaranda quæ situm est si se ipsum declararet, enunciatio etiã vera, vel falsa de alijs dicitur enunciationibus, & nunquam nisi de industria fiat, incidit in hominum sermonem, vt de se ipsa dicitur. Ita mentior in aliqua alia re intelligitur, non in eo, quod mentior dicam. Si tamen abuti volumus signo, vt illud cogamur se ipsum declarare, fiet aliquando, vt si refellens signum sit, dum alia, quæ significat refellit, se ipsum etiam refellat, simulque aiat, & neget, quod est intolerabile sermonis portetum, & magno opere cauendum. Nam vsu aliquando eueniet, vt disperata coniungantur in eodem dicto. Quo nihil absurdius, vt quod non homo, sit homo. Quod si id vitij de quo loquimur non vitetur, necessaria conclusione duo disparata concludã hoc sibi logismo. Quod declinat est nomẽ, non nomẽ declinatur, ergo, non nomẽ est nomen. Item, quodcũq; verbum coniugatur, non coniugatur est verbum, ergo non coniugatur coniugatur. At Dialectici docent, disparata nullo modo inter se in esato verociungi, cum sint natura sua separata. Quare si facile patiamur parum a vi, & consuetudine signi desciscere, tandem ad incredibile com-

pellemur absurdum. Iam ergo in explicabilia Academicorum facile explicabuntur. Nam planum est in quo illa peccent. Nam mentiri signum est refellens: quare non patiemur, quod seipsum significet, nam seipsum etiam refellet, & ex vna parte seipsum ponet, & ex alia tollet. Quare nihil constans, & stabile dicitur, sed varium, tortuosum, & valde ambiguum, quod est longe alium ab æquo, & bono iure disputantium: veris enim argumentis, non captionibus, & quasi præstigijs vti debent, qua de causa, si te aut alium mentiri dixeris, ne quid peccati contingat, oportet loquendi consuetudinem seruare, ut aliam rem exponas, in qua mentiri dicas, non hoc ipsum mentiri. Eadem ratio est de hoc falsum dicit, & de hoc illud sic non est, ac denique de quocunque signo negante, ac refurante, cuius significatio ad ipsum signum pertineat. Ius igitur interpretati sumus, quo postulemus nouam Academiam, ut hæc, quæ vocabant inexplicabilia excipiantur, nec opus futurum esse credo Tribunum, ut ait Cicero adire; sed quicumque peritus, & æquus iudex, hæc exceptionem nobis adiudicabit. Alio etiam modo noua Academia oppugnat illud, quod nos necessarium, & perspicuum esse dicimus, quodlibet est, vel non est Necessarium igitur est, citas Herma cum viuere, aut non viuere. At nulla talis necessitas est in rerum natura. Sed esse dicimus, non quod vtraque possit esse distincti pars, sed quod esse alteram necesse sit. Mathematicorum autem demonstrationes, quibus assentiri coguntur, ita eludere, & eleuare conan-

tur. Quod huiusmodi iniurijs, & quasi fundamentis nitantur, quibus non concessis, ne digitum progredi possunt. Punctum esse quod omni magnitudine vacet, extremitatem, quod nulla sit crassitudine, lineam, quod nullam habeat latitudinem. Fatemur hæc esse mathematicorum initia, ex quibus omnis eorum demonstratio pendet, & quia initia sunt a Mathematicis probari non debent. Probantur tamen alia scientia. Nam Physicus, vel metaphysicus, necessaria demonstratione cogit eis assentiri, & hac ratione a nobis alio loco probabuntur, ne omnia misceamus, & confundamus. At Polyænus, qui mathematicus insignis fuisse narratur, postea quam Epicurum audiuit, totam geometriam falsam esse credidit. Sed nihil id nostra refert. Minime vero magnum mathematicum fuisse, exitus quem narrant comprobauit. Hæc sunt difficiliora Academicorum argumenta, & quæ viris acutis, atque peritis non nihil effecerunt negotij, reliqua omnia quæ multa sunt, & quibus iustos libros compleuerunt, faciliora & leuiora sunt, & vno responso expediri, & explicari possunt. Commemorant enim varias philosophorum opiniones, de natura, de moribus, de officijs, de finibus bonorum & malorum, ex quibus conclusum esse volūt, omnia incerta esse, nihil veri cognosci & comprehendere posse. Sed ex rebus singulis vitiose concluduntur vniuersæ. ut si ex quibusdam aut claudis, aut atris hominibus omnes vel claudos, vel atros esse concludas. Nos autem fatemur res multas, & innumerabiles, difficiles, & tenebris obsitas esse, & nihil certi de illis

illis dici ab hominibus posse. Non enim illum sapientem informamus, aut vllis doctrinis, ac disciplinis quemquam ita instrui posse arbitramur, ut omnia complectatur nusquam labatur, nihil opinetur, sed ut eas res, in quibus aliquid certi statui potest, pro certo sciat, in alijs probabili ratione ducatur, longeque prudentius eas tractet, quam alij, qui sunt doctrinæ expertes. Hoc si natura hominum contenta non est, saltem nihil amplius assequi potest. Silentio tamen prætereundum non censeo, quid subsidij noui Academici hominum erroribus, & descriptionibus ferant, si nihil approbent, nulli rei assentiantur. Si hoc subsidium est, quare non etiam erit, ut nihil cogitet, nihil reputer, sed dormiat, obstupescat sit tanquam saxo sculptus, aut è robore dolatus. Præcipiunt Academici probabile sequi in vita gubernanda. Si nihil accidat: quod sit probabilitati contrarium, assensionem tamen sustinere, ut confidens nauem sapiens cohibeat assensum, se ex sententia nauigaturum. Sed si ex portu stadia triginta proficiscatur probo nauigio, bono gubernatore, magna tranquillitate, probabile credat se illuc venturum esse saluum. Sed si alius sapiens non solum probabile putet sed etiam assentiat illuc venturum esse saluum, & vterque postea magna tempestate iactetur, aut comode nauigauerit, quantum maius vnus quam alter, aut comodum, aut incommodum habebit: Vterque enim aut errasse, aut vera sensisse iudicabitur: quod se nauigationi commiserit. Quid etiam quatuor Antiochi libri de cohiben-

dis attentionibus præstant, nisi ut sapiens, quem ille instruit nihil sapiat? Aut quo pacto sapientis nomen sustinebit, is, qui nihil scit? sine assensu enim nulla constat scientia, nihil veri est assecutus, omnia prorsus ignorat. At dicunt sola veri assidua inuestigatione sapientis nomen tuebitur. Sed nõne stultissimum, & absurdissimum est, illud inuestigare, quod iudico inueniri non posse? Quid (malum) Academicus verum quærit quod putat reperiri non posse? Quare sua se cogitatione stultitiæ, ac temeritatis arguit, atque conuincit. Iam vero probabile definiunt, quod est verisimile. Sed verum nunquam viderunt, neque ab vllò homine conspici posse putant: quo pacto probabile eius simile docent, quod nunquam visum est, atque adeo neque vlli vnquam vera illius imago oblata est. Certum enim est neutrum eorum, quæ cum aliquo conferuntur, sine altero cognosci posse, pater enim non intelligitur sine filio, neque filius sine patre. Vterque enim per alterum diffinitur, ut pater qui habet filium, filius, qui habet patrem. Ita vnum simile, per alterum cui est simile intelligitur, atque diffinitur. Declarent igitur Academici, qui fieri possit, ut verisimile cognoscant, verum autem prorsus ignorent? Hac igitur ratione, a noua nos Academia defendemus & illam vicissim oppugnabimus.

.(:).

†

Cap. 6. De vero aduersus alios philosophos.



EQVITVR vt videamus, quid alij philosophi de vero seferint. Quidam, vt Aristoteles auctor est, omnia vera esse putarunt. Alij vera esse omnia, quae cuique videbantur. Alij nihil esse verum. Quia vero nulla res nobis magis in lucem profert veritatem & falsitatem, quam affirmatio & negatio. Necesse enim est alteram veram, alteram falsam esse: vt Petrus est vel Petrus non est. Nullus homo docet vel aliquis homo docet: Hoc lumē clarissimū istorum hominum dictis apponamus, vt quanta incommoda eos sequantur, plane videamus, simulque apparebit quantum robor & firmitermentum in hoc principio sit ad omnes scientias & disciplinas inuestigandas. Si vera igitur omnia sunt vt decreuit Heraclitus, verum erit Paulum esse hominem, & Paulum non esse hominem. Res igitur duae, maximē alienae, atque disparatae in Paulo cohaerebunt, vt sit homo & non sit homo, erit igitur homo non homo. Sed si de homine dicitur quod est maxime alienum ab eo, ergo quod minus alienum est, etiam dicitur, erit igitur homo lignum, saxum, canis, & leos; ac denique res aliae omnes, quae minus ab eo alienae sunt, quam non homo. Quod si ad tantum delatus absurdum re aliqua non dici de homine concedas, Aliquid igitur falsum est, neque omnia vera sunt, vt dicebas. Non ergo in dictis persistis, nisi quicquid est in hominem conuenire fatearis. Omnia

De vero quo pacto quidam philosophi locuti sunt.

Quo pacto redarguendi sint qui principium notissimum negant.

nia igitur vnum sunt, neque aliqua est in rebus distinctio, ergo neque in verbis, nam & res sunt, & res significant. Nullum igitur verbum propriē & sigillatim aliquid declarat: ergo qui loquitur, nihil declarat: ergo non loquitur: ergo tu, qui omnia esse vera pronuncias, nihil loqueris, nihil dicis, atque adeo neque dicere potes, cum nihil verba ex sententia tua declarare possint. Murus igitur es, neque tecum magis esse potest disputatio, quam cum marmore. Statua igitur emarmore dolat es, qui omnia vera esse dicis. Ita istos homines esse arguendos existimo, & ad hoc absurdum impellendos, vt quod facere profitentur, non facere, & quod sunt, non esse fateri cogantur. Hoc enim principium cum planissimum & apertissimum sit, non potest directo ex aliqua re clariori demonstrari, neque vrgendo maiori incommodo, quam sit ipsum negari. Quare aduersarij arguendi tantum & conuincendi sunt positus, & concessis ab ipsis. Alia ergo argumenta, quibus vtitur Aristoteles ad istos auctores refellendos, praeterquam quod difficilia sunt, cum facilliora, procliuioraque in re facillima esse oporteat, vel aliquid petunt, quod non ita patet, vt id quod negatur, vel id incommodi suscipere cogunt: quod longe minus sit quam id in quo aduersarij haerent. Optima autem refellendi & redarguendi ratio mihi videtur, cum nihil amplius petitur, sed illo quae refutamur sermone implicatus aduersarius tenetur. Quod autem non sint vt videntur omnia, quemadmodum Protagoras existimasse fertur, qui vt est in Menone Platonis, plus quadraginta annis mercede docuit, eisdem

inicijs

inicijs vrgerimus. Nam cum diuersis diuersa videantur aiens, & negans simul vera dicent. Vt si qui longe prospicientes vni videatur animal esse, alteri vero non esse, idem erit & non erit animal, ac deinde sequentur omnia incommoda, quae superiori argumentatione posuimus. Nam vero si paret alius me alio loco esse, alius vero alio, simul diuersis locis ero. Praeterea si res ex opinione pendens, is de quo nulla sit opinio nihil erit, quod si nihil erit, nihil opinabitur. Sed fieri non potest vt omnis qui opinatur in alia opinione sit, quia infinitus esset progressus, persistendum igitur in aliquo est, qui opinetur, licet nulla de ipso sit opinio: at simul atque non sit in opinione positus non est, si vera dices res omnes ex opinione pendere. Si vero non est, nihil, vt dixi, opinabitur. Corruet igitur ipse, qui non est, in opinione positus, ac corruent omnia, quae ex eius pendent, opinione, ac tandem nihil erit. Nec tu igitur es, qui ista venditas, quare cum ista iactas, nihil loqueris, nihil dicis. Sed quibus argumentis homo iste acutus ad id probandum vtatur, operipretium est considerare. Ex eo aiunt quod non est nihil esse potest, quicquid enim fit ex aliquo fit. Sed alia contraria ex alijs sunt, vt ex aqua ignis, ex aere terra. Ergo ignis erat in aqua vnde factus est & in aere terra: eidem ergo rei contraria & repugnancia conueniunt; contradictoria igitur propositiones de re eadem dicentur. Sed quod est iam nec fit nec oritur, quare si fuisset ignis in aqua, non fieret neque oriretur ex aqua, sunt igitur res in alijs, vnde quasi ex materia oriuntur, non vera sed vi ac potestate, vt ex aere fit

Argumenta quibus probatur omnia esse quae videntur.

statua, non quae esset in aere statua, ante quam fabricaretur, sed quod poterat in aere sculpi. Rursus argumentatur, veri iudicium sumitur ex sensu, vt illud esse credamus, quod sensibus videtur, vt alba, nigra, dulcia, amara, dicimusque talia, quae vel aspectui, vel gustatui videntur. Sed contrariam sensus speciem afferunt. Nam quod valentibus dulce, aegrotantibus amarum videtur, item herbarum multis animalibus dulces sunt, hominibus autem amarae. Eadem ergo res dulcis & amara est, quia ita sensibus videtur. Hoc argumento Anaxagoras conuictus, illam sententiam extulisse narratur. Res eis tales futuras: quales putauerint. Sed non totum de vero iudicium ex sensu petitur, multa enim animus de natura, de officijs, de finibus bonorum & malorum in mathematicis in prima philosophia iudicat, quae sensibus non comprehenduntur. Ac ea quae sensu cognoscuntur, licet diuersis numero sensibus diuersam speciem imprimant, non concluditur contradicentes propositiones in eadem rem conuenire. Nam contradicentes postulant vnum subiectum, vno eodemque tempore. Vni autem sensui vno eodemque tempore nunquam diuersa videntur. Sed quod sensus res tam varias, licet diuersis locis, diuersisque temporibus nuncient, quod etiam tam variae diuersaeque sint de veritate opiniones eorum, qui solertissimi habiti sunt in querenda veritate, ita Democriti coetera sapientis & acuti viri animum conturbauit: vt diceret sicut iactare narrauimus, Academicos, aut verum nihil omnino esse, aut nullo modo a nobis percipi posse. Attamen quoniam planissimo

B 5 sumo

Nihil esse interiectum inter esse & non esse.

sumo illo & illustrissimo principio, ac totius philosophiæ fundamento quodlibet est, vel non est armati, ad absurda ea aduersarios impellemus, quæ non philosophis solum, sed viris etiã non amicitibus indigna sint. Oportet nunc animaduertere quo modo tantum principium ab alijs philosophis tractetur. Dicit enim Anaxagoras, vt narrat Arist. nõ esse necessarium rem vel esse vel non esse, sed aliquid interiectum esse inter affirmationem & negationem. At si quæstio sit, vtrum aliquid sit, nihil responderi potest postquã fuerint ambigua distincta, nisi aut esse aut non esse. Quicquid enim iudicij ab animo proficiscitur, per est vel non est declaratur. Nam vel est verũ vel falsum. Omne vero quod est verum vel falsum, affirmatione & negatione concluditur. Siquidẽ, qui quod est esse, & quod non est esse asserit, verũ dicit. Qui autẽ non quod est non esse, & quod non est, esse ponit falsum dicit. Nihil ergo medium inter aientia & negantia locari potest. Exponant enim rationem eius, quod neque est, neq; nõ est. Ac planẽ falsum illud esse dicunt quodcunque vel est, vel nõ est, qui medium aliquid interiectũ esse affirmant. At si verum nõ est, quod magis nobis verum esse videtur, nihil verum reliquum est, sed omnia falsa erunt. Ac denique si nõ est illud, quod est totius philosophiæ, totiusque doctrinæ firmamentum, omnis collabitur, tolliturque disciplina, cõmune itaq; est omnibus istis philosophorum de vero decretis, vt se ipsos refellant, & falsitatis arguant. Nam qui omnia vera esse docent, pariter affirmant & verum esse cõcedunt, omnia sunt falsa, ergo quæ

ipsi dicunt falsa sunt. Item qui nihil verum esse dicunt, verum etiã non esse fatentur, quod ipsi prædicant. Si vero excipiãt ex veris, quod est contrarium ei, quam ipsi asserũt, enuntiationi, vt dicant, omnia vera esse, præterquam illam enuntiationem, quæ omnia falsa esse dicit: ex falsis autem eam, quam ipse dicit, vt qui falsa omnia esse asseuerat excipiat illud tantum effatum, quo falsa omnia esse pronunciantur. Tamen sequitur illas innumerabiles enuntiationes falsas & veras esse ponere. Nam vera erit enuntiatione, quæ ait veram esse, quam postulas esse verã. Itẽ falsa, quæ ait esse veram, quã petis esse falsã. Et ad hũc modũ progrediemur in infinitum. Maneat igitur, & verum esse, a nobisque nõ nihil eius planẽ & certõ cognosci. Nihil tamen nobis certius est, quã fieri non posse eandem rem, simul esse & non esse.

Liber secundus.

Cap. 1. De eo quod est mentis dumtaxat opera.

DE EO quod est omnino & totum de seruiamus. Sequitur vt illud in partes diuidamus, qua ratione lóge melius declarabitur. Ea igitur quæ sunt, alia vera sunt, alia non vera, sed mentis modõ intelligentisq; beneficio, vt oratio, enuntiatione, & syllogismus: quicquid denique animo nobiscum cogitando

Entis diuisio.

Ens ratio- nis quid sit declaratur.

do cõficimus, quæ omnia simul atque cogitare definimus, effluũt & esse definunt. est tamen considerandum nonnulla mentis esse beneficio, quæ vera sunt, vt cognitio, notio, & quod vocant mentis verbum. Nam vera mens intelligit atque cognoscit, sicut vera videt oculus & auris audit, videndo tamen oculus, & audiendo auris, nihil aliud præstat, at mens intelligendo nomen, orationem, enuntiationem, & syllogismũ efficit. Has ergo non veras, sed res nominamus rationis, & ob eam rem dico intelligentiæ beneficio esse, & cogitãdo fieri. Quamquam hæc ambigui potius diuinctio & explicatio, quã vlla rei diuisio habẽda est. Nihil enim commune est rei veræ cũ ea, quã nobis cogitatione fingim⁹. Talis igitur est hæc diuisio, qualis illa esset, si hominem in viuum, & depictum partiremur. Quæ nos enim cogitamus, & eæ, res quas animo depingim⁹ imagines, quædã sunt earum rerũ quæ in cogitatione verãtatur. Quare recte diuisio hæc, primo loco ponitur, quia est quasi quædam homonymi explanatio. In eo tamen homonymi explanationem vincit, & veram imitatur diuisionem generis, quod omnes eius, quod est, affectiones in vtranque partem cadãt diuisionis. Nam etiam quicquid mente & cogitatione fingitur, est aliquid, vnũ, verum, bonum, sicut quicquid vera est. Ex quo etiam fit, vt magis latẽ pateat, id, quod est mente, quam id quod est vera. Nam quicquid est re, est etiam mente, quando intelligitur. Nihil autem est quod intelligi non potest. Non autem eodem modo quod est mente, potest esse re, multa enim animo fingun-

tur, quæ nulla ratione re coherere possunt. Præterea partes orationis, enuntiatione, connexum, syllogismus animo componuntur, re verõ nullam sunt, neque esse possunt. Iam vero sciẽtiæ, artes, & disciplinæ omnes, quæ in rebus versantur, ad earum notiones animis nostris infitas etiam pertinent, quatenus ex ipsis informatas rerũ notiones enodantur. Superest tamen vt de notionibus illis, quibus nihil rebus respondet, de enuntiatione, syllogismo, & alijs, aliqua notentur, & componantur sciẽtiæ, vel artes ab illis differentes, quæ de rebus sunt. Vt totum non solum ens verum, sed etiã animo fictum exprimat & illustretur. Quod munus duæ artes obeũt & pro dignitate exequantur, dialectica, & rhetorica. Quarum vires & vtilitates vt cognoscamus, oportet animaduertere, hoc inter scientiam & artem interesse, quod scientia veritatis contemplatione & cognitione natura sua contenta est. Ars autem, actionẽ & opus aliquod querit. Quare scientia veritatem aperit & illustrat. Ars autem modũ agendi docet, & opus dirigit. Scientia ex principijs perspicuis, & natura cognitio progreditur, ad res obscuras & abstrusas declarandas & indicandas. Ars autem vires natura infitas ad agendum perficit & auget, ita vt si vsu colatur virum mirabilem in agendo faciat. Et ita est ad agendũ necessaria, vt nulla quãuis in se perfecta natura, res perfectas sine arte possit efficere. Vires igitur ad agendum natura inchoauit, ars autẽ perficit. Ex quo fit, vt ad res singulas agendas & administrandas, artem vehementer expectamus, vt ad canendum, pingendum, domus

Dialectica & rhetorica vires & vtilitates.

Dialectica
quid sit.

mus fabricandas, vestes facien-
das, ad quascunque denique actio-
nes viles, vel necessarias, quæ arti-
ficio dirigi possunt artem quærimus.
Ita etiam ad intelligendum & lo-
quendum, artes quæ sitæ sunt, dia-
lectica & rhetorica. Nobis autem est
natura datum, ut ratiocinando in-
telligamus. Dialectica ratiocinari
docet, & perfectam ratiocinationem
instruere. Est ergo dialectica ars,
quæ in ratiocinatione versatur. Ex
quo fit ut res illas, quæ sunt mentis
opera, ad ratiocinationem pertinē-
tes, nomen, verbum, & orationem
exprimat, & declarat. Quoniam ve-
ro non solum nobis cum ratiocina-
mur, sed etiã ratiocinata, cum alijs
conferimus, & animi sensu loquedo
alijs significamus. Ars alia quæ sita
est, qua hæc loquendi facultas perfi-
ciatur, quæ rhetorica nominatur. Ita
que dialecticæ rhetorica subiecta
est. Differit enim dialectica de syllo-
gismo, & ratiocinatione simplici-
ter. Rhetorica vero de syllogismo
etiam, sed non simpliciter, sed alteri
expresso. Illam enim artem, vel sciē-
tiam alteri subijci putamus, quæ al-
terius subiecto aliquid externū ad-
dit. Est ergo rhetorica ars, quæ in
elocutione versatur. Ex quo appa-
ret Dialecticam, vel muto vsui esse,
Rhetoricam non item. Apparet etiã
non recte harum artium vim ab illis
intelligi, qui inuentionem & dispo-
sitionem ad Rhetoricam pertinere
arbitrantur. Si enim ad rhetoricam
spectant, non igitur ad dialecticam
quia in eiusdem rebus duæ artes, vel
scientiæ versari non debent. Esset
enim absurda earum dem rerum re-
petitio. Cum ita sit omnis philoso-
phia in sciētijs distribuēda, ut nihil
repetere sit necesse. Est autem ratio-

Rhetorica
quid sit.

Scientiam
aliquam alie-
ri esse sub-
iectam quid
sit.

In quo dif-
ferant dia-
lectica &
rhetorica.

cinantis propria argumenti, vel ut
Græci dicunt, medij, ex quo fit con-
clusio, inuention, & dispositio in ratio-
tinatione, ut necessario conclusum
esse videatur. Ac etiam ratiocina-
tiones, quæ in re tractanda succur-
runt, via atque ratione disponere,
ut apta sit totius orationis ad probā-
dū instructio. Quæ omnia cogianti
& secum ratiocinanti, sunt quidem
opportuna, quod re perfectè cognos-
cat, & intelligat. Quæ si cum altero,
comunicare decreuerit, accedit rhe-
torica, quæ demonstret ei aptā, dig-
namque elocutionem. Sunt igitur
Dialectica, atque Rhetorica, artes &
scientiæ: artes, quod aliquid efficere
docent, syllogismum inuenire, dis-
ponere, & eloqui: scientiæ sunt, quod
hæc non sint actiones externæ, sed
in ipsa contēplationis fonte perfec-
tæ. Itē quia diffiniendo, diuidendo,
& argumentando, vtraque modum
agendi in quo cernitur, tractat.

Cap. 2. de rebus singulis. &
vniuersis.

RVRSVS: aliæ res sunt vni-
uersæ, aliæ singulares, vni-
uersa est, quæ vna cum sit
ad res plures pertinet, ut homo est
quædam res, quæ in Petro, & in Pau-
lo, & in Mattheo, licet sint inter se
diuersi, inest. Res autem singula est,
quæ & vna est, & in vno tantum re-
peritur, ut Paulus is homo est, qualis
nemo alius inuenietur. Huius diuisi-
onis partes ita sūt inter se affectæ,
ut res omnes, quas offendimus,
quas ob oculos ponimus, & in quas
incidimus, singulæ sint, quas verò lo-
quimur, quæ in ore versantur, de
quibus

Res vni-
uersa quid
sit.

Res singu-
la quid sit.

Probantur
res vniuer-
se esse re.

quibus sermonem inducimus, om-
nes ferè sunt vniuersæ. Non enim
nisi hunc colorem cernimus, hunc
sermonem loquimur, hunc sonum
audimus, quæ res sunt singulæ. Et
non nisi de colore, de sermone, &
sono verba facimus, quæ res sunt
vniuersæ. Ex quo intelligitur du-
bium non esse, quin non solum res
singulæ sint, quas sensibus semper
experimur, sed etiam vniuersæ, de
quibus toties verba facimus. Absur-
dum enim esset, stultique omnino
& insipientis hominis tot sermones,
quibus homines inter se communi-
cant, & literis mandantur de publi-
cis & priuatis negotijs, de scientijs,
doctrinis & disciplinis, de historijs
& rebus gestis, falsos esse asseuera-
re. Nam cum de rebus sint vniuer-
sæ, de quibus multa dicitur, si res vni-
uersæ non essent, falsi essent. Nam
ex eo, quod res sint, vel non sint, ve-
ritas & falsitas in oratione discerni-
tur. Iam vero si res singulas esse nō
dubitamus, quia res omnes, quas
tractamus atque versamur sunt sin-
gulæ. Cur vniuersas esse dubitauim-
us, si res omnes quas audimus, cre-
dimus, loquimur, scribimus, sūt vni-
uersæ? Dubium igitur non est, quin
multæ & innumerabiles res vniuer-
sæ sint. Satis tamē difficile visū est,
& antiquis, & nouis philosophis ex-
plicare, quo pacto res vna in pluri-
bus rebus sit, id quod postulat rei
vniuersæ ratio. Si Aristoteli fidē ha-
bemus, quia testis oculatus esse po-
tuit, res vniuersas ita Plato explica-
bat. Ut quædam res essent, quas
Ideas nominabat temporis, & loci,
& materiæ expertes, a rebusque sin-
gulis ita separatæ atque distinctæ,
ut singulæ quæque res alicuius Ideæ
participes essent. Sicut cera eius si-

Ideæ quid
sint.

gilli, quod in illa fuerit impressum,
eius formam refert. Quam senten-
tiam multis argumentis in meta-
physicis refellit Arist. & ob eam re
ab omnibus, qui consecuti sunt phi-
losophi, relicta & explosa est. Mul-
tis enim patet incommodis. Illudque
in promptu est, quod non res vni-
uersæ, sed potius singulæ essent, si
erant inter se & ab alijs distinctæ, si-
cut signum, quod est in hoc sigillo
res singula est, & ab eo distinctum,
quod est in cera impressum. Et quæ-
admodum, quia erant inter se Ideæ
distinctæ, vna non erat altera. Ita
quod erant a rebus singulis distinc-
tæ, ut ponebat ista sententiã, non es-
sent res singulæ. At nos quærimus
res vniuersas, quæ in res singulas
conueniant. Sicut Petrum & Pau-
lum, & Augustinum, & alios singu-
los homines, per se vnumquemque
hominem esse cognoscimus. Sed
cum Arist. fuerit multus in hac resu-
tanda sententiã, ita ut iustos & ple-
nos libros de hac re fecerit. In vera
exponenda, ita fuit icinatus, ut ne
verbum de hac re vllum fecerit.
Quare sicut in alijs rebus, quas non
explanauit, valde molestum, & ope-
rosum negotiū sophistis exhibuit.
Quidam igitur ita de re vniuersa lo-
quuntur, ut re ipsa nihil sit vniuer-
sum, sed quicquid est re, res aliqua
singula sit, tantum animo, & mente
vniuersa res inuenitur. Hoc est no-
titiæ de rebus animo cōceptæ, quas
nominibus declaramus, sunt id vni-
uersale, quod quærimus. Sicut no-
men homo, quia de Petro & Paulo
& Augustino dicitur, vnum cum sit
de multis dicitur: ita ipsa hominis
notio vna existens ad res spectat di-
uersas, id quod ratio rei vniuersæ
postulat. Alij subtilius hæc expone-
re arbi-

De rebus
vniuersis
opinionēs
auctorum.

re arbitrantur ea dicentes, quæ aut absurdissima videntur, aut vix intelligi queunt, vniuersale (vt illorum verbis vtat) esse in rebus, vniuersalitate in intellectu. Sed qui fieri potest vt candidum in pariete sit, & candor alio loco? Nam candidum candorem secum trahere necesse est, ita vt vbi candidum sit, ibi etiam esse candorem oporteat, si vniuersale ergo est in rebus, in rebus etiam vniuersalitatem etiam esse oportet. Dicunt deinde, vniuersale res duas significare, & naturam multis communem, & animi motum, ex quo vniuersale nominatur. Primum subtractum, secundum appellant formale. Ac tandem concludunt, res singulæ quatenus his animi notionibus homo, animal, & alij huiusmodi subiiciuntur, fiunt vniuersalæ. Hi ergo auctores, licet magis implicatè, & minus intelligenter loquantur, tandem illorum sententia nihil ferè cum prima discrepat. Vtraque enim in eo posita est, vt res vniuersalæ per se, vique sua non sint, sed mentis dumtaxat opera. At nihil aliud mens sub ministrat nisi notionem. Pendunt igitur res vniuersalæ ex istorum sententia, ex notione. Non igitur verè re ipsa sunt. Nã quæ res sunt, nullo modo ex animo, aut ex vllius cogitatione pendunt. Si enim pendeant, non re sed animo consistunt. Quare dubium non est quin, isti illorum sententiæ subscribant, qui res vllas prorsus negant esse vniuersalæ, notionesque & voces, quibus significantur, tantum multis communes esse concedunt. Quare vna ratione hæc duæ opiniones, licet diuersæ videantur, cõfutabuntur. Et illud incommodum suscipere coguntur, quod in principio huius capitis cæci, & amentis hominis

esse dicebam, id esse negare, quod in omnium ore versatur, de quo semper loquimur, ex quo totus hominum trahitur, duciturque sermo. Itaque si nulla hominis accedat cogitatio, nulla notio, infiniti, qui hactenus cõscripti sunt libri de rerum scientia, de rebus gestis, de plantarum, de animalium historia, de legibus principum, de placitis iuriconsultorum, de præceptis philosophorum, & medicorum consilijs, falsi erunt: vniuersi enim res eas exponunt, res illas tractant, & persequuntur, quæ nusquam sunt. Non est igitur virtus, nõ est homo, non est lex, non est scientia, frustra illa sunt omnia, quæ de his scribuntur, dicuntur & docentur. Huc accedet, quod illa notio, siue notitia, quam solam multis cõmunem existimant, aut refert, & exprimit aliquid, quod re sit, vel non, si re est quod exprimit, cum exprimat ipsa aliquid vniuersum, ad multa; manans, reuera est aliquid vniuersum, & non animi solū, sin autem non sit in re illud, quod mente exprimit, fallax igitur figmentum est, non alia ratione, quam chymera confictum, cum vtrumque inane sit, & cogitatione tantum coagmetatum, nihil extra mentem solidi habens, sed cum ipsa cogitatione euanescentes. Quæ incommoda si absurdiora sunt, quam vt ab vlllo sano homine concedi possint, dubitare nõ debemus, quin vniuersalia reuera sint, sicut Scotus & alij, qui eum sequuntur, opinantur, veruntamen non declarant, quo pacto re contingat id, quod est rei vniuersalæ necessarium, vt vnum in multis sit, in quo tota huius rei difficultas posita est. Quod nos facile explanabimus, si memoriam repetamus, quod cum agere-

Quo pacto
re, vni sit
in multis.

ageremus de vno diximus vnum, idem & simile ad eandem rem aliquando pertinere, vt quæ similia sunt vnum & idem sunt, vt homines qui simili colore, simili capilo, similique ore sunt, vno & eodem colore, capilo, & ore esse dicantur. Ita quia homines ita similes sunt natura rationis participi, vna eademque natura sunt, similiter qui canes, oves. Ita quia vnumquodque animal sentit, vnum animal ad homines equos, & boues, & item alia spectat, quia omne animal similiter sensus est compos. Ita in alijs omnibus vniuersalibus intelligi licet. In quam Aristoteles ita sententiã, quinto metaphysico. dicit. Dicitur etiã vnum & ea quorū genus est vnum, differens oppositis differentijs. Atque hæc vniuersa vnum proprie dici solent, quod genus est vnum quod differentijs ipsis subiicitur. Vt equus, homo, canis, vnum quidpiam sunt, ex eo quia sunt animalia cuncta: vniuersale igitur nihil aliud est quam simili in re vel natura quadam, & vniuersalitas (vt ita dicam) similitudo in re vel natura quapiam. Vna vero similitudo in pluribus rebus necessario reperitur, ad totque numero res manat, quot similes sunt, licet innumerabiles sint. Vt difficile non sit cognoscere quo pacto contingat in rebus vniuersis rem vnam in pluribus esse, si facile cognoscitur, simile nullo modo nisi in res plures cadere posse. Ex quo etiam facile intelligi licet, quam absurdum sit opinari, vniuersale sine mentis ope constare non posse. Nã res similes natura sunt sine vlla mentis ope, licet sola mens similitudine comprehendat. Animal enim animalis simile est, homo hominis, equus equi ipsa, licet nulla inter-

Absurdum
esse vniuersale, sine
mentis ope
esse posse
tari.

ponatur mentis opera. Et sicut accidit vnicuique rei quod similis alteri sit, ita etiam quod vniuersale sit. Ceterum eiusmodi vniuersale est, cuiusmodi similitudo est, quam affert. Id est si res subiectas similes in substantia esse dicit, substantia sit, si in accidenti, accidens sit, si in corpore, corpus sit. Quare homo vniuersale corporis particeps est, Deus & Angelus vniuersalia corporis expertia. Candor autem vniuersale quodam est, quod accidit substantiæ. Quod facile alias quas Porphyrius proponit de vniuersalibus quæstiones explicabimus, si per se genera consistant, vtrum corpora sint, anne corporis expertia: & num separata sint & auilia à rebus singulis, an in illis coherant atque nitantur? Illud etiam quod ex Aristotele circumfertur, vt vniuersale sit vnum in multis, & de multis, paucis describit naturam vtriusque vniuersalis physici & logicæ. Nam homo & leo eam rem declarant quæ est in multis, vt multi sunt homines atque leones: rursus hæc enunciata homo & leo eiusmodi sunt, vt de multis subiectis in enunciatione dicantur. Nam Petrus est homo, & Paulus est homo. Ex quo etiam intelligitur eos auctores, qui illud tantum vniuersale cognoscunt quod cogitatione fit, menteque modo coheret, tantummodo vniuersale logicum attingisse, physicum autem omnino prætermisisse.

De re vniuersa egimus: sequitur, vt de singula differamus. Quæ magnam etiam auctoribus difficultatè affert, explanare cupientibus, quoniam re fiat, vt res vna quæque, singula, vel indiuidua sit. Qui sequuntur Scotum, tradunt id fieri modo, quo res dicitur hæc. Quemadmodum

bar-

*Singulare
Hæc esta-
re non fie-
ri.*

barbarissimo quodam, & inaudito nomine Hæcitatatem appellat. Sed id est nodum addere nodo, potius, quam propositum nodum expedire. Nos enim rationem illam, modum que peculiarem quaerimus, quo res sit hæc, ab aliisque rebus omnibus distincta, tu communiter, & confusè respondes, modum quendam esse. Perinde, ac si roganti, quomodo intelligit homo? responderes, modo quodam, quo intelligere dicitur. Rursus si quaeritur, quomodo ingreditur animal, vel in loco est, & alius respondeat, modo quodam, quo ingredi, vel in loco esse dicitur. Quidnam quaestioni luminis hæc explicatio affert: aut si hæc explicatio est, in quam non conveniret quaestionem? Quid est motus? modus quidam, quo res moveri dicitur. Quænam est materia rerum naturalium? res quædam, qua res naturales materiam habere dicuntur. Iam verò aut hic modus est communis rebus omnibus singulis, aut unicuique singularis, ab aliisque distinctus: si communis, qui fieri potest, ut rem singulam individuumque faciat? qui enim fiet, ut res vlla sibi contrarium efficiat? Sin autem modus unicuique individuo sit singularis. Id cuiusmodi sit, quaero, quo pacto modus à modo differat: & in quo posita sit uniuscuiusque modi natura? Quo pacto præter individuum, ab aliis omnibus distinctum? Discipuli Thomæ alia ratione id explicare conantur, dicentes: materiam primam cum quantitate, vel quætitatis rationem habentem, esse causam, cur individuum ac singulare sit. Quod si quaeramus, cur huius rei etiã forma causa non est? dicunt: quia forma se sua natura communicat. Inuestigamus autem

id quod ab omni sit communicatione alienum, ut individui naturam quæ communicationis est expert, reddat. At etiam materia comunicatur. siquidem quodcunque individuum corporis particeps materiam habet, & quantitatè eodem modo. Sed dicunt: non materiam cum quacunque quantitate coniuncta, sed cum certa, ac peculiari quantitate, certaque, mensura, ac proportione notata. At etiã forma ad materiam huiusmodi quantitate distinctam spectans erit communicationis expert: quia non potest ad rem aliam vlllo pacto pertinere. Non solum igitur materia, sed etiam forma erit hac via rei singulæ causæ. Iam verò certam, distinctam, ac singularem quætitatem efflagitant, ad naturam describendam individui: At de hac re tota controuersia est, quibus rebus hæc quantitas, vel materia, vel alia res ita circumscriberetur, ut comunicari non possit, sed individua fiat. Præsertim quòd nulla certa mensura, nulla talis proportio quætitati ascribi potest, quæ non possit ad res plures pertinere. Siquidem plures eadè vndique mensura, ac proportione esse possunt. Quare, non fit hac ratione quantitas, & cui adiungitur materia communicatione aliena. Quod si illam materiam, ac quantitatem postulare contendat, ita paratam & aptam, ut non possit quadrare nisi ad rem singulam, postulat quod quaerimus. Quare adhuc manet integra dubitatio, neque vllum ei hac via lumen afferunt. Vanum verò est id ita putare, ex eo quod dixerit Aristot. in 4. Metaphysico. c. 6. Ea vnum esse numero, quorum materia est vna. Nam eodè argumento ducti dicerent: ex forma causam esse

*Singulare
quid sit, nõ
rectè est so-
la materia
explicari.*

esse petendam, cur individua sint. Nam eodem capite dixerat, paulo ante, ex vna forma vnum fieri, ut licet calceus, varias habeat materias, ex vna forma vnus calceus est, ait enim ut si calceus formam quandam habeat, tum denique vnus est. Nam Arist. quibus modis dicatur vnum, narrat illo capite. Aliam igitur nos viam quaeramus, qua rem illustrare possimus. Diuisimus rem in vniuersam & singulam, quare vniuersale & individuum duo rerum genera sunt, inter se contraria atque diuersa. Demonstratum est, quid vniuersale sit, & qua re fiat. Ex hac doctrina contraria ratione individui causam & principium inuestigabimus: vniuersalia verò similitudine fieri diximus, contra igitur individua dissimilitudine fieri. Est igitur dissimilitudo causa principiumque rei singulæ. Nam dissimilitudo parit distinctionem, distinctio rem singularem, quæ ab alijs sua natura distincta esse debet. Ita fit, ut cum res aliquas conuenire, & inter se similes esse videmus: quo eas distinguamus tantum quaerimus, in quo dispares & dissimiles sint. Ex quo fit ut hominum vulgus iactare soleat: O virtus singularis, id est cuius nulla similis sit. Ita, singularis homo, singularis audacia, scelus singulare,

*Rei singu-
laris & indi-
uidua cau-
sa.*

& his similia. Ita Petrus, Paulus, Augustinus, & hic, & iste homo: & sic alij singulares homines sunt, quia nullus eis omnino similis inuenitur. Nam homines duo, vel res duæ omnino similes esse non possunt, si enim essent, nihil omnino differrent, ergo eadem res essent, non igitur duæ, sed vna essent. Non igitur singulare & individuum constat sine distinctione, distinctio non est sine dissimilitudine. Est ergo (sicut diximus) dissimilitudo, progressio, & origo, tota rerum omnium singularum. Quam obrem quaerenti, cur res aliqua singula sit? quoniam ab alijs omnibus dispar, & dissimilis est, respondebimus: Neque amplius si sapiat, quaeret, neque si quaerat, est quò progrediamur vltra. Quod bene probat atque declarat id, quod in capite de specie, Porphyrius de individuo dicit. Ex eo individua dicit, quod suas quicque proprietates habeat, quæ omnes in alio esse nullo pacto possunt. Socratis enim proprietates, nunquam in alio eadem esse possunt: at hominis communis & vniuersi proprietates eadem esse possunt in multis, aut potius in omnibus singulis, quia homines sint. Quas proprietates, quibus res singulæ inter se differunt rectè vulgus dialecticorum his versibus comprehendit.

Forma, figura, locus, tempus, cum nomine sanguis,

Patria, sunt septem, qua non habet vnus, & alter.

Ac de re, singula, & vniuersa, hæc tenus.

C Cap. 3.

Cap. 3. Quot uniuersalia sint.

Porphirij. Vniuersalis distributionem non esse bonam.

REM communem & singularem, quoad eius facere poterimus diffiniendo aperuimus, nunc rem communem, quoniam latius patet diuidendo, etiam illustremus. Porphirius in quinque partes uniuersale distribuit, quas quinque voces dialectici appellant, genus ut animal, speciem ut hominem, differentiam ut rationis participem, proprium ut ad ridendum aptum, accidens ut id quod candidum est, & ut federe. Quam diuisionem ita vulgus dialecticorum per multos annos probauit, ut fieri non posse videatur euellere ex animis hominum opinionem, tam vetustam, tamque penitus insitam. Sed cum ex animo veritatem quaeramus, potius vera rerum ratione quam vulgi vilo sermone commouemur, ea igitur nos impulsu diuisione, quam in medium proferemus, vnam vocem ex illo numero eximimus, & in quatuor tantum partes rem uniuersam secamus, in genus, differentiam, proprium, & accidens, speciem reijcimus, neque in hoc numero ponimus. Nam uniuersa res, & communis id sua natura postulat, ut in multas res conueniat, ita ut hoc detracto rei uniuersae nomen sustinere non possit, nam similitudo ex qua res uniuersa ducitur, per se, vique sua res plures possit, at species sua vi plures res minime desiderat, vna enim res singula seruat. Siquidem singuli planetarum species & forma sunt planetarum, licet singulorum vnum tantum sit indiuiduum, plures enim soles & lunae, & item alij neque sunt, neque esse natura possunt.

Antequam Deus faceret Euam, solus Adam erat homo, solusque vera animalis species. Item si vera sunt, quae de Phoenice narrantur, Phoenix vera est auis species, licet singula sit neque eius similis esse possit. Iam vero Aristoteles, quem. i. topico. cap. 3. Porphirium plerique putant secutum fuisse, quatuor tantum posita genera commemorat, ex quibus omnem confici disputationem & propositionem tradit. Quem locum persequens Aphrodisius ait, si quis speciem etiam commemorandam existimat, is quaestionis ac propositionis subiectum indiuiduum ponet, cuius neque differentia est, neque definitio. Si vero de aliqua sit species propositio, quae in disputationem veniat. Patet eam esse generis propositionem. Nam species de multis dicitur, in eo quod quid est quaeritur, non aliter quam genus. Nobiscum igitur, non cum Porphirio Aristoteles sentit, nostraeque sententiae eius praestantissimus interpretes Aphrodisius satis aptam reddit rationem. Ex qua intelligi licet eadem esse generis naturam & speciei, quam isti nominant, id est, cui supponantur indiuidua, sicut etiam aperte docuit Rodolphus Agricola, grauis & doctus vir, dicens, Speciei nomen, sola comparatione ad genus videtur inditum. Quod consulum & in forme genus expoliret, & nobis speciedum exhiberet. Indiuiduis autem comparata non tam speciei retinet, sed generis potius accipit faciem. Quare non mediocriter reprehendendum puto, quod in capite de specie Porphirius docet, speciem infimam, id est quae proxime ante indiuidua dicitur, non generis, sed speciei modo nomen obtinere. Nam humanum genus, & genus hominum, Cicero de amicitia.

citia. Plinius epist. 2. r. 8. Virgil. i. i. Aeneid. Plautus Pænulo, & Platono το θυντον νεως mortalium genus. Cicero primo de inuentione ita scribit, homo animalis pars est: Thebani, aut Troiani genus. His ergo de causis, quatuor tantum rerum uniuersarum genera esse non dubito.

Cap. 4. De genere.

Genus quid sit.

SEQUITUR ut singulas uniuersales partes persequamur, in quibus diffiniendis, quia satis naturam uniuersalis explicuimus, quae est ad res plures pertinere, ipsum uniuersale nobis genus erit, aliter quam Porphirius fecit, qui non genus, sed generis definitionem adhibuit. Nam pro uniuersali in diffiniendo genere, specie, & differentia, de pluribus dici posuit: forte quia non satis aperuerat, quid esset uniuersale. Ac primum de genere differamus, quod sit reliquarum formarum principium fundamentum, & quasi sedes: ea de causa, quam statim ostendemus. Ac genus, qui Latine loquuntur appellant uniuersumque; ortus principium, vel ab eo, qui genuit, vel a loco, in quo genitus est. Sic genere oriundus ab Hercule, vel genere Atheniensis, dicitur. At Philosophi genus esse declarant, cui supponuntur species, quas formas seu partes mauult Cicero nominare de hoc igitur genere, nos modo sermonem instituiamus. Quod sic apte diffiniri puto. Est uniuersale in quo positum est, quid sit earum vnaquaque pars, quas continet. Ut quid sit homo, quid leo, quid equus, positum est in animali, quod harum formarum est genus. Itaque in-

daganti quid homo, quid leo, quid equus sit, vere animal esse occurreret, id quod alijs verbis dixit, Porphirius, dicitur in eo quod quid. Nos autem verbum dici subterfugimus, quia genus potius naturale, & quod in rebus verteretur, ut de toto uniuersalium, genere diximus, quam genus logicum sicut Porphirius, persequimur. Quod enim in rerum natura est, esse in animo ac hominum mente est dici, & res sunt, voces dicuntur. Porphirij discipuli quinque voces vel quinque predicabilia dicant: nos autem quatuor res, vel quatuor rerum uniuersarum formas esse dicemus. Facile vero generis naturalis definitio (si cui placeat ex hac doctrina) in generis logici definitionem transferret, si dici pro esse ponat, id quod in alijs etiam uniuersalis formis vniueniet. Quia vero genus demonstrat quid res vnaquaque sit: reliquarum formarum fundamentum & principium est. Reliquae enim priusquam in rem cadant, seque offerant, & quasi emineant esse ac quid sit supponunt, quod amplius declarabimus, cum de differentia verba faciemus. Quoniam vero genus indicat quid res sit, si rogemur autem, quid res vnaquaque sit, ut quid sit homo, quid sit animal, quid sit numerus, quid sit color, nemo sapiens respondebit, homo est res, animal est quod est, color est ens: res enim, & id quod est tam ampla sunt, tam intima, & penitus insita rebus omnibus, ut nihil aliud, quam res ipsas asserre videantur. Ex quo fit, ut sicut res non vno certo modo, sed longe varijs sint, ita res & id quod est se habeant, ut multis modis sint, licet ad vnum principium substantiam referantur, ut de clarabimus, cum de illis in principio

Genus naturale, & quod res sit in quo differata Logico.

Genus aliarum formarum fundamentum.

ageremus. Ex eo factum est, ut ex omnium philosophorum sententia, decem sint rerum genera, quibus apte, quid res vnaquæque sit ad suum genus relata, narrabimus. Quæ categorias logici vocant, notionum potius, ut illorum munus postulare diximus, quam rerum rationem habentes. Hæc autem decem rerum genera, pluribus postea tractabimus. Id vero nunc animaduertendum est, in vnoquoque rerum genere, quoddam esse caput & initium, ad quod reliqua, quæ in eodem genere sunt, referuntur. Hoc primum genus nominatur, est etiam genus vltimum, vltra quod nullum genus est. Inter hæc extrema genera interiecta, cum superioribus comparata, sunt species, cum inferioribus vero sunt genera. Quod ex vno rerum genere substantia facile cognosci potest. Substantia quidem genus est primum, cuius corpus est species, genus tamen corporis animati, huius animal est species, genus vero hominis, vel equi: hæc autem genera sunt indiuiduorum, rerumque singularum, ut Petri vel Bucephali. Primum tantum genus, ut substantia, ita genus est, ut nullius sit species, reliqua vero & species & genera sunt, species superiorum, genera inferiorum. Quare in quocumque rerum genere, in tres partes genera diuidi possunt. Nam vel prima, vel postrema, vel interiecta sunt. Primum genus illud est, cuius nullum aliud genus esse potest, postremum quod nullum aliud sequitur genus, vel cuius res singulæ, formæ & species sunt. Interiecta vero genera sunt, quæ cum sint superiorum species, eas amplectuntur species, quæ etiam

inferiorum genera sunt. Primi generis exemplum est substantia, infimi homo, interiecti animal, ac de genere satis dictum est.

Cap. 5. De differentia.



VL GARI hominum sermone ea differre dicuntur, quæ qua uis dissimilitudine inter se dissident. Sic homo ab homine differt, atque adeo vigilans a se ipso dormienti, incedens a se ipso sedenti. Veruntamen de ijs modo non agimus differentijs, nam cum ex accidenti fiant, ad orationem potius de accidenti pertinent. Sed eam modo differentiam quærimus, quæ respicit ad genus & formam. Cuius natura hoc modo circumscribi ac diffiniri potest: est vniuersale, quod separatur genus, & formæ naturam tribuit, qualis sit indicans. Dum vniuersale dicimus, ad res multas differentiam spectare significamus. Quod separatur genus, propria eius vis est, ex eoque differentia appellatur. Sed non quæcumque genus separatur, verè sunt eius differentia. Nam aptum esse ad nauigandum, ad fabricandas domos, ad citharam pulsandam, differentia sunt, quæ animal, quod est homo, a cæteris distinguunt animalibus: verè tamen differentia non censentur, quia hominis naturam non constituunt: quæ posita potius est in eo, quod sit rationis particeps, quam in illis rebus; & ob eam rem in diffinitione posuimus illud, formæ naturam tribuit. Id quidem postulat vera, & accurata differentia, summa tamen nobis est harum differentiarum penuria: quod verè & intimæ rerum vires nos latant. Quamobrem in tanta penuria ex alijs rebus mutuari oportet, quid loco verè differentia nobis sit. Differentiam etiam indicare diximus, qualis res sit. In quo & a genere differt, generique responder, genus enim, ut diximus, continet quid res sit, differentia vero cuiusmodi, qualeque sit illud quid, exponit. Nam postquam quid res sit cognoscimus, qualiter se habeat scire cupimus. Quod si quid sit, & quale sit, quod est comprehendamus, totam eius naturam consecuti fuisse putamus. Quoniam vero per sensus res omnes cognoscimus: sensus autem toti circa corpus versantur, quo sit ut proportione corporum res omnes cognoscamus. Sicut ex rebus artificiosus facilius intelligi licet. In statua prius materiam quærimus, vtrum æs an marmor sit, deinde formam atque figuram. Ita genus in re quacumque, indaganda materiam, forma, & species differentia proportione respondent, ob eam rem genus, quid sit res, differentia verò qualis sit, narrat. Illud etiam valde animaduertendum est, quod sicut ad primum genus cognoscendum, & aliqua ratione describendum, nullum quærimus aliud genus, esse enim non potest, si enim esset, positum non esset primum. Ita ad postremum genus diuidendum differentia non sunt expectanda, nullæ enim esse possunt, si enim darentur non esset illud datum genus postremum. Siquidem ex illo & ex ijs, in quas secare ponis differentias, aliud posterius, inferiusque separaretur. Tum illud genus vltimum esse statuimus cuius species, res singulæ & indiuidua sunt, quare si eius essent differentia vllæ, res singulæ diffinirentur, quod nullus philosophus concedet, ut postea docebimus. Manet igitur generis vltimi nullas esse differentias exquirendas, satis erit in indiuidua distribui. Aliqui lutulenta quadam garritate, & inani verborum colluuiæ quærent, vtrum genus & differentia re inter se distinguantur. Qui postquam satis verbosè multa distinxerint, multa protulerint argumenta, multas, quas illi vocant conclusiones posuerint, quid tum postea? si quæras nihil inuenies. Cum facillè huiusmodi difficultas expedi possit ex generis, & differentia naturis, quatenus res vniuersæ sunt. Sic enim similitudinem important earum rerum, quas continent, sed longè minorem genus, quam differentia: Differentia enim generi adiuncta, maiorem similitudinem affert, ut animalia omnia inter se similia sunt: sed longè magis homines inter se, quia præterquam quod animalia sunt, rationis sunt etiam participes. Petrus etiam similis equo est, sed longe magis Paulo. Vna tamen eademque sua natura, vni magis & alteri minus similis est. Nec maior ista & minor similitudo noui aliquid præstat in Petri natura neque vllam in ea differentiam facit. Ita genus & differentia, quæ maiori & minori succedunt similitudini, nihil inter se differunt. Ac de differentia satis quidem dictum est.

Quid sit differentia.

Vera differentia magis in penuria.

Differentia inquit qualis res sit.

Proportione corporum res cognoscimus.

Generis vltimi non sunt vllæ differentia.

rentiarum penuria: quod verè & intimæ rerum vires nos latant. Quamobrem in tanta penuria ex alijs rebus mutuari oportet, quid loco verè differentia nobis sit. Differentiam etiam indicare diximus, qualis res sit. In quo & a genere differt, generique responder, genus enim, ut diximus, continet quid res sit, differentia vero cuiusmodi, qualeque sit illud quid, exponit. Nam postquam quid res sit cognoscimus, qualiter se habeat scire cupimus. Quod si quid sit, & quale sit, quod est comprehendamus, totam eius naturam consecuti fuisse putamus. Quoniam vero per sensus res omnes cognoscimus: sensus autem toti circa corpus versantur, quo sit ut proportione corporum res omnes cognoscamus. Sicut ex rebus artificiosus facilius intelligi licet. In statua prius materiam quærimus, vtrum æs an marmor sit, deinde formam atque figuram. Ita genus in re quacumque, indaganda materiam, forma, & species differentia proportione respondent, ob eam rem genus, quid sit res, differentia verò qualis sit, narrat. Illud etiam valde animaduertendum est, quod sicut ad primum genus cognoscendum, & aliqua ratione describendum, nullum quærimus aliud genus, esse enim non potest, si enim esset, positum non esset primum. Ita ad postremum genus diuidendum differentia non sunt expectanda, nullæ enim esse possunt, si enim darentur non esset illud datum genus postremum. Siquidem ex illo & ex ijs, in quas secare ponis differentias, aliud posterius, inferiusque separaretur. Tum illud genus vltimum esse statuimus cuius species, res singulæ & indiuidua sunt, quare si eius essent differentia vllæ, res singulæ diffinirentur, quod nullus philosophus concedet, ut postea docebimus. Manet igitur generis vltimi nullas esse differentias exquirendas, satis erit in indiuidua distribui. Aliqui lutulenta quadam garritate, & inani verborum colluuiæ quærent, vtrum genus & differentia re inter se distinguantur. Qui postquam satis verbosè multa distinxerint, multa protulerint argumenta, multas, quas illi vocant conclusiones posuerint, quid tum postea? si quæras nihil inuenies. Cum facillè huiusmodi difficultas expedi possit ex generis, & differentia naturis, quatenus res vniuersæ sunt. Sic enim similitudinem important earum rerum, quas continent, sed longè minorem genus, quam differentia: Differentia enim generi adiuncta, maiorem similitudinem affert, ut animalia omnia inter se similia sunt: sed longè magis homines inter se, quia præterquam quod animalia sunt, rationis sunt etiam participes. Petrus etiam similis equo est, sed longe magis Paulo. Vna tamen eademque sua natura, vni magis & alteri minus similis est. Nec maior ista & minor similitudo noui aliquid præstat in Petri natura neque vllam in ea differentiam facit. Ita genus & differentia, quæ maiori & minori succedunt similitudini, nihil inter se differunt. Ac de differentia satis quidem dictum est.

Genus & differentia re non distinguuntur.

Cap. 6. De proprio.

Proprium
quid.

PROPRIVM autē illud est in primis, quod in totam, solam & semper convenit speciem, ut aptum esse ad ridendum, quod ad omnes, & solos homines & semper attinet. Atque huius generis proprium pro vera & accurata differentia qua sæpe caremus ponitur aptissime: nam saltem ex vera differentia manat. Dicitur etiā proprium, quod in totam cadit speciē, sed non solam, ut hominem esse bipedem, & quod in sola, sed non semper est, ut hominem in senectute canescere, vel caluere.

Cap. 7. De accidente.

Accidens
quid.

ACCIDENS est uniuersale, quod ea re manente, in qua situm est, adesse, & abesse potest, ut hominis accidens est dormire, vigilare. Nam homo saluus & incolumis, aliquando dormit & aliquando vigilat. Diuiditur autem accidēs in id, quod separari potest, & in id, quod non potest, ut vigilare quidem separari ab homine potest, nigror autem a coruo & Aethiopo non separatur. Quadrat tamen posita definitio in huiusmodi accidentia, quippe quæ ex natura rei non oriuntur, quod intelligitur ex nigrore, qui est in Aethiopo, nam alij homines non sunt nigri. Ita corui naturam totam tenemus, nigrore excepto, nam eius tantum corporis materiam innatum & penitus insitum cognoscimus, sicut Aethiopi corpori. Genus igitur & differentiam, proprium, & accidēs,

quæ uniuersales formas esse diximus, satis hæcenus explicuimus.

Cap. 8. De ijs quæ per se & per accidens sunt.

Per se &
per acci-
dens.

Vis quæ in
primis dici-
tur.

RURSUS alio ducto exordio, res per se sunt aut per accidens. Per se sunt, quæ vi sua, per accidens vero, quæ aliena vi, ut homo per se est rationis particeps, quia vi sua, per accidens est albus, quia aliena vi, candoris nimirum. Vis autē in primis dicitur illa, quæ mutationis in alio, ut aliud est, principium est, ut calor vi sua accendit, frigus refrigerat, vi etiā sua ædificator ædificat, eloquens loquitur. Quare vis agendi est præstantissima vis, & quæ magis in præceptu est, præsertim si ad aliud pertineat: deinde vero, si non in alio, sed in ipso agat ubi est, ut si medicus seipsum curet, si homo ambulet, si loquatur: vis etiam illa est, per quam quis fert vel patitur aliquid, præsertim si illud patitur vel accipiat, quod in melius ferat, sin autem in deterius, potius imbecillitas appellatur, ex hoc autem materiam quandam aptam vel inaptam esse cognoscimus ad formam talem accipiendam. Ut marmor vel æs ad faciendam statuam esse aptum, puluis ineptus, sic materia vi sua crescit, perficitur, hominisque percipit formam, imbecillitate vero sua frangitur & atteritur. & in cadavera labitur. Ita quæ facillè in deterius mutantur, non posse, non valere dicimus. Quod etiam de agendo eodem modo iudicamus. Siquidem qui facit, sed non rectè, ut qui non bene dicit, vel ægre pedibus ingreditur, non

Nihil est
quod non pos-
sit agere
vel pati.

Genera vi
differentias
continent,
non actu.

posse facere, non posse dicere, non posse pedibus ingredi narramus, vis igitur unius cuiusque rei, quæ per se dicimus esse, vel in agendo, vel in patiendi posita est. Nihil enim est in rerum natura, quod non possit agere vel pati quidpiam. His enim viribus consistit, ex eisdemque cognoscitur eius natura. Verum tamen duo munera hæc ita imponuntur, ut quod præsertim actionem formæ, quod vero passionem materiam describat, & ita res omnes Deus auctor naturæ composuit, ut materia pati ac ferre videatur accipienda forma, agat vero forma honestanda ac decoranda materia. Ex quo factum esse diximus, quia genus & differentia uniuersam speciem vim, naturamque complectuntur, ut genus materiam, differentiam formam munus exequatur, quam naturam ita expressam ac rectè collocatam rei essentiam appello: quam alij quiditatem nominant, quam uniuersam continet genus extremum ad suas partes formasque relatum, ut Petrus est homo, Paulus est homo. Homo enim amplectitur, & includit uniuersam Petri & Pauli naturam, & essentiam. Quod non accidit si reliqua genera subiectis attribuatur formis, ut si hominem animal esse dicamus. Animal enim non affert uniuersam hominis essentiam. Siquidem est homo præterea rationis particeps, quod expresse animal non significat. Nam genera vera, actu differentias, in quas partiuntur non complectuntur, sed vi, & potestate tantum, Secus enim eadem res simul contrarias differentias haberet, si animal actu esset rationis particeps & expers, quæ sunt ei subiectæ diffe-

rentiæ. Concedendum tamen est animal, & alia interiecta & prima genera, licet subiectarum formarum essentiam non absoluant, earum tamen essentiam habere. Quia quid sint, declarant, & ut iam explicuimus, earum quasi materiam suppeditant. In differentijs item essentia pars sita est, quia quales speciem sint demonstrant, & quasi materia formam accomodant. Itaque unius cuiusque rei procreatur, duabus rebus, materia & forma, essentia completur, duabus viribusque valet, ut agendi atque patiendi. Vis agendi a forma proficiscitur, patiendi vero a materia. Sicut autem declarauimus, id quod est in primis in substantiam accomodari, deinde vero proportionem, & quadam rationis similitudinem in accidens. Id ipsum de essentia, quæ ductum habet ab eo, quod est, existimandum est. Ex eo vero quod genus sit essentia formæ subiectæ & etiam differentia, sit, ut tam genus, quam differentia per se sint. Sua enim vi in speciē conueniunt, quod eius totam absoluant essentiam, quæ idem prorsus est, quod ipsa res, cuius essentia sunt. Nihil enim aliud est homo, quam eius essentia, nihil aliud numerus, & color, quam eius essentia. Non solum autem per se essentia est, per seque in speciē intelligitur: sed etiam quicquid oritur, & quasi fluit ex essentia, cuiusmodi esse putamus illud, quod in primis proprium esse diximus, ut aptum ad stertum esse, proprium hominis est, per se illi attribuitur secundo loco post genus & differentiam.

Cap. 8. In quo differant hypostasis & natura.

Differētia
suppositi
& natura.

ATTENDERE tamen oportet, quod essentia quæcunque aut intelligitur in aliquo posita, ut his verbis significatur homo, albus, quantus, quale & his similibus. Aut intelligitur separata ab eo in quo natura est, ut candor, quantitas, qualitas, & huiusmodi alias, quibus passim utimur in accidentibus, quod subiectum, cui hærent, extra eorum essentiã esse cognoscimus, substantia enim, eorum sua natura subiectum, longe diuersa ab accidente est. In substantia verò tractanda, nec Latini nec, Græci nec vlla lingua (quod ego sciam) verba, quæ hanc separationem significant, usurpant. Ut sicut ex cãdido candorem ducunt, ex quanto quantitatem. Ita ex homine humanitatem, ex animali animalitatem ad declarandum hominis & animalis naturã & essentiã seiunctam esse ab eo in quo est. Quod in cæteris animalibus hypostasis, in hominibus autem persona nominatur. Quod ea de causa vsu venire existimandũ est, quia persona & hypostasis in substantiã naturam, sicut ipsam essentiam, referendam cognoscimus. At vero Theologi, de religione differētes, propter Incarnationis mysterium coacti sunt ad illud declarandum, hac separatione, atque ad eò in substantia uti, ut humanitas hominis essentiam sine persona significet. Quare disputare debemus in quo differant homo & humanitas: nam dubium non est quin differant inter se. Etenim hominem flere, ridere, deambulare &

sedere plane dicimus. Humanitatem verò hæc eadẽ prestare ridiculum esset narrare. Tum nequaquã concederemus dicenti, hominẽ humanitatem esse.

Querimus igitur huius differētiã causam, & cur idem non sit humanitas, quod homo. Variè de hac re graues auctores locuti sunt. Quidam in eo differre tradunt, quod homo (exempli causa) habeat, humanitas habeatur. Sed qua re habet: nam illa re superat, latiusque manat homo, quam humanitas. Dicunt rem non esse, sed modum quendam rei, & differētiã cõstare, sicut inter rem & modum eius. Sed si modus est, quo inter se distant, eius rationem exponant, ut aliquid docere videantur. Secus enim nihil luminis afferunt, sed in eisdem tenebris hærent. Cõstat enim (sicut ostendimus) quod differant, si differunt autem, constat etiam aliquo differre, illud quærimus. Nihil vero magis afferunt, qui modum illud appellant, quam qui rem esse. Nam si aliquis modus est, res etiam est, nihil enim est, quod res non sit. Alij dicunt, quod homo dicit illa accidentia, quibus seruat, & sine quibus esse non potest: sed hoc est absurdissimum, nam esset homo res per accidens: sicut homo musicus, homo albus, at est substantia & totam amplectitur essentiam subiectarum partium, sicut sæpè diximus. Alij dicunt, personam, quam homo (ut commemorauimus) innuit, actum rem existere significat, quod nõ postulat humanitas, naturaque alia separata. At hominem actu existere est accidens, quod si præse ferat hoc, minime iam substantia sed res per accidens est, quod magnum incõ-

Durandus
& Gandavus.
Soto.

Erucius.

Capreolus.
Inanæz.

Caietanus.

incommodum est. Tum libro superiori docuimus, res non per rem a sua essentia diuersam, sed per ipsam essentiam re & actu esse. Alij docent hypostasim rem quandam addere, ab ipsa essentia distinctam, quæ finit, ac terminat essentiam: sicut punctum imponit terminum lineæ. Sed oportebat huius rei naturã explicare, quod eius genus & quæ differētia sit, & in quo ab ea, quam terminat, essentia distinguatur. Deinde quo pacto punctum sit lineæ terminus, intelligo, quia eius extremum est: quo pacto verò res ista terminus sit naturæ, intelligere nequeo. Sed hac ratione auctor iste de multis rebus loquitur. Ut autem nos id, quod multis difficile visum est, facile dicendo reddamus, cõsiderare debemus, primum humanitatem, & aliã per se dictam naturam, tantum quod spectat ad essentiam indicare, nullum relinquens locum vllis accidentibus, quæ aliquando adsunt, aliquando absunt. Ex quo fit, ut multa non patiatur, neque in se admittat indiuidua. Indiuidua enim, ut narrauimus, dissimilitudine sũt, quæ ex variis accidentibus oriri monstrauimus. Si natura ergo separata ab accidentibus separatur, separatur etiam ab indiuiduis, & a se repellit indiuidua, accidentia repellēs. Deinde animaduertendũ etiã est, indiuiduũ pertinere ad rationẽ personæ: ita enim a Boetio, quem omnes ad vnum auctores sequuntur, diffinitur. Persona est rationalis naturæ indiuidua substantia. Quod si rationalem tollas, reliqua diffinitio quadrat ad quamcumque hypostasim, ut hypostasis sit naturæ indiuiduæ substantia. Persona igitur & hypostasis in eo ab es-

sentia per se dicta distat, quod hypostasis & persona postulat accidentia vel quidpiam aliud, quo dissimilitudo in eadem & simili natura fiat. Essentia verò dissimilitudinẽ rejicit, & quicquid excedat rationem communem atque similem, tantum similitudinẽ ponit, ac præfert. Sin autem ita exprimat essentia, ut hypostasim in se cõtineat, sicut cum hominem & animal dicimus. Sicut enunciat hypostasim, ita indiuiduum, quod in hypostasis clauditur ratione. Indiuiduum dissimilitudo sequitur, dissimilitudo accidentia, quibus in simili natura fueri nõ repudiat. Ex quo fit, ut neque ea nature suę vi respuat, dum hypostasim in se cõtinet. Iam perspicuum est, in quo posita sit differētia, inter naturã separatam, & cum hypostasi nunciatam, quod separata natura respuit omnino & excutit accidentia, & quicquid naturã, vbicũque fuerit, nõ sequitur cũ hypostasi verò prolata, licet sua vi accidentia nõ requirat, nõ rejicit tamen illa, sed si res ferat facile patitur. Ex hac igitur accipit differētia, ut inter se verè nõ dicatur: nõ enim verè enũciat, quod homo sit humanitas, aut quod humanitas sit homo. Idque præsertim vsu venit in his rerũ generibus, quæ multas res singulas, numeroque tantum differentes amant, & illarum propagatione seruantur; cuiusmodi sunt res ferè omnes corporis participes. Nam in his apertior est repugnancia, inter naturam seiunctam, & cõiunctam hypostasi. Nam seiuncta, vno esset indiuiduo contenta, plura ea de causa quam posuimus, nõ patitur. Hæc verò non solum patitur, sed etiam exigit, & maxime diligit. In illis autem rebus, licet corporis

sint participes, quæ vnam tantum semper manentem atque constantem habent re singulã: quia non ita patet differentia, & utrũ sit aliquod accidens, quod nõ sit effẽtiæ comes, nõ ita pertinaciter negarẽt eã enũciationem, in qua natura seiuncta de coniuncta hypostasi diceretur, sed facillẽ profecto, si contenderet quispiam, assentirem, vt si nomina fingẽs quis assereret, solem esse solietatem, lunam luncitatem. Ex quo alia fortẽ tãgitur. causa, cur hominẽ humanitatem esse, & alia huiusmodi non concedamus. Quod significare videatur: vnum modõ indiuiduum in humanis esse, in quo repositũ sit, quicquid hominis essentia sit, quod constat esse falsũ. Notandum etiam est, ex eo, quod natura per se posita ea tantũ insinuet, quæ ad eius essentiam pertineant, fieri, vt quicquid ipsi attribuat, omnibus rebus singulis, quarum essentia est, attribui videatur. Præsertim quod in ea minimẽ cadant accidentia, quæ tum ad sunt, tum non ad sunt. Hinc constat, cur illæ enunciationes humanitas net, humanitas ingreditur, humanitas quidpiam facit, omnium consensu negentur. Non nihil enim hac de causa subolent propositionibus vniuersis. Si tamen quod naturæ separatæ defertur, huiusmodi sit, quod essentiam omnino sequatur, nullas puto eruditas aures id respicere, licet in primis id toti conueniat composito. Vulgus enim disputantium frequẽter asserit, candor separat aspectum, nigror comparat, color mouet oculos, lux fulget, dissipat tenebras: ita ego non resisterem dicẽti, humanitas apta est ad fletum, ad risum, ad intelligendũ, solietas & luncitas (si quispiã de

*In quibus
suppositum
non differat a natu
ra.*

suo nomina fingẽs, pro sole, & luna diceret) oritur, & obit, illustrat orbẽ. Ille verõ amplissimæ rerum appellationes, quæ omnia genera amplitudine ita superat, vt in omnibus rerũ generibus intelligantur, res, id quod est, vnum, bonum, & alia, de quibus in principio egimus: quia tam latẽ patent, nihil est in quo concretum, & separatum distinguatur. Quare verum est quod entitas sit, id quod est, reitas, vt ita dicam, est res, bonitas est bonum.

Cap. 9. quo pacto ex genere, & differentia vnum fiat.

SED quoniam versamur in declaranda rerum essentia, in qua componenda genus materiæ, differentia formæ vicem gerit. Ex hoc illa explicatur quæstio, quæ difficilis nonnullis philosophis visa fuit: quo pacto ex genere, & differentia vnum fiat; & qua ratione inter se copulentur: & cur ex ipsis coniunctis non acerui, simile fiat, in quo partes adiunctæ inter se non cohereant. Nam genus, qui est vt materia re, nullam (vt docuimus) continet differentiam, sed vi & potestate modõ. Differentia verõ quia formã imitatur, est generis actus, id est, generi applicata facit, vt re sit, quod ante potestate fuerat. Nam animal, re ipsa, neq; rationis particeps, neque expers est. Si verõ adijciatur ei rationis particeps, iam est re, quod vi tantũ erat. Itaque genus & differentia, si componantur referunt materiæ, & formæ compositionem. Nam ita marmor, nec statua,

Genus, & differentia se habent vt materia & forma.

tua, neque columna est, sed vtraque esse potest, si statua fiat, & in effectu est, quod esse poterat. Statua verõ vnum est, nõ tanquã aceruus. Perpicuum enim est ex materia atque forma vnum perfecte fieri. Quia id, quod est ex vtriusque, fit per vnum dũtaxat, nimirum per formã, nam materia per formam actu est, non enim erat antẽ nisi potestate, quæ potestas formã spectabat, hoc est, poterat esse per formam, quod est si formæ existentia adiungeretur ei, qua vna existentia, si copulentur, vtrumque existit, quare vna res & vnum quod est, fit. Acerui verõ longe diuersa ratio est, fit enim ex rebus, quæ per se sunt, per se singulæ formam, & materiam habent. Ex quo fit, vt si multis differentijs explicetur essentia, extrema & angustissima quæque formæ loco sit, reliquæ loco generis, vt si animal mortale, bipes, rationis compos hominẽ esse statuamus, rationis compos se habet vt forma, reliquum, vt materia. Accidit enim hoc sicut in numeris, in quibus extrema quæque vnio ad formæ vicẽ accedit, reliquæ omnes materiæ vice sunt. Qua de causa antiqui philosophi frequenter vsurpare solebãt, rerum essentias sicut numerũ esse. Quo circa sicut in singulis numeris, si quid, atque ad eõ minimum fuerit additum vel detractum eorum, ex quibus constat, nõ iam idem numerus manet, sed alius atq; diuersus. Ita essentijs quicquid demas, alia diuersaq; consurget essentia, & quemadmodum extrema vnione vnusquisque numerus vnus fit, ita extrema, & angustissima quoque differentia vna quæque essentia vna fit. Sed contendunt aliqui sophistæ probare, ve

rum non esse vltimam quãq; vnionem numero vice formæ accedere. Nam rei forma semper eadem est, vniones autem mutantur & inuertuntur, vt quæ nunc in fine ponitur, si eundem numerum repetas, in principio vel in medio, vt libuerit, collocare valeas. At huiusmodi inuersio rebus accidit, quas numeramus, quæ longe distant ab essentia numeri, sublatis autem rebus, quæ in numerum veniunt, quo pacto numeri vniones permutabuntur? cùm prima, secũda, & tertia, & deinceps aliæ, vt numerus quicunque postularit, disponi debeant: sicut enim genus potestate, non re includit quamcunque ei subiectam differentiam, ita vnaqueq; vnio potestate refertur ad extremam subsequentem cuiuscumq; numeri, re vero ad illã eius numeri, cui attribuitur. Sicut etiam re & actu genus illam accipit differentiam, quæ in specie constituenda ei adiungitur. Sin autẽ nulla sit differentia, quæ non latius pateat quã essentiam quam efficit, sed explicetur essentia ex ijs differentijs, quarum vnaquæque longius manat, quã essentia, simul autem nihil essentiam excedant, quæ diffinẽdi ratio probatur Arist. in quarto Analetico. & Rodolpho in topicis. Sicut in hac diffinitione animal rationis particeps mortale, si res ita tulissent (vt nonnulli opinabantur philosophi) spiritus esse quosdã rationis participes. Explicaret quidẽ illa diffinitio hominis essentia, licet quelibet eius pars latius pateret quã homo. Tum illæ duæ vel tres differentia, quæ genus, ad rei cuius essentia quæritur, naturam astringunt, loco formæ haberi debet. Illa vero prima genera ita simplicia & vnus

Que differentia pars loco formæ sit.

vnus modi sunt, vt sicut nullum genus, ita nullas veras differentias habeant, sed ipsa per se formæ sint.

Cap. 10. De toto & partibus.

SED vt ea, quæ sunt per se planiora fiant, & quoniã de partibus essentia sermonem induximus, oportet scire, quid totum, & quid partes sint. Totum vero refertur ad partem, & illud est totum, cui omnes ad vnum partes suppetunt, & ita continet eas: vt vnũ quiddam illa sint. Quare si vnus naturã planè cognouimus, facilè quid totum sit, cognoscemus. Totius enim ratio vnitas quædam est. In hoc modo differunt, quòd vnum sua vi (sicut docuimus) numeri principium spectat, totum verò partes omnes, quas habet. Quare dicitur de eisdem rebus, de quibus, & vnum. Vna ciuitas, vna respublica, & tota respublica: vnum regnum, & totum regnum: vnus & totus exercitus. Et sicut vnum ex continuatione dicitur, vt vna linea, vna extremitas, vnum corpus, vnum lignum, vna arbor, vnus campus, vnus collis, ita tota linea, tota extremitas, totum corpus, totum lignum, tota arbor, totus campus, totus collis, & ex vna & simili natura, vnum omnium viuentium & animalium, & hominũ genus dicitur, ita totum horũ genus, ex quo fit vt, generis formas partes eius appellemus, dicitur etiã vnũ ex vna materia, vt vnus homo, ita totus homo, & ex vna figura seu forma, vt vnus calceus, & totus calceus, & ex vna mēsurā, vt vnus modius, vna amphora, ita ex tota mensura, & totus modius, & tota ampho-

Totum quid sit.

ra. Quæ dicta sunt genera, vnum quodque, sicut vnum per se, ita totum per se est, alia vnum per accidens, ita vt homo albus, & medicus albus, sic etiam totum per accidens. Itaque vno, quasi manu duce-mur, ad totius naturam cognoscendam, & è contrario. Si vero bene totum teneamus, ex eo facilè de eius partibus iudicabimus. Vt enim totum est, ita partes ei respōdent, partes enim sunt, in quas totum diuiditur, quare ex tota republica, quæ partes eius sint, cognoscemus, ita ex toto exercitu, & ex toto regno. Quod si totum genº intelligamus, formas vel species eius esse partes cognoscemus, ita si totam animi vim comprehendemus, partes eius esse cernemus vim mouendi, & sentiendi, si totum hominem intuebitur partes eius esse videbitur, caput brachia, neruos, carnes, & ossa. Sin autem ex quantitate totum ponderabimus, partes eius esse animaduertemus, in quas ratione quantitatis secatur. Ita duo trium sunt partes, totius lineæ aliquid eius. Sed in hoc genere illa pars in primis nominatur, quæ aliquoties sumpta totum dimittitur, ita duo trium non sunt pars, quatuor autem sunt, quia si duobus sumantur, quatuor reddit. Ex varia totius ratione fit, vt idem ad idem relatum, tum totum sit, tum pars. Nam genus ad formas ei subiectas relatum totum esse posuimus, in eisdem tamen diffiniendis definitionum partes sunt, ac proinde ipsarum formarum. Nam diffinitio, quã dialectici vocant, continet, quã phisici & metaphisici rei essentiam, & naturam appellant. Sed quia in hũc diffinitionis, & essentia incidimus sermonem, operepretiũ est intelligere

Quid partes sint.

gere illud in hoc genere, in quo verlemur, esse difficilius cognitu, quæ rei partes ad materiam, quæ verò ad formam spectent, & ita par pari referendo, quodnam totum ex materia, quod ex forma peratur. Quod oportet sciri ad rei essentiam intelligendam, & diffinitione aperiendam. Etenim, non materia, sed formæ recta diffinitio, & essentia cognitio est. Verum ex iis, in quibus facilis huiusmodi inuestigatio est, deducemur in viã cognoscendi eam, quæ difficilior est. Igitur ea, quæ ad diuersas specie materias accidunt, vt pyramis, orbis, quadratũ: quæ idcirco lignea aurea, & cærea esse queunt. Perspicuũ est, neq; cera, neq; lignũ, neq; æs, neq; aurum, ad huiusmodi formas pertinere: neque ex vlla simili materia definitionem esse ducendam. Orbis enim esse traditur figura vna linea contenta, a cuius medio, vsque ad circumferentiam, omnes ducti radij sunt æquales. In qua diffinitione, nulla materia mentio fit. Quare singule partes eius obtinent formæ vim, ita etiam totus orbis ex forma, nõ ex materia nominatur. In iis autem formis, quæ ab vnus modi materia nõ separatur ægrè animi cogitatione à materia separatur: vt quoniã homo, & equus, & leo, semper sibi vnus modi carnes, & neruos, & ossa vendicant, possemus merito fortè dubitare, vtum huiusmodi partes, materia, an formæ sint. Verum enimvero, licet nunquam orbem nisi ære incisum vidissemus, minime æs quicquam eius formæ putarem esse. Ita, licet homo, & cætera animalia minime ad materiam accedant diuersæ speciei, hac ducti via mente formam sciungemus a materia, ex formaque hominem vo-

cari putabimus. Sed quæret fortasse quispiam, vtum orbis sectiones atque fragmẽta, quatenus orbis est vt inquam aurum, æs, & lignum, & aliam materiam separemus: vtum in formæ, an in materia partibus numerentur. Materia esse non possunt, quia iam quanque materiã ponimus separandam, sin autem formæ partes sunt, cur in orbis diffinitione non ponuntur, non enim semicirbes, neque vlla orbis alia sectio in orbis, quam posuimus, diffinitione adhibita fuit. At orbis fragmenta, quæ parte orbis est, materia, non formæ partes haberi debent, & ob eã rē in eius diffinitione prætermittuntur. Quod vt planius fiat, considerandum est, aliam esse materiam, quæ sub sensum cadit, aliã quæ mente tantum & ratione percipitur. Sub sensum cadit ea materia, quæ aurũ æs, lignum, & huiusmodi alia est, mente verò cernitur ea materia, quæ sequitur orbem, vt orbis est. Quod enim sit huiusmodi aliqua, intelligi licet ex ipsa orbis diffinitione. In qua distantia & interuallum tangitur, cum dicitur, a medio vsque ad circumferentiam. Interuallum autem, & extensio, non est nisi propter materiam, forma enim, quia partibus sua natura vacat, expandi per se non potest, sed per materiam in qua est. Ita in homine & animali quocunq; & alia quauis substantia corporis particeps est, & materia, quæ sub sensum subijcitur, vt carnes, nerui, & singulorum animalium ossa, & singularum arborum folia, rami: & itē alia est etiã materia, quæ animo & cogitatione cernitur, cum nobiscum reputamus hæc omnia corpus esse, diuersisq; partibus esse protensa. Quod quidem sine materia

Materiam aliã sub sensum cadere aliã mente percipi.

*Pythago-
rei, quare
omnia ad
numeri re-
uocabant.*

ria non constat. Putabant autem Pythagorei sapientis esse maxime, ita de rebus differere, ut nulla materia, vel mente modo percepta mentio fiat, sed vnus formæ, in qua rei essentia posita est, ratio habeatur. Et ob eam rem præcipiebant ad numeros omnia esse reuocanda, & ex numerorum rationibus esse demonstranda. Siquidem numeri omni prorsus materia carent. Quare multas mathematicorum definitiones refutabant: ut illam, linea est longitudo continua, quæ in partem vnâ deducitur. Nam illud continuum, & quod deducitur in partem, sine materia non est. Sed lineæ eam esse definitionem dicebant, quæ duorum, id est, primum quod augetur. Duo enim sunt primum, in quod augetur vnum. Siquidem primum, neque est materia, neque subiectum lineæ. Et ita illam definitionem orbis, quam ponunt Geometre, est figura plana vna linea contenta, & triangulus tribus, refellebāt, quod simul ac lineæ in definitione mentio fit: materia locus datur, sed vno vel tribus vel aliis numeris exponenda erat definitio. Quæ operæpretium fuit, commemorare, ut significetur ea materia, quæ cogitatione cernitur: quam oportet animo tenere, licet necesse non sit, ut existimabant Pythagorei, illam prorsus de definitione eximere. Nam si linea (ut illi præcipiebant) diffinienda esset, eadem esset essentia, ac definitio discretæ quantitatis, & continuæ. Qua propter, nihil inter se differrent discreta quætiâs, & continua, duo, & linea nimirum. Quod magnum est incommodum suscipere. Verum tamē non est sic statuenda vllius rei essentia, dandaq; definitio, ut tota ex mat-

ria, licet simplici petatur, cū rebus essentia a forma, & non a materia sit. Orbis autem in partes distribuitur, propter materiam tantum simplicem, id est, quæ cogitatione modo prospicitur. Nam huiusmodi partes respondent orbis amplitudini: amplitudo verò tota in materiâ suâ vi confertur. Quare si orbis partes in orbis diffinitionem collocarētur, per se, vi quæ sua, definitio nõ ex forma, sed ex materia deduceretur. Reddita ergo causa est, quam quærebamus, cur orbis pyramidis, & alterius figuræ partes, in ea diffinienda non adducantur. Sed occurret fortè quispiam, quod syllaba si finiatur, ex eius materiæ partibus finiri debet: est enim syllaba conceptio vocalis solæ, vel cum consonanti, vocalis autem & consonans materiæ sunt partes. Sed ego concedo illam esse syllabæ diffinitionem, nego tamen vocalem & consonantem esse materiæ partes, sed potius formæ. Est enim vocalis, & consonans quemadmodum orbis, quod in varias materias cadant, alias in cartâ qua exaratur, alias in cerâ vel lapidē, quibus inciduntur, vel scribuntur: alias in aer a quo proferuntur. Quare sicut in orbe diximus, ita facile in his formam aliam esse a materia cognoscemus. Et quemadmodum orbis appellatur ex forma, ita etiam vocalis, & consonans. Quo circa vocalis, & consonans non sunt materiæ, sed formæ partes. Sed si præterea quispiam urgeat: si frangatur orbis in varias partes, homo quæ secetur in neruos & ossa, & interit homo, & aboletur orbis, quemadmodum si formæ partes tollantur, & decidant. Est igitur orbis & homo per has materiæ partes, quemadmodum per formæ partes

tes

tes, pertinent igitur ad eius definitionem & essentiam illam, sicut & hæc. Veruntamen rerum essentia, atque forma, nunquam extinguitur, est enim perpetua, quippe in qua scientia versetur. Nulla vero scientia rem fragilem & caducam sibi ad tractandum proponit. Nam scientia vnâ cū subiecto caderet atq; periret. Cum igitur homo in neruos & ossa scinditur, & orbis in fragmenta, concidit quidem, non homo frangitur, non orbis, quæ diffinitione exponimus, & cuius essentiam statuimus: sed concidit hoc compositum, id est Paulus, vel Augustinus, vel orbis æreus, vel ligneus. Ita formæ neque arte, neque natura oriuntur, sed composita. Ex quo intelligitur compositum non esse diffinitiones, sed formarum. Compositum quippe materiam, & alia accidentia postulat, quare non diffinitur per se, sed per accidens. Materia enim cum accidentibus multiplex & varia est, nulloque sine circumscripta. Quo circa omnem diffinitionem respuit. Ex quo fit rerum nomina non composita, sed formas significare. Illud enim significant, quod diffinitione aperitur. Si vero contingat, ut forma cum materia sumatur. Quia compositum sic inferitur, in materiæ partes interit & occidit. Ut si orbem æneum dicas, hominem procerum corpore, aut si simum dixeris. Simitas enim nisi in naribus, ac proinde in carne reperitur. Non autem ita si cavitatem dixeris. Cavitatis enim per se nullam postulat materiâ, siquidem varijs accidit, ut de orbe diximus. His igitur rationibus, & vijs, essentia partes & earum totum inuestigabimus.

Quæri etiam solet, vtrum totum partibus prius sit: Quod facile ex ijs,

quæ diximus exponetur. Nam partes duplices esse demonstrauimus, alias formæ, & alias compositi. Partes formæ sunt, quibus definitio explicatur. Quæ si latius pateant, quam totum, dubium non est, quin toto priores sint, illud enim prius esse ponimus, quod sequitur aliud, non tamen e contrario. Ut animal prius est quam homo, quia si homo est animal est, non tamen si animal est, homo continuo est. Si tamē diffinitionis pars æque pateat ac totum, difficile, quod nam sit prius, ostenditur. Quia tamen tota diffinitio toto prior esse videtur, licet pars, & equa toti sit, quia eius est forma, ac proinde causa, ac proinde sua vi, prior esse est. Hac eadē de causa formæ pars, licet non longius, quam totum manet, prior est habenda toto. Sin autem compositi, vel materiæ partes sint, aliter id exponendum est. Nam quadam ratione partes huiusmodi toto priores esse videntur. Quia componentes priores sunt composito natura sua, cum verò totum ex partibus componatur, videtur totum partibus esse posterius. Tum quia sunt partes materiæ totius, ergo causa, ergo priores toto. Attamen totum compositum sine quibusdam partibus existit. Ut hominem sine digito, sine aure, sine manu, sine brachio esse contingit. Minime vero vsu venit, ut vlla harum partium sine toto sit. Manus enim abscisa, & brachium auulsum, neque manus, neque brachia sunt, sicut neque homo mortuus, est homo. Cum ergo si manus & brachium sit, continuo hominem esse sequatur, non tamen retro vicissim comeent, ex eo quod proximè posuimus, effici videtur huiusmodi partes toto posteriores esse. Sed hæc argumentatio

Partes toto quo pacto sunt priores, & quo modo postiores.

tatio

tatio ad eas compositi partes non pertinet, quæ secum totum tollunt: ut caput, cor, iecur, & alia sine quibus vita non suppetit animali: quæ ob eam rem non videntur posterior esse toto. Sed tamen negari non potest, quin huiusmodi partes totam viam muniant, sintque eius quasi materia, & hac ex parte toto priores sunt. Verum partes istæ, non quacunque, sed certa ratione dispositæ, & unitæ, toti viam parant. Quare totum sua vi, atque ratione præ se fert eis compositionem & formam: & hoc modo illis prius est. Huc accedit, quod partes diffiniuntur per totum, non e contrario, ut digitus est huiusmodi pars hominis. Angulus acutus est recto minor, semiorbis est figura diametro & circumferentia orbis contenta. Quo significatur aperte totum partium formam continere. Est igitur partibus hac ratione prius. Quæ verò ratione partes sunt materia, toto sunt priores. Illa etiam quæstio multa verborum colluic agitari solet a sophistis: utrum totum differat a suis partibus simul. Quæ facile, ex iis quæ diximus explanatur. Si enim sint formæ, & essentia partes, quæ definitione declarantur, perspicuum est a toto non distingui, siquidem nulla res differt ab essentia sua, sed est idē q̄ illa. Sin autem sint materiæ partes, ut hominis nerui, carnes & ossa, differre videtur: nō enim cōcederē animal est nerui, carnes & ossa. Sed quæret aliquis, quo differat, aut quid amplius totum, quàm omnes partes contineat? Formam (ut dixi) quia omnes partes componit & aptat: non enim, si quacunque ratione cohæreant partes omnes, sed certa quadam toti sunt aptæ. Quo circa non

Totum a suis partibus, quomodo differat.

Quid amplius totum, quam omnes partes contineat.

omnes simul materiæ partes sunt totum, sed omnes partes simul, ita cohærentes, ut totum postulat, sunt totum. Sed si partes non sint, nec formæ, nec essentia, neque materiæ tantum, sed compositi: ut si quæras, utrum materia, & forma hominis, vel compositi, sit, vel homo, vel compositum. Doctus & intelligens vir non concedet, materia, & forma est compositum, sed ex materia, & forma fit compositum, aliquid ergo deesse cognoscitur illius enunciati subiecto, cur totum ei non conuenire intelligatur, nihil vero aliud, nisi quæ dixi formam, qua totum est totum. Illa autem non est forma compositi, ut compositum est, sed ut totum est, quæ quædam est relatio, qua refertur ad partes, ut sunt. Quæ relatione tantum, totum ab vno differre diximus, quia vnum refertur ad numeri principium. Si resistat aliquis dicens: quia quinque nihil aliud est quàm quinque unitates, quæ sunt eius partes, ergo totum est suæ partes. Sed nō negamus suas esse partes ita cohærentes, ut totum postulat, ut in oblata propositione fit: quare illam concedimus, & in nostra sententia manemus. Ac de toto, & partibus satis explicatum est.

Cap. 11. de causis.

SEQUITUR, ut de causis differamus, sine quarum cognitione, non potest rerum essentia, in qua versamur, explicari. Est autem causam esse, non aliquid efficere, aut mouere, sed causa illa est cuius vi aliquid est, vel planius, & proprius, causa est, a qua proficiscitur effectus: effectus verò est qui profi-

Causa quid sit.

proficiscitur ex causa. Effectus enim & causa ita inter se conferuntur: ut effectus non sit sine causa, neque causa sine effectu. Intelligitur autem hoc, quia ex parte causa vel effectus est, non quatenus alia res sunt. Sicut filius est quatenus homo patre mortuo, non quatenus filius, ita est ædificium quatenus domus vel alia res edificatore sublato, non tamen quatenus edificium vel effectus edificatoris. Itaque si causa re ipsa est eodē modo & effectus erit: sin autem vi, & potestate est, ita etiam & effectus erit. Sed dicet fortasse quipiam, Homo generans est causa, licet filius, qui eius effectus est, nondum sit. Non igitur, sicut dictum est, causa ex effectu p̄det. At filius primum non est effectus generantis, sed homo, qui est filius. Deinde qui gignit, nō est hominis causa, si nondum est homo, sed seminis, vel alterius rei, quæ quatenus effecta est, ita, ut diximus, ad eius causam afficitur. Cum igitur ea sit causæ vis, ut per eam aliquid aliud existat. Si animis nostris reputemus, quid res sua natura postulent, ut sint, easque per capita cogitatione lustremus, viam inueniemus ad genera causarum inuestiganda. In re autem consideratur, quid sit. Quod eius forma demonstrat. Quare rei vna causa forma erit. Deinde animaduertitur, in quo nam forma sit. Quod eius materiam declarat: erit igitur alia causa rei materia. Præterea quæritur, a quo sit, quo causa exploratur efficiens. Respicimus etiam propter quid sit, ex quo aliam odoramur causam, quæ finis nuncupatur. Totum igitur causæ genus in quatuor partes aptissimè secatur, in formam materiam, finem, & efficientem.

Causarum genera.

Neque vlla causa reliqua est, quæ ijs quatuor nominibus non cōprehendatur. Nam quæ rem conficiunt, vel sunt in re vel extra rem. In re nihil esse potest, quod eiusdem causa putetur, quod loco, vel materiæ, vel formæ non habeatur. Nam hæc due causæ complent totum rei statum. Sin autem sunt extra rem, quæ rem faciunt, aut materiam mouet, ut ei formam imponat, ac tunc erit efficiens causa, aut mouet efficientem ad materiam excitandam, ac tunc est finis. Perfecte igitur causa in illas quatuor formas distributa est. Singulas igitur persequamur, Non ordine ducti quo inuestigantur, ut antè, sed quo res componuntur. Quare de materia, primum differamus. Cuius tota vis in eo posita est, ut formam accipiat, & suo quasi sinu sustentet, non aliunde accersitam, sed in ipsa natam, ex ipsaque eductam. Materia vero & in rebus artificiosis, & naturalibus cernitur. In artificiosis facile cognoscitur. Perspicuum enim est, quæ sit domus, statua & columnæ materia. Quia notæ res & per se cohærentes pro materia sunt, nimirum lapides, ligna & huiusmodi alia. Ita in ratiocinatione non est difficile cognitu ex antecedenti fieri consequens, quia propositio, & assumptio, quæ sunt antecedentis partes, subministrat eadē verba, ex quibus constant ad conclusionem componendam. Rerum item materia, quam sibi proponit ad tractandum auctor, difficultate vacat cognitionis. Quis enim non intelligit, in qua re versatur, eū nihil ipsa tractando mutetur. Sed quando in artificiosis subiecta materia mutatur, & in aliam transi-

Quæ causa sit.

Materia vis.

D diffi

difficilius, quæ succedit intelligitur: vt in vnguētis, pharmacis, dapibus, quæ vnguētarij, pharmacopolæ & coqui construunt. Quare eam harum rerum materiam appellamus earum rerū nominibus, ex quibus constat sunt, vt mel & aqua sunt hydromelis materia, acetum & mel oximelis, & ita de alijs, item vinum est acetum materia. Ita in rebus naturalibus, quia per se earum materia esse non potest, valde obscura, & incerta est. Solemus tamen, vt in rebus artificiosis nominibus eam vsurpare earum rerum, quæ proxime antecedunt, vt ex semine (dicimus) nascitur homo & fit homo, arbor & herba, ex embrione fit puer & ex puero vir. Hęc materia diuiditur in primam & secundam. Quæ vero sit prima rerum naturalium materia, valde difficile habet explicatus, & quamuis doctissimi viri multum diuque in eius explicatione versati sunt, credo nūquam satis explicatā esse, sed longe maiores, quam ipsa præfert, difficultates esse literarū studiosis obortas: de hac re nos in libris naturalibus multa verba faciemus, & forte non nihil luminis rei obscurissimæ afferemus. Secūda vero materia est, quæ ita parata & apta est alijs acciētibus, & attributionibus vt vnaquęque forma requirit: cuius modi in animalibus sunt ossa, venę, nerui, carnes & alia, ex quibus animalium corpora componuntur.

Materia prima & secūda.

Efficiētia & eius vis.

Hęc de materia nunc de efficiēti, quæ circa materiam versatur & aqua mouetur. Sicut enim diximus totam materiam vim in eo positam esse, vt accipiat, sustinet, ita cōtrā respondet ei efficiētis vis in eo posita, vt inducat, imponat, & attribuat formam, quod motu quodam

fit. Cuius duæ sunt partes actio, & passio. Passio in materiā cadit: actio proficiscitur ab efficiēti. Causa vero efficiens alia sua vi, alia vi alterius munus suum exequitur. Quæ sua vi alia princeps, alia inferior est. Princeps vero est & ea, quæ præstantior est effectu præstando, & ea cuius similis est futurus effectus. Quare in homine gignēdo, Deus & homo principes causæ sunt. Ille, quia melior homine, hic, quia homini similis. Inferior vero causa est. Quæ licet vi sua ad effectum pertineat, deterior tamen effectu est, cuiusmodi causa semen est. Item calor ignis & aquæ frigus. Quæ vero causa materiam excitat, non virtute sibi à natura tributa, sed ab agente principe inducta, vt serra, malleus, & alia, quibus artifices munus suum obire solent, potius causarum instrumenta, quam causæ vocantur. In his causis eadem contrariorum causa esse solet, diuersa tamen ratione. Vt illa quæ præsens seruat & absens perdit. Sicut dux si tempore ad sit, seruat exercitum, si vero desit, euertit.

Efficiētia diuisio.

Forma ius.

Sequitur forma cuius ea vis & potestas in causis est, vt illud sit, quod materia expectat, accipit atq; fouet. Exitusq; sit illius motus, qui ab efficiēte causa proficiscitur. Et quod refertur agentis actio. Itaque materia in expectatione est, efficiētia intendit, & occurrit expectationi, forma vero expectationem explet. Quare illud est per quod res consistit, in statuq; & natura reponitur, vt autem est duplex rerum natura, substantia, & accidēs (sicut pluribus postea persequemur) ita duplex est forma, substantię & accidentis, substantię, vt anima, accidentis, vt candidor. Duobus autē modis philosophi,

de

de forma loquuntur. Nam formam vocat eam, quam materia amplectitur, vt anima, & illam, quæ totius cōpositi naturam declarat, quæ explanat diffinitio, vt animal rationis particeps forma dicitur hominis.

Causa quæ finis est.

Finis quo pacto faciat.

Sequitur alia & extrema causa, quæ finem diximus. Hanc vero causam esse nemo dubitat. Nā causam rei alicuius exquirenti si reddatur, contentus est, nec ultra quærit, vt cur studes? vt sciam: Cur corpus exeres? vel medicinam accipis? Vt valeam. Cur exercitum comparas? Vt bellum inferam. Perpicuum igitur est finem esse causam.

Non vacat tamē difficultate, quo pacto faciat vel causæ munus sustineat. Nam postquam finis adeptus est, nihil reliquum est, cuius causa esse possit. Res enim omnes se suis finibus continent ac finem deniq; faciunt. Antequam verō finis consequatur non est. Nō est igitur causa. Prius enim res vnaquęque est, quā aliud sit, in eamq; aliud cōueniat. Si quidē vt iā dixim⁹ nihil est magis in timū vlli rei quā esse. Quo sublato secū omnia trahit, atq; tollit. Si finis igitur causā nō præstat, neq; quādo est, neq; quando non est, nunquam ergo causæ munus obire quit. At finis certē causa est, quādo cognoscitur futurus, si quærat, aut ei studium nauetur, est enim sicut bonū, quod agnatum quidem allicit mouetque voluntatem ad se requirendum & indagandū. Cognitio igitur potius causa est. Sed cognitio eam causam esse nequit, quā finem dicimus, licet impellat agentē & actiois causa sit, tamen efficiens potius quā finis. Siquidem in finē incitat, quia finem actione sua quærit agēs. Cognitio non quæritur, quia iā mē

te cōstat. Quare finis rationē habet, non quod animo sed q; re cohæret.

Veruntamen si finis futurus causa est, oportet eius effectū indicare. Qui non est alius, quam quod efficiens causa operi se accingat, efficiat & eo studium & actionem suā dirigat.

Finis effectus.

Sed hoc loco quædam non leuis oritur difficultas. Das finis effectū esse, si eius causa commoueat efficiens ad faciēdum, quam primum igitur efficiens facit effectus cōstat, qui est finis, vt quam te primum, exeres valetudinis, quem finem esse ponis, effectus est: At finis ipse non est, quem causam esse dicis, igitur vū venit vt re sit effectus, & eius causa non sit. Non ergo verum est, quod huius capituli initio de philosophorum omnium sententiā statuimus causam & effectum simul poni, & simul tolli. Aliqui hanc difficultatem ita explicant, dicentes finem tunc cognitione & animo esse. Quæ vana & nullius momenti explicatio est. Quoniā quod mente tantum & cogitatione est, re ipsa non est, at effectus re ipsa est, non igitur par est vtriusque conditio, vt esse debet, si se inter se referant. Quare nos hoc ita dissoluimus. Finem ob eam rem huiusmodi causam dici, quod eō proficiscatur efficiens, terminusque sit eius viæ quam suscipit. Et in hoc a bono differt. Quod bonum per se viæ suam nullam ducit rationem quæ rentis. Finis autem vi sua bonū dicit petitem & quod terminus sit, ad quem inquirens, id est efficiens tendat, cuique se destinet. Ad finem, quam obrem spectat quicquid est viæ, id est quicquid faciendum est ex quo inchoat efficiens,

De fine magna difficultas.

D 2 quo-

Quatuor
causa quo
pacto sint
inter se col
ligate.

quousque ad terminum finem ve, quem sibi destinavit perueniat, vt qui ad aliquem certum locum iter componit quicquid loci interiectum est, pro fine viae praecedentis habetur. Qua de causa simul atque efficiens facit, sicut aliquis effectus finis constat, ita & finis aliquis. Manet igitur finem veram esse causam. Ita vero quatuor istae causae inter se sunt colligatae, vt finis excitet in agente desiderium sui, & se quaerendi studium, agens inquirat finem materiam mouens, quae accipit, quod in eam agens inducit, quousque formam conformet. Ipsa vero forma finis etiam est. Nam ad eum finem efficiens efficit & materia patitur, vt materia informetur. Saepe autem incidit vt agens finem nesciat propter quem agit, non enim nisi ratione cognoscitur. Quare quod rationis compos non est, nullo modo potest finem agnoscere. Quae vero ratione vacant licet nesciant finem, ab auctore tamen naturae ad finem impelluntur. Sicut sagitta tormento ad scopum emissa.

Totum etiam causae genus partitur in causam per se & causam per accidens. Per se illa causa est, quae vi sua ad effectum sic necessaria est, vt non possit, sine illa effectus oriri. Vt homo nasci non potest, sine homine gignente, sine apta materia, & consentanea forma, de illa vero causa quae per accidens est, postea agemus cum de accidente differemus.

Diuiditur etiam causa in communem & propriam. Communis illa est, quae non solum ad hunc, sed etiam ad alios multos effectus pertinet, vt sol & caelum non solum homines, sed etiam alias res producunt, ma-

Causae totius
genus diui
ditur.

teria prima multarum rerum materia est: Animalis diffinitio vel forma & in homines & in alias res conuenit, bonum multarum rerum est finis. Causa propria est, quae soli & semper tali sit effectui necessaria, in efficientibus id vsu venit, cum efficiens sibi similem in specie effectum producit, vel facit in quantum talis est, vt ignis ignem, homo hominem generat. In materia vero quando ita ponitur attemperata vt forma imprimenda postulat, forma propria illa est, quae ad infimam pertinet speciem, quae etiam prior est finis efficientis. Vocantur etiam huius diuisionis partes remota & vicina causa.

Distribuitur etiam causa in eam, quae re & effectu, & in eam, quae vi & potestate causa est, vt medicus dicitur non tantum qui medicinam facit, sed etiam qui potest facere. Item non solum est rationis compos homo extans, sed etiam qui extare potest, & ita facile est non modo materiae & finis sed etiam aliarum diuisionum partium exempla proferre.

Facillimum etiam est ex partitione & diffinitione causarum effectus partire atque diffiniri. Nam vt diximus effectus & causa sunt inter se relata, quamobrem vnum diffinitur per aliud: quare vnus diffinitio facile in alterius diffinitionem transfertur. Qualis ergo causalis & effectus erit, siue sit materia, siue efficiens, siue forma, siue finis, siue per se, siue per accidens, siue vicina, siue remota, siue re, siue potestate.

Incidit saepe vt causae sint mutuae inter se non tamen in eodem, sed in diuerso genere, vt exercitatio efficiens causa est bonae valetudinis, quae

Effectus va
110.

quae & exercitationis finis est, ac proinde effectus. Extrema materiae praeparatio est finitima formae materia, quia formam sequi necesse est. Est etiam aptissima materiae forma, quia sine forma, quam expectat, materia esse non potest.

Est autem considerandum, singulos effectus, ita ex suis singulis per se causis pendere, vt idem omnino effectus, ex alia numero differenti causa proficisci non possit. Sicut enim non nisi ignis ignem, non nisi homo hominem, praestare vlla ratione potest. Ita hunc ignem, non alius quam hic ignis, hunc hominem, non alius quam hic homo. Ea enim est relatorum natura, vt sicut communiter vnum pedit ex alio, ita singuli ex singulis. Nam sicut pater non est sine filio, ita hic filius sine hoc patre non constat. Cum ergo effectus, & causa inter se, sicut diximus, referantur, eodem modo inter se afficiuntur. De illis vero causis quae sunt per accidens, aliter dicendum est. Singuli enim effectus ex alijs varijs causis accidere possunt. Siquidem homo vnus & idem a pluribus interfici, idem etiam ignis a pluribus extingui potest, & idem aedificator, siue musicus ille sit, siue non musicus, sed albus easdem valet aedes construere.

Dubitari etiam solet, vtrum vnus atque idem effectus numero a multis causis, ita produci possit, vt singulae illae totum conficiant, vt si vnus numero ignis a multis ita succenderetur, vt eorum singuli totum excitarent. Quae quaestio apertam praefert repugnantiam. Nam si plures ignes vnum totum & singuli integrum ignem accenderent, necessario plures essent ignes, sicut plures accendentes sunt. Iam vero si totus

ignis fit ab hoc, quid alij restat, quod efficiat. Quare dubium non est, quin non possit vna & altera causa ita eundem effectum praestare, vt vnicuique totus attribuat.

Sed occurritur. Quia si stupam vnā (exempli gratia) plures ignes pari distantia proxime circundarent. Stupa quidem accederetur: neque vlla causa est, cur potius ab vno quam ab alio, ergo a singulis tota esset succensa. Aliqui negare non dubitant, quod stupa accenderetur, quia illud incommodum intolerabile sequeretur, quod incidere nulla ratione posse demonstramus. Sed ratio non est id negare, non enim minus absurdum id quam aliud esset. Quia vnus ignis alterum vrere non impedit, sed potius adiubat. Dicimus ergo, simul atque fieret id, quod fingitur, illi se ignes iubarent, viresque suas in vnum colligerent, quo facilius tota adureretur stupa, omnibusque simul totum ascriberetur incendium, quod singuli partem aliquam excitarent atque de causis & effectibus satis dictum est.

Cap. 12. De principio & elemento.

IN causis etiam declarandis, solet principium & elementum vsurpari. Principium est, primum ex quo res, vel est, vel fit, vel cognoscitur, quare manat ad omnia causarum genera. Estque aliud principium insitum, aliud non insitum. Insitum quod manet in re, cuius principium est, quare vel est eius materia, vel forma, materia, vt nauigij carina principium est, domus fundamentum, animalis vel caput, vel cerebrum, & id vnde primum res cognoscitur, vt hypothe

Principij
diuisio &
explicatio.

ses demonstrationum principia sunt, ex ijs enim cognoscuntur conclusiones. Ita primæ sententiæ, & quæ alijs artibus & scientijs viam muniunt, principia sunt, vt metaphysica, & architectura. Forma etiã, essentia & definitio rei principia dicuntur. Principiũ autem, ex quo non in sito, subiectoq; res primũ oritur est vel efficiens, vel finis, ex vtroque viã dicitur principium. Nam vel ratione finis, quo terminatur, vel ratione efficientis, quia inde motus principium est, ad eandem rationem aptum alicuius scientiæ, vel orationis exordium, principium vocatur, quia ex eo commodè res explicandæ tradantur & percipiuntur. Ex efficiẽte primi ciuitatum magistratus principia censentur, quia ex eorum voluntate & consilio res mouentur, atque mutantur in vrbibus. Elius ex patre, & pugna, ex cõtume lia nascitur, ex fine etiã studij consilij, & actionis cuiuscunque bonum principium ducitur. Elementum verò de materia tantum dicitur, estq; illud, quod primum cuique inest quasi materia, & in quod res diuiditur, neq; ipsum in aliam speciẽ partitur. Sic quatuor elementa illa, quæ ad omniũ corporũ compositionem sumuntur, neque in corpora diuidi possunt alterius speciei. Sic vocis elementa sunt primi spiritus, ex quibus vox componitur, & in quos postremos secatur. Primæ etiã demonstrationes reliquarum, quæ illas cõsequuntur, elementa sunt. Sic Euclidis elementa dicuntur, quod illis nitatur omnes quæ postea inuẽtæ sunt in mathematicis demonstrationes. Ex hoc fit vt prima genera, & quæ latissime manant, nonnullis elementa sint. Quod prima sunt diuisionũ

Elementa explicatio.

quali subiecta, neq; ipsa alterius generis partes sint. A nonnullis, è contrario, etiam quantitatis coniuncte elementum vocatur punctũ, quod sit indiuiduum. Vnum verò, licet se cretæ quantitatis pricipium sit, elementum non est, quia sitũ non habet, quare neq; in est, neq; in sidet.

Cap. 13. De natura.

QVONIAM de ijs, quæ per se sunt, sermonem induximus, aptè quidem & oportunè cõcludetur ea, quæ de natura est oratio. Quæ faciles habebit explicatus ex positis ijs, quæ hactenus diximus. Per se ea diffiniimus esse, quæ sua vi sunt, duasq; vires diximus esse rebus à natura datas, patiendi, & agendi. Narrauimus etiam, cum de causis ageremus, eã esse materiæ vim, vt patiatũ & accipiat: forma vero vt actus & complementum eius sit, quod materia patitur, & expectat. Ex quo fit, vt vis rerum patibilis sit ratione materiæ, vis vero per quam erumpit in actum, sit ratione formæ. Harum igitur tantum duarum causarum in explicanda rerum natura, ratio habenda est. Tum quòd hæ duæ modo manent, & insitæ sunt in rebus, duæ reliquæ extra res sua natura sunt: sua natura, dico, quia si finis ex educenda forma sumatur, in re quidem insidet, non tamen quia finis, sed quia forma. Aristoteles nunquam in vniuersum de natura differuit, sed de illa tantum eius parte, quæ corpus, vel id quod motu ciatur attingit, quam tantum in secundo physico. diffiniuit, illud esse dicens, quod est princi-

Natura ratio.

principium motus, & status eius in quo est primo, & per se: latius tamè natura manat, & hominum sermone vsurpatur. Nam Dei, & intelligentiarum, siue Angelorum naturam nominamus. Quas res omnes primi philosophi munus est sua diffinitione comprehendere. Natura igitur est, id quod per se rei insidens ei suggerit, vt sit. Itaque non minus late parere videtur natura, quàm essentia: sed essentia in diffinitionem, & eius partes in primis quadrare videtur: natura verò ad partes etiã compositi spectat. Nam materia per diffinitionem natura est, similiter & forma, totius etiam partes natura sunt. Nam homo natura sua, caput & cor habet, sicut materiam, & formam. Non autem hominis essentia est, aut materia, aut forma, aut caput, aut cor: nam essentia illud efflagitare videtur, quòd per se, & in totum conueniat. Natura verò, quòd per se, vique sua facit, vt totum compositumque constet: naturã autem esse ita perspicuum est, sicut re esse. Nulla enim res absque natura est. Quare quicquid est: aut natura est, aut naturam habet: habent verò naturam ea, in quibus aliquid est vis sua, per quod sunt, & quo sublato euanescent. Partes verò compositi, quæ per se simplices sunt, vt materia, & forma, sunt quidem natura, minime tamen habent naturam. Totius verò partes, naturam habet. Nam caput, cor, & iecur naturam habent, & fortè natura sunt, si totũ ex iis pendeat, sicut materia, & forma. Sin autem totum sine illis coherere possit, potius naturalia, vel è rei natura sunt. Ita & accidentia neque natura sunt, neque naturam habet, sed è natura sunt, vel ad naturam

accommodantur, vt calor pertinet ad naturam ignis, frigus ad naturam aquæ: ignis in sublimè fertur natura sua, aqua verò deorsum versum. E natura etiam hominis est, & risus, & fletus. At accidentia, eo modo quo sunt, essentiam habent. Quare in hoc etiam essentia a natura differt. Sed cum è viribus agendi, & patiendi: hoc est, è materia, & forma rerum omnium natura constet. Dubitari potest: vtum in re quacunque eę vires iungantur: an ex altera tantum vires nonnullæ cohereant. Id est, vtũ opus sit cuiusq; rei materia, & forma, an altera aliquando sufficiat. Primum considerandum est: has duas causas, licet omnibus ferè rebus componendis iungantur, ita esse tamen inter se repugnantes, vt quo vna magis emineat, eò magis altera deprimatur, vt in rebus, quæ corporis sunt participes, sensus verò expertes: viget quidem materia. Contra verò, sic forma languescit, vt vix appareat, vixque aliquid efficere posse videantur: efficiunt tamè, siquidè sibi noxi apellũt, & alliciũt consentanea, vt aqua vi sua sibi iniectum calorem expellit: saxa item, & alia è contrario verò res illæ, quæ corpus quocunque, dignitate excellunt, & spiritus vocantur, cuiusmodi Angeli, siue intelligentiæ sunt ita forma floret, vt nihil omnino materiæ superesse videatur. Quia tamen aliquando non fuerunt, (vt nostra docet religio) & aliquid alienum, & naturæ suæ dissentaneum perpeti, congruum verò, & aptum accipere possunt. Videntur nonnihil in illis esse, quod materiam nostram imitetur, dum vim habent patiendi, accipiendique. Itaque materia formæ moderari, & temperare

D 4 videtur

Forma omni materia vacans.

videtur, & quasi gradus ædificare, ac dissimilitudines & varietatē imponere. Quocirca, si forma omnino prorsus materia vacaret, immensæ virtutis esset, infinitaq; vim ad agendū haberet, nihilque omnino patereretur, nihilq; siue consentaneū, siue dissentaneū denuo posset accipere. Quæ forma Deus opt. max. est, neq; res alia tam præstantē, tam infinitā que potest habere naturam. Ex quo intelligitur, omnem naturæ perfectionem ex forma manare, ex materia vero imperfectionem. Quare potius natura ex forma dicitur, quam ex materia. Imo quicquid naturæ est, ad formā refertur, & formæ causa est. Materia natura putatur, quia recipit formam. Rerū ortus a Græcis præsertim natura nominantur, quia proficiscuntur à forma, & formam petunt, è natura aliquid est, quia sit formæ accommodatum. Et si cut summam esse perfectionē ostēdimus in ea forma, quæ ab omni prorsus materia esset aliena, ita summa contra esset imperfectio, in ea materia, quæ omnino forma caret. Quare talis esse materia, nullo pacto natura potest, quia nonnullā esse perfectionem natura indicat.

Ratio rerū quæ artificio consistant.

Sequitur ut exponamus, utrum, quæ artificio sunt, natura constent. Nam lectum vas pretiosè cælaturum non natura, sed arte esse dicimus. In qua quæstione ita distinguendum est, nam aut arte ita res miscentur, atque mutantur, ut nova quædam res, atque substātia fiat, cuiusmodi est panis, quo vescimur, dapes etiam & pharmaca. Tum licet arte res facta fuerit, naturalis tamē est, & naturam habet, id est materiā & formam, quæ per se in ea manēt, per eaque consistit. Vel rem novā

non excitat, sed rei existentis vires adiuvat, & exhibet, quod eius natura postulat. Sicut medicus medicinam faciens, id etiā è natura est, & ad naturam expectans, sicut cibos & alimenta sumere. Vel ars neque rem natura constantem mutat, neque vlla ei eo modo est, sed novam ei artificiosè formam ingerit, ut est vas argenteum pretiosè cælaturum, lectum, & magnifica domus: hæc non opera naturæ, sed artis sunt. Natura denique ab arte, hoc magno & certo discrimine separatur. Quod eorum, quæ natura sunt, principium est in ipsis. Quæ arte sunt principium est in alio, ut semen à se movetur, ut homo fiat, vel herua, arbor per se crescit & augetur, domus autem ut fiat non à se movetur, sed ab artifice. Valetudo, quæ accepta refertur naturæ, eius causa in ipso est, qui recuperat valetudinem, quæ vero arte, eius causa medicus est. Ob eamque rem peritè Plato iudicavit, in rebus artificiosis propriè non esse formam. Etenim formæ est movere, & efficere, artificiosa vero efficiunt ab alio, & moventur, nō à forma quam habent, sed ab ea, quæ residet in artificis mente, quare illorū formæ potius est in artifice, quam in ipsis. Ex quo fit ut artificiosorum neque ortus, neque interitus sit. Nō enim propriè domum vel oriri, vel interiri dicemus. Ac de natura satis.


Cap. 14 De necessario.

ATTINET etiam necessarium, ad ea quæ sunt per se. Quod plane ex causis etiam cognoscitur, est vero necessarium id, quod secus eveniri non potest

Necessario explicatio.

potest. Quare necessario sunt, quæ interire nequeunt, idque in primis ex forma intelligitur, vel quia eiusmodi est, ut à materia amoveri non possit, nullum ve damnum, aut detrimentum accipere: quare cæli & intelligentiæ res necessariae sunt. Diffinitionis etiam partes ratione formæ, non possunt non convenire speciei, quare necessario conveniunt. Sed illud per formam propriè, & maxime necessariū est, quod est omnino simplex & omnino materiæ expers. Ex hoc enim fiet, ut neque multis modis, neque aliter & aliter se habere possit, velut Deus. Ex materia etiam aliquid necessa-

rium est, ut quod homo sit mortalis. Et ex fine etiam aliquid necessarium est ad commodum consequendum, vel incōmodum amovendum, ut respirare, & alimentum capere, animali necessarium est. Et ægro necessarium est sanguinē mittere, ad morbum depellendum. E causa etiam efficienti necessarium est quando ea vis inferitur, cui non possumus repugnare, sed est necessitati serviendum. Quod enim violentum est, necessarium habetur. Ac de necessario, & ijs quæ per se sunt, hæc dicta sunt.



LIBER TERTIVS.

Caput primum, De eo quod est per accidens.

RES omnes diuisimus in eas quæ per se sunt, & in eas quæ per accidens. Egimus de ijs quæ per se, sequitur vt de ijs quæ per accidens sunt differamus. Quod semel & iterum, & tertio Aristoteles in metaphisicis illud esse diffiniuit, quod non semper, neque plerunque, sed rarò est. Quæ diffinitio neque apta videtur esse, quod non apponendo & attribuendo, sed auferendo & amouendo declareretur, neque totam accidentis naturam complectitur. Nigror enim corui, non solum plerunque, sed etiam semper accidit, tamen non cadit in eum per se, sed per accidens: albi etiam frequenter homines sunt, Germanique rufi, vtrunque tamè accidit eis. Quare melius ita diffiniatur vt sit, quod non sua, sed aliena vi rei conuenit. Vis autè vniuscuiusque rei ex eius forma, quæ diffinitione explicatur, pendenda est. Nam licet materia natura sit & necessaria rebus, accidentia tamen, quæ rebus propter illam attribuitur, per se minime dici putantur, vt forma, species, statura apta vel inepta, nigror, & candor, color vultus, & pilorum hominis & animalis. Contra verò aptum esse ad risum, ad fletum, ad intelligendum, ad sentiendum, quia manant ex for-

Accidens definitio.

ma, per se sunt: in eo verò cognoscitur accidens ex forma quidem manare, quod soli, toti & semper conuenit speciei. Quod ita non conueniat, materiam potius quam formam sequitur. Siquidem cum res è materia & forma tantum per se componantur, quod è forma non est, quia non semper illam sequitur, nihil super est, nisi vt è materia sit. Ita fit vt medicus quidem per se curet, & valerudinem efficiat, quia id ad medici formam spectat. Architectus autem per accidens, id est per aliud, per medici inquam formam. Quia ita res tulit, vt idem medicus & architectus esset. Ita homo albus est, non per se, quia hominis id forma non postulat, sed per aliud, quia eo loci vel temporis, vel ex ijs parentibus natus est. Et alia item numerari licet, quæ ad hominis essentiam non spectant. Ita architectus per se, hoc est per architecti formam, domum ædificat: per accidens, id est aliena vi, salubrem, vel pestilentem, vel luminibus efficientem, quia in eo loco sita est. Domus per se ab imbribus, per accidens ab hoste defendit, quia non hoc consilio, sed illo ædificata est, contra clipeus per se tutatur ab hoste, per accidens ab imbre. Statuarius per se statuam facit, per accidens homo, sed quatenus statuarius. Durum quid est vi sua statuarum materies

materies: aliena verò, hoc est, durum vi est materia lignum, vel æs, vel marmor. Non quòd homo sit accidens, aut lignum, & æs accidat, sed quòd homini accidat statuarius, & æri, ligno ve statua. Accidens enim habetur, vel quod per aliud, in substantia intelligatur, vt homo est ædificator, vel quod substantia in illud conueniat per aliud, vt medicus est homo: vel quod dicitur, & de quo dicitur, & inter se, & substantiæ vtrunque accidat, vt medicus est ædificator. Nam vtrunque medicus, & ædificator, per aliud substantiæ attribuitur. Est enim animaduertendum vt accidentis naturam teneamus: quòd cum ortus, & interitus omnis ad formam dirigatur, fit, vt eorum accidentium, quæ per se formam non sequuntur non sit, neque ortus neque interitus, aliena sunt enim a conatu, propositoque efficientis, quod totum ad formam refertur. Materiam enim, vi sua non querit, neque quæ materiam attingant, sed tantum agit in materia, & per materiam tendit ad formam. Tum ea fieri, & orti dicuntur, quæ certas, & statutas causas habent cur sint, quas inquirere ad agendum solemus. At accidentia, varias & infinitas causas habent, cur sint. Variis enim de causis, homo ridet, vigilat, & est albus, præter consilium, & intentionem eius, qui id facere nititur: sicut multis de causis obuius homini sunt, quem non quærebant. Quare, non generant, neque occidunt ea, quæ nullo consilio, sed præter spem eueniunt, cuiusmodi accidentia sunt. Quare rectè, & acutè Plato dixit, accidentia ferè non posse. Quæ enim nunquam efficiuntur, non sunt. Ex quo fit etiam, vt nulla scientia, nul-

Quorū accidentiū nō sit ortus, neque interitus.

laque disciplina, in accidenti versetur. Scientiam enim adipiscimur cognitione causarum. Sed varias, & infinitas accidentis causas, qui fieri potest, vt assequamur. Tum vulgo iactari solet, quod non est, nō scitur, ex Platonis vt (diximus) sententia, accidentia non sunt, non ergo sciuntur. Quare Plato, ad sophistas accidentis relegauit: multas enim ex accidenti componunt captiones, vt suo loco demonstrabimus. Sed non solum sophistarum, sed etiam dialecticorum accidentis multa consideratio est, ad probabiliter de re quacunque disputandum. Quo circa multa argumentorum initia ex accidenti tradunt, vt similitudines, comparationes, adiuncta rebus, atque personis. Quæ primum philosophum latere non debent, cuius partes sunt in omni rerum genere versari. Imò, quia dialecticus, notiones, & rerum imagines mente coherentes, potius prosequitur, hæc initia, & argumentorum loca attingat potius & indicet, & primò philosopho accuratius persequenda relinquat: sicut etiam relinquit totum rerum genus, quæ per se sunt, quæ demonstrationum initia continet. Ob eamque rem, postquam planius totam accidentis naturam aperiemus, hæc prima genera accidentium, ex quibus argumenta probabilia suppetunt, in pauca conferemus, vt abundè primus philosophus dialectico suppeditet, quæ notat, & querit.

Cur nulla scientia in accidenti versatur.

Cap. 2. de causis per accidens

EISDEM vestigiis inhaerentes, quibus de iis, quæ per se sunt egimus: nunc exponamus

Cause per accidens.

mus, si quæ sunt causæ per accidens. Aristoteles efficientis modò mentionem fecit. Sed cum accidens illud sit, quod est aliena virtus quod adest, & abest, sine subiecti in quo inest interitu. Cum id quadret in materiam earum rerum, quæ in diuersis materiis reperiuntur, eam materiam per accidens, & aliena virtus esse dicimus. Ut lignum per accidens statua materia est: quia ex marmore, & ex ære fabricari etiam potest: tum non quia lignum, sed quia dura materie est, statua accommodatur. Tum color animalis, compositioque membrorum, confirmatioque lineamentorum, certa que cuiusque forma, & figura: forma quidem est, sed non per se, sed aduertitia, alienaque: ut vt pote quod rei, essentieque, cuique accidat. Ita etiam per se edificator edificat, calor vrit, per accidens mulficus edificat, & ferrum vrit. Quare materia per accidens, forma item, & efficiens est. Finem per accidens nullum esse dico. Nam cum finis ea solum natura sit, vt ad illum actio referatur, quacunque id ratione fiat, per se, vt que sua finis erit. Si tamen contingat, vt consilio, & ratione agens cum finem assequatur, quò non referebat actionem, sed referre posset, idque non plerunque, sed raro, & insolenter contingat, fortuna est prospera, si quid boni contingat: aduersa si quid mali, vt si quis fodiens vt mortuum sepeliat, deffosum inueniat thesaurum, prospera fortuna est: aut si quispiam iter aliquò faciès in sicarios incidat, aduersa habebitur fortuna. Si tamen quispiam se itineri committat, frequentibus latrociniiis infecto, non tam mala fortuna, quam temeritas iudicabitur: quia non raro id mali, sed sæpe tam peti-

Fortuna prospera, & aduersa que

culoso itinere occurrit. Prospera etiam & aduersa fortuna putatur illa, quæ non euenit; si parum abfuit, quin eueniret. Nam prosperè successisse credimus ei, qui magnum aliquod malum impendens declinauit. Contra verò infeliciter, qui prope accedentem prosperitatem non obtinuit. Fortuna caret quidem fine, iis tamen causis adiungitur, quæ mouentur a fine, id est, efficientibus aliud per se, quod verò est fortuna, fortuito, & aliena virtus, idque non semper neque plerunque, sed insolenter. Quare, qui ira, alia ve libidine commotus, crimen admittit, fortuna vitium non est, quòd reus fiat: quia semper id peccantibus vsu venit. Quia verò in iis rebus fortuna versatur, quæ raro existunt, mirabilis habetur, & aliquando prodigij similis. Item in ea dominatur incòstantia, infirmitas, & varietas, & obscura est humanæ rationi. Dixi autè sine carere fortunam. Quonia si res illæ fiant efficienti ad agendum propolita, id fortunæ non datur, vt si amicum quis inueniat, quem quærebat. Nam fortuna verbum ductum habet a Fortè, quod est temerè, non consilio, neque industria, sed casu. Nisi ingentem eum sibi quis, & arduum finem còstituat, & qui vix vllis humanis viribus administrari, & còsequi possit, fortunæ adscribit illius adeptio, vt prosperam traxisse fortunam Alexander existimatur, quòd bello vicerit Darium, quòd magnam partem orbis subegerit, licet id proparte sua quæreret. Quia tamen parua militum manu ingètes fuderit copias & multas & diuisissimas terras victoriis suis lustrauit, tot tantaque res: non consilio, & prouidètia, sed fortè fortuna confecisse

fecisse putamus. Ac denique vis magna fortunæ in bello est, licet multa prudentia & animi contentione geratur. Quia tamen in eo tot tantaque res nouæ & inopinatæ contingunt tanque paruis momentis magna victoriæ inclinationes sunt, vt quicquid boni mali ve ceciderit casum id obtulisse potius, quam industria peperisse videatur. Magno etiam studio homines ad opes incubunt, tamen fortunæ vocantur, quo casus potius, quam prouidentia eas dedisse significatur, propter incerta varia que euenta, quibus comparatur. Ita que fortuna id maxime postulat, vt non consilio res cadat. Ob eamque rem rationi contraria, cæca, inimica consilij vocatur. Quòd si nihil reperitur in te, quod non quæsitum & inuestigatum sit, non debet in fortunam conferri, sed vix id in humanis negotijs videbis. Quare sapientissime Salomon dixit. Et vidi sub sole neque velocium esse cursum, nec fortunam bellum, nec sapientium panem, nec doctorum diuitias nec artificium gratiam, sed tempus casumque in omnibus. Hac etiam de causa fortuna rerum humanarum domina à multis dicitur, & ei aras & templum fabulosa consecrauit antiquitas. Ea etiam conditione debet esse res, quæ ad fortunam referatur, vt earum sit, quæ nostro consilio geri, & in finem referri possit, secus enim fors fortuna non est. Vt imperitè diceretur fortuna, sol aut oriri aut occidere aut deficere. Potest tamen quis de fortuna quæri, quòd ita casus tulit, vt res ante solis ortum vel occasum administrari non potuerunt. Vt igitur omnia in pauca conferam, fortuna causa est efficiens, fortuito eius rei, quæ hominis

Fortunæ definitio.

consilio geritur & insolenter vsu venit. Quòd si alique sint præter primam occultæ causæ, quæ has res omnes ab humana deliberatione, & còsultatione remotas còiungat, & exitu necessario concludant, hominis fatum appellantur. Si vero quidpiam fortè ac temerè cadens impellat còsiliij compotem ad aliquid faciendum occasio est, ex qua multa mala nec non & bona in vita nascuntur. Vt strupum Dinæ occasio fuit, cur Sychè ampla ciuitas euerteretur Eleonæ raptus quod Troia. Quòd Romanorum legati in Gallos contra ius commune pugnarunt, parum abfuit, quominus Romana res funditus euerfa periret. Casus autem in eo a fortuna differt, quod latè patet, & quasi genus est fortunæ. Nam omnis fortuna casus est, non tamen omnis casus fortuna. Siquidem hominum casus sigillatim in fortunam conferuntur, atque adèd si Aristoteli credimus, non omnium, sed eorum modo, qui res suas, sine & actione dirigere possunt. Quare pueris nihil fortuna euenire putat, quod iudicio careat: quia neque prosperam, neque aduersam fortunam subire censentur. Casum vero habent res omnes mutationi subiectas animatas, & inanimatas, vt casu incolumis equus euasit è prælio, casu lapis cecidit. Casus ergo diffinitio easdem, quas fortunæ habet partes, vna illa excepta, quòd earum rerum sit, quæ in deliberationem cadentes hominis consilio gerantur. Frustra verò & superuacanea sunt illa, quæ non assequuntur illud, cuius causa fiunt ac fieri solent, vt si exerceatur quispiam propter bonam valetudinem, nihilque eius exerci-

Fatum quid.

Occasio quid.

Casus quid.

tatione

ratione obtineat, si tamen alia de causa exerceatur, quam consequatur, non frustra exercitatione suscepisse putabitur, licet nullum afferat valetudini commodum. Dixi cuius causa fieri solent, quia si alicuius stulta voluntate eo aliquid referatur quod referri non debet, stulte etiam frustra factum fuisse dicitur, ut si quis dicat ambulasse frustra, quod luna non defecerit: itaque id quod frustra est, a casu, & fortuna differt, quod hanc ad eum finem non referuntur, quem consequuntur. Illud vero ad ipsum refertur, quod non consequitur, quare contraria inter se sunt.

Differunt autem fortuna, & natura, quod illa numeratur in iis, quae per accidens, haec in iis, quae per se conueniunt, illa ad efficientem causam reuocatur, haec ducitur ex materia, & forma. Illa non agit propter finem, haec finis rationem ducit, ut planius in naturalibus persequemur. Ab arte vero fortuna differt, licet utraque sit efficiens causa: quod fortuna efficit, fortuito, & aliena vi, ars autem per se, vique sua. Vnusquisque enim artifex, per se causa est eius, quod est artis suae, ut vi sua aedificator, vel architectus aedificat, sculptor sculpsit, medicus medicinam facit. Tu artis sunt certae, & definitae causae, sicut & naturae: fortunae vero infinitae, & incertae. Praeterea ars sine dirigitur, quem fortuna negligit. Vbi tamen aliquando venit, ut forte fortuna fiant, quae sunt artis ut casu bibens aegrotus aquam frigidam febrim repellit. Aliquando id nulla ratione fieri potest. Numquam enim, domus, aut statua temere fabricatur. Cuius rei causam opere praetium est declarare. Si materia rei

Fortuna in quo ab arte differat.

Quomodo quae arte sunt, fortuna fieri non possunt.

faciendae proposita eiusmodi est, ut facile possit moueri: casu artis opus potest existere, ut bona valetudo, quae medici arte quaeritur, nonnunquam casu comparatur, quoniam humor eius materia facile in valetudinis formam mutatur. Si vero materia difficile moueatur, ut domus, & statuae, nunquam affert fortuna, quod ars.

Cap. 3. de contingenti.

QUEM Admodum necessarium nascitur ex iis quae sunt per se, ita ex iis, quae sunt per accidens, ducitur contingens, quod contradictorio nomine opponitur, & necessario, & ei quod fieri non potest. Est enim contingens quod esse, & non esse potest. Esse vero huiusmodi aliquid, dubitari non potest: quoniam idem quod accidens declarat, nihil enim contingit, quod non accidat, & e contrario. Accidens autem esse diximus, quod adest, & abest. Quod in contingenti definitionem recidit. Adest autem, & abest, quia non vi sua, sed aliena conuenit, quare deseri, & abijci potest. Perpicuum autem est in rebus esse multa, quae earum natura non postulat. Nam homo albus est, simus, magni capitis, sedet, ambulat, loquitur: quae omnia sicut accidunt, ita contingunt. Item quod hic homo, quod hic equus, & hic leo sit, eorum definitio & natura non postulat: quare hunc hominem, hunc equum, hunc leonem esse accidit, & contingens est. Patet igitur esse contingens, quod definitum est. Sed ex hac demonstratione tantum concluditur esse multa, quae singulis rerum naturis contingant, quod non

Contingens quid.

non sua sed aliena vi illis conueniant. Minime tamen ostenditur, an illa vis aliena necessitudinem afferat, sicut propria solet, an nullam omnino afferat, sed possit per illam esse & non esse, quo plane natura constaret contingenti, quam quaerimus. Quoniam si vis illa, quae aliena dicitur, non secus, quam propria necessitate inducit, non erit simplex contingens, sed cum adiunctione huius naturae. Imo simplex erit necessarium: licet huic vel illi rei necessarium non sit. Quod exemplis planius fiet. Terrae contingens est, quod erumpat vel non erumpat in herbam. Si tamen bene affecta sit imbre, non potest non erumpere. Sin autem non bene sit affecta, non potest erumpere, quare necessario vel erumpit vel non erumpit, & nunquam contingenter. Item hominem esse album est contingens, tamen hoc loco, & hoc tempore, & his parentibus natus, positus denique causis, quibus homines nascuntur albi, non potest non esse albus, non positus autem, non potest non nasci niger, neque in eius est potestate, quod adhibeatur vel non adhibeatur causa. Quare licet sit homini contingens, quod sit vel non sit albus, quoniam sua natura id non efflagitat semper euenit necessario, quod sit vel non sit albus. Siquidem id in vniuersum naturae & rerum dispositio postulat.

Contingens aliquod esse simplex.

tamque homines volunt, quam quae non volunt. Quod falsum & absurdissimum est. Nam funditus euerit omnem moralem philosophiam, ut suo loco planius docebimus, quam ita praedicauit, laudauit, & multis libris illustrauit antiquitas. Tum nulla frequentior, clarior & certior experientia est, quam quod multa hominum voluntate fiant, quibus integrum, & in potestate sua est, vel facere, vel non facere.

Proprie igitur contingens nihil est, nisi effectus ille, qui totus pendet ex causa libera: si enim causa est necessaria, effectus etiam est necessarius. Cum causa, sicut diximus, sine effectu non existat. Illa vero causa libera est, cui optio est & absoluta potestas alterutram partem eligendi. Quae eiusmodi est, multas res contingentes praestat. Quod perspicere licet ex ea loquendi ratione, quam sermonibus frequenter usurpamus. Si comedat illud in morbum incidet, si a sententia non decedat, bellum erit, si profectus fuerit, illud vel illud eueniet. Qua loquendi ratione plane futurum contingens significamus, & ex libera alicuius optione pendere.

Proprie quid sit contingens.

Causa libera quae.

Nonnulli tamen sophistae dubitant. Quando sit res contingens, an quando est, an vero quando non est. Tantaque est aliquorum stultitia, ut contingentem esse dicant, quando est. At docet Aristoteles, in libro primo de enunciatione id, quod ipsa rerum natura praedicat, eodem modo iudicandum esse de enunciatione, quae de re instanti loquitur, quo de illa, quae de praeterita. Itaque sicut necesse est fuisse, quod fuit, ita & esse quod est, abijci enim inter dialecticos in prouerbij consuetudinem

Contingentem esse rem non quando est, sed quando non est & futura est.

res quando est, necesse est esse. Iam vero si quando res est, contingens est, ergo & non esse potest: quando igitur est, potest non esse: potest igitur simul esse, & non esse. Quo nihil absurdius, Sed illi hoc argumentum explicare conatur distinguentes inter intellectum coniunctum & separatum essendi. Quod illi vocat sensum compositum & diuisum. Tamen non vident, quod ipsi hoc sibi refugium tollant. Nam tunc id valet, cum locus relinquatur auferendi vnum contrarium, si ponatur aliud. Ut homo albus potest esse niger. Diuersis tamen temporibus id euenire potest. Si tamen vno temporis instante admittas album esse, eodem esse & nigrum non concedes, sed alio. At isti dant iam instanti tempore rem esse, & eodem tempore dicunt, non esse posse. Non sit igitur, ergo eodem tempore concedent & esse, & non esse. Non possunt tamen clamare intellectum separatum, ut cum non esse concludimus, tollant esse, quod dederunt. Nam iam id positum est, & ex hac positione producit argumentatio. Tum quod semel est, non potest non esse. Sicut quod fuit, non potest non fuisse. Et sicut valde absurdum esset: si aliquid fuisse concederetur: ut tollat incommodum, quo vrgeatur, rursus fuisse negare. Ita quod esse dant, non debent ad intellectum separatum refugientes rursus esse negare. Præterea contingens, ut probauimus, nascitur ex causa libera in alterutram partem, huiusmodi vero libertas circa illa versatur circa quæ & consilium. Consilium autem non est nisi de rebus agendis. In futuris igitur cernitur libertas ac proinde illud, quod est contingens. Huc accedit

quod nullus vnquam philosophus mentionem fecit instantis contingentis, sed futuri modo contingentis. Manet igitur contingens esse, & quid sit, & in re futura modo versari, totumque ex causa libera in alterutram partem contradictionis pendere.

Cap. 4. De ijs, quæ rebus accidunt.

Sequitur ut illa præstringamus accidentia, de quibus nullam scientiam agere diximus. Quia tamen dialectico & ei, qui de quacunque re ad vtranque partem disputare voluerit, eorum cognitio necessaria est, & toti rerum generi communis, cuius est primi philosophi consideratio, non erit inutile, neque à nostro instituto remotum quandam eorum syluam atque materiam vniuersam permissam, & confusam exponere, vnde dialecticus argumenta colligat ad probabiliter differendum idonea. Omnes autem res argumentando confirmantur, aut refutantur ex circumstantijs, quæ sex numerantur. Quis, quid, vbi, cur, quomodo, quando, nonnulli addunt quibus auxilijs. Quibus includuntur res omnes personis, & negocijs attributæ. Nam, quis, personam commemorat. Quæ aduentitia vi in quatuor partes secatur, & in eum, qui dicit, & de quo dicit, & apud quem, & de quibus mentionem facit. Vnicuique autem personæ hæc sunt attributa. Nomen, natura, victus, fortuna, habitus, affectio, studia, consilia, facta, casus, orationes. Nomen est, quo suo quæque persona proprio certoque vocabulo appellatur. Ut Petrus, Paulus, Augustinus. Naturam hic non appellamus, quæ iam accuratius

Accidentia rerum.

Circumstantia quor.

ratius

ratius profecti sumus. Sed eam quæ vim personæ declarat ad aliquid faciendum, vel non faciendum. Quæ autem est diuina aut mortalis, diuinam putamus Dei opt. maxi. angelorum sanctorum & beatorum hominum. Mortalis autem rationis est particeps, aut expers. Quæ rationis est expers non attinet ad personam cuius attributa tractamus: sed ea solam quæ est rationis compos, quæ in hominum genere enumeratur. Hominum genus intelligitur ex sexu, natione, patria, cognatione, & ætate, & indole. Ex sexu quidem vel virili vel muliebri. Ex natione, vtrum Hispanicus, an Gallus. Ex patria, Salmanticensis an Tolitanus. Cognatione quibus maioribus quibus consanguineis. Ætate, puer an adolescens natu grandior, an senex. Ad indolem pertinent comoda & incommoda homini à natura data. Quæ secantur in corporis, & animi. Corporis, valens an imbecillis, longus, an breuis, formosus an deformis, velox an tardus sit. Animi acutus an hebetior, memor an obliuiosus, comis, officiosus, patiens, prudens, an è contratio. Et omnino quæcunque corpore vel animo sunt natura insita, non industria comparata, nam quæ sunt industria in habitu, considerantur, de quo posterius dicemus. Victus est vitæ quam agit ratio, qui diuiditur in educationem, usum, & mores. In educatione consideratur apud quos, quò more, cuius arbitratu educatus, quos habuerit artium liberalium magistros, quos viuendi præceptores. In usu vero, quo in negotio, quæstu, artificio sit occupatus, quomodo rem familiarem administrat, qua consuetudine domestica sit. In moribus, probus ne sit, an im-

probus vir, luxuriosus an frugi, quibus det operam amicis, & alia huiusmodi. Fortuna casus prosperus est vel aduersus, in qua quæritur, seruus ne sit, an liber, pecuniosus, an tenuis, priuatus, an cum potestate, si cum potestate iure an iniuria. Felix clarus, an contra, quales liberos habeat. Ac si de non viuo agatur, quali morte sit affectus, est tractandum. Habitum dicimus constantem aliquam corporis vel animi commoditatem, non natura datam, sed industria, & studio acquisitam: qualis est virtus, aut ars. Affectio est animi aut corporis ex tempore aliqua de causa mutatio, ut animi lætitia, vel vultu significata cupiditas, metus, titubatio, inconstans locutio, & alia huiusmodi, quare aliquid factum, vel non factum credimus. Studium autem est animi assidua, & vehemens ad aliquam rem magna cum voluptate applicatio, ut ethica, physica geometria philosophia denique, & litterarum armorum, item canum & equorum studiosus. Consilium est aliquid faciendi, aut non faciendi, diligens & excogitata ratio. Quod personis à viris doctis attribuitur fortè considerari volunt, quæ soleat inire consilia in rebus gerendis, vtrum soleat virtute, an cupiditate moueri. Sed melius negotijs hæc circumstantia relinquatur, ut posterius dicemus. Facta vero casus & orationes tribus ex temporibus notantur: quid fecerit, aut quid ipsi acciderit, aut quid dixerit, aut quid faciat, quid ipsi accidat, quid dicat, aut quid facturus sit, quid ipsi casurum sit, aut qua sit vsurus oratione.

Ac personis hæc sunt attributa, quæ illa circumstantia quis tanguntur. Sequitur illa quid, quæ non rei naturam

Negotiorum circumstantia.

E turam

turam, de qua diximus in ijs, quæ per se conueniunt, sed eius negotij, de quo agitur breuem complexiōnem inuit, quæ summam concinet facti. Hoc modo hominis occisio patriæ liberatio, patriæ proditio. Nā ferè versatur semper faciendi ratio circa bonorum adeptiōnem, incrementum, cōseruationem, & vsum: aut malorum euitationem, liberationem, imminutionem, conuersiōnem. Aut è contrario, hæc omnia bonorum direptionem, imminutionem & alia, aut malorum illationem, incrementum, & alia. Quæ omnes partes plurimum in re tractanda, valent. Est igitur hic locus magna ex parte oratorius, non philosophorum. Admonet autem hic locus, vt queratur, quid ante rem, quid cū re, quid post re euenire? Ante rem queruntur talia, apparatus, colloquia, in loco conuiuuiū, vel aliquid aliud constitutum. Cum re autem pedum crepitus, strepitus hominū, corporum vmbra, & si quid huiusmodi. Post rem, rubor, pallor, titubatio, & alia signa conturbationis & cōscientiæ, quæ facti possunt suspitionem mouere vel remouere contraria. Reliquæ circūstatiæ, quæ sequuntur, negotijs adiuncta putantur, vbi locū inuit, in quo negotiū gestum sit, in quo queritur oportunitas, quam habuisse videatur ad negotium administrandum, vel nō administrandum. Talis autem oportunitas cognoscitur ex magnitudine, interuallo, longinquitate, propinquitate, solitudine, celebritate, ipsius loci natura, & totius regionis vicinitate. Ex his etiam attributis, facer an prophanus, publicus, an ne priuatus, alienus an proprius locus fuerit. Cur causam

negotij querit. Quæ diuiditur in impulsione, & ratiocinationem. Impulsio est temerarius & inopinatus animi impetus ad aliquid faciendum, vt ira, nimia cupiditas, & aliæ perturbationes animi, quæ tempus tollunt capiendi consilium. Ratiocinatio est excogitata aliquid faciendi, vel non faciendi ratio. Quæ petitur ex commodo, vel incommodo, negotia enim administrantur, vel propter commodorū adeptiōnem, vel incommodorum vitatiōnem. Quomodo alia negotij circūstantia est, in quo consideratur, quo animo factum sit. Partitur autem in prudentiam, & imprudentiam. Prudentia cognoscitur ex ijs, quæ clam, palam, vi, persuasiōne fecerit. Imprudentiæ partes sunt inscientia casus, necessitas, animi affectio, hoc est molestia, iracundia, amor, & huiusmodi alia, quæ ad animi perturbationem expectant. Sequitur illa circūstantia, quando, quæ tempus declarat ad rem, faciendam, vel non faciendam, idoneum. Quod in spatium, & occasionem secatur. Spatium pars temporis est, in quo aliquid transigi posset, vt hora, dies, mensis, & annus, in quo quid tardè, quid citò, quid tardius, & citius queritur. Itè quæ præterierunt, in quibus considerantur ea, quæ tandiu gesta sunt, vt propter vetustatem aboleuerint, & in fabularum numero collocantur, vel quamuis sint à memoria nostra remota, tamen fidem faciant, quod in literis eorum certa monumenta sint. Item licet præterierunt, tamen ita nuper, vt à multis fieri possint. Deinde ea considerantur, quæ instant, & illa quæ con-

consequantur, & futura sint vel ferius, vel ocysus. Occasio est idonea temporis oportunitas ad negotium transigendum. Quæ in tria genera distribuitur communè, statutam & contingetem: communis est, quæ omnibus eodem ferè tempore accidit vt meridies, nox interpesta, messis, vèdimia, hiems, & ver, statuta est, quæ certo aliquo tempore celebrari decretū est, quæ in publicam & priuatā partitur. Publica est, quam vniuersa ciuitas celebrat, vt dies festus ludi, bellum, pax, concilio, vel concilium. Priuata est quod aliqua de causa alicui priuatim accidit, vt nuptiæ sacrificium, funus, conuiuuium, somnus. Contingēs est quæ aliquo casu solet euenire: quæ rursus aut publica est aut priuata: publica, vt pestis, obsidio, famis, priuata, vt alicuius inopia, vel casus prosperus vel aduersus.

Negotijs etiam adiuncta sunt & accidentia, similia vt si rempub. nauis simile esse dicamus. Et comparata quæ sunt aut maiora, aut minora, aut æqualia. Ex quibus nascitur exemplum, quando alterius personæ simile factum proponitur. Quæ omnia accidentia, licet philosophus non consideret, quia veram rerū naturam querit, & ea quæ sunt per se inuestigat: dialecticus tamē, & qui populariter de rebus disserit, multas ex his accidentibus percipit utilitates: de quibus satis.

Cap. 5. de vi & actione.

Quoniam in vniuerso rerū genere versamur, vt eius nobis planius natura constet, præter eas quas adhibuimus, alia apponenda diuisio est: res igitur

aut vis, aut actio est. Vim autem siue potestatem illam esse putamus, per quam aliquid præstari potest. Vt in igne vis est calefaciendi, quia per eam calorem præstat ferro vel ligno. Vis etiam est in marmore vel ære, ex qua possit statua præstari, vel fieri. Quare licet nulla sit imago nullus calor in ligno, nihil ignis calefaciat, quia tamē esse ista possunt vires rerum esse ducuntur. Illa vero esse possunt, vt rectè explicauit Aristoteles, quæ licet esse ponantur nullum sequitur absurdum. Vt homo vim habet sedendi, quia licet sedere fingatur nihil incommodi eueniet. Quare quod esse posse dicimus, tanquam si iam esset disputando defendendum est. Imbecillitas vero quia contraria est potestati contrario nomine declaratur, quæ non potest aliquid præstare, quæ & priuatio est. Vt est homo ad volandum imbecillus, quia volare nō potest, & volandi potestate priuatus est. Et illa esse non possunt, quæ si concedantur esse, aliquid absurdi suscipere cogetur: vt si hominē volare diceret, autem esse consequeretur. Sed illa propriè imbecillitas est, & priuatio cum res aliquid facere non potest eo tempore, quo sua natura poterat, vt si illud animal videre non possit eo tempore, quo eiusdem generis alia vident. Illud etiā quod non bene, & exiliter fit, vim non habere dicimus ad faciendum vt qui exiliter discit non posse discere, & qui ieiune & pueriliter loquitur, non posse loqui. Nam parū pro nihilo dicitur. Quare qui parū valet, nihil valere autumamus. Est autem animaduertendum, quod eadem vis & facultas ex alia parte si consideretur imbecillitas, & debi-

vis quid,

imbecillitas quid.

vi & actio
2.16.

Eadem vis
& imbecil-
litas.

Imbecilli-
tas quædam
vim indi-
cat magnam

Zenonis ab-
surda opi-
nio de pote-
state.

litas est, facultas quia potest, imbecillitas quia non potest, ut ignis vim calcificandi possidet, quia potest calefacere. Hæc eadē vis imbecillitas est: quia cum calefacit, non potest non calefacere. Tum vis imbecillitas est, quia qui sunt tali vi præditi longē maiori vi natura destituti sunt ut vis est in leone ad rugiendū. Sed quibus hæc vis innata est, viribus maioribus ad ratiocinandum & intelligendum priuantur, quæ in animal cadunt. Et hac eadem ratione nonnullæ res non valent, quia multum valent, non possunt quia multum possunt, ita ut earum imbecillitas potestas magna sit, ut non valeret adamas ad imaginem in eo incidendam, quia fortissimus & durissimus est: cælum interire non potest neque vllum detrimentum accipere, quæ imbecillitas, si loqui sic licet, potius vim magnam & robur indicat. Denique vis, quæ maiori vi locum non relinquit potius cum illa collata imbecillitas est. Item vis ad incommodum, vel detrimentum suscipiendum, debilitas potius est quam potestas.

Cap. 6. Differre inter vim & actionem.

Zeno tamen & eius discipuli, ut Aristoteles narrat, hæc rerum distinctionē in vim & actionem refutat. Putat enim nullam esse vim nisi cum actione coniunctam, itaque neminem posse agere, nisi cum agit, neminem edificare, sedere vel ambulare posse, nisi cum edificat sedet & ambulat. Cuius opinionis nullam probabilem rationem, nullum argumentum commemorat Aristoteles. Infantum au-

tem esse videtur, tam incredibilem & ab hominum opinione alienam sententiam iactare, nulla ratione sustentam. Nemo enim non credit eum, qui non videt, quia dormit vel conuiuet videre posse, & cum qui sedet, ambulare posse, & eum qui tacet loqui. Multa etiam incommoda suscipere cogetur, qui sic opinatur. Nam si vis non aliud est, quam actio: nulla scientia, nulla disciplina, nulla virtus, nullum vitium, nulla denique peritia & prudentia erit, si in opere non sit. At philosophus & architectus est & virtute præditus quispiam, qui multarum rerum scientiam comparauit, qui architecturam didicit, qui per multos annos virtuti vacauerit. Licet dormiat, licet nullo munere fungatur. Ortum etiam & in interitū hæc tollit sententia. Si oriri non potest, quod non oritur, si interire quod non intetijt. Neque calidum etiam neque frigidum, neque dulce, neque coloratum, antequam sensu percipitur erit. His & alijs multis incommodis vrgere possumus istius auctores opinionis. Directa quoque planaue argumentatione probabitur ex definitione, quā posuimus eius quæ fieri potest. Multa quippe quæ non sunt, licet esse ponantur, nullū sequetur incommodum: præsertim quod isti auctores concedunt esse, cum postea opus & actio cōuenit. Nullum ergo incommodum oritur ex eo quod sunt: ergo esse poterant. Sed cogitanti mihi, quod Zeno, qui doctissimus habebatur, nūquā ista temerè diceret, nisi aliqua ratione cōmotus. Illud occurrit, ex quo opinionem istam ductū habuisse mihi persuadeo. Quod in illam iuerit ab absurdissimam sententiam, in qua Socra-

Socratē & alij fuisse diximus, nihil esse contingens, nihil in alterutram partem cadere, sed omnia fatali cuiusdam necessitati seruire. Ex hoc enim plane sequitur, qui agit non posse non agere, & qui non agit non posse agere, ac denique nullam esse facultatem agendi nisi cum agit, quare vis non est, nisi in opere sit & actione. Sed falsam & absurdā esse illam Socratis sententiam ostendimus, posteriusque planius demonstrabimus antequam hunc de vi sermōnem omittamus. Hunc etiam est affinis sententia alia Auerrois, & aliorum, qui illum, sequuntur. Nam in genuè assueuerant illa nullo modo esse posse, quæ nec sunt, neque erunt. Nihil igitur in alterutram partem cadit. Neque integrum Paulo fuit tali tempore, vel loqui, vel non loqui. Nā si non locutus est, non poterat loqui. Si locutus est, non poterat non loqui. Neque mihi cadit in alterutram partē, ut scribam vel non scribam, sed necessitate scribam, quia cum futurum non fuerat, ut non scriberem ex istorum sententia fieri non potest, ut scribam. Quod non minus experimentis repugnat, quā quod lux non sit, neque sol, neque vlla sint astra. Sed suam sententiam sic approbant. Sicut quod semper est, necessarium est, ita quod semper non est, non potest esse. At longè differt inter ea, quæ semper sunt & inter ea, quæ semper non sunt. Nam quæ semper sunt, non pendunt ex causa libera, & quæ in alterutram partem valeat. Multa verò quæ semper non sunt, esse poterunt, quia potestas, optioque facta fuit causæ liberæ, ut eligeret, utrum vellet factū esse nec ne: ita in rebus futuris multa esse poterunt, quæ non

Auerrois
de potestate
absurda o-
pinio.

erunt: quoniam ab eis, quibus optio data est rejicietur. Est igitur (ut hæc omnia concludamus) aliqua vis atque potestas, licet in opere non sit.

Cap. 7. Vis diuiditur.

Vis autem alia est faciendi, alia patiendi. Vis faciendi prima & præstantior est quam aliarum vires spectant, & ex qua dicuntur, & quasi deducuntur. Quæ est causa mutationis in alio, quatenus aliud est, ut medicus est bonæ valetudinis causa, & architectus est causa domus, & ob eam rem in vno vis est ad sanitatem faciendam, in altero ad faciendam domum. Diximus in alio, quatenus aliud est. Quoniam potest contingere, ut sibi quis egrotans medicinam faciat, hoc tamen ei non usu venit per se, sed per aliud. Vis patiendi, est causa cur subiectū in quo est mutetur ab alio, hoc ipso quod aliud est. Cuiusmodi ea vis est, quæ est in ligno, ut caleseat, in marmore, ut ex eo fiat statua, in egrotato, ut conualecat. Quæ definitio ex ea, quæ est potestatis faciendi, paucis commutatis mutata esse videtur: quare recte illa prima vis vocata est, & aliarum quasi principium. Sed hæc patiendi vis ferè semper cum faciendi vi copulata est. Ex quo fit, ut patiens non solum patienti resistat, sed etiam repugnet. Sic ut etiam facies patiarur, & vltro citroque faciens, & patiens ferant & inferant, & quasi collatis viribus de victoria certent, & illud faciens appelleretur, quod plus fecit, & illud patiens, quod plura perpeffus est. Vis igitur resistendi in passo complectitur, & vim agendi, & ferè semper patienti tribuitur. Cum

E 3 autem

autem huiusmodi faciendi, & patiendi vires expromuntur, & in effectu ponuntur, via & ratio, qua inter se conferuntur, quodammodo eadem est, & quodammodo diuersa. Sicut enim ascensus, atque descensus eadem quodammodo via est, & diuersa: eadem, nam eodem subiecto, diuersa, quia diuersis terminis & finibus definitur. Vt enim profectio a loco superiori ad inferiorem est descensus, & contrario vero est ascensus, ita vnus & idem calor, vt est ab agente, est actio, vt autem est in patiente, est passio. Vna etiam doctrina, vt proficitur a magistro doctrina vocatur, vt suscipitur autem a discipulo, est disciplina.

Cap. 8. De vi rationis compote, & impote.

Vis vel rationis compos, & impos.

Vis etiam, vel est rationis compos, vel impos: compos illa est rationis, quæ ratione dirigitur, & subiectum per se poscit rationis compos, vt sciētia & artes omnes, quarum aliæ in consideratione, aliæ in aliqua re faciendâ versantur, vtræque sunt facultates: nam causæ & principia sunt mutationis in alio. Quæ sunt enim in consideratione posita, animum mouent ad inuestigandum & cogitandum aliquid, vt physica. Quæ vero in opere cernuntur, opus mouent, quod tractant vt Architectura, medicina. Vis autem rationis impos est, quæ non ratione, sed impulsu quodam, & impetu, ad opus mouetur. Quapropter, subiectum rationis particeps non requiritur. Præter ea, quæ dicta sunt, in hoc maximè differunt hæc duæ facultates, quod illa quæ rationis est particeps, non solum id

In quo maxime differunt

cognoscit in quo in primis versatur, sed etiã contrarium. Vt medicinæ vis, non solum bonam valetudinẽ, sed etiam egram cognoscit, architectura & domum & non domum intelligit. Quare huiusmodi facultates contrariorũ sunt, possuntque alterutrum contrarium persequi. Qui enim rectè scribit, potest & non rectè scribere, & qui bene loquitur, potest & male loqui, & qui recta via incedit, potest & non recta. Hic fons & caput est liberæ voluntatis: ex qua pendet perfecta totius generis potestatis cognitio, quæ a Zenone refutari ac omnino tolli proximè diximus. Pendet etiã futuri contingentis notitia, quam Hippocratẽ refellisse, & penitus abiicisse narrauimus. Nam si est vlla contrariorũ facultas, nihil impedit, quo minus id, quod maxime placuerit, facere possit. Potest igitur vtrunq; contrarium esse: ita vt possit futuro tempore, quod proxime sequitur, & sedere, & non sedere, & sanare egrorũ, & non sanare, vtrunq; igitur esse potest, & vtrũque est contingens: quia potest etiã non esse. Quod tantum alterum sit in effectu ponendum pro facientis arbitrio. Est igitur potestas antequam in actione sit: contra quã Zeno opinabatur. Potest etiã esse aliquid quod nunquã erit: contra quam Auerrois censebat. Est & aliquid contingens & quod forte & temerè in alterutram partem cadit: contra quã Hippocrates credebat. Contingens autem, totum niti diximus in libera & soluta causa, cui optio sit eligendi, quæ sibi placuerit ex vtraque, contradictionis parte. Est ergo libera voluntas, & aliquod solutum arbitrium. Querunt etiam sophiste, vtrum libera voluntas in instanti, an in futuro tempore

raner inmer se facultas rationis compos, & impos.

tempore cernatur. Sed nos demonsttrauimus. Iam contingens ad futurum tempus tantum spectare. Eisdem argumentis planum fiet optionem & integram potestatem nullo modo præteritarũ & præsentium, sed esse tantum rerum futurarum.

Hæc de vi rationis participi. Rationis expers vna vnus est facultas neque se villo pacto continere potest. Quod enim vim habet caloris, non nisi calorẽ per se gignit, frigus tantum refrigerat: quod salubre est, modo valetudinẽ facit. Omnes denique vires, quæ in subiecto sunt rationis impote vnus sunt, & ad vnum affectum sunt. Ex quo fit, vt necessitate quadam, ad efficiendum impellatur, cogi tamen non dicuntur, si per se vique agantur sua, neque vlla vis accedat externa. Si tamen aliquid extrinsecum impediatur, non efficiunt, quia non ita possunt efficere, quod si nullum sit impedimentum, & id non desit, in quo vires suas explicare possint, necessarium, quæ possunt, faciunt. Facultates tamen rationis participes, licet sit, in quo vires suas expromant: quia non agunt necessarium, se possunt reprimere. Nec enim necesse est, vt quoties magister congregatur cum discipulo, vt alter doceat & alter discat. Si quis autem contenderet, eas facultates, quæ cum ratione agunt, sicut eas, quæ sine ratione, simul atque accesserint aliam efficere, & aliam pati: hunc opposita simul fieri, vt concedat necesse est. Nam cum rationis participes ad opposita valeant, si faciant, necesse est, quod possunt faciant igitur opposita pariter esse necesse erit. Vires ergo tantum rationis impotes, cum primum se inter se contulerint actionem & passionem oportet esse. Eas autem vires, quæ ducẽ

rationem sequuntur, aliquid moderatur ac regit, & pro arbitratu suo alterutram ad opus dirigit. Id ego voluntatẽ & appetitum esse statuo, cuius naturam & auctoritatẽ pluribus alio loco exponemus. Nunc habeatur pro certo liberam suam naturam hæc contrarium potestatum moderatricem voluntatẽ esse. Cumque proximum & aptum sit id, quod pati potest, ipsius partes esse decernere, quid factum opus sit. Nam simul vtrunq; contrarium esse non potest, sed alterutrum, quod autem futurum sit non liquet, quousque ipsa eligat, erit autem quod eligeret.

Rursus in eo etiã differunt facultates omnes, quod alias natura non solum inchoauit, sed etiam perfecit quodammodo: sic vt augeri & maiores fieri nulla exercitatione possunt: vt quinq; sensuum facultates, vis caloris & frigoris. Huiusmodi velle videtur Arist. esse vires omnes sine ratione. Aliæ facultates a natura quasi inchoantur & vltimo & exercitatione perficiuntur, vt memoriæ mentis & rationis vis & omnino artes omnes & disciplinæ, quæ exiguæ sunt a natura datæ & multa eis incrementa vsus exercitatioque afferunt. Sed sicut non omnes consilij compotes facultates opera nostra crescunt: ita non omnes consilij impotes augeri renuunt: vt Arist. significasse videtur. Nam animalia multa, quæ disciplinam accipiunt, ea vsu & exercitatione facere coguntur, ad quæ nunquam sola natura valerent, vt ex canibus, equis & elephantibus perspici licet.

Est etiam vis alia proxima, alia remota, proxima si agendi sit, ea est cum nihil obstat externum, quo minus fieri possit, vt ignis proxima vi potest incendiũ excitare cum proximè ad sunt & aptè disposita sunt adurẽda.

Alias facultates natura inchoauit alias perfecit.

Vis autem patiendi proxima est, cū nihil in ipsa materia sit, quod impedimento sit vi efficiendi, vt lapides & ligna sunt potestate proxima domus, cū nihil eis addi, detrahi ve opus sit ab artifice: sed vt sunt in formam domus cōponi possunt. Marmor lignum & es vi proxima sunt ad statuum, cū satis demptum & amputatū est ad sculpendā in eisq; exprimendam effigiem. Vis vero remota est efficiendi, cū ab aliqua externa re agens impeditur. Patiendi vero, cū aliquid est in materia, cur non rectè parata sit ad accipiendum. Præsertim si prius in alias formas mutanda est, quam in eam, ad quam vim habere dicitur. Vt terra potestatem habet remotā ad ignis formam, quoniam prius in aquam & acra trāsire oportet. Stipes etiam & truncus, marmor in rupe potestatem habent remotam ad statuum. Quoniam multa expolitione indiget. Quare res vi & potestate dicuntur esse, non ex potestate remota, sed ex proxima, vt terra nō dicitur vi & potestate spicā esse, sed semen vi & potestate. Atque adeo nō quodcunque semen, sed in terra, vel idone a proiectum. Ita lapides & ligna parata, vt postulat domus, potestate domus sunt, & non alia ratione. Ita doctum, sapientem & prudentē hominem dicimus, non eum, qui discere possit & talem euadere, sed qui doctrina sapientia & prudentia, ita sit imbutus, vt eis quoties voluerit vtatur. Ita infirmus is sanari potest, cū nihil in ipso sit, quod medicinæ, si fieret, impedimento sit. Et terra non est potestate statua: quia demendo & auferēdo, aut alia ratione informando nunquam statua fiet. Sed es potestate statua est:

Ex potestate proxima res posse dicuntur.

& non quaecunq; , sed illud, quod ita informatum & anticipatum est, vt sola imaginis expressio desit.

Cap. 9. De actione.

Quoniam de vi egimus, de actione differamus. Est autem actio potestatis exitus & id quod potestate queritur, vt calor in ligno est exitus, atq; finis potestatis efficiendi, & accipiendi calorem. Quare harū potestātū actio est, & id quod re esse dicimus. Itaq; si vis cum eo, cuius vis est, comparatur, illud est eius actio, per quod id, quod erat vi, actione est. Id quod in rebus singulis facile cognosci licet, vt enim id, quod edificat, ad id quod edificare potest, & quod vigilat ad id, quod dormit, & quod ambulat ad id, quod ambulare potest, & quod sedet ad id, quod sedere potest: quod statua ad id, ex quo esse potest, & vt elaboratum atque perfectum ad id, quod inchoatum est, se habet: ita quod re ipsa, & actione est. ad id, quod vi & potestate est. Sed non solū finem, exitumq; facultatis habet actio: sed etiā si aliquid ad finem viē adiunctū habeat, motum intelligo: qui quamuis non omnino terminus est, non est tamē alienus a termino. Vt de albatio, calefactio, actio & res ipsa est potestatis efficiendi & accipiendi albedinem, & calorem. Nam de albatio aliquid est albedinis cōsecuta & calefactio caloris. Vis ergo, quādo est in motu, re pariter & actione est. Motus tamen omnes imperfecti sunt, & inchoati, neque ad terminum, quē adumbrant, perueniunt. Considerandum tamen est nonnulla diuersis collata vires pariter, & actiones

Actio & potestas cōparantur.

Quadam vi res pariter & actiones esse.

nes esse, vt aspectus aspectioni collatus vis est, ei tamen, qui caret aspectu, actio est. Sapiēs etiam & prudens si cum sapientia & prudentia vsu comparatur, vis est. Si tamen cū puero & ignaro viro, actio est. Sed in his duabus actionibus illa in primis actio est, quæ totius facultatis terminus est, & ad quā reliqua omnia referuntur, vt potius aspectio, quam aspectus actio est, potius scientia vsus, quam ipsa scientia. Quoniā aspectus ad aspectionem, scientiam ad scientiæ vsum referimus, & architecturæ ad ædes fabricandas operam damus.

Actus etiam vel sunt, aut significantur, vt substantia, vel vt accidēs & affectio. Si vt substantia, siue natura, siue arte consistēt, ex materia nuncupantur, vt homo terrenus, arca lignea, imago ærea, vas aureum, corona argētea. Sin autem sunt, aut explicentur tanquam affectiones, ex illis potius subiecta nominantur, vt candor, nigror, sapientia, a quibus candidus, niger & sapiens est. Ex subiectis autem huiusmodi affectiones non dicuntur: nisi nominibus abutamur. Vt non dicitur nigror ligneus, nec corueus, nec candor lacteus, neq; niueus. Viri tamen theologo terrenam, & humanam sapientiam dicunt, nominibus abutentes ad significandam indignam sapientiam, & iniqua studia atque improbos conatus.

Cap. 10. De actione insidente, & transeunte.

Veruntamen occurrit hoc loco nouorū quādam metaphysicorum, & omnium sophistarū doctrina secātium actionem, in insidentem & transeuntē: insidens est, quæ in eo subiecto insita est, a quo proficiscitur, vt inspectio, auditio. Transiens est, quæ ad aliam rem pertinet. Quam doctrinam Aristotelem tradere putat in nono metaphysicorum dicentē. Quorum vero non est aliquid aliud opus præter actionem, in ipsis existit actio. Itaque visum & alios sensus agendi vires esse credūt easq; actiones præstare, quæ in ipsis insideāt. Sed non animaduertunt, quā contrarij sunt, non solum Aristoteli, sed etiam sibi ipsis, hæc docentes. Nam ipsi probant atque præcipiūt eam definitionem causæ & potestatis efficientis, quam in quinto, & in nono libro Aristoteles ponit. Vt sit principium mutationis in alio, vt aliud est. Vis igitur efficiendi per se & natura sua in alio efficit, non in se, aliud mutat & non se. Sed dicūt aspectus aspiciēs nō mutat aliquid. Non igitur est efficiendi vis ex sua, & Aristotelis definitione, quæ est principium mutationis. Huc accedit quod aspectus & alij sensus sentiendo mutantur, ergo vel a se, vel ab alio. Si a se, ergo simul & agunt, & patiuntur, & vno eodemque conatu inferunt & accipiunt. Non ergo rectè distinctum est inter vim agendi & patiendi, si cadit vtraque in eandem omnino rem. Dubium igitur non est quin absurdum sit aliquid esse actionem putare insitā in eo, a quo proficiscitur.

Actiones dupliciter significari.

Actionem nō recte se carri in insidente & transeuntem.

Vt autē sensuum actiones, & aliarum animi facultatum cuiusmodi sint intelligamus: & Aristotelis quē citant testimonium simul percipiamus, animaduertendum est actionem, de qua loquimur hoc loco, nō esse eam, quæ a passione differt. Sled

illam, quæ agenti & patienti cõmunis & vtriusque potestatis finis est. Quam Aristoteles Græcè vocat, *ἐνεργητικὴ* ab *ἐνεργεῖν*, quod ad oēs actus attinet. Nam sedere, stare, mori, vivere, album esse, calidum esse, calefacere & calefieri energia quædam est. Illam vero actionem, quæ à passione distinguitur, Aristoteles appellat *ποιεῖν*, passionem vero *πάσχειν*. Cũ ergo Aristoteles loco citato dicit, quorum vero non est aliquod aliud opus præter actionem, in ipsis existit actio. Actionem, quam nominat energia est, quæ cõmunis est actioni & passioni. Non significat ergo Arist. actionem illam esse insidentem, vt isti tradunt, sed licet passio sit Arist. sententia quadrat. Siquidem intuitus, auditus & aliorum sensuum functiones & energiam, non actiones, sed passiones sunt, vt suo loco declarabimus. Tradit igitur verbis illis Arist. doctrinam memoriam mandandam, virium aliarum energiam in opere externo sitam esse. Vt vim tendendi, vim edificandi in tela, & in domo. Aliarum autem præter actionem & energiam nullum opus externum esse relictum. Vt aspectum, auditum, saltandi & pulsandæ cytharæ vim. Illud autem habeatur pro certo fieri nullo pacto posse, vt in eodẽ subiecto, & eadem ratione spectetur actio & passio. Quod enim agit nõ patitur, & quod patitur nõ agit. Quare si ageret & pateretur, idem ageret & non ageret, pateretur, & non pateretur, quod quidem sequitur illos, qui actionem insidentem esse autumant. Nam quod accipit energiam & actionem, vt patiatur necesse est. Vna enim & eadẽ energia ab efficiẽte profecta & à patiente suscepta efficiens efficit & patiens

patitur. Vt vno eodemque calore, quo lignum vel aqua afficitur & est ignis energia, vel actio per quam ignis efficit, & est etiam aquæ actio, & energia per quam ipsa patitur. Itaque agere quod Græci dicunt, *το ποιεῖν* in agẽte semper est *το πάσχειν* & *ἐνεργεῖν*, semper in patiente. Illo significatur actionem & energiam ab agente proficisci: hoc autem actionem & energiam à patiente suscipi. Quod si ab oculo, vt isti dicunt proficisceretur intuitus, & ab ipso etiã susciperetur, sine vlla dubitatione pateretur & ageret.

Considerandum tamẽ est, quod idem aliquando torum patitur & agit vna eademque energia, non eadem tamen parte, neque eadem ratione. Vt medicus sibi ipsi medicinam faciens. Nam ab ea animi parte rationis particeps, in qua scientia est, proficiscitur medicina, suscipitur autem ab affecto corpore. Aqua cõicit calorem, quem habet vel frigore, vel forma sua, quare, quod est in ea vel frigoris, vel formæ suæ agit tantum, reliquũ patitur. Terra deorsum, ignis sursum, illa gravitate, hic leuitate sua fertur, à quibus illę mutationes ortæ illis totis corporibus percipiuntur, itaque mouet grauitas vel leuitas, mouentur corpora. Aliqui grauia & leuia à procreante illa non à gravitate, vel leuitate moueri putant, qui saniores non sunt, quàm, qui de actione insidente sermonem inducunt. Sed suo loco pluribus hoc tractabimus. Ita etiam homo viuunt eius partibus vltro citroque agentibus & patientibus. Nam ventriculus accipit & coquit cibos hepatis, cordi & alijs, à quibus vicissim sanguinem, quo alitur accipit. Animal progreditur: & in progressu distinguunt

gunt phisici inter partem mouentem, & motam.

Cap. 13. De comparatione actionis cum potestate.

Actio confertur cum potestate.

Sequitur, vt actionem, & potestatem inter se comparemus, in quo quæri potest, quid prius natura sit? Quid cognitione? Quid tempore? Natura prior est actio, potestatem. Nam illud natura prius est, quod in primis natura quærit. Huiusmodi autem est finis, ad quem alia refert. Sed potestas refertur ad actum nam propter actum est instituta potestas: ergo natura prius est actus. Id quod ex artibus intelligi licet, quæ naturam imitantur, artes enim ad actiones referuntur. Architecturam enim discimus ad ædificandum, saltandi artem, ad saltandum. Magistrique discipulorum satis instituisse putant, cū eos ex doctrinæ suæ præceptis agere docuerint. Ars ergo in primis quærit actionem, ac proinde natura: quare prius natura est actio, quam potestas. Quod autem prius sit cognitione, ex eo præsertim intelligi licet. Quod potestates omnes, atque vires, per id, cognoscuntur, per quod inter se distinguuntur. Non possunt autem, nisi per actus distingui, nam ex actibus nominantur, vt vis dicendi, saltandi, vel architectura, vel aspectus, & cetera. Manifestum igitur est, quod per actiones, & energias, vires cognoscantur. Actiones igitur, viribus sunt cognitione priores. Huc accedit, quod perfectiores sint, quia magis sunt, ex actione. n. metimur, vtrum potestas sit, vel nõ sit. Illud enim esse posse diffinimus, quod si fingatur esse, nullum sequi-

tur absurdum. Quod si magis actiones sunt, quàm vires, magis veræ sunt. Siquidem verum semper id, quod est, comitari docuimus. Sed dicit fortasse quispiam. Sicut potestas per actionem à nobis diffinita est, ita & actionem per potestatem diffinimus. Si diffinitur ergo vnũ per aliud, non prius cognoscitur vnũ, quàm aliud, sed simul. sicut vera & propria relata, vt pater, & filius. At potestas, nullo pacto, nisi per actum diffiniri potest. Ex quo cognoscitur, vt diximus, actus autem non cognoscuntur per potestates, non enim domas ex Architectura intelligitur, neque cantus ex vi cantandi, ita per se, vique sua non possunt per potestates diffiniri. Declarari, & explicari ex potestatibus, nõ recusant, vt magis constat, qua ratione actiones, & vires, inter se connectantur. Quoniã vero hæc sunt amplissima rerum genera, potius explicari, & inductione monstrari, quàm diffiniri volunt. Tempore autem partim actio prior est, partim potestas. Nam si totum actionis genus, cum toto genere potestatis cõparemus. Cum fieri non possit, vt res omnes aliquando non essent, sed esse possent: secus enim res aliqua orientur ex se, à seque duccerent existendi principium. Quod per se perspicuum est, fieri nullo modo posse. Quo pacto enim in re, quæ nulla est, vis esse posset, vt se ipsam faceret, & excitaret. Vt igitur res orientur, atque consistant, quæ tantum potestate sunt, tempore oportet esse prius aliquid, quod re ipsa, & actu sit. Totum igitur actus genus prius est, quàm totum potestatis genus. Et hac de causa in rebus insitum esse vidimus, vt res, quæ potesta-

testate est, capiat ex ea principium, quæ re ipsa est, vt animal ex animali, herba ex herba, licet aliquid medium & interiectum sit, vt semen, &c. Sin autem res, quæ potestate est cum se ipsa, cum re est, conferatur, prius tempore potestas est, quâ actio.

Cap. 11. De ijs quæ vim habent.

In ijs, quæ semper sunt, non est aliqua vis, per quam mutantur, nisi per aliud, vt sol non mutatur nisi per aliud, quando varia cœli signa lustrat. Potest etiam infinitè secari magnitudo, infinitèque numerus augeri, ex philosophorū sententia. Non quod huius potestatis aliquando existere possit actio, aut vllō modo in effectu poni. Sed intelligenter interpretanda est hæc communis philosophorum sententia, quod in magnitudine nunquā cessat decretio, quia semper relinquitur magnitudo. In numeris autem nunquā cōsistit accretio, quia numerus semper addi numero potest. Quædam potestates homonymōs, & ex similitudine amathematicis appellantur, cum dicunt aliquid in geometria posse, & nō posse: vt quod linea dupla reddere potest quadratum quadruplū. Et omnino ea, quæ mathematici docent, vires huiusmodi, & potestates sunt non actiones, nō enim re ipsa sunt, sed designando, ratiocinando demonstrant ita esse, quæ dicunt. Ac de actione & potestate satis.

Cap. 12. De eodem, & diuerso.

Res etiam, aut eadem est, aut diuersa. Vt autem eiusdem naturam melius intel-

Quædam potestates, quomodo sint explicande.

ligamus, memoriam oportet reuocare ad ea, quæ de vno diximus. In cuius ratione explicanda, eiusdem similis, & alius mentionē facimus. Ita hæc ex vno cognosci debent, vt omni ex parte sibi doctrina respondeat. Idem ergo ad eandem omnino res, & non ad alias pertinet, ad quas & vnum; ita vt sicut vnus homo dicitur, sic & idem homo, sicut vna respublica, ita & eadem, vnus exercitus, & idem, vna & eadē multitudo. Ex quo fit, vt auctores sepe hæc duo in oratione coniungant. Nam dicunt frequenter, vnum & idem videtur esse, vno eodemque statu, vno eodemque tempore. In ea re tantum vnum, & idē inter se differunt, quod vnum, vt illo loco diximus, ad numeri principium refertur. Idem autem ad alterum, quod est, vel fingitur, à quo non esse diuersum, neque distinguī significatur, ita vt aliud vnum faciat, numerumque, persequatur duo faciens. Quod idem alteri conferatur, dicimus, amicus est alter idem, & proximus, sum egomet mihi. Cum idem, & alter repugnent & proximum res duas, quæ proprie sunt, requirat. Cum igitur vnum, & idem, ex varia tantum relatione differant, fit vt quibus rebus vnum reddatur, eisdem & idem fiat. Quare idem est, vel numero, vel materia, vel forma: numero idem est, quod vnum ita est, vt nullus locus relinquatur pluribus, vt vnaquæque res, sibi ipsi eadē est, & ab alia distincta: quare se ipsa modò amplius, quàm vnum euadere nō potest. Materia idem est, quando subiectum, vel materia, vna est diuersarum formarum, vt idem Petrus musicus, & albus est, ex eodem marmore colūna, &

Idem pertinet ad res easdem, quas vnum.

In quo differunt vnum ab eodem.

Tribus modis reddatur idem.

na, & statua constat. Forma idem est, si forma sit vna. Formam hoc loco nomino, vel essentia, vel accidentis, vt ex ære, & auro eadē statua facta. Petrus, & Paulus idem sunt, quia vterque, homo est. Equus item & homo idem, quoniam vterque est animal, & idem homo puer est & iuuenis. Eisdem modis redditur diuersum, vt Petrus & Paulus diuersi, quia sunt in numero diuersi, quia fit vnus & alter, subiecto, vt diuersi candores sunt, quibus sunt diuersi parietes affecti. Forma, vt quâuis idē homo musicus, & albus sit, diuersum tamē est, musicum, & album esse. Equus ab homine diuersus est, quia diuersa vtriusque essentia est. Homo viri diuersus est à se ipso puero: eadem autem ratione, qua idem & diuersum, simile & dissimile inter se sunt affecta. Nisi quod similia non dicuntur, quæ prorsus eadem sunt, cuiusmodi sunt illa, quæ numero sunt eadem. Non enim dicimus, aliquid esse simile sibi, sed cum similia relata sunt, ac proinde contraria, vt statim dicemus, oportet esse res, duas aliquo distinctas, quæ similitudinis termini sint. Tum idem magis aut minus non dicitur, sicut magis & minus simile. Nam simile & dissimile ex qualitate appellatur, in qua intentio & remissio versatur. Sicut licet ex subiecto, vel materia similia nuncupentur, vt tripos & lebes ex ære, propter insitam materiam, vel subiecti qualitatem, similia esse putandū est. Diuersum autem, & aliud in eo discrepant, quod aliud ad res etiam pertinet, quæ non sunt. Quod enim non est, si quispiā esse dicat, rectè resistemus, aliud esse dicentes. Diuersum vero in rebus, quæ

Quibus modis diuersum fit.

Similitudo.

sunt, modo cernitur. Quod enim est, aut idem est, aut diuersum. Quare idem & aliud verum semper a falso distinguunt, veram enim esse necesse est disunctionem ex illius compositam, idem autem, & diuersum, non item. Diuersum etiam in eo cum differente conuenit, quod vtrumque in eas res tantum conueniat, quæ sunt. In eo vero discrepant, quod ea quæ differunt, in aliquo oportet conuenire. Quod diuersa non postulāt, nam suprema rerum genera, vt quantitas & substantia, diuersa sunt. Licet nihil inter ea conueniat, quod eodem genere communi contineantur. At homo & equus differunt, quia genere conueniunt, specie discrepant. Illa vero specie, discrepantia sunt, quæ in eodem genere posita, vnū alteri non subijcitur, vt equus, & leo, Petrus & Paulus.

Cap. 13. De contrarijs.

Sed ea quæ differunt, aut contraria sunt inter se, aut non sunt contraria, vt equus, & homo differunt, nō tamen sunt contraria, sicut sunt est & non est, cæcus & videns, album & nigrum. Illa igitur differunt, quæ diuersa diffinitione sub eodem genere distinguuntur. Contrariæ sunt, quæ e regione posita maximè differunt. E regione inquam, id est, quæ quasi recta linea duobus finibus, & extremis terminis vno interuallo collocata distant, vt sursum & deorsum, ratio nis particeps, & expers, candidum, & atrum, callidum & frigidum. Ex quo fit, vt contrarietas perfecta differentia sit, nam maxima, & extrema nihil restat: duo enim extremi fi-

Differentia alius, et diuersi differentis.

Diffinitio contrariorum.

Didac. a Stuni. Metaph. lib. 3. c. 13.

mi fines omnia complectuntur. Fit etiam ut vnum vni tantum contrarium sit: siquidem vni termino alter tantum e regione respondet. Quod si duo vni contraria ponantur, vel eadem vel diuersa ratione contraria erunt. Si eadem non iam duo sed vnum contrarium est, nam e ratione non ex numero contraria ponderanda sunt. Si diuersa ratione contraria sint, ad alteram contrariorum speciem pertinebit: vna igitur eademque contrariorum forma vni tantum vnum contrarium est. Quare patri filius contrarius, vnumque contrarium iudicandum est habere, licet habeat multos filios. Nam vna eademque omnino ratione, qua pater est vnus, est etiam multorum: sicut vno candore paries multis rebus similis est, & omni aduersus nigrori quacunque de causa ei euenire possit. Contrariorum igitur quatuor genera sunt, vnum quorum alterum ait, alterum negat, ut sedet & non sedet: alterum eorum quae priuantia dicuntur, ut videns & caecus, tertium, quae aduersa, ut calidum & frigidum, quartum, quae cum aliquo conferuntur velut duplum & simplex. Quae quidem genera quasi per gradus contrarietatis distincta & numerata sunt, ut prima summum contrarietatis gradum contineant, proximum secunda, deinde reliqua duo ordine suo consequantur. In contrarijs igitur maximam differentiam sitam esse diximus. Ex contrarijs autem maximè contraria nunc esse dicimus ea, quae aientia & negantia sunt, quae & contradicentia vocantur: ut Petrus loquitur, Petrus non loquitur. Haec enim nulla ratione inter se conciliari possunt, sed alterum verum, alterum falsum esse necesse est. Quip

Contrario-
rum diuisio.

Quare ma-
xima sit co-
ntrarietas co-
tradicentium.

pe quae nullum medium interiectum habeant. Quod ut planius explicemus, considerandum est duo tantum media inter res contrarias collocari posse. Alterum, quod re sit aliquid ex duobus contrarijs mixtum atque conflatum, ut fuscum ex nigro & albo tepidum ex calido & frigido. Alterum est medium, quod re nihil est: verè tamen negat vtrumque contrarium, ut quod neque caecum est, neque videns. Nullum tamen medium ex his in contradicentibus est. Nam quod vnum contrarium ait, alterum ita negat, ut prorsus tollat, neque aliquid poni patitur. Quare nullum primo medio locum relinquit. Falsum vtrumque contrarium esse non potest. Nam falsum illud principium esset quod primo libro certissimum esse posuimus, quodlibet est vel non est: fieri igitur non potest, ut vere vtrumque, neque contrarium, quare neque secundum medium interijci potest. At reliqua contraria altero saltem horum mediorum non vacant. Quare contradicentia contraria sunt maximè. Sed occurreret fortasse quispiam munus metaphysici non esse de his contrarijs differere: sunt enim enunciationes, quarum consideratio non ad metaphysicum sed ad logicum spectat. Tum negatio horum contrariorum alterum, re non est sed opere duntaxat mentis: metaphysicus autem res veras persequitur. Omittat igitur & dialectico relinquat res non veras, sed mentis tantum ope constantes. At a nobis positum est primi esse philosophi in toto rerum & eorum quae sunt genere versari. Ac proinde in primis essentiam tractare, quia maximè sit, deinde eius affectiones & accidentia, ac proinde eius

Duo tantum
media inter
res contrarias
collocantur.

priua

priuationes, & negationes, haec enim omnia ad essentiam referuntur. Sicut medicina non solum valetudinem proficitur, sed etiam, quod valetudinem faciat tueatur, & indicet. Animus autem ex eo, quod est, cognoscit eius priuationem & negationem, auxilio etiam sensuum: sicut enim sensuum indicio, rem ad esse cognoscit, ita & ab esse: quod sensus non experiantur ea quae cum praesentia sunt experiri solent, & haec rei a motione & absentia negatio perficitur sicut praesentia affirmatio. Quare qui proficitur essentiam & eius affectiones, non debet haec praetermittere, ut perfectè munere suo fungatur. Conditiones autem, quibus oportet esse enunciationes, ut inter se contradictorio nomine opponantur: quoniam id totum in componendis enunciationibus versatur, ad dialecticum spectare puto, quas nos interpretabimur cum illò peruenerimus.

Contradi-
centia.

Primum igitur contrariorum genus est aientia & negantia. Quod tum constat, quando totum & non amplius negatione tollitur, quod affirmatione ponitur. Ita ut ex vtroque contrario conficiatur & pronuntietur illud, quod huius scientiae principium & cuiusque doctrinae fons esse docuimus, quodlibet est vel non est, ita quodlibet currit vel non currit, disputat vel non disputat.

Priuantia.

Sequitur aliud contrariorum genus, quod est priuantia, ut caecus & videns, estque secundus contrarietatis gradus in eo solum a superiore & summa contrarietate desciscens, quod in illa, quod vnum affert, alterum prorsus tollit. In hac vero non prorsus, sed tantum rem aptam affert a subiecto ad habendum apto.

Quare locum ei medium relinquit, quod vtriusque contrarij negatione fit. Quae omnia ex subiectis exemplis planiora fient. Cum igitur haec contraria priuantia sint, postulent quae rem aptam, & subiectum aptum, ut in re cohaerent, si vtrumque contingat, haec contraria verum a falso distinguunt, nam alterum in rem cadere necesse est: quare hominem, vel caecum, vel videntem esse necesse est: quia visio & haberi potest, & ab homine haberi solet. Si quis autem dicat, hominem caecum esse, quia manibus, aut pedibus videre non potest, non rectè sentit, quia non solum subiectum aptum esse debet, sed etiam per eam eius partem, per quam aptum est. Si quis, & aliquod animal caecum esse asseueret, quod a primo ortu minime videat, forte fallitur. Nullus enim canis simul atque nascitur est videns, minime tamen caecus habetur, tempore enim opportuno videbit. Priuari denique tum existimandum est aliquid eorum, quae ad percipiendum apta sunt, cum ea parte & quo tempore debet haberi, nequaquam habeat. Quod si aliquid eorum desit, medium, quod vtriusque extremi negatione fit, in rem potius conuenit, ut saxum neque videt, neque caecum est, quia non est aptum videre, homo, licet aptus sit ad videndum, secundum brachia non est caecus neque videns, quia secundum brachia non est ad videndum aptus. Neque caecus est homo neque videns est, quia non videat a primo ortu, tunc enim aptus non est, sed tempore a natura constituto. Ex his igitur intelligendum est edentulum an surdum, an caluum animal sit. Illud etiam priuantium proprium est, ut se

vt se inter se non commutent, licet enim à re vel habitu (vt ita dicam) in priuationem contingat mutatio, à priuatione tamen in rem non fit regressus. Nā qui semel oculis captus est, nunquam iterum dispexit, neque caluus comam vnquā recipit, neque edentulus dentes. Est tamen animaduertendum: quod loquentiū consuetudine latius patet priuatio, quā aptū esse ad rem percipiendā. Nam si natura res possit haberi, ea priuatū esse dicitur, quod eam natura consequi non potest, vt plantas sensu priuatas esse philosophi dicunt. Eiq; presertim assignatur priuatio, etiam si non sit aptum, in cuius genus cadit, vt rem habeat, vt talpam oculis carere ingenue physici narrant. Quod animal per se oculos possit habere. Item qui vitiose aut exiliter rem præstat ea priuatum esse commemoramus, vt cecum esse, qui vitiose aut vix videt. Item amentem, qui parum cōsilio & ratione vitur. Quæ omnia sunt à primo philosopho acri iudicio ponderanda.

Aduersa.

Tertius contrariorū gradus sunt aduersa, vt album & nigrum, calidū & frigidū. Aduersa igitur sunt quæ sub eodem genere posita maximè discrepant. In eoque, vt ex hac definitione cognoscitur, à toto genere differunt contrariorū, quod contraria sua vi, atque natura, non sub eodem genere ponantur. Negantia. n. atque priuantia contraria sunt, ad nullum tamen natura sua spectant rerū genus, quippe quæ nequaquā sunt. Quod autem contraria in eodē genere sunt, ex eo cognoscitur, q̄ ex contrarijs in contraria fit mutatio, vt ex calido in frigidum, ex albo in nigrū. In aliud autem genus

per se nihil mutatur, nisi per aliud, vt ex colore in virtutem, aut figurā. Sed proximum cōtrariorum genus aliquādo vocat nomine, vt proximū frigoris & caloris genus humidi & sicci. Differunt etiam à contradicētib; quod nullum medium inter contradicentia interiectum est (vt diximus) inter aduersa aliquid est interiectum, quod vtriusque extremi negatione fit, à priuantibus etiam differunt, quod priuantia non solum subiectum aptum, verum etiam tempus oportunitatis requirant, vt alterutrum dicatur: aduersa verò, si subiectum tantum aptum sit alterum vel medium dici necesse est. Tum in aduersis vtrunque extremum aliquid rei assignat, & apponit, vt album & nigrum, calidum & frigidum. In priuantibus autem & contradicentibus alterū contrarium nihil prorsus affert per se, sed tantum amouet. Aduersa igitur aliud sunt ab aientibus & negantibus priuantibusque contrariorum genus. Quæ partiuntur in ea quibus aliquid interiectum est, quod aliquid attribuat subiecto ex vtroque extremo mistum & temperatum, vt inter album & nigrum, pallidum interiectum est & alij medij colores. Alia eiusmodi sunt aduersa, inter quæ nihil re interiectum est, nisi, vtriusque extremi negatione, vt par & impar. Illa vero ea de causa medium habent, quod intentionem & remissionem accipiant, ac propterea se inter se cōmutant & afficiunt, vt album sit magis album nigrum etiam magis nigrum, & nigrum afficit & commutat album sicut etiam calidū frigidum. Ex quo fit vt medium aliquādo existat & ex mutua affectione oriatur, quod

*Aduerso
vñ diuisio.*

quod vtriusq; particeps sit extremi, vt pallidum & tepidum. Hæc vero medium non habet, quia magis & minus non accipiunt, neque vllam cōmutationem patiuntur, vt nihil est magis par, aut impar, nihil enim par, aut impar cōmutat, aut aliquo modo afficit. Quibusdā etiam medijs nomina imposita sunt, vt fuscū & pallidū medij colores inter albū & nigrum. Alia nomine carent, sed vtriusque cōtrarij negatione declarantur, vt quod neque iustum, neq; iniustum est. Media verò in eodem genere semper sunt, in quo extrema. Nā media sunt, in quæ necesse est prius mutari, quod mutatur. Si extrema igitur mutantur in media & mutatio semper in eodem est, vt diximus genere, media ergo sunt in eodem genere, quo extrema. Ex quo intelligitur media semper aliquorum contrariorum esse. Nam si nulla est nisi ex contrarijs mutatio, in mediaque fit mutatio: ex contrarijs igitur. Media igitur interiecta contrariorum sunt. Tum si aduersa in eodem genere extrema sunt: reliquæ ergo species, quæ in eodem genere sunt, erunt interiecta. Necesse etiam est interiecta media ex aduersis constare. Nam si ex alio extremo prius in media sit, quā in aliud extremū mutatio, media igitur alio extremo minus, ex quo facta sunt, & alio magis, ad quem mutatio dirigitur, sint oportet, quod autem ita se habet, aliquid vtriusque possidet, ergo ex vtroque constare necesse est. Illa etiam contraria, quæ se inter se miscēt, atque cōmutant vltro citroque circa idem se subiectum expellunt, & quasi pro loco pugnant: subiectumq; ex eo dicitur extremo, quod vincit & eminet, vel

ex eo medio, quod ex vtroque teporatum est. Sed hoc de quo nunquā antiqui metaphysici dubitarūt, sed pro certo semper habuerunt, quod se cōtraria inter se è subiecto eiciant neq; simul esse patiantur: nouis metaphysicis anceps & dubium est. Et nonnulli opinantur, si remissa cōtraria & lenia sint simul esse posse & in eodē subiecto coniūgi. Illam vero antiquorū philosophorū sententiā contraria simul esse non posse de vehementibus & actiuis cōtrarijs intelligendā esse docent. Itaq; gradus cōtentionis contrariorū distribuunt, summis extremisq; gradibus narrat in eodē subiecto coherere non posse, infimis autē posse. Sed ego ex illis quererē, vtrū remissum albū sit albū & remissum nigrū sit nigrum? Si albū, & nigrū sunt, ergo alter seiungit, & alter coniungit aspectū. Nam sunt hæc vtriusque definitiones. Si simul igitur coniungitur & seiungitur aspectus, quod est absurdum, & nullo pacto fieri potest. Vel vt planius sit absurdū amplius insistam, Si coniungitur aspectus à nigro, ergo non seiungitur: seiungebatur autem ab albo ergo simul seiungitur, & non seiungitur. Cōtradictorio igitur nomine propositiones oppositæ simul sunt veræ, quod est cōtra primū huius scientiæ, & omnium scientiarū principium quodlibet est aut non est. At dicūt illi, licet vtrunq; cōtrarium sit in subiecto, nō ex vtroque, sed ex altero modo, quod eminet appellatur subiectum, quare nō est simul album & nigrum, calidum & frigidum: sed alterutrum. Sed quid absurdius quā fieri posse putare, quod candidum in aliquo insit & nō faciat candidum, frigus & non faciat frigidum. Nihil enim aliud est esse

*Capreolus
& Iabel-
lus.*

*Absurdum
esse contra-
ria remissa
simul esse
posse.*

candidum, quam habere cādoem & frigidū quam frigus habere. Præterea rogo quo modo frigus & candor in subiecto sint: Nisi inficiendo & imbuendo candido deniq; & frigido faciendo subiecto. Non igitur fieri potest, vt aliquod sit contrariū in subiecto, & quod ex illo non dicatur subiectū, quare quando dederis vtrumq; cōtrarium in subiecto esse, simul dare debes ex vtroq; subiectū dici. Quod omnino fieri nō potest, vt sit album pariter & nigrum, calidum pariter & frigidum. Iam verò si calor & frigus sint in aliqua re oportet vtrumque purum esse & simplex. Nam si cum alio mixtum & temperatum sit, neutrum erit per se, sed quod ex ambobus concretū fuerit. Sicut candor & atrox si miscantur alius efficietur color vtriq; interiectus. Quod si purus calor purumq; frigus sit, qui fieri potest, vt remissa sint, sicut isti postulant futura, vt simul cohæreant. Non enim alio modo contrariū de sua summa contentione remittit; nisi alterius contrarij temperatione. Quod si nō inter se miscantur, & confundantur, neq; remittentur, nec moderabuntur. Si vero non remittantur, neq; ex istorum sententia coniungentur. Fit igitur, vt ex ipsorum dictis nullo pacto copulari possint. Sed tota huius rei difficultas, & argumentorum explicatio, quibus suam aduersarij sententiam approbant, in eo posita est: vt modum explanemus, quo inter se aduersa pugnant exterminant & eiiciunt. Quod, vt planius exponamus ignem cum aqua congre dientem exempli causa ponamus. Ignis igitur sua vi calorem excitat in aqua: est etiam frigus in aqua ipsi insitum & innatum. Calor igitur & frigus

Aduersa quo pacto inter se pugnant.

aduersa simul in aqua sunt. Huc accedit, quod ignis non statim cōburit, neq; aqua ve frigerat, res enim patientes resistunt. Sed non nisi contrario resistunt: adest igitur contrarium, licet calor & frigus patientes afficiant, & commutare contentur. At qui ignis non efficit calorem in aqua, quam calefacit. Sed suo calore & aquæ frigore excitatur in aqua mediū aliquod vtriq; contrario interiectū, minime distans ab vtroque extremo, quantū ipsa inter se extrema distant, quod primo congressu tepidū nominatur. Interiori tamen, & extremo congressu nomine vacat, sed vtriusq; extremi negatione nuncupabitur. Quousq; tandē per huiusmodi media ad extremū & purum calorem perueniatur quocunq; medio pulso frigoris particeps, vnā cū aqua ipsa, quæ in ignem vel saltē aera trāstet. Hac etiā ratione patiens resistit agenti, quādiu mixtū mediū quod est interiectū, non nihil frigoris participat. Quod autem contraria ipsa & media, si qua sunt, specie inter se differant, sicut equus & leo, perspicuū est. Etenim specie differre definiuimus, quæ cū in eodē genere sint, vnum alteri non subest. Quod autē cōtraria inter se pugnant, & vtro citroq; seq; re subiecta pellere dixim⁹, id fieri intelligendū est, dum alterum contrariū non sit insitum & innatum subiecto, atrox enim à coruo nunquam remouebitur, neque candor à niue.

Quartum & vltimū contrariorū genus, & gradus est eorum quæ cū aliquo conferuntur, vt pater & filius, effectus & causa, duplum & simplex. Hæc contraria quidquid ipsa sunt ad alia contraria referunt, ex quo fit vt vnum contrarium per aliud

Quæ cū ali quo conferuntur.

Quæ cū ali quo conferuntur quo modo ab alijs contrarijs differant

aliud ex quo pendet, diffiniatur. Pater enim est, qui habet filiū. In quo differūt ab alijs cōtrarijs, reliquorū enim contrariorū nullum per aliud extremū sibi oppositū diffiniatur. Ex quo fit etiam, vt hæc cōtraria inter se reciprocentur: reliqua vero minime. Si enim pater est, filius est, pater enim filij est pater, si filius etiam est pater est, filius enim patris est filius, & filius est, qui habet patrem. Si duplum etiam est, simplex est, duplū enim simpli duplum est. Minime tamen si album est, nigrum est, neq; si videns est, cæcus est, neque si Petrus est, Petrus non est. Quædam etiam aliquo modo cum aliquo conferuntur, vt scientia, & id in quo scientia versatur. Quæ etiam aliquo modo quidquid sunt alijs tribuūt. Scientia enim alicuius rei scientia est, & res subiecta scientiæ ad scientiā refertur. Quæ postquā scientia constat, ita inter se affecta esse necesse est. Contingit tamen aliquādo vt subiectum esse scientiæ nobis compertū sit, scientiā tamen assequi nō possimus. Vt circum ad quadrati magnitudinem redigi posse. Et ob eam rē diximus, aliquo modo in ijs esse, quæ cum aliquo conferuntur.

Cap. 14. De aliquibus contrarijs.

Sed præter hæc, quæ de toto genere contrariorū interpretati sumus, de quorundā contrariorum in quibus maior est difficultas, oportet singularē mentionē facere. Hæc autem sunt vnū multa, verum falsum, bonum malū, & alia nonnulla. Ac primum vnum, verū, bonū principio declarauimus, tam latè patere, quam id quod est. Quare nihil eis contrarium esse potest,

quod re sit, non enim tam ampla essent, quā id quod est. Nō enim esset vnumquodque suum contrarium, quod ei potius repugnaret, at esset id quod est: aliqua igitur res non esset, vel vnum, vel verum, vel bonū. Ex quo fit, vt si aliquod horum contrarium asseratur, esse non possit, ex his, quæ cum aliquo conferuntur, vtrumq; enim horum extremum re oportet esse. Neq; etiam esse potest eadem de causa ex aduersis. Priuantiā vero, licet nihil reponant, aptum tamen subiectum postulat. In illud ergo subiectū re carens non conueniret, vel vnū, vel bonū, vel verum, minus ergo latè paterent, quā id quod est. Si quidpiā igitur, his cōtrarium est, vel negans esse debet, vel negatis simile. Sequitur etiam, si aliquid his contrarium sit, nihil inter extrema interiectum esse posse. His enim contrarijs quorum alterū ait, alterum negat, nihil interiectū esse posse statuimus. Iam propius ad vnumquodq; per se tractandū accedamus. Ac primum de vno differamus in quo & eius contrario explicando, multus & varius est Arist. in metaphysicis, neq; sibi valde constans. Putant nonnulli vni multa cōtrarium esse. Quod incōmodum esse non mediocre videtur. Vni enim vnū cōtrarium esse doctimus, at multis pauca sine dubitatione cōtraria sunt. Plura igitur vni cōtraria essent, si multis etiam vnum esset contrarium. Non igitur vni multa magis contraria sunt, quam homini, homines, & entia, entia. Multa enim sunt; plura vna, vt ita dicam, sicut homines, plures homines. Quare Aristoteles dixit eo modo vnum & multa contraria esse, sicut mensura & id cuius mensura est,

Nihil vni bono, vero contrarium quod re sit.

Multis pauca esse contraria non vnum.

Vnum & multa quo pacto sint inter se affecta.

multa. n. vno pōderant, multorūq; numer^o vno eorū mēfura inuestigatur. Qua ratione sciētia, & id in quo scientia, verfat, intelligentia, & id quod intelligitur, opponūt: quod oppositionis genus in relatis aliquo modo numerari diximus. Puto tñ vnū & multa potius, si cut priuantia inter se cōtraria esse. Quando enim de vno verba feci, ostendi illam in primis vnus esse naturā, vt numeri principiū sit. Multa vero quatenus, multa numeri principiū non sunt, nisi quatenus vnū. Exercitus. n. & respu. multitudine sunt, tñ. quatenus ad vnū redigūt, & ita plures exercitus numeramus. Multa igitur, in quātū multa ea vi destituta sunt, ex qua vnus natura cōstat. Quare priuātia sunt, eius q; vnum habet. Sed in eo à vera priuantii natura desciscunt, quōd eadē multa alia ratione consideratione q; vnū sunt, vt multi homines vnus exercitus. Cæcus autē alia consideratione non sit vidēs neq; surdus audiens. Tūm vni & multis illud non est mediū interiectū, quod vtriusq; extremi negatione sit. Nihil enim, neq; vnum, neq; multa est. Sed in eo, quod diximus multis pauca esse contraria, occurreret fortasse quispiā, dicēs: Duo multa sunt, est. n. numerus, qui est multitudo, quæ metitur vno, tum est eius proportio multiplex vni collata. Quōd si duo multa sunt: vnū igitur q; modō eius contrariū est, erit pauca, pauca vero plura sunt, vnū ergo plura erit, quod est absurdissimum. Sed est considerandū, multa & pauca illa contraria esse, quæ cū aliquo cōparantur. Comparantur vero inter se multa, & pauca, multū & paucum. Illa conueniunt in quantitātē disunctam, hæc vero in coniunctā.

Nam multos homines dicimus, & multā aquam. Duo verō per se pauca sunt, quia infimus est numerus: quare semper à numero vincitur, multa vero quia de numero vincen- ti & superāte dicūt, duo nō sunt: sed aliquo modo, hoc est nō numero, sed vni tantū collata: quare non superat vllō modo pauca, sed paucū: quod cōuenit in vnū, quod quidem quātitas continua esse potest.

Alia contraria, de quibus verba facturi esse diximus, sunt verum & falsum. Quorum rationem vt explicemus, animaduertēdum est: verū, aut ad res, aut ad mentem referri. Si ad res illud referatur, idem esse diximus, quod res ipsas, quatenus mētem minime fallunt eas esse putātem, quare vera res, nihil aliud est quam res, verus homo, nihil aliud, quam homo, certā sui speciem animo præbens. Tum falsum eius contrarium nihil aliud declarat, quā nō rem, quatenus mens falleretur rem esse putans. Quō circa falsus homo, falsum aurum nihil aliud sunt, quā nec homo, nec aurum. Quamuis loquentium consuetudine non dicitur nisi de rebus illis, quæ fallacem speciem ostendunt. Quōd in illis solum sit fallēdi periculū, creat enim aliquādo errorem similitudo. Verū igitur & falsum hac notione eorum sunt contrariorum, quæ aientia & negātia vocātur. Quibus solis nullū est mediū interiectū. Ita nihil est, neq; verū, neq; falsum. Sin autem referatur verum ad animi, duntaxat, cogitationē, eius veritas posita est in coniungendo & sciungendo. Vt vera sentiri tum putemus cū res eas enunciādo copulemus, quæ re ipsa copulata sunt, vt si re ipsa Petrus sedeat verum sit, si Petrum sedere putem.

Quo pacto verum & falsum contraria sint.

putem. Nam enunciatione coniungo, quod re coniunctum est. Sin autem non sedeat, fallor, quia mente coniungo, quod re separatum est. Sin autem non sedere puto, cum re non sedet, verum sentio. Quia cogitatione separo, quod re separatum est. Quod si tunc sedere putem fallor, quod animo connecto, quod re distrahitur. Itaq; cōiugit animo, qui ait, separat verō, qui negat. Hac notione verū & falsum ita sunt inter se contraria, sicut scientia & error. Quamobrē aduersa erunt, vtrunq; enim contrariū aliqua re animū afficit. Inabit enim errore vel vera sentētia, si non rectē intelligatur, & medium aliquod est, vel cum nihil mente reputamus, vel si reputemus nihil affirmamus, neq; negam^{us}. Sed rem dūtaxat attingimus, vt oculus cernens nihil ait, cernit tamen colorem. Ita intelligit hominem mens, equū, leonē & alia, quæ non cōcreta sunt, sed simpliciter & ex sua vi considerātur, quorū veritas nō est sicut illa, quæ ex cōpositione & diuisione oritur, sed sicut illa poti^{us}, quæ est in rebus ipsis, quæ ab eis segregantur, quæ non sunt. Quare non cōtingit in his falli, decipi aut errare, sed ignorare, nescire, & rem non attingere. Sicut oculus non decipitur, non errat: sed tantum non vidit, nō proficit aspectu colorem, non assequitur. Et sicut de vero & falso dixim^{us} in res ita cadere, vt verū esse nihil aliud sit, quam esse: falsum esse, idē quod nō esse. Ita cum colorem sub aspectū cadere dicimus, nihil aliud significamus quā verum colorē: & falsum colorem non cerni, nihil aliud, quā quod nō habet colorē non cerni. Eodem modo de re vera & falsa loquimur, id est q; est intelli-

gitur, quod non est, non intelligitur. In his igitur simplicibus verum & falsum mente, sicut re, contradictorio nomine opponuntur.

Sequitur, vt de bono & malo disputemus, bonū illud esse diximus, quod habet quicquid ad suam naturam spectat. Diximus etiā rerum naturas numeros imitari, vt quemadmodū si numero minimū quid addas vel detrahas, alius numerus efficitur, ita si minimum quid rei essentia atq; naturæ addideris vel detraheris, res alia cōstabit. Quare res omnes sunt bonitate naturæ suæ. Ex quo illud consequitur, vt idem sit re esse & bonam esse, & malā esse & non esse: sicut si falsa esset. Bonū igitur & malum ita inter se repugnāt, sicut esse, & non esse. Alia tamen ratione, de bonis & malis vulgus hominū loquitur, totam eius vim, atq; naturā ad vtilitatē referens, vt illud bonum vocēt, quod cōmodo est, illud vero malū, quod est incommodo. Quare isto modo aduersa erunt, sicut emolumentū & detrimentum. Habent etiam medium, nomine tamen vacat, & vtriusq; extremi negatione exprimi potest, vt quod neq; bonum, neque malum est.

Habet etiam dubitationē in quoniam contrariorū genere equale & inæquale ponendum sit. Non enim aduersa videntur æqualis enim nō solum maius, sed etiam minus contrarium est. Nam hoc verbum, vtrū in contrarijs solū adhibemus, vtrū est album aut nigrum, vtrum venit aut non venit. In ceteris autem hoc verbo non vtimus, nisi ex hypothesi: veluti cum interrogamus, vtrum Petrus an Paulus veniat. Si enim vterque venire posset, ridicula esset interrogatio, sicut si quæret-

Bonum & malum quo pacto contraria sint.

Æquale & inæquale cuiusmodi contraria sint.

ret quispiam vtrum album, quod venit, an homo sit. Idonea vero illa interrogatio est, si positum sit illorum duorum alterum tantum venire posse. Cum igitur per vtrum, de contrarijs quæramus. Quærimus autem vtrum maius, an minus, an æquale sit. Absurda enim esset questio, si tantum dicerem, vtrum maius an æquale sit, cum minus esse posset. Hac ergo, quam tenemus, interrogandi lege significamus aperte, æquale maioris & minoris esse contrariū. Deinde cur potius maius esset, quàm minus æquali contrarium? Quod si vtrunque æqualis contrarium sit, vnum duobus esset aduersum. Quod in aduersa non cōuenit, albo enim nigrum, tantum frigidum, calidum modò aduersum est, nō igitur sunt æquale & inæquale aduersa. Iam vero æquale maioris & minoris medium est, aduersa vero media non sunt, sed extrema potius, siquidem maxime debent inter se distare: medium vero non maxime distat ab extremis. His argumentis adductus Arist. & eius discipuli putant æquale & inæquale priuantia esse. Ita vt æquale priuatio sit maioris vel minoris. Sed priuatio nihil affert, sed aufert omnino & remouet à re subiecta, vt iam exposuimus: æquale vero affert & importat aliquid subiecto: relatum enim est, cuius naturā explicantes diximus, vtrunque extremum aliquid afferre. Etenim ea, quæ cum aliquo conferuntur in rerum generibus numerantur. Insunt ergo atque cohærent: priuatio verò non inest, sed negat modò. Non potest igitur æquale priuationem esse tantum maioris & minoris. Huc accedit, quod adducta ab Arist. argumenta non solum aduersa, sed etiã

reliqua cōtraria refellunt. Omnibus enim est cōmune contrarijs, vt vnum vni contrarium sit, vt ostendi iam, quod quidē maximè distet inter se, maxima verò distantia inter duo tantum extrema posita est. Et ita in priuantibus vnum vni contrarium est veluti videnti cæcus, & sic in alijs cōtrarijs. Quamobrem hoc argumēto si alicuius esset momenti nullo modo æquale & inæquale inter se contraria esse probaretur. Item neque maius, neque minus inter se contraria esse, nam æquale vtrique contrarium etiam est, cum vnum vni contrarium esse debeat. Eadem ratione aliud eius argumentum refellitur. Nulla enim cōtraria media sunt, sed extrema potius, quod maximè inter se distent.

Quare puto æquale & inæquale vera inter se aduersa esse. Siquidem cum ad idem genus pertinent, maxime inter se distant, ita enim aduersa sunt à nobis definita. Ita numerus aptè diuiditur in æqualem, & inæqualem, magnitudo item, illa vero Aristotelis argumenta, quibus à toto genere cōtrariorum refelluntur, non difficiles habent explicatus. Nam æquale non diuersa, sed vna ratione maioris & minoris, contrarium est, nimirum quatenus ab æqualitate recedunt. Quod autē excessu vel defectu fiat, non attinet ad huius recessus rationem. Eadem enim ratione inæqualia sunt, quia æqualitatem non attingunt. Sicut sagittæ, si metam non attingant ad quam diriguntur. Similiter oēs aberrare dicuntur, quocumque id modo fiat, ita aberrās & attingēs aduersa erunt, licet vno modo vsu veniat attingere & varijs modis aberrare. Ita mediocritati repugnat, quidquid ad

*Æquale
qua ratione
minoris
& maioris
cōtrariū sit*

ad aliquod extremū inclināt, & forti est timidus & audax aduersus, virtuti deniq; quodcumq; vitiū. Quod ait æquale medium quodam interiectum esse maiori & minori, repugnantia vero in medio nulla esse. At æquale non repugnat maiori & minori, quatenus ad quantitatem pertinent coniunctam vel disiunctam, sed quatenus ab æqualitate (vt ex posui) absunt, & ita æquale non medium, sed extremum est maximè ab vtroque distans. Sicut etiam virtus quatenus habitus est, in medio est eius habitus, qui nimis incitat & nimis retardat ab agendo: sed quatenus habitus honestus est, & decorus vtrique extremo repugnat, quod turpe sit.

Præterea quod medium est in aduersis ex vtroque extremo quasi quadam temperatione constat, vt fuscum & palidum partim album, partim nigrum: æquale vero ex minori & maiori non constat, neque vlla inter se mixtione maioris & minoris fit æquale. Sed dubitationem affert, cur in alia quantitatis specie æquale & inæquale specie diuersum faciat, in alia vero non faciat: æqualis enim numerus ab inæquali semper specie differt, at æqualis linea ab inæquali, non specie, sed numero differt. At quia in numero nihil profus materia inest, sed totus forma & essentia est. Quare quicquid in eo differentia cadat, ad formam & essentiam spectare oportet, differentia vero in essentia differentem speciem conficit. Quare quæcumque vsu veniat differentia, in quantitate disiuncta diuersum facit specie. At vero quantitas coniuncta non profus materia vacat cum, ei interuallum & lon-

*Æquale et
inæquale,
cur specie
diuersum a
liquado fa-*

gitudò accidat, quæ potius materię sunt. Quamobrem non quæuis in ea mutatio in formam conuenit, sed materię potest contingere: in materia vero differentia speciem diuersam non affert, æquale vero & inæquale in quantitate coniuncta propter distantiam & longitudinē est, quæ materiã potius sequuntur. Idem est reperire in omnibus alijs aduersis. Nam si ratione forma dicantur diuersam speciem efficiunt, si autem ratione materię per se nō mutant speciem. Ita corpus viuens & non viuens, rationis compos, & impositio specie differunt, numerus etiam par, & impar. Animal album & nigrum vi sua specie non differunt: albus enim & niger equus, eadem forma sunt. Hinc fit, vt in omnibus animalibus mas & femina speciei differentiam non afferant, licet contraria sint, & animalis per se differentia: quia mas & femina non in forma & animalis essentia, verum in materia insunt. Ex eiusdem enim animalis semine, extraria affectione affecto, vel mas, vel femina nascitur. Quod si repugnantia, & contraria diuersam non faciunt sui natura speciem, multo minus alia varia diuersaq; affectiones facient: ob eamque causam licet nerui, carnes & ossa diuersa, diuersum quid efficiant minime tamē specie diuersum. Quod à forma diuersitas illa non proficiscatur. Ita Ioannes & Martinus, diuersi homines quidem sunt, minime tamen specie diuersi, quia eorum forma non est diuersa, sed eadem. At equus & mulus, licet multis rebus conueniant, diuersa specie sunt, nam forma est eorum diuersa.

*est aliqua
dō non.*

*Differentia
quando di-
uersam fa-
ciat specie*

Liber quartus.

Caput primum de rerum generibus.



ACTENVS, vt totum rerum genus, & eius quod est explanemus, eius generales quasdam affectiones, & quæ in toto rerum genere versantur explicuimus. Sed quæ admodum totum animalium genus, pro dignitate non cognoscere, quod alia in aquis, alia in terra vitam agere sciremus, & ea quæ in terra degunt, alia pedibus modò ingredi, alia pennis volare: nisi varia animalium genera, & multas eorù species agnosceremus. Nec probè quis ciuitatem aliquam perspectâ haberet: quod ciues alios pauperes, alios diuites, alios nobiles, alios ignobiles intelligeret: nisi Principes scirent familias & cognationes cõperisset. Itã non satis est illas, eius, quod est, affectiones inuestigasse. Sed oportet eius genera, & quasi rerum familias & cognationes aperire, vt de quacunque re quæriti, saltem quid sit interpretari possimus. Illi quidem satis vrbs aliqua explorata esset, qui genus vniuscuiusque ciuis posset docere. Itã non rudis ille philosophus esset, qui singulari rerum genus persequi posset. Et quemadmodum si rogaret quispiã, qui ciues cuiusdam vrbs optaret cognoscere, quisnam ille homo esset: ineptè responderetur ei ciuem esse, aut ex Adam oriundum esse. Ita absurdum est valde, cum agamus de rerum generibus, quid sit aliquid quærenti rem esse, vel id,

Rerum genera oportet cognoscere vt ita enis variatio cognoscatur.

quod est dicere. Sicut enim cõstat, & ponitur iam ciuem esse, & ex Adam genus ducere: ita rem esse, & ens esse. Quare indignum philosopho est, res vel id quod est, rerum omnium genus esse statuere. Cum de genere verba facerem demonstraui etiã, cur id quod est pro genere non esset habendum. Eisdem & argumentis ostenditur, neque accidens esse genus. Huc accedit, quod accidens vi sua tantum declarat, non certam rei naturam, sed modum, quo in substantia insit. Quæ ob causam alia sunt rerum genera quærenda, quæ res omnes ad vnum complectantur, & quid sit vnaquæque, & eius naturam declarat. Iam vero genus ad speciei naturam terminatur, & circumscribitur differentia, & in explicanda speciei natura, in locum materiæ ducitur, differentia verò in formæ locum. Quare alia est generis, & alia differentia natura & vis. Si verò res, & id quod est, pro genere ponantur, quæ nam ad iungi differentia potest, quæ sit alia ab eius quod est, vel rei natura? Ostendimus enim tam res, & id quod est, ita esse innatū cuiusque rei, vt nihil magis ad eius naturam & essentiam pertineat. Idem de accidenti dico, rebus enim omnibus, quæ substantia non sunt, ita modum illum inhærendi, quod accidens significat, insitum est, vt nulla differentia, accidens definiri & terminari ad speciem possit, quæ modum illum secum non afferat. Ampla igitur illa varia, atque confusa eius, quod est, siue rerum omnium natura in illa genera, & rerum quasi cogitationes distribuenda sunt, quæ declarant formati omnium naturam in quæstione, qua quid vnaquæque res sit

Diuisio eius in decem genera in quo differat ab alijs diuisionibus

fit quærat. Hactenus etiã ita res, & ea quæ sunt distribuimus, vt genera non explicent in quæstione naturæ, qui d nã essent formæ, quæ continerent vt causa, vel effectus, res vniuersa vel singula essentia, aut accidens: tamen res omnes complectantur, earum tamen naturam, cum quæritur, quid sint, non exponunt. Nam ambiguit, & non vna ratione de subiectis formis dicuntur, sicut res & id quod est. At nunc ita partemur res, vt simpliciter, & vna ratione in quæstione, qua quid res sit exquiratur, naturam earum rerum quas amplectuntur partes exhibeant vt vera sint rerum genera, & partes subiectæ veræ formæ. Quæ quidem genera hoc pacto facilius indagari, & explorari possunt. Quoniam vero substantiam in primis esse diximus, ceteraque ex relatione ad substantiam esse. Hoc nobis principium præluceat & viam ostendet, qua genera quæ perquirimus notemus, & ad certum numerum paucitatemque reuocemus. Illam ergo substantiam nobis proponamus, quæ magis eminet & in promptu est. Cuiusmodi singulæ substantiæ sunt hoc saxum, hæc arbor, hic equus, hic homo, Petrusve, aut Paulus & huiusmodi alia. Ad hæc ergo substantiam reliqua omnia referam: à qua vel ammouemus, vel ei accommodamus aliquid. Si ammouemus prorsus, vt cum Petrum equum non esse dicimus. Hanc negationem appellamus substantiæ quæ potius mente quã re consistit. Aut non prorsus quidpiam ex substantia tollit, sed ex subiecto idoneo, & apto, vt cæcus & surdus, quæ priuatio nominatur. Quæ licet propius accedere videatur ad id quod est, quàm negatio. Quod ponat rem

aptam, negatio vero nihil omnino, tamen nihil est, sicut illa. Vtraque igitur cum re non appareat, animo solum & mente concipitur. Quoniam verò non sunt, eius quod est genus vllū esse non possunt. Superiori nos libro earum vim & naturam aperuimus, & qua ex parte earum ratio à primo philosopho habenda sit. Ad res tamen eas, quæ sunt nostra festinat oratio. Vt etiam venire potest, vt non detrahatur, sed aliquid singulæ substantiæ ascribatur, quod tamen re non sit. Sed viam & præcurionem habeat ad aliquam rem, cuiusmodi motus & mutationes sunt. Cui igitur hæc res non sint, in rerum generibus, locum habere, nequeunt. Quod si id quod indiuiduæ substantiæ attribuitur, re sit, aut est insitum ei, aut cõtrarium: si fuerit insitum, aut conuenit ratione formæ suæ, aut ratione materiæ. Si ratione formæ suæ, aut eius declarat essentiam, aut aliquid accidens, si declarat essentiam cum tota eius essentia definitione cõtineatur, quæ in genus & differentia partit, aut ergo genus, aut eius differentia est. Si genus sit, primum ergo nascitur genus, quod est substantia. Si verò differentia sit, ad substantiam utique pertinet. Non enim potest substantiam non esse, quod substantiæ essentia est, veruntamen sicut genus non est, sed differentia, ita non in generibus, sed in differentijs substantiæ numerabitur. Itaque substantiæ genera in substantiæ differentias distribuuntur. Vbi de genere atque differentia verba facerem exposui, quo sit ordine vtrumquodque genus disponendum. Substantia ergo in corporis participem, & experte fecatur, & substantia corporis particeps corpus informat. Dein

de corpus in viuens, & non viuēs, diuiditur, & deinceps alia. Quod si ratione materiæ aliquid indiuidue substantiæ ascribitur: eius erit quā- titas, alterum rerū genus. Vt quod quatuor vel quinque cubitorum est, si autem aliquod ratione for- mæ, sit accidens, aut simplex, aut comparatum. Si simplex qualitas est tertium rerum genus, vt virtus & color. Si verò cōparatū sit relatio quartū genus, vt duplū & simplū, pater & filius. Aut non in situm est, sed extrarium. Tum vel ex eo dicitur, q̄ extra se inducit & est actio quintum genus, vt fecare vel ex eo, quod ab extrario percipit, & est passio sextum genus, vt leuari, vel illud extrinsecū, ex eo ad substantiam pertinet indiuiduam, quod eam metitur vel non metitur: si metia- tur, vel ex parte magnitudinis, & est locus, & vbi illa sit, septimum rerū genus, vt in domo esse, vel in foro, vel ex parte diuturnitatis, & est quando sit illa. Octauum genus vt cras, anno superiori. Quod si præ- ter illam magnitudinis mensuram, quam singulari substantiæ præstat locus, in quo est, postulet quod ac- commodatur ei, eius quādam par- tium dispositionem: nonum est ve- rum genus situm esse, vt iacere, sta- re sedere. Quod si nullam illud ex- trinsecum significet indiuidue sub- stantiæ mensuram, vel suarum par- tium collocationē, habitus est dec- imum genus rerum, & eius, quod est, vt vestitum esse, armatum esse. Decem igitur sunt illa rerum gene- ra, quæ perquirimus. Quæ nō variæ existimandæ sunt species, & formæ rei, & eius quod est, genere, & vllis differentijs circumscriptæ: sed varij eius modi ad vnum principem, &

quod in primis esse dicitur, relati- uo de sano diximus. Nam sanum in primis animal est, ex animalis tamē valetudine varijs modis res alię sanæ putantur. Itā in primis sub- stantia est, quia per se est, reliqui no- uem modi, quia diuersis rationibus in substantia sunt, & substantiam af- ficiunt, esse creduntur. Id verò quod est circumscribi & terminari cense- tur, ad vniuscuiusquē modi genus, quod aliquid expressē, & explicatē afferat, quod quidē res & id quod est, minimē afferat, sed confusē cō- tineat. Vt substantia significat ex- pressē rem, quæ per se consistat, quā res expressē non significat. Quanti- tas materiam exprimit rei, quam per se res non exprimit, & hoc pac- to cætera. Illud autem hoc loco ma- ximē considerandum est, hæc vt di- ximus genera reperta fuisse ad vni- uscuiusquē rei naturam explanan- dam. Rei autem naturam, vt alio lo- co plurib⁹ sumus persecuti, appella- mus illam, quæ definitione contine- tur. Diximus etiam nō nisi formas diffiniri. Quare hæc genera ratione formarum quæstia sunt: & ratione formarum inter se distinguuntur. Ex quo efficitur, vt re contingat, res duas esse distinctas, & ad idem ge- nus pertinere, quoniam aliqua for- ma definitione declarata conuen- niant, vt equus & leo re quidem differunt, quia tamen definitione animalis conueniunt, ad idem per- tinent substantiæ genus. Cōtingit etiam re non differre, sed in eodem esse, diuersa tamē esse genera: quia longē diuersę sunt rationes, vt idē est & pater & homo: longē tamen alia est patris ratio ab hominis ratione: quam ob rem pertinent ad diuersa genera. Ex hoc etiā sit, vt cōcretum & sim-

Substantia in primis est reliqui nouem mo- di, quia va- rie substan- tiā afficiunt.

Genera quæstia.

& simplex in eodem genere ponā- tur, vt candidum & candor, quatū, & quātitas, quale & qualitas. Quod vna vtriusq̄, sit ratio & forma, quæ definitione explicatur, tantum in eo differunt, quod aliud admistū habet subiectum, quod illi loco ma- teriæ est, aliud nō habet. Sicut enim candor color est, qui separat aspec- tum, itā candidum coloratum est, quod separat aspectum. Ex quo in- telligi licet rationem non esse, cur quidam metaphysicus tradat albū, & huiusmodi alia, non pertinere ad categorias, quod sunt res per aliud & vt eius verbis vtat, per accidens. Sed facile patior concreta acciden- tium res esse per aliud: album enim corpus candidum est, & calidū cor- pus calidum, in corpore verò per aliud cādor & calor inest. Res itaq; sunt per aliud, quatenus coagmen- tata, & cōposita sunt. Tamen demō- stratum à nobis iam est, cōposita non defini, quare hæc ex parte in genere non collocantur, eorum ta- men formæ definiuntur, vt can- didum definiuimus, & ita in ali- quo genere sunt. Siquidem absur- dum & incommodum esset, patrē filium, duplum simplum, quantum nullius esse rerum generis. Ita enim nec homo nec equus, nec animal vl- lum in genere esset, & ita nec diffini- tione aperiri, & illustrari possent. Nam hæc etiam concreta sunt, & non nihil compositionis præsefe- runt. Vt enim hæc melius teneatur, reuocanda sunt in memoriam, quæ diximus de ijs, quæ per se sunt, & per accidens. Ex ijs etiam, quæ de toto & partibus posuimus, facile ex- planatur illa quæstio, quæ non faci- lis sophistis videtur, rerum partes in quo genere collocentur. Etenim

Concreta ad categorias perti- nere.

vel sunt partes composite, vt carnes *Partes re- nerui, pedes, manus & ossa. Aut par- tēs sunt definitionis, vt animal, & in quo genere ponantur* nō in quo rationis particeps. Si compositi par- tes sunt, sicut compositum non dif- finitur, itā nequē eius partes, quod si non diffiniuntur, nequē in vllō ge- nere per se sunt. Iam verò genera nōs exploramus eius, quod est, er- go & vnius nam vnū sequitur ens: totum autem sua vi vnum est, vt exposuimus, partes autem plura: quare de illarū genere non est agē- dum, quousquē ad vnum redigan- tur, quod totum est. Partes igitur to- tius genus sequentur, si totius for- ma nō compositio, definitione ex- primatur. Tum totum re quidē, & actione est, partes autem non re, sed vi sunt, si summouerētur à toto & semotē munere fungātur, quo in toto funguntur. Si per se enim vna- quæquē est, & totum etiā est plures res, & non vna essent, at vna res to- tum esse iudicatur. Homo enim vna re est, non plures: partes igitur re & actione non sunt, at res quate- nus sunt in genera distribuunt, par- tes ergo per se, vique sua genus nō intrant. Sin autem partes sunt defi- nitionis. Quia & formę partes sunt, quā ex his generibus inquirimus, fa- cile illarum genus inuenitur. Ete- nim definitio ex genere constat, & differentia, genus non dubitamus quin sit, in aliquo ex ijs decē. Huic enim rei operam nauamus. illis ex- quirendis. Differentiam in eodem genere oportet esse, genus enim vi, & potestate, sicut species & formas, ita continet differentias. Hūc acce- dit, quod species, quatenus forma, vt diximus, in genere suo reponi- tur, forma verò est ex genere & dif- ferentia, genus igitur, & differentia eius

Partes dif- finitionis in quo ge- nere ponantur.

*Categoria
ad quā sci-
entiam perti-
neant.*

eius in illo sito reponuntur genere. Iam verò genus diuiditur in cōtrarias differentias: contraria vero in eodem genere posita maximè distant, differentie igitur in illo genere sunt, quod diuidunt.

Hæc etiam decem rerum genera dialectici multis tractant, eaque categorias, vel prædicamenta vocant. Quòd enunciatione de subiectis formis dicantur, vt homo est animal. De ijs Aristoteles egit, non solum in metaphysicis, sed etiā pluribus in logicis. Ex quo fit, vt qui consecuti sunt philosophi, quoniam eius doctrinam profitentur, & ab ea neq; transuersum (vt aiunt) vnguem discedere audent, contentant in vtraque facultate dialectica, & metaphysica narranda, & exponenda esse. In metaphysica, quia sunt, in dialectica, quia dicuntur. At scientiæ & artes comparatæ sunt, vt aptè omnia, quæ in disputatione veniunt, & in controuersiam à viris doctis deducuntur, via & ratione disponantur. Parum autem idonea est illa dispositio, quæ agere cogit acta. Quòd si hæc genera persequi debet dialecticus, quia dicuntur, vna dialectica debet in rebus omnibus versari, quia res omnes dicuntur & verbis efferuntur. Nos igitur hoc loco, ita de generibus his differemus, vt nihil opus sit in dialecticis ea vel alio loco tangere. Quod autè huic loco proprius huiusmodi sermo sit, ex ipso rerum cōtextu, quas hæcenus explicuimus, facile intelligi licet. Tūm quòd hæc genera res sunt, ergo scientia de rebus aliqua in eis debet versari. Dialectica vero non res, sed notiones tractat: partes igitur eius non sunt, has res docere, nec alterius scientie,

quæ in aliqua eius, quod est parte, cernatur. Vna igitur & sola metaphysica reliqua est, vt sicut ipsa omnino & totum de rebus differit: ita hæc genera persequatur, quæ rerum omnium genus (vt ita loquar) partiuntur. In dialectica tantum horum generum vsum ad definiendū, diuidendum, demonstrandum, & inueniendum interpretabimur.

Cap. 1. de substantia.

DE substantia igitur prius differamus, est enim quid per se, accidens autem, vt vno verbo reliqua genera completamur, non per se, sed in alio inest. Multo verò præstantius est esse per se, quam esse in alio. Quod enim est per se vna tantum ratione tollitur, si labefactetur & eueratur id ipsum. Quòd autem est in alio duobus modis, & sua ipsius euerfione, & alterius etiam, in quo inest. Si vero contingat, vt accidens secum etiam substantiam auferat. Non tamen quatenus substantiam auferat, sed quatenus aliam rem, vt sublato quidem omnino frigore, auferretur, & aqua, non tamen quatenus substantia est, sed quatenus aqua. Non enim substantia, vt substantia est, pendet ex frigore, sed in quantum aqua est. Substantia igitur sua natura non pendet ex accidenti. Accidentes autem non potest sua vi sine substantia esse. Sed querunt aliqui, vtrum illud per se sit aliqua eius, quod est differentia: sicut rationis particeps animalis. Dicimus tamen non esse illud per se vlla vera differentia, quia si esset, vlla etiā esset substantie definitio, verumque id quod est, genus esset. At generū caput, vt diximus defini-

*Substantia
sua natura
non pendet
ex accidenti.*

*Esse per se
quid nā sit*

definiri non potest, sicut neque extremū diuidi. Quare esse per se idē omnino est, quod substantia, tantum promptius, & explicatius eius naturam declarat. Ideoque non est negatio, vt nonnulli putant, licet negatione importunius querenti exponatur. Nam idem vsu venit in supremis generibus, vt quia nō possunt diffinitione aperiri, negatione magis exprimentur, vt substantia est, quod non est accidens, accidens quod non est substantia.

Sed hoc loco grauis inter Aristotelem, doctissimum veritatis magistrum, & nos, quæstio est. Putat enim Aristoteles in metaphysicorū septimo libro, quem sequitur eius eruditus interpret Aphrodisius, hoc loco, & multis alijs, nullam vniuersalem substantiam esse substantiā, sed singularem modo. Itaque homo ex hac sententia non est substantia, sed hic homo. In categorijs autem licet primam categoriam appeller substantiam, eamque in primā diuidat, & secundam, secundamque esse, vt homo animal. Quare si vniuersale ex Aristotelis in categorijs sententia, secunda substantia est, ex eius etiam sententia videtur esse substantia. Sed est animaduertendum, Aristotelem in categorijs non de re agere, quæ substantia est, sed de notione, quæ substantiam refert, & ob eam rem illā categoriam appellat. Categoriam verò, non rerum sed notionum est. Ex quo efficitur, vt in aperiēda substantie vi, frequenter vsurpet, quod dicitur, vel non dicitur, significat, vel non significat, dici autem, & significare, non pertinet ad res, sed ad notiones & verba. Quòd ob eam rem commemoro, nè Arist. sibi contra-

Vniuersalem substantiam esse substantiam.

rius videatur. Nam in metaphysicis apertè docet, & multis argumentis approbat, nullam vniuersalem substantiam esse substantiam, sed quale. Cui etiam, quod in categorijs tradit, consentit, secundam substantiā non significare hoc aliquid, sed qualitatem. Itaque placet Arist. hominem, animal viuens, & aliud quod commune sit, non esse substantiam sed hunc hominem, hoc animal, & hoc viuens, & alias res singulares. At si hæc substantia est substantia, ergo substantia est substantia. Substantia verò est quid commune, ergo quid cōmune est substantia. Tum si cōtendas illud esse falsum, substantia est substantia, contradictoriū igitur erit verū, nulla substantia est substantia. Quod per se absurdissimum est, sicut si diceret quispiam, nullus homo est homo, nullus equus est equus. Nam idem in eodem non minus per se, vique sua dicitur, quā definitio in definito. Huc accedit, quod si nulla substantia sit substantia, neque igitur hæc substantia est substantia. Præterea res cōmunes ita sunt coniunctæ, atque cōnexæ singulæ singulis, vt fieri nullo modi possit, vt singulæ sint sine cōmunibus. Si enim est hic homo est homo, & si hic leo, est etiam leo. Si quidem mens & ratio, vniuersalè potius quam singulatim intelligit, & ex re singula subducit aliquid commune ad intelligendum. Ita fieri non potest, vt res singula sit aliquid quam res vniuersa ad ipsum nō sit. Secus enim falsum esset, quod mente concipitur, quippè quod sit vniuersum. Si ergo hic homo & hic leo est substantia, ergo homo & leo est substantia. Iam verò planum fecimus, rem duci vniuersam ex eo, in quo

quo res singulæ conueniunt, ac similes sunt, vt ex eo quod Petrus est homo, & Paulus est homo, communis & vniuersus est homo. Ita si Petrus est substantia, & Paulus est substantia, vel planius si hæc substantia, & hæc substantia est, communis igitur vna est, & vniuersa substantia. Non potest ergo vilo pacto fieri res singulas esse substantiam, & nullam esse communem, & vniuersam substantiam. Ex quo fit, vt substantia communis non sit quale nec qualitas, vt Aristoteles etiã opinatur: sed quid. Nam cum ageremus de genere, pluribus naturam eius explicantes, diximus in eo positam esse, vt quid sit explicet species ei subiecta. Caput ergo generis substantiæ, & alia eius interiecta genera vsque ad genus vltimum, quid sint species, & res singulæ subiectæ, declarant. Eodem accedit, quod in definitione vices materiæ genera, gerunt, quid ergo sit, non quale demonstrant, quod definitur. Nam si quale sit dicerent, in quo à differentijs genera differrent: Cum proprium differentiarum sit, qualis forma sit, exponere.

Argumenta explicatur, que probat vniuersalem substantiam, non esse substantiam.

Sed Aristotelis, & eius interpretis Aphrodisæi argumenta, que quidem non difficultate vacant, exploramus. Sua vniuscuiusque (dicunt) est & propria substantia, neque cū alijs communicatur, vt non eadem, sed alia est Petri, à Pauli substantia. Sed res vniuersa est multis communis, non ergo res vniuersa potest esse substantia. At etiam suus est vniuscuiusque color, suus candor, tamen est color, & candor res vniuersa. Aut nulla res vniuersa est. Res enim vniuersæ non excludunt, sed potius includunt singulas, & ex eo quod Pe-

trus est & Paulus substantia, potius concludendum erat, quod res vniuersa substantia sit, quam è contrario-Substantia enim propria vniuscuiusque & singularis sit, non in quantum substantia, nam hac ex parte communis est propter similitudinem, sed in quantum alia etiam res est, qua dissimilis fiat queis singula. Sicut pluribus persecuti sumus, cum de re vniuersa, atque singula differuimus. Rursus Aristotelis, argumentatur, substantia sua natura substat, & est accidentium subiectum: ac perinde non dicitur de subiecto: vniuersale vero de subiecto dicitur, vt Paulus est homo, non ergo est vniuersale substantia. At non concedo substantiam de subiecto non dici. Nam de subiecto dici, non est in subiecto esse, quod à substantia quidem abhorret. Sed de subiecto dici, est animo reputare, substantiam in rem aliquam conuenire, vt quod homo sit substantia, & Augustinus sit substantia. Aliter satis obscure suam sententiam probare nititur Aristoteles, hoc tamen ex interpretatione Aphrodisæi significare eadem videtur. Si commune substantia est, homo est substantia, & animal est substantia, & substantia est substantia. Id quod nos asseueramus, & ita esse contendimus. Sed hæc omnia de Petro dicuntur, nã Petrus homo, animal & substantia est. Plures ergo sunt in Petro substantiæ, & vt ait Aphrodisæus, erit in Petro, quasi quodam substantiarum alucare. At tamen id incommodi non solum accidet, si res vniuersa substantia sit, sed etiam si singula. Etenim Petrus erit etiã hic homo, hoc animal, & hæc substantia. Quare si alicuius momenti hoc argumentum est.

gumentum esset, non modo nostrã, sed suam etiam sententiam refelleret. Tamen cum de rerum essentia, quæ definitione explicatur ageremus, satis exposuimus, quo pacto ex multis, quæ in vna definitione ponuntur, vnum constet: non sicut vnus rerum acerbus, sed sicut vna res, vnaque substantia, & essentia. Ex quo illud etiam facile intelligitur, quo nos etiam Aristoteles vrget, & premit, fieri non posse, vt ex multis substantijs re & actione positis, vna fiat. Sed instat, & insectatur nos Aristoteles, discipulus Aphrodisæus. Quia vniuersale non est, nisi similitudo: similitudo vero non est substantia, non potest igitur res vniuersa substantia esse. Verum enimvero, vniuersale non est, est similitudo. Si enim esset eiusdem generis & rationis essent omnes res vniuersæ. At decem rerum genera posuimus, licet vnumquodque genus sit vniuersale. Quare nõ est vniuersale similitudo, sed sit similitudine, vt explanauimus vniuersale tractantes. Et sicut alia est, & alia similitudinis ratio, ita aliud & aliud est vniuersale. De his autem argumentis, quibus Aristoteles, & Aphrodisæus suam suadere conatur sententiam, coniecturam facio, ea de causa eam sibi persuasisse: quod ad naturam, rationemque rei vniuersæ, nõquam penetrarint, id, quod etiã declaratur ex eo, quod licet multis Arist. rationem vniuersalis allatam à Platone refutauerit, tamen nunquam suam de hac re sententiam protulit. Illam denique rationem, quæ maxime sententiam nostrã demonstrat & magno incommodo Aristotelem vrget, silentio non præteribo. Quod si nulla substantia res vniuersa est, nulla

substantia potest definiti, nam rerum singularum, quod facile mutantur, nulla neque definitio, neque demonstratio est, ita vel ipso Aristotele docente. Maneat igitur genus aliquod esse substantiæ. Ex eo vero quod substantia per se sit, planè sequitur non esse in alio, sed tantum esse aliud. Nam homo est animal, & animal non est in homine. Est enim substantiæ esse, accidentis autem inesse. Substantiæ sua natura inter se non pugnant, neque aduersæ sunt. Aduersa enim, vt definiuimus sunt, quæ sub eodem genere maxime distant. Nullæ vero substantiæ, ita sunt inter se affectæ, vt sub eodem genere maxime distent. Siquidem, quæ ita ad se sunt, complectuntur suo quasi ambitu omnes sui generis formas, ita vt vel nullæ sint aliæ, vt par & impar, aut si aliæ sint, mediæ sint inter illas & ex illis quasi temperatæ. Quæ omnia prorsus ab omni substantia abhorrent. Nihil ergo est aduersum & substantiæ repugnans. Aduersa igitur omnia ex genere sunt accidentis. Cùmque omnium sit accidentium substantia subiectum, fit vt vi sua omnia contraria recipiat: & omnis eorum pugna, vt se loco pellant, circa substantiam versetur. Et vnum contrarium alteri, vel medio, quod eis interiectum est, in substantia succedit. Sed occurrit fortasse quispiam. Substantiæ genera distribuuntur in contrarias differentias: posuimus autem differentias in eodem genere collocari, in quo & genera, quorum sunt differentia. Aduersa igitur in substantiã cadit. Sed proprietates, quas esse substantiæ diximus, de substantia in primis ea intelligi debent, quæ per se vique sua generi subiiciuntur: cuiusmodi sunt

Substantia cur inter se sua natura non pugnet

*Differentias
quibus sub-
stantia diui-
ditur aduer-
sas inter se
esse, & in
substantiis re-
poni.*

sunt genera & species. Differentia vero non per se, sed per species, quarum sunt partes, in substantia reponuntur. Species vero speciei substantiæ nunquam & aduersa est. Deinde tractanda & explicanda est illa quæstio, utrum differentia in quas partitur substantiæ, genus, sint aduersæ. Nam si aduersæ sunt, qui fieri potest, ut formæ ex illis constitutæ aduersæ non sint. Etenim in cæteris generibus formæ sunt propter differentias, ex quibus constant aduersæ. Nam genus utriusque contrarijs formis commune est, ut nigror est candori contrarius, licet sit uterque color, quia nigror cõparat, candor separat aspectum. Sed ut istam haut facilem quæstionem explanemus, illud primum certum esse credo, differentias in quas genus distribuitur, esse contrarias. Diuisio enim, ut dialectici præcipiunt, ex contrarijs componi debet. Nõ sunt autem ea contraria propriæ, quæ adiunt & negant. Nam in ijs negans tollit, quidquid aliens ponit. Minime vero huiusmodi differentia ita inter se distant, quippe utraque ponit genus suum. Nec ea contraria sunt, quæ priuantia nominantur. Nam huiusmodi aptum subiectum postulant, genus non est propriæ differentiarum suarum subiectum, nam utramque potestate tantum, non re vllam & actione continet. Quod autem ex ijs contrarijs non sint, quæ cum aliquo conferuntur, satis per se perspicuum est. Superest ergo ut si contrariæ sint substantiæ differentia, aduersæ censeantur. Quare in his illa differentia, quæ quadam priuatione effertur, ut corporis vitæ & rationis expertis, non est omnino priuatio. Quia nullum præse fert sub-

iectum aptum ad alterum contrarium percipiendum. Neque etiam est pura negatio, dicta de causa. Efficitur igitur, ut afferat, & ponat aliquid, licet nomine vacet, ut impar, & inæquale. Sed explicandum illud argumentum est, & reddenda ratio, cur formæ ex his aduersis differentijs exortæ, inter se non habeantur aduersæ, quod est totum huius difficultatis momentum. Sed formæ non sunt inter se contrariæ, quia non est inter eas transitio, ut in alijs contrarijs vsu venit. Transit enim albus in nigrum, & è contrario, ita numerus par in impar, inæquale, in equale, calidum in frigidum, humidum in siccum. Et quoties alterutrum contrarium mutatur, ad alterutrum contrarium semper mutatur, quod enim à nigro discedit, migrat in album, & è contrario, quod in alijs omnibus contrarijs perspicitur licet. At quod est rationis expertis, si mutetur, non mutatur in rationis particeps, nec ratio nis participis animalis, mutatio fit in animal rationis expertis, sicut color albus mutatur in colorè nigrum. Itaque, ut formæ & species repugnantes & aduersæ fuissent, relicto genere cui subiiciuntur integro, se inter se pellere & extinguere oportebat. Quod in substantia sua natura nõ contingit, imò sepe quod tollit formam, tollit & genus proximum, ut nunquam ratio nis expertis animal interit, quin intereat animal. Quod si versentur in corpore transitiones viuētis & non viuētis, hoc nõ est per se & substantiæ vi, sed per aliud, quod corpus nõ proximum genus, sed valde remotum sit. Multa enim propria sunt viuētium, & nõ viuētium genera. Formæ igitur, & substantiæ partes non sunt aduersæ, quia cum nõ vicissim inter se cõueniant non

non videtur contendere & loci subiectique causa pugnare. Differentia verò, in quas partitur substantia, contrariæ sunt, quia sub eodem genere maximè distant. Quæ omnia apposite ad substantiæ naturam quadrat, ut ad species & genera substantiæ, in quibus tota substantiæ vis posita est. Et quid sit illud importat, quod omnibus rebus subest. Sitque rerum omnium quasi fundamentum, ut inter se aduersa genera & species nõ sint, quia cum in re alia non sint nihil est, de quo possint confluere. Differentia verò quia generibus adiunctæ formæ naturam aliquo modo referunt, quæ in materia est & quasi materiam genus informant, atque definiunt, non nihil loci ad pugnam, & certamen de loco relinquunt. Præsertim quod genera & species exprimit tantum, quid res sit. Differentia verò non quid sit, sed quale quid. Cum verò hoc quale quid substantiæ est. Causa illius quod est quale, certare de eo possunt in quo est. Causa vero illius, quod quid est, nihil relinquit de quo certamen esse possit. Quare non nihil à vera aduersorū ratione desciscunt.

*Substantia
diuisio.*

Egimus de toto genere substantiæ nunc eam in partes distribuam: est autem substantia alia, quæ corpore vacat, & sensus omnes præcedit. Alia quæ ex corpore constat, & sensibus subiecta est. Hanc diuisionem Hippo, tantum, quod sciam reiecit, asserens nullas esse res corporis expertes, sed omnes cadere sub sensum. Quibus autem argumentis in opinionem istam stultissimam discesserit nescit. Id tantum reperi hac de causa fuisse dictum, quo nomine nullum turpius. Quod autem huiusmodi res aliquæ sunt, ex eo facile licet cognosci,

*Substantia
esse corpo-
ris exper-
tes.*

quod pateat & in proprio sit aliquid esse, quod viribus & potestate vincat res omnes ad unum corporis participes. Et id per se præstet, quod rerum omnium corpora sensusque nullo modo assequi possunt: animus enim & mens cognoscit res communes & vniuersas, rerum finem, consecutionem, similitudinem, cõparationem, & alia. Quæ sensus & corporis vi non solùm attingi nõ possunt, sed etiã nihil magis à corporis & sensus abhorret natura. Corpus enim & sensus natura sua loco, tempore & alijs adiunctis totus addictus est, totus denique est singularis. Quomodo ergo ad rem communem accedit, ex qua pendet omnes mentis actiones? Deinde cum ita discrepent in agendi ratione sensus & mens, sua natura non pendet unum ex alio. Sed sicut corpus sine mente consistit, ita mens sine corpore sit. Præsertim quod mens, ut hoc demonstrat argumentum, corporis adiunctione non perficiatur, sed inficiatur potius, & à sua natura desciscat. Longè perfectius igitur per se coherbit atque insistet. Est ergo aliqua substantia corpore vacans, & longè perfectior corpore. Quod si tam amplum & diffusum est corporum genus, tamque varias, & prope innumerabiles partes, & rerum formas cõprehendit. Quis credat tam contractam & in angustum esse conclusam illam mentium longè perfectiorem naturam, ut non plures intelligentiæ sint quàm celi. ut Arist. placet. Veruntamen hanc ego coniecturam facio, ut sicut mens, & intelligentia longè perfectior est sua natura corpore, ita gradus eius dissimilitudines, & varietates longissimo interuallo plures esse quàm corporis. Deinde quid attinet ex exiguo corporum numero & intelligentiarum numerum metiri. Cum

*Substantia
corporis ex
partis varie
sua*

rates plures esse quā pariticipis.

Theologia naturalis de quo differtur.

Quam substantiā physica tractat.

ua natura intelligētiē, neq; ex corpore pendent, nec corporibus adlietā & cōsecratā sint. In his igitur rebus vna scientia verteretur, quā nomine vacat. Quoniā non est haec nus ab alijs distincta & explicata vocetur tamē naturalis theologia, quē de Deo differat, & intelligētijs. Quē illam quātionē de toto substantiā genere tractabit, quā per imprudentiā multis nūc dialecticis nūc metaphisicis inculcāt. Quē scientia licet multiplex & infinita sit, exiguum tñ & angustū est, quod ex ea mēs nra degulcat, propter densissimas nostri corporis vmbas. Alia substantiā pars corporis particeps sensibusq; subiecta proposita est physica ad illustrādam. Quā tam variē longēq; defusa est, vt nullis fere finibus terminetur. Hanc alia subijcitur disciplina, quā medicina vocatur. Quē nō simpliciter de corporis natura differit, verū de corpore labefactato, & aliquo incōmodo affecto. Quidā etiā physicae parti, quā animarū cupiditates & affectiones persequitur. Illa scientia (si ita nominari licet) subiecta esse videtur, quā cōiecturā facit de animorū affectionibus ex signis corporum externis. Cuius duę sunt partes, alia physionomia, alia chyrognomia nuncupatur. His deniq; quatuor scientiarum partibus vniuersa de substantia disputatio comprehensa est.

Cap. 3. De quantitate.

Quantitatē variā ratione explicat Aristotel.

Quantitas licet ipsa per se non est facilis ad explicandū, difficilior facta est varia eius Arist. explicatione: cuius, vt par est, summa est in his rebus auctoritas. Nam in categorijs ita quātitatē est persecutus, ac si idem omnino

esset, quod mēsurā. In metaphisicis autē lōgē diuersa ratione. Hinc natum est, vt quod per se viq; sua mēsurā innuit, in quātitatis formis numeravit, vt tēpus quia motus mēsurā est: & orationē quā morā pronūciationis metitur. In metaphisicis tēpus sicut & motū per accidēs alienaq; vi docet quāta esse. Eius etiam prāstātissimus interpres, Aphrodyseus effici tradit ex ijs quē docet in metaphisicis, orationē non propriē quāta esse. Nihil autē magis contrariū & repugnās puto dici posse, quā esse tēpus & orationē quāti formas & nō propriē, sed per accidēs esse quāta. Quod autē quantitas non sit idem, quod mēsurā, ex eo facile patet, quod vniū est omnium numerorū mēsurā: minime tñ omnibus assentientibus metaphisicis quātitas est. Itē nonnūquā metimur ea, quē nullo modo quāta sunt, vt magnā, maiore, & maximā virtutem, eloquentiā, amicitia, gratiam consiliū ingenū, & id genus alia, & vnus cuiusq; generis perfectissimū reliquarū partū mēsuram esse cognoscimus: & ex illius cōparatione reliqua ponderamus: vt ex niuis candore aliarū rerū candores. Minime tamē quidquid est perfectissimū quātitas est. Nō igitur idem est quātitas quod mēsurā, neq; ex mēsurā ratio quantitatē existimanda est. Hūc accedit, quod quantitas per se, ac vi sua simplex quidā est: mēsurā verō sua natura refertur ad res, quarū est mēsurā. Non videt igitur rectē simplicis natura ex relato explicari. Quare alij Aristotelei in extensione putarūt positā esse quātitatis rationem. Sed hāc ratio nō mihi videtur posse cōuenire, nisi in eas quātitatis formas, quā situm habēt in loco, quarū proprie

Quantitas non est idē quod mēsurā.

Non posita esse in extensione quantitatē rationem.

Quantitatis ratio ex Aristotelis sententia.

prie extēsiō est. Quod si in numerū etiam cadere contendat, causam producant, cur vnum non sit extensum, & ex ea intelligent aliam esse quantitatē rationem. Debēt enim dicere, quod vnū aut partes non habet, aut in partes diuidi non possit. Quare illa potius est quantitatē ratio, quā Arist. tēgit in metaphisicis, vt quantum sit, quod diuidi natura potest in ea, quorum vnum quodq; per se coherere potest, & vnum aliquid esse, vt si corpus in duas partes vel plures diuidatur, vnaqueq; pars per se esse potest, sicut erat ipsum totum, & vnum aliquid haberi, sicut ipsum totum habebatur. Idem de linea & extremitate dicam, quā in duas lineas, & duas extremitates se cantur. Quatuor item in duos numeros, duo & duo distribuitur: quorū vterque vnus est numerus, sicut erat quatuor. Non sic autē alia accidentia diuidi, aut separari a substantia possunt. Non enim aliquid vnū esse possunt sine substantia, aut vlla alia ratione ita diuidi, vt vnaqueq; pars per se, sicut totum extet. Nec etiam genus in differentias ita partit. Etenim differentie non in genere insūt, sicut partes in toto sunt. Secus. n. simul cōtraria essēt. Sed adiūctiōne huiusmodi partes in toto sūt Genus item nihil diuisione exhauritur, sed manet integrum, vt antea. Quantū verō totū, quod antē erat partitioe dissipatur, & partes, quē antē erāt vi, re & actione relinquūtur, totū vnaqueq; per se vicē gerēs. Id quod maximē animaduertendū est ad intelligendā quanti naturā, eiusq; diuisionis modū. In hac autē explicatione Arist. id tantum desidero, de quo ante dixi, quantitatē naturam. Quippe quā res simplex sit nō est

ex relatis aperienda pati vero quodam pacto refertur ad agens. Nec etiā rei intima, & pura natura videtur esse posita in eo, quod ab alio potest accipere, sed in eo quod ipsa est. Tum cum hęc decē rerum genera valde inter se dissentanea sint, vnum per aliud non rectē exponitur. Hūc accedit, quod numeri non diuidantur, sed sunt ipsi per se diuisi vnusquisq; enim est quantitas diuisa atq; disiuncta. Quare aptius ita forte quanti natura explicabitur. Quantū est quod habet partes eiusdem rationis, cuius & totū: ac proinde singulā possunt, sicut & totum per se esse, & simul atque ipsa sunt, totum non est. Partes autem numeri voco, sicut & Arismetici vniones. Arismetici enim vniones in partibus numerant, quibus numerus metitur, in eoque eandem, quā totū habet vnio rationē, quod est seiuncta atq; secreta. Alijs numeris, & alterius quātitatis partibus facillē definitio accommodabitur. Quod enim dixi totum & partes eandem habere rationem, ita intelligo. Vt corporis partes corpora sint, linea partes lineę, numeri partes numeri. Quare neq; extremitas habenda est corporis pars, neq; extremitatis lineę, neq; lineę punctum. Tantū vnū licet nō sit numerus, quia per se constat numeri pars ab Arismetis iudicatur. Diuiduntur autem quanta in diuisa, vt numerū, & coniuncta, vt corpus. Hāc autē diuisio similis eius est. Quā distribuimus substantiam in corporis expertē & participē. Siquidem quātitas deiuncta, cuiusmodi numeri sunt, per se viq; sua ab omni materia prorsus abhorret. Propterea. n. Pythagoræi ad numeros in tradēdis disciplinis cōfugerūt

Vera quantitatē natura.

Quantitatē diuisio.

Quantitas deiuncta per se est aliena a materia.

quia materiam prorsus subterfuge-
re, necessariū esse opinabatur. A deo
ut lineas corpora & extremitates, in
quibus toti geometre versantur nu-
meris definiendas & interpretandas
putarent. Quippe qui quantitatem
coniunctā ita materia implicitā &
cōfusam esse, ut ab illa separari nisi
per numeros nullo pacto posse iudi-
carēt. Et huius quātitatis ratione di-
xi antē hoc rerū genus ex materia
substantiā duci. Ex corpore enim, ē
quo proficiuntur omnes coniūctæ
quātitatis formæ corpus videlicet,
extremitas, linea. Qua de causā imi-
tari dicimus substantiā corporis par-
ticipē, cuius omnes species corpus
sunt. Separata verò atque deiuncta
substantiā sequitur corporis expertē.

Nam eisdē omnino numeris cor-
pora, & intelligentias numeramus,
atq; adeo accidētia. Sunt enim nu-
meri sicut vnū, quod illorū mēsurā
est. Quod per omnia permeat, rerū
genera. Numeri tamē ad omnia ge-
nera non pertinet. Sicut vnū, quod
cadit in vnū quodq; rerum genus.
non enim numerus est in genere
substantiā, aut qualitatis, at substan-
tia & qualitas; & aliud quodcunq;
genus sua spē est vnum. Sicut res
& id quod est. Quod vnū per se, &
in quāntū vnum non est quantitas.
Numeri vero per se, & quatenus nu-
meri sunt quantitas, ut ex eius defi-
nitione cognoscitur. Exposuimus
autem nos iam vnus naturā, neq;
aliā hoc loco requirimus: sicut qui-
dam sophistæ de quantitate disserē-
tes tradunt, aliam esse vnus naturā
transcendentis (ut illi loquuntur) &
aliam numeralis: & vnitates nume-
rales esse, quibus quantitates conti-
nuæ numerantur. Tūm numerū ni-
hil esse re, sed mēte tantū. At nos

Vnius na-
tura quate

cum de toto vnus amplissimo ge-
nere differabamus, demonstrauimus
in eo vnus naturam sitam esse, ut
sit numeri principium. Non igitur
alia est natura totius generis vnus
ab ea, quæ ad numeros spectat.
Quod si continē tantū quantita-
tes in numerū rediguntur, res aliæ
infinite quantitate vacantes conti-
nua, quibus numeris numerantur
aut in quo genere numerus earū re-
ponetur? Neq; magis simplices es-
sent, & materiæ expertes numeri,
quā quantitates cōtinuæ, cōtra quā
oēs mathematici docēt, & ille Pytha-
gororū labor, quo ad numeros rerū
omniū explicationē reuocare co-
nabatur, absurdus esset, & innanis
Quod autē numer⁹ re sit, perspicuū
ex eo est q; vnū re esse demonstrau-
im⁹. Nihil autē est numerus, quā sepe
vnū vel ut Arist. ait multa vna, vnū
est re: sepeq; vel multū est etiam re
numerus igitur re est. Nosq; rerum
genera persequimur, quorū species
numerus, de rebusq; Arismetici lo-
quuntur. Quod vero mente modō
numerus percipiatur, nihil impedit
quo minus, quæ diximus vera sint.
Nam similitudo & equalitas & aliæ
relationes re sunt, licet non sensui,
sed intelligētīe sint expōsitæ. Et qui-
cunq; numerus est vnū, sicut res &
id quod est. Quare autē quicunq;
numerus, licet multas habeat vni-
ones vnus sit, pluribus in superiorib⁹
explanauimus. Equibus facile patet
nō nihil in numero plus materiæ ef-
se, quā in vno. Etenim vnū simplex
est sua vi, nullā compositionē expo-
nit nihil materiæ profert. Numerus
autem nonnullam multarum vnio-
num compositionē indicat: in qua
extrema vnio formæ, reliqua mate-
riæ loco sunt, ut antē commemora-
uimus.

ms spectat
ad numerū
qui est in
genere quā
titatis.

Numerus
esse.

Plus est ma-
teriæ in nu-
mero quam
in vno.

uimus. Qua de causa numerus ex
his decem generibus est, vnum ve-
rò minime. Est ergo numerus vera
res veraque quātitatis seiunctæ for-
ma. Aristot. in categorijs retulit ora-
tionem in numero formarum quā-
titatis. Quia ex mensura pepedit in
illis quantitas formas. Sed demon-
strauit mensuram vi sua non esse
quantitatem. Tum quod quantitas
vt definitione aperuimus, ex ipsius
Aristotelis sententia, eas habet par-
tes, quæ possunt esse per se, sicut ip-
sum totum. Orationis autē partes
cum voce effluunt, neq; per se vn-
quā esse possunt: vocat enim Arist.
orationē moram, quæ fit verbis ex-
primēdis & proferēdis, quā pedibus
ex longis & breuib⁹ syllabis con-
stantibus Græci & Latini metiun-
tur. Hæc autē prolatio motus po-
tius est, & aeris pulsus, sicut ipsa vox
varijs syllabarū tonis distinctus. Mo-
tus autē non est quantitates forma:
neq; ei in vilo rerū genere locū esse
diximus. Non est ergo quātitas ora-
tio. Quibus de causis eam ipse Arist.
exemit in metaphysicis partibus
quantitatis. Numerus ergo modō
& eius species infinite sunt quātitas
deiuncta: estq; quātitas cuius partes
nullū habet terminū cōmunem, vt
decē si diuidatur in quinq; & quin-
que: quinq; & quinq; nullo termino
cōmuni copulatur. Neq; si partiatur
quis in quatuor & sex. Nullę deniq;
partes vnquā in numero notabuntur
quæ ad eundē terminū cōmunē
attineant. Numerus autem à rebus
quæ numeratur nō aliter distingui-
tur, quā vnum ex quo numeri pro-
pagatur à re distingui diximus. Egi-
mus de seiuncta, nunc autē de con-
iuncta quātitate. Quæ est illa cuius
partes eodē cōmuni termino coniū-

Oratio cur
non sit quā-
titas.

Numerus
quid sit.

guntur, eius tres sunt formæ. Alitis
enim quātitatis coniūctæ in vnā par-
tem partes copulatur, quo longa fit
& linea dicitur. Alius in vnā & alte-
rā partē, quo lōga & lata fit, & extre-
mitas nominatur, ab alijs non ita la-
tinis superficies. Alius autē in vnā
& alterā & tertiā partē, quæ corp⁹
appellatur, q; est longū latum & al-
tū: lineæ partes puncta pro termi-
nis cōmuniibus habēt, extremitates
lineas: corpora verò extremitates.
Punctū verò non est quātitas, quia
caret omnino partibus, neq; enim
longū, neq; latū, neq; altū est. Est au-
tē quātitatis principū. Quoniā ab
illo linea incipit, in illudq; definit.
Est autē punctū ad eas quas cōme-
morauit quātitatis coniūctæ formas,
sicut vnū ad numeros, in eo tantū
differunt, q; vnum pars esse putatur
numeri, punctū vero sicut neq; quā-
titas, ita neq; est quātitatis pars. Sed
oportet explorare vtrū corpus, ex-
tremitas, linea & punctum in rebus
sint, an verò planē fingatur. De cor-
pore nemo dubitat, quin vera sit
quātitatis forma, ceteris nō credūt
Academici, sed clamāt esse signēta
quædā, quibus mathematici ludūt.
Quo totas labefactant mathemati-
cas, & ad nihilū venire putāt. Sed si
corpus est cū non sit infinitū aliquo
termino circumscribi & definiti de-
bet: non ergo eius terminus corpus
est. Nam dū talis terminus significetur,
non cesabo eius alium terminū
perquirere, vsq; eo dum aliquo ter-
minetur qui corpus non sit: hoc est
quod nullā altitudinē habeat, sed la-
tū tantū sit. Quod erit extremitas.
Necesse ergo est extremitatē esse
si corp⁹ sit. Deindeq; eisdē vestigijs
inheredo extremitatis finē depōscā.
Qui eadē de causa nō extremitatē
esse,

Quantitas
coniuncta
quid, & e-
ius diuisio.

Punctū nō
est quātitas

Punctum si-
cut vnum.

Punctū li-
neam extre-
mitatem re-
bus esse.

Qua ratio
ne puncta li
nea & ex
tremities
in corpore
sunt.

esse, id est non latum, sed longum tantum, id est lineam oportet esse. Eodem modo lineae terminus extorquebitur punctum esse. Ex quibus planum fit non solum corpus, sed etiam extremitatem lineam, & punctum esse. Sed urgebit forte quispiam, si partes corporis, ut diximus, extremitatibus cohaerent, cum corporis partes sint infinitae, extremitates erunt infinitae. Infinitum igitur in rerum natura consistet, quod est absurdissimum. At quemadmodum corporis partes, non actione, sed potestate sunt: ita extremitates, quibus iungantur non actione, sed potestate sunt. Sed repugnabit aliquis dicens. Extremitates ergo non re, sed potestate sunt, non ergo magis formae sunt quantitatis, quam partes substantiae, substantiae formae, quae per se ad genus non pertinent, quia per se non sunt re & actione, sed per totum, species autem rem declarat actione, non vi constantem. Huc accedere cogimur, & non alias, quae sint corporis termini, ergo quae sunt eius partes, neque vilo modo sine corpore extremitates esse possunt, ac proinde nec lineae nec puncta. Sed nos facile patimur corporis & substantiae partes non esse formas in vilo genere ponendas. Quod non re & actione, sed vi sunt, ut duobus iam locis exposuimus. Tamen nullo modo patimur, aut extremitates corporis aut lineas extremitatis, aut puncta lineae partes esse, id quod coniunctae quantitatis definitio docet, quam diuidi possumus in partes similes toti. Quare corporis partes corpora sunt, extremitatis partes extremitates. Sunt ergo extremitates lineae, & puncta in corpo-

re. Sicut est candor & nigror, & alia accidentia, licet partes corporis non sint. Sed re tamen in corpore sunt, cum munere suo funguntur, ut candor est in corpore, si separat aspectum, nigror si comparat, ita extremitas, linea & punctum re & actione in corpore sunt, cum munere suo funguntur, non autem extremitates omnes, & lineae id muneri exequuntur, ut communes termini sint diuersarum partium. Quare quae diuersas partes copulat actione, actione etiam in corpore sunt. Quae vero non actione, sed potestate, potestate sunt etiam. Sed opere praeritum est, declarare quando munus summa obire formas istas intelligemus. Extremitas vero facile re cognoscitur esse. Nam illa in qua corpus vniquodque definit, actione eius extremitas est. Desinit autem vniquodque corpus in illud terminum, ultra quem eius natura non progreditur, quod facilius est, quam viliis egeat exemplis, ut explanetur. Quis enim non cognoscit quod saxum, animal & lignum terminatur. Illa igitur extremitas colore per se, sa oculis nostris oblata, aut tactui subiecta re extremitas est. Caeterae, quae consurgerent, si corpus secaretur non actione, sed potestate sunt, quousque secetur. Sed difficilius muneris linearum, & punctorum ostenditur praesertim si verum esset illud, quod quidam docet, quodlibet corpus vna extremitate concludi, nihil enim reliquum esset, in quo vis linearum punctorumque cerneretur. Verum tamen geometre pro certo, definitioque sibi concedi postulant, angulum duarum inclinatione linearum se tangentium fieri. Quod si angulus in plano duas exigit lineas, in corpore igitur, quod ipsi vocant solido ex duabus extremitatibus constet necesse est.

Quantitas
is summa
quado sum
munus obit
ant.

est, quare quoties vllus est in corpore angulus, duas extremitates cohaerere oportet. Quocirca tantum abest, ut vnumquodque corpus vna circumscribatur extremitate, ut in corpore cubo, in quo sex quadrata coeunt, sex extremitates aptari necesse est. Extremitates autem illae, non nisi lineis coniungi possunt. Quod eisdem plane vestigijs concludetur, quibus lineam esse conclusimus. Lineae vero in planis illius cubi quadratis, punctis debent copulari, ut eodem argumento demonstrabitur. Quoties igitur angulus in corpore vilo fuerit, ibi extremitas lineae & puncta esse oportet actione. Item si orbis perfecto plano imponeretur, quia puncto modo illud attingeret, duo puncta alterum in plano, in orbe alterum re simul essent. Si chylindrus etiam eidem insideret plano, duo deinceps lineae re essent, alia in plano, alia in chylindro, quibus se inter se contingerent. Denique vires extremitatum linearum & punctorum, ita frequentes & rebus necessariae sunt, ut haec quae hac pagella calamo, & atramento scribo, constare nullo modo possent, nisi haec sua officia praestent: lineas enim nigras quomodo quis ab alba pagella distinguet, nisi ad extremitates lineas & puncta confugiat, vel e manibus quidem Academicorum illis argumentis, quae proximè tetigimus extorquebuntur. Dubium igitur non est, quin verae illae formae sint, quantitatis adiunctae, quas numerabimus. Sed praeter has, alias in categorijs ponit Aristoteles, tempus & locum. Quod in illo loco, sicut diximus, totam quantitatis naturam, men-

sura ponderat, & mensura inuestigat: est autem tempus, mensura motus, ut in physicis docebimus, & locus mensura eius, qui loco continetur. Sed miror cur non etiam motum in quantitatis formis numerauerit, nam etiam motus temporis est mensura, ex longo enim motu, quo aliquid motum est, iudicamus tempus fuisse maximum. Sed demonstrauimus iam quam incerta via sit quantitatis inquirendae mensura. Et ob eam rem ipse Aristoteles in metaphysicis dicit, tempus & motum non per se, sed casu & per aliud quantitatis esse, sicut album, & musicum quanta sunt, non per se, hoc est non per formam suam & essentiam, sed per subiecta, in quibus sunt. Nam candor est in corporis extremitate, quae per se quanta est, musica est in homine, qui corpus habet per se quantum. Ita tempus & motus per aliud quanta sunt, quia non eorum naturam sed res alias spectantes, & intendentes quanta esse iudicamus. Siquidem ut haec ad quantitatis adhibitam definitionem referantur, tempus non habet per se partes, sed per motum, quae ex parte notatur, in motu prius & posterius, quae motum in partes distribuunt. Motus autem partes habet non per se, sed per id, in quo motus fit. Non enim manat motus, nisi per res quantitate praeditas. Cum autem tempus per motum partes habeat, quantumque sit, motus autem per veras quantitatis formas, propius motus ad quantitatem, quam tempus accedit. Itaque potius motus quam tempus quantitas esse videtur. Quare, qui tempus numerat in quantitatis formis, ratio non est, cur motum excludat. Locum autem nullam in metaphysicis

Tempus,
& locum
non esse per
se quantita
tis formas.

Aristoteles mentionem facit: tamē per se non est quantitas, sed per extremitatem, ex qua locus appellatur, quæ ambit illud, quod in loco positum esse putatur. Sicut autem quantitatis est, ut habeat partes, ita ut illæ sint inter se distinctæ, atq; separatæ. Quod vñ non venit rebus alijs, quæ quantitate vacant, ut anima vires, & tanquam partes habet, lumen item & candor, & aliæ res minime tamen inter se distinctæ sunt, aut vñ loco separatæ: sed confusæ potius, atque permixtæ. At in corpore extremitate & linea partes omnes sunt loco diuisæ. Ex quo fit, ut solus sit quantitatis per se vique sua extendi & expandi, alijs rebus per quantitatem accidit. In numeris verò si non loco sunt distinctæ, separatæ tamē sunt atque seiunctæ. Nam id ratio postulat quantitatis secretæ. Vetus illa doctrina est, & à philosophis Aristotele auctore frequenter vituperata nihil esse quantitatis contrarium. At par & impar de Arist. sententia contraria sunt: tamē ad nullum genus nisi ad quantitatem spectant. Quare dicendum est formis quantitatis nihil esse contrarium. Non numerus numero contrarius est, neque corpori corpus, neque lineæ linea Cuius rei causam in capite de substantia reddimus. Quemadmodum verò genera & species substantiæ inter se contraria non sunt, generum verò differentias diximus esse contrarias. Ita & in quantitate iudicandū est, ut par & impar: quia numerorum sunt differentia contraria sint inter se ipsi vero numeri & aliæ quantitatis formæ minime, & in hoc magis ad contrariorum naturam accedunt, quam substantiæ differentia. Quod sub eodem pro-

ximo genere inter se commutatur. Numerus enim par in numerum imparē transit, & è contrario. At animal rationis compos non mutatur in rationis impos, neque è contrario. Quia verò quantitatis formis nihil est contrarium, & pari & impari nullum interijcitur medium, fit ut illud magis & minus nullo pacto in quantitate reperitur. Neque enim est vna quantitas magis, quam alia quantitas. Illud etiam est quantitatis maximè propriū, ut res equæ & inæquæ, magnæ & paræ, multæ & paucæ propriè propter quantitatem dicantur, translata verò ex similitudine quatarum rerum ad res alias accommodentur. Et ut multa in pauca conferamus, quidquid in corporis participem substantiā ratione corporis cadit, causa quantitatis conuenit. Itaque si graue, si leue, si album, si nigrum, si calidum, si frigidum, si lenè, si asperum, si deniq; quidquid aliud quatenus corpus fit in corpore cadit, id pertinet ad ipsam ratione quantitatis. Illud autè proprium est solius quantitatis coniunctæ, ut partes, quas habet situm inter se, & collocationem habeant. Nam in lineæ plano & solido corpore explicari potest, quo loco pars vnaquæque sit, & qua cum parte coaptetur. Contra vero illud est seiunctæ quantitatis, maximè propriū, ut sicut inter se partes apte non sunt, ita nullum situm habeant. Neque possit vñ modo significari, quem locum singulæ partes obtineat. Est enim sicut diximus quantitas seiuncta materiæ sua natura expers.

In quantitate verò multæ scientiæ & artes versantur, quas mathematicas appellant. Multi tamen non præsertim Mathematici contentunt

In quantitate magis & minus non reperitur. Quid sit quantitatis maxime proprium.

Quot in quantitate scientiæ & artes versentur.

Solius quantitatis est per se expandi.

Quomodo in quantitate contrarium.

dunt distinctas esse scientias Arithmetica, quæ de seiuncta quantitate agit & Geometriam, quæ de coniuncta & vtrâque per se sigillatim esse tradendam, quod si fiat multa repetere cogetur illarum auctor. Nam eedem multæ sunt vtriusque artis sententiæ & demonstrationes. Tum vitiosum est demonstrandi genus demonstrationem, quæ potest de toto genere esse ad singulas species traducere, ut si quispiam demonstraret singulas per se tres formas trianguli habere tres angulos pares duobus rectis, cum de toto triangulorum genere id posset docere & ostendere. Ita vitiose de quantitate disiuncta deinde de coniuncta dicitur, quod de toto quantitatis genere dici potest. Quare non merito suo Euclides à nouis mathematicis reprehenditur quod Geometriam, & Arithmeticam non distinctè, sed vtrâque simul tradidit.

Ei autem parti, quæ de numeris differit, subiicitur alia scientia, siue ars, quæ de numeris agit sono perceptis, quæ musica nominatur. Ei verò, quæ de lineis, subiicitur illa, quæ lineas tractat, quæ sub aspectu cadunt, quæ præspectina nuncupatur. Alij verò, quæ corpus solidum persequitur, adiungitur illa, quæ circa machinas libram, cocleam, veltrem & alias versatur. Quibus & illa adiungi potest, quæ non demonstratione sed sensu & ex eo quod foris apparet iudicat, quod melius & magis decorum sit: quam nominat Architecturam, licet ea pars quæ horologia persequitur vera demonstratione procedat. Architecturæ igitur tres sunt partes, vna, quæ de edificatione, alia quæ de gnomone, tertia, quæ de machinis differit. Alia quan-

titas reliqua est, quæ mundum vniuersum id est cælum & orbem terrarum amplectitur, in qua cernitur illa scientia quæ Cosmographia dicitur: cuius duæ sunt partes altera astrologia, altera geographia. Astrologia cælum & sydera, & stellas præsertim planetas tractat, & docet eorum verum locum inuenire, & quantum inter se & à terra distent, & alia quæ cum istis cohærent. Geographia verò illas, in quas diuiditur orbis terrarum quinque plagas, quas Græci Zonas appellant exponit: & eas regiones quas homines incolunt describit & in prouincias flumina montes vrbesque distribuit. Hactenus de quantitate.

Cap. 4. De qualitate.

Qualitatis adeo ea natura est, ut rei subiectæ modum imponat ut vix aliquid subiecto attribuat quin qualitate aliqua ratione referat, & ob eam rem substantiam ipsam communem quale significare tanquam quale quid dicere existimauit Arist. Quod in his enunciationibus Petrus est homo vel animal subiecto Petro modum constituat, modumque quo sit exprimat. Veruntamē quia hæc subiecti modi, & attributi representatio mente solum fit, ubi ipsa viget enunciatio, re verò non subiecti modus sit, sed potius quid totum & vis eius vniuersa & quasi potus efferatur. Hæc qualitatis ratio ad hoc rerum genus, de quo dicere instituimus non spectat. Potius eius affinis est illa qualitas, quam præ se generis differentia præferre docuimus. Nam in naturæ rei definitione

Qualitatis natura.

tione declaranda genus materia, differentiam, formam, & qualis illa materia sit perstringere diximus. Quia tamen hic modus rei essentiam ac totam substantiae naturam conflat: huius loci non est in quo non substantiae, sed qualitatis genus persequimur. Quare modus ille atque prescriptum nunc in cognitionem venit, quae constitutae substantiae succedit. Quod autem dialecticorum vulgus Aristoteli auctore, qualitatem esse declarat, ex qua nominamur quales non recte res per se ipsam exponitur, nam rursus in eadem salebra haeret oratio. Cum igitur qualitas sua natura modum rebus adiungat, ex varijs modis, quibus res affici solent, varia qualitatis genera deducuntur. Nam vel modus, qui succedit perficit vel inficit naturam. Quacunque ratione fiat unum existit qualitatis genus, quod habitus dicitur, qui est qualitas permanens, & quae difficile commutatur, ut virtutes & scientiae, vitia & errores inueterati atque diuturni. Huiusmodi enim qualitates aegre depelli distrahi que possunt. Quod si modus nullum commodum vel incommodum rei naturae afferat, sed vim ad agendum vel patiendum tribuat, alterum existit qualitatis genus, rerum vires complectens, ex quibus valida, fortes, robustae nominantur, hinc remi, validi, ad resistendum patiendumque, homines valentes ad pugnam, acuti ad intelligendum, ingenio praestantes. Ad hoc genus denique pertinent omnia artificum instrumenta, ut ferra, malleus, calamus & acus. Durum etiam dicitur, quod vim ad resistendum habeat. Sin autem modus quo res afficitur sit, vel actionis, vel passionis exitus,

Qualitatem non recte dialectici definiunt.

Habitus qualitatis genus.

Rerum vires qualitatis genus.

utroque modo illae quantitates succedunt, quae patibiles appellantur. Ut dulcedo, amaror, acrimonia, frigus, & calor, quae in sensibus affectionem, & commotionem efficiunt. Candor autem, & atror, duplici de causa huiusmodi qualitates sunt, & quia mouent oculos, & quia ex corporis commotionibus perturbationibusque sunt ortae. Sicut enim qui erubescit ruber fit, & qui metuit, pallidus, ita qui fuerit ad hunc modum naturae institutione commotus, simili afficietur colore, & is color, qui leui corporis commotione existet. Si corpus ita fuerit affectum a principio, naturae vi consequatur necesse est. Patibiles igitur haec qualitates sunt, vel quia sensus mouent, vel quia sunt ortae ex corporis commotione, quae primo corporis ortu accidens durat, ac perseverat. Si tamen modus non ad rei naturam, sed ad eius quantitatem accedat, forma, vel figura, quartum qualitatis genus extat: formam appello, quam ipsa natura postulat, ut hominis, leonis, turris & mensae forma. Figura, quam non natura, sed ipsa modo quantitas postulat, ut triangulum, quadrangulum, sexangulum, orbis, pyramis.

Hoc autem rerum genus recipit illud magis, & minus, quod neque cadit in substantiam, neque in quantitatem, cuius rei oportet rationem intelligere: ut planiora nonnulla fiant, quae deficiunt videntur. Diximus esse quantitatis proprium ut extendi & latius patere possit. At qualitatis proprium esse ponimus non extendi sed intendi, non latius patere, sed in eadem latitudine augeri, & minui. Nam album eisdem eius

Modus qui est actionis vel passionis exitus qualitatis genus.

Modus quantitatis qualitatis genus.

Qualitas cur recipiat magis & minus.

eius partibus magis album, & minus album fieri videmus, magis etiam atrum & minus, magis calidum & minus frigidum, & ita alia. Nihil autem est magis quantum, quam aliud. Non est autem hoc maxime proprium qualitatis, siquidem minime quadrat in omnia qualitatis genera. Nam quae formae sunt & figurae subiecta nullam recipiunt remissionem, aut in crementum, neque enim quod est quadratum, magis quadratum esse potest: neque aliud quadratum magis est, quam aliud. Idem de triangulo & orbe dicam, neque domus vlla magis est domus, quam alia, neque statua, neque arx. Sed opere pretium est, causam inuestigare, cur id in aliqua genera conueniat, in alia non conueniat. Sed ex eo ex quo nos intelligimus vehementiorem vel remissionem qualitatem esse, deducemur ad huius rei causam intelligendam. Quae multos philosophos & metaphysicos laetit, licet eam suis libris aperire conati sunt. Illud autem cognoscimus ex effectis. Ut hoc dicimus quam illud esse candidius, quod magis separatur aspectum: hoc magis calidum, quod magis calefacit, illud frigidius, quod maius incutit frigus, hic viribus valentior, quod plus viribus praestat. Hic in aliqua re sapientior, quod citius, & facilius in re illa sapientiae munere fungatur, hic maiore virtute praeditus, quod libentius officium exequatur. Nec, si res omnes lustremus, alia ratione in notitiam intentionis & remissionis venire posse cognoscemus. Ex quo fit ut illa modo qualitas intendi & remitti possit, ex qua vlla possit oriri actio, cuiusmodi sunt primi, secundi, & tertij generis qualitates. Ex quarto

Quae qualitates intendi possint, & remitti.

vero genere sicut nulla manat actio, ita illud magis & minus respicit. Forma enim & figura, sicut nihil agunt, ita neque intendi, neque remitti possunt. Ex hoc etiam planum fit. Quomodo qualitatis intentio & remissio fiat, de quo inter theologos grauisima, & nunquam satis explicata quaestio est. Nam si vis omnis intentionis & remissionis posita est in aliqua actione reddenda, perspicuum est in crementum qualitati accedere, si propinquius & vecinius subiectum actioni fiat, hoc est aptius, promptius sit ad actionem reddendam. Quod assequitur vel contrario, vel eo quod impedimento est abijciendo. Sicut enim exempli gratia de albatio, & calefactio est a contrario in contrarium, quia frigus & nigror exterminatur, & calor & candor comparatur. Ita hi motus continuantur, quando color, & candor intenditur. Quare etiam est a contrario in contrarium, id est in eiciens do vno contrario & altero acquirendo. Quod si ita progrediens contrariorum motus nullum iam contrarium, aut impedimenti vestigium relinquit, ad summam intentionem peruenisse putamus. De quo dicere solemus nihil amplius desiderari, aut ipsum esse frigus, vel candorem, significantes nihil contrarium, aut impedimenti reliquum esse sicut in ipso frigore, vel candore a subiecto seiuuncto, nihil contrarium residere potest. Id quod nonnulli theologo barbarè nominant magis in subiecto radicari licet explicare nequeant, quid sit radicari. Nam quisti quid sit, respondent esse magis informare, neque ultra esse quaerendum quoniam veteres hac erant explicatione contenti. Alij dicunt qualitatis intentionem

Quomodo qualitatis fiat intentio.

nem

nem confici, ex eo quod eius gradus gradui adiungatur. Sed quo pacto illi possunt gradus distingui in eodem subiecto coherentes? Non enim specie distinguntur, cum ab eadem forma fuerint profecti, numero verò tantum distant, quod subiecti numero differant. Iam verò aut secundus gradus est eque, aut magis intensus, quam primus, si æquè quomodo intenditur, illo primus? Si magis non vnus erit gradus, vt secundus dicatur, sed duo aut vnus cum dimidio. Rursus ergo eadem quaestio redibit de illo vno, qui secundo loco succedit. Deinde quaeram, cur gradus consequentes magis ac magis intenduntur, quam præcedentes. Quod argumentum valet aduersus illos, qui putant incrementum fieri, quod gradus subsequentes intentiones expellant, atque distrahant præcedentes remissiones. Huc accedit, quod absurdum sit existimare rem vllam non à contraria atque dissimili, sed à simili eiusdem que prorsus naturæ tolli, & euerri posse. Quid enim absurdius quam frigus pellere frigus, & calorem eximere calorem putare. Illud tamen ad nostram sententiam illustrandam oportet explanare: si quispiam interrogaret, qua nam re aptius, & paratius subiectum fiat ad actionem reddendam. Numquid alio & alio calore excitato ab agere, quod nihil aliud agit nisi calefacere. Etenim si hac ratione aptius subiectum fiat ad calorem præstandum, tota de gradibus difficultas, quam reiecimur, redibit. Sed quemadmodum frequenti alicuius demonstrationis repetitione, nihil amplius scientiæ comparatur, intenditur tamen scientia, quia magis habilis & aptus homo fit ad

scientiæ munus præstandum. Item crebra tractatione eorundem modorum, numerorumque musicorum, musica parit intentionem, licet nihil nouæ musicæ acquiratur. Ita fouet ignis calorem, quem impressit, vt augetur, licet nullus nouus ignis excitetur. Illud igitur magis, & minus ad subiectum pertinet, in quod cõuenit magis vel minus qualitate affici. Quæritur etiam licet nihil explicet in categoria qualitatis Arist. vtrum separatæ qualitates accipiant intentionem & remissionem vtrum candor & atrox, & virtus sit vna magis, quam alia. Sed ex eodẽ principio hæc quaestio facile potest expediri. Quoniam cum ex vehementiore vel remissione actione incrementum vel remissio qualitatis percipiatur, separatæ verò qualitates nihil agant, sed concretæ nullum reperiri potest vestigium, ex quo deprehendatur minui vel augeri qualitatem separatam posse. Quod autem maior vel minor scientia dicitur, ex similitudine quantitatis dicitur hæc dicendi ratio, vt sicut illa linea, & illud corpus maius vel minus dicitur, quod magis vel minus extenditur, latius vel angustius patet, ita illam scientiam maiorem vel minorem nominamus, quæ ad plures vel pauciores patet, vel res, vel propositiones. Ita maior & minor pulchritudo & valetudo, nam vtraque res multas alias postulat, vt perfectissima sit. Quæ igitur harum plures habet maior est. Sed non huiusmodi incrementum hoc loco quaerimus, neque de extensione, sed intentione differimus. Maior autem iustitia vel virtus appellatur, quod is in quo est, perfectius officio fungatur.

Qualitas separata nec augetur nec minuitur.

Valde

Qualitatis quædam forma si remittantur, vel augetur, mutantur generibus.

Valde tamen considerandum est, quod illa qualitatis genera, quæ magis illud vel minus sibi adiungunt, ex eo in varias partes & species distribuuntur. Nam quædam formæ sua natura illud magis, ita flagitant, vt si remittantur, in aliud genus qualitatis transeant. Primum enim qualitatis genus habitum esse posuimus, quem qualitatem esse diximus permanentem, & quæ difficile mutatur. Quare quæ facile mutatur, non erit habitus, sed aliud qualitatis genus, quippe quod modus sit, vel accommodatus, vel non accommodatus ad naturam, vt frigus vel calor, qui facile adest vel abest, minime putatur habitus, sed affectio potius, vel incoatio commodi, vel incommodi morbus, & integra valetudo, febris & item alia, quæ facile dissipantur. Quod si febris aut alius morbus diuturnior & longinquior fiat, iam non affectio, sed habitus potius est. Calor itaque, quo febris afficit breuis vel diuturna, nihil in genere caloris differunt: in genere tamen affectionis specie inter se distant. Siquidem diuturnior affectio habitus est, breuior autem incoatio, vel leuis affectio. Idem in secundo qualitatis genere perspici licet, nam vt valentes dicuntur, qui vi magna ad aliquid agendum vel patiendum præditi sunt, ita contrario nomine improbetes, imbecilli, & ignaui, qui sunt exigua vi & parum valent. Quare communis ipsa omnium loquendi ratio, quæ ex illo magis & minus nomina contraria ducit, docet nos in eodem genere species contrarias effigere, non in genere quidem qualitatis, quam nihil hæc differentia attingit. Sed in genere vis, atque potentia. Quemadmodum rationis par-

ticeps & expertus differentia si conferantur in corpus, nihil discrepat, vtrumque enim corpus est. Sin autem in animal transferantur, specie distantia dicuntur. Ita non qualitatis sed huius generis differentia sunt bona & mala indoles, virtutis & ingenij firmitudo & imbecillitas viriū valetudinis & animi, molles & duri, habiles & hebetes, acuti & tardi, & item alia, quæ ex vi & imbecillitate dicuntur. Eadem ratio valet in tertio qualitatis genere. Siquidem qualitates, quæ non permanent, licet sensus afficiant, aut ortum & originem habeant ab affectionibus, non habentur patibiles, sed commotiones, aut perturbationes nominantur, vt qui expalescit ex metu, aut pudore rubescit, non enim neque pallidus, neque ruber nominatur. Neque iracundus habetur, neque timidus, qui subito irascitur vel timer. In quartum verò genus, quia non cadit intentio & remissio, nihil simile reperitur. Aduersa etiam qualia sunt, vt iustus & iniustus, album & nigrum, calidum & frigidum, acutus & hebes. Quod consequi necesse est, si magis illud & minus accipiunt, vt alio loco exposuimus. Et item ex illis aduersis esse, inter quæ medium aliquod interijcitur. In quarto verò genere si cut non est illud magis & minus, ita non est repugnancia vlla: Illud etiam est maximè qualitatis proprium, vt ex ea res similes & dissimiles dicantur.

Qualia aduersa sunt.

Qualitatis maxime proprium.

Quæ qualitates propriam sibi disciplinam vendicent.

Ex his autem qualitatis generibus primum modò propriam sibi scientiam & disciplinam vendicat. Nam secundum genus, quod vires rerum, & imbecillitates amplectitur, ad eam disciplinam spectat, quæ res, quarum sunt vires persequitur, vt physica re-

re-

rerū naturalium vires exponet, Mathematica numerorum & aliarum quātitatum. Tertium qualitatis genus, quæ ex parte primas continet qualitates, quæ quasi instrumenta sunt rerum naturalium, quibus prima elemēta se inter se miscēt, & res alias efficiūt, à naturali phylosopho declarantur. Qualitas verò, quæ ab his ortē bene, vel malē res afficiunt naturales, cuiusmodi bonæ vel malē sunt valerudines, in medicinā cadunt. Reliquæ verò ab illis primis profectæ, circa quas sensus versantur, vt colores, odores atque sapes physici numeris sunt. Formā verò, atque figuram, quæ in quarto genere collocantur, mathematicus persequitur. Igitur illæ primi generis tantum reliquæ sunt qualitates, habitus & affectiones, vel incoationes. Ex quibus illæ tantum accuratam expositionem desiderant, quæ versantur in animo consilij, rationisque particeps. In quibus vniuersa de moribus disciplina cernitur. Cuius tres sunt partes, quæ hac ratione distinguuntur. Aut homo sibi moderatur, aut alij, si sibi de hoc Ethica differūt aut alij, tum vel familiæ vel reipub. si familiæ id æconomica docent, si verò reipub. hoc tractant politica. Scientias igitur, & facultates omnes numerauimus, quas ingenio, & industria nostra cōsequi possumus, eisque munera sua & officia distribuimus. Multa vero sunt, quæ nullis ingenij viribus inuenire possemus. Sed nobis sunt Dei opt. max. singulari beneficio tradita. Quæ sacrosanta scriptura Concilij & traditionibus maiorum nostrorum continentur. Ea igitur scientia, quæ res has methodo, & ratione disposuerit reliquis scientijs, artibus, & disciplinis

Moralis facultatis partes, quæ ratione distinguuntur.

est annumeranda, quæ Thologia dicitur, cuius partes erunt res eas modo persequi, ad quas nulla diligētia & humana solertia peruenire possemus. Hæc de qualitate.

Cap. 5. De eo, quod est ad aliquid.

Sequitur aliud rerum, genus quod ritē ab Aristotale *πρὸς τὸ* ad aliquid vocatur, neque enim melius alio verbo eius natura exprimi potest. Nam alia rerum genera extra se non egrediuntur, suis se cæcellis continent, se curant, se respiciunt: hoc autem genus extra se totum positum est. Ex alio à se longè diuerso tota eius natura pendet. Pater enim non est, nisi filius sit, neque duplum, si desit simplum. Quare non nulli putarunt hoc genus non esse rerum. Quod hæc rerum diuersarū collatio mente & animo potius, quàm re fit. Etenim munere & officio rationis solū res inter se diuersæ cōparantur. At Pater est & filius, est albus etiam albus simili, quauis nulla mētis opera & auxiliū intercedat. Quæ obrem verum quidem est, comparationem non nisi mente compræhendi, non tamen verum est, non nisi mente esse. Alij putarunt hoc rerū genus non esse ab alijs distinctum, sed per omnia genera manare, & omnibus rebus esse mistum. Verū tamen licet cōparatio & ad aliquid esse in omnibus rerum generibus reperiat. Nam substantia similis substantiæ est, homo etiā hominis, quātitas quantitati æqualis, dupla vel tripla, qualitas qualitati similis. Tamen inter se conferuntur, non quatenus aliorū generū, sed quatenus huius generis sunt, vt substantiæ non quatenus substantiæ similes sunt, sed qua-

Theologia minus.

Eorum quæ ad aliquid natura.

Diuisio eorum quæ ad aliquid.

quatenus in ijs sunt quæ ad aliquid referuntur, quam rationem in alijs generibus obseruare licet. Ea verò, quæ ad aliquid referuntur, vel eiusmodi sunt, vt eorum omnis vis atque natura in eo posita sit, vt aliorum esse dicantur, vel eiusmodi, vt se totē (vt ita dicam) non effundant, sed aliquid sibi retineant, & aliquo modo ad alia affecta sunt, prima maxime propriè referuntur, secunda non ita propriè. Prima sunt, vt simile æquale, pater & filius, duplum & simplum & huiusmodi alia. De quibus vera non est nonnullorum Thologorum opinio, vt opinentur ea, quatenus accidentia sunt, aliquo modo subiectum afficere, aliquidque in eo ponere, sicut candidum & calidum. Quod nullo modo conuenire potest cum eo, quod ipsi, ex Aristotel. doctrina tradūt, vt quicquid hæc sunt, aliorum esse dicantur. Nā aliquid ipsi docent, id esse, quod non alterius, sed sui ipsius sit, sibi; id & suo subiecto vendicent. Deinde si vera hæc esset sententia, nullus verus esset modus, quo hæc à secundis illis, de quibus mox dicemus distinguerentur. Iam verò absurdissimū esse videtur, aliquid in me accidens nasci putare ex eo, quod alteri similis, vel æqualis, vel aliqua proportionem respondens euadam. Totque in re quacunque alba vel nigra res esse distinctas, suæ similitudines illæ sunt, suæ aliud, quod res sunt in orbe terrarum, vel albe vel nigre, quibus similes illæ sunt aut dissimiles in candore vel a trote. Non enim dicere possunt, vna similitudine omnibus alijs esse similes, neque rursus pluribus. Nam si vna numero. Potest igitur accidens quod semel emanuit, idem rursus omnino redire. Quod nidi-

cultum incommodum est, vt si tollatur similitudo, quod alterum simile perijt, si aliud existat, vel si pater primo extincto filio, alium postea suscipiat, vna eademque numero, quæ antea erat similitudo, redibit, & patris ratio. Nam si alia, igitur erat alia & alia cum simul essent, si numero eadem, & extat alio nato filio, eadē ergo numero, quæ perierat exiliet. Nec possunt etiam dicere multas similitudines, multasque æqualitates inesse in quacunque re, quibus alijs multis rebus conferatur. Nam illud omnibus philosophis & metaphysicis pro comperito est, eiusdem speciei accidentia numero posse differre, si numero differentibus subiectis adiungantur, in vno igitur eodēque subiecto non possunt multæ æqualitates multæque similitudines differentes esse. Maneat igitur hoc genus eorum, quæ cum aliquo cōferuntur, nihil afferre subiecto, sed totum id quod sunt alteri dare. Itaque candore alteri me similem esse nihil aliud postulat, nisi rem aliam candidā esse, & simul atque alia candida est nulla re alia, nisi meo candore ei similis sum. Ita pater est quisquā simul atque ei filius nascitur, nulla re alia in eo orta. At dicunt accidens esse inesse. Hoc est accidentia omnia substantia nituntur, & per substantiam sunt. Sed non eodem modo omnia in eam conueniunt. Nā alia afficiunt, hoc autem genus ad aliud tantum afficit, & quidquid est alteri tribuit. Aliud autem genus (vt diximus) partim subiectum afficit, partim ad aliud refertur, vt scientia. Nā scientia & subiectum imbuatur, & ad illud refertur, circa quod versatur. Ita sensus subiectis accommodatur, vt illud assequantur, quod sensu per-

Secundum eorum quæ ad aliquid.

percipitur, vires etiam res habet, ut actiones praesent. Quomodo autem hoc genus non quidquid est ad aliud refertur, sed aliquid subiecto admouet, ita illud, ad quod refertur, non pendet totum ex eo, cum quo comparatur, sed esse potest sine illo: ut scientia & hominem afficit, & est ad id, in quo ipsa versatur affecta, neque sine illo esse potest, id autem, in quo versatur esse contingit sine scientia, multa enim sunt, quae sciri possunt, quorum nulla scientia est. Quare scientia re ad id, quod sub scientiam cadit, refertur, quandoquidem non potest villo modo sine illo constare. Quod vero sub scientiam cadit, non re, sed mente, & cognitione potius, cum scientia confertur. Quod enim re non est, referri re non potest, at scientiam contingit non esse, licet sit illud, de quo scientia esse potest. Per se igitur & vi sua, non postulat id, in quo scientia cernitur, ut ipsa scientia sit. Quare non re, sed ratione sua natura cum scientia comparatur. Ea igitur, quae cum aliquo conferuntur, ut re conferantur, ita esse oportet inter se affecta, ut simul atque vnum sit, aliud esse necesse sit, quod si eorum alterum, vel vtrumque, non est comparatio, quae fit non re, sed mente consistit, ut si meum auum me priorem natum fuisse dicam. Debent etiam esse, quae inter se conferuntur, aliqua ratione inter se distincta, quod re conferri putentur, secus enim neutrum ad aliud esset, ut huius generis natura postulat. Quocirca eadem numero non re, sed ratione comparatur, ut si dicam, idem ego ille, idem inquam ego, & eundem alium esse qui fuerat. Eadem vero genere, vel specie esse, re vera contingit, quod

Eadem numero ratione comparantur.

numero inter se differre possunt. Quare scientia reuera confertur cum eo, quod scientia tractatur, sensus item cum eis, quae sensibus sunt subiecta, & item alia, quae sua natura non possunt esse sine illis, ad quae aliquo modo sunt affecta. Quae quia sicut dixi aliquid subiecto praesent in quo sunt, aliquid etiam eis, cum quibus conferuntur, quae ex parte subiectum afficiunt, potius ad qualitatem, vel ad aliud genus pertinent, quam ad hoc. Ex hac ergo parte, scientia, sensus, & alia in qualitatibus numerantur. Quae vero ex parte ad aliquid sunt, & aliquid tribuunt eis rebus, quae scientia, & sensibus attingimus, in hoc genere reponuntur. Ex quo illud consequens est, quod illa collatio cum subiecto, in quo aliquid est, non est huius generis, ut si dicamus accidens referri ad illud subiectum, in quo inest. Nam quae referuntur contraria sunt, ut exposuimus, non est autem accidens contrarium suo subiecto, quo nititur & per quod est. Quare non recte referri dicitur caput, manus & alia pars ad illud cuius caput manus & pars est. Sapienter autem Aristoteles sedes omnes relationum ad capita quaedam, & quasi fontes reuocauit. Quaedam ex numero ducuntur, & ex numeri affectionibus, ut ex vno dicuntur idem, & quale, & simile. Nam quorum vna est essentia, eadem sunt, quorum vna quantitas, paria & aequalia, quorum vna qualitas, similia. Ex numeri affectionibus, ut duplum ad simplex refertur, triplum cum triente comparatur, & vno nomine multiplex cum quora eius parte, ut sesquialterum cum subsesquialtero. Dicitur etiam ad aliquid affici ex vi effi-

Capita relationum.

efficiendi, & accipiendi, ut pater ad filium, causa ad effectum. Quae quidem dicuntur ex eo, quod ante factum & acceptum est, ut pater ex eo, quod filium procreauit, filius ex eo, quod genitus est. Ita de causa & effectu dicendum: ut quod calefacit, cum eo confertur, quod calet. Petitur etiam relatio ex modo, atque mensura. Ut id quod scientia, & intelligentia continentur, scientiae mensura est. Veritas enim & scientiae ratio ponderatur, & metitur ex eo, quod apta sit vel non apta rebus, de quibus differit. Ita quod venit in sensus, vim & facultatem sensuum metitur. Ex eo enim quod attingant, vel non attingant, quod sensibus proponitur, eorum facultates cognoscitur. In his igitur tribus locis sedes omnis eorum, quae cum aliquo conferuntur posita est.

In ijs, quae sunt ad aliud nihil est contrarium.

Si iustremus autem animo omnia, quae cum altero conferuntur, non videtur in eis contrarium villo modo reperiri posse. Nam patri & filio simplo & duplo, quid aduersum esse potest: vitio vero licet repugnet virtus, ignorantia scientia, id eis vni venit, quatenus qualitates sunt, non quatenus ad ea sunt, in quibus cernuntur. Simili vero dissimile non aduersatur, neque inaequali aequale. Contraria enim, quae dicuntur aduersa in eadem rem non conueniunt. At simile & dissimile, aequale & inaequale in eodem dicuntur, si cum diuersis conferantur, sicut magnum & paruum, multum & paucum.

Illud autem valde mirum esset in hoc rerum genere, quod cum contrarium respuat, illud magis &

minus admittat. Si sola sui mutatione fieret, & non etiam sedis in quo est, capitisque ex quo deducitur. Siquidem illa, quae in qualitate intenduntur, & remittuntur, sola sui mutatione contenta sunt. Ut candor & atrox per se sola mutantur in remissione & intentione. At ea quae cum aliquo conferuntur, non solum ipsa, sed etiam id, in quo insident, mutandum est, ut illud magis & minus suscipiant, ut enim aliquid similius sit, vel dissimilius, non modo ipsum simile, sed etiam id ratione cuius simile redditur mutandum est, ut accrescat, vel minuatur similitudo. Pauca tamen genera eorum, quae ad aliquid sunt, illud ferunt magis & minus. Nam duplum, triplum, pater & filius nullam, neque intentionem, neque remissionem suscipiunt.

Omnia vero, quae in hoc genere reponuntur reciprocantur inter se, ad hanc rationem. Ut pater filij est pater, vicissimque filius patris est filius, item seruus domini est seruus, dominus etiam serui est dominus, & duplum simpli duplum, & simplex dupli est simplex, maius est minore maius, & minus maiore minus. Scientia item eius rei, quae sub scientiam cadit, est scientia. Et res, quae sub scientiam cadit alicuius scientiae est sub quam cadit, & sensus alicuius est, quod sensu percipitur. sensus. Et quod sensu percipitur alicuius sensus est, a quo sensu percipiatur. Eadem est caeterorum ratio. Illa vero, quae cum aliquo ita conferuntur, ut quidquid sint alterius esse dicantur simul natura sunt, & se inter se tollunt, sic, ut vnum sine altero esse

Magis & minus quomodo in relationibus reperiatur.

Quae sunt ad aliud reciprocantur.

Simul natura sunt quae inter se referuntur.

H non

non possit. Vt si duplum sit, simul simplum esse necesse est, & simpli sublato nihil loci duplo relinquatur. Ita inter se affecta sunt pater & filius, seruus & dominus, & cætera huius generis omnia. Aliud vero genus eorum, quæ sunt ad aliud, quæ non quicquid sunt alteri præstant, sed aliquid sibi relinquunt minimèq; hac ratione inter se comparantur. Non enim si aliquid est, de quo scientia esse possit, continuo scientia est. Nam orbem in quadratum redigi posse, scientia contineri posse demonstrant mathematici, minime tamen hæcenus vlla de illo scientia extat. Certum etiam est multarum rerum scientiam nondum homines consecutos esse, quæ scientia comprehendendi possunt. Ita lumen & varij colores antè fuerunt, quam vllum esset animal, quod illa posset intueri. Illud etiam consequitur naturam illius generis, quod quidquid est alteri tribuit, vt se inter se declarant & explicent. Ita vt qui vnus naturam probè cognouerit, alterius etiam cognoscere sit necesse, vt pater non cognoscitur, nisi filius cognoscatur, neque seruus nisi dominus, neque simplum sine duplo, & è contrario. Essentia enim & ratio vnus, quia ad alterum tota est, ex altero tota pendet. Ex quo fit, vt cum definitione declarantur, vnum eorum, quæ ad aliud, in definitione ponatur alterius. Ad hunc modum pater est, qui habet filium, filius qui habet patrem. Duplum est, quod simplum bis continet.

Sed occurreret fortè quispiam, quod hac ratione fit, vt res quæ definitur per se ipsam, definiatur & nomen,

Se inter se declarant, quæ referuntur.

quod definiendo declaramus, in definitione ponatur: quod absurdum & vitiosum esse dialectici demonstrant. At hoc tandem contingere apparebit. Si definitiones loco rerum quæ definiuntur ponantur, in exprimenda natura vtriusque eorum, quæ cum altero conferuntur. Nam si pater est qui habet filium, & filius qui habet patrem, ergo pater est, qui habet eum, qui habet patrem. Sed quod esset in alijs rebus definiendis vitiosum, in ijs autem definiendis, quæ cum altero comparantur, vitio vacat, quod earum natura & essentia in eo posita est, vt ad aliud affecta sint. Et licet vnum eorum quæ ita dicitur non sit clarius & planius alio: tamen exponenda definitione vnus ex alio probè mutua inter ea comparatio, relatioque explanatur. Est tamen animaduertendum, non nulla huius generis eodem nomine vocari: vt idem simile & æquale, in his definiendis vnum non definitur per aliud, nam planum in præprou esset nomen quod definitur in ipsa definitione repeti, quod nullius aures probarent. Quare alia ineunda ratio est in his definiendis & alteri exponendis. Quæ sumi potest ex eo in quo sedem habent, vt æqualia sint quæ habent vnam quantitatem, similia quæ vnam qualitatem, eadem quæ vnam essentiam.

Hæc igitur dicta sint de ijs quæ ad aliud quid aliud sunt.

Cap. 6.

Cap. 6. Quid sit agere & pati.

EX ijs, quæ diximus in explicanda eorum natura, quæ cum aliquo conferuntur facile sex reliqua rerum genera explanabuntur. Non nihil enim in eorum natura est eorū, quæ ad aliud referuntur: imo in illo genere numerantur, quod non quidquid est alteri tribuit, sed partim præstat partim retinet. Duo igitur genera id est quintum & sextum rerum genus est agere & pati, quæ inter se quidem referuntur. Nam quod agit refert, quod patitur, & è contrario. Non tamen quidquid est in eo quod agit tribuit ei, quod patitur. Aliqua enim ratio residet in eo, per quam agere putatur: nam mouet aliquid infert, aliquid excitat. Non est autem id quod infertur, & excitat, sed quod infert & excitat. Ita quod patitur confertur cum eo, quod agit, tamen aliquid sibi seruat per quod patitur, & accipere iudicetur. Quod vno calefaciendi exemplo planum fiet. Quod enim calefacit, confertur cum eo, quod calet. Non enim calefaceret nisi aliud caleret. Minime tamen calefacere putatur ex eo quod ad id, quod calet referatur, sed ex eo quod residet in eo per quod calefacere censetur, quod non est calor, sed calorem potius imperitiri. Ita calefieri dicitur ex eo quod calorem percipit, non ex eo, quod calefacit comparatur. Quamobrè quod agit & patitur quatenus conferuntur, ad illud, quod dixi, genus pertinent eorum, quæ cum aliquo

Agere & pati quo pacto ad aliud referantur.

conferuntur. In eo quæ superant scientiam & id, quod scientia continetur, sensum & id, quod sensu capitur. Quod agere & pati re semper inter se conferuntur. Non enim quidquam agere potest nullo patiente, neque è contrario. Illa verò (vt iam explicuimus) non item. Quæ ex parte verò ad aliud non sunt, sed aliquid in vtroque in est, per quod aliud agat, & aliud patitur, in ijs rerum generibus reputatur, quæ agere vocamus & pati: & hac ex parte agere est res; quæ est causa pati verò res quæ est effectus, ex quibus ad rem & actionem conuersis extat vera causa & effectus ratio, quæ spectat ad ea, quæ quidquid sunt aliorū esse dicuntur. Itaq; agere & pati dum referuntur, ex genere sunt eorū quæ ad aliud si omnino comparantur, tanquam causa & effectus, ex vno eius genere, sin aliquo modo, tanquam quod agit & patitur ex altero eius genere. Quatenus verò hæc non referuntur inter se eo pacto, quod diximus duo rerum genera, & quasi capita constituunt. Agere verò & pati in finitis prope modis res omnes censentur, vt ex verbis constat, vulgari frequètique hominum sermone vsurpatis, quæ, vt dicunt grammatici actionem, vel passionem significant, quæ in compendium cogere, vel ad quædam capita reuocare, inuile credo: cum ipsa dent se se & sæpe in buccam veniant. De actione verò transeunte & immanente, vt quorundam metaphysicorum verbis vtar, multis alio loco egimus. Cum verò quidquam efficit, & aliud accipit eas formas, quibus aliæ repugnant, aut suscipiunt illud magis

Quæ ex parte agere & pati in rerum generibus ponuntur.

Quando agere & pati contrarium, & illud magis & minus accipiunt.

& minus, ipsis agere & pati aliquid contrarium est, & recipiunt illud magis & minus. Ut calefacere & frigidificare, calere & frigidificari contraria sunt, quia formæ, quas afferunt, & accipiunt, contrariæ sunt inter se. Calori enim frigus aduersatur, recipiunt etiam intentionem, & remissionem, quia calor & frigus intenduntur, & remittuntur. At scribere, legere, audire, docere, & alia multa non repugnant alijs, neque capiunt illud magis & minus, quia formas eiusmodi afferunt, quibus nihil aduersum est, neque intendi, aut remitti possunt.

Cap. 7. De quatuor reliquis generibus.

Quatuor genera quæ ratione ad aliud referantur.

Reliqua quatuor genera, id habent commune, ex quo facile declarantur, quod simili ratione ad aliud referuntur. Quam rationem animaduertere oportet, quod ex ea enim nullo modo pertinent ad genus eorum, quæ cum aliquo conferuntur. Siquidem ad subiectum hæc ita accommodantur, ut ex his subiectum dicatur, ut pater dicitur quis ex eo, quod cum alio conferatur, sciens ex eo, quod scientia sit de aliqua re imbutus. At ex hoc genere relationis, quod per hæc quatuor genera fluit, non dicitur subiectum in quo ipsa insunt. Quod ex singulorum declaratione facile cognoscetur.

Quando.

Sextum igitur genus rerum est. Quando quod quidem tempus innuit, sed non solum tempus. Nam aliud significamus dicentes quan-

do id accidit, quam si tempore accidit diceremus, multos enim later, quando aliquid acciderit, licet nemo dubitet tempore accidisse. Significat igitur quando non tempus modo, sed etiam tempus cum alijs temporis partibus comparatum. Temporis vero partes conferuntur, sumpto aliquo eius principio, dein de aliqua eius parte, quæ quasi mensura repetita reliquas temporis partes declarat. Hinc hora, dies, septem dies, mensis, annus, indictiones, annus vigesimus, trigesimus, centesimus, millesimus, & alij nominantur. Quæ non temporis, sed generis potius quando species ac formæ sunt, non enim annus sumendus est per se, neque dies, & aliæ temporis partes, sed ad vnum principium relata. Non enim querimus an die, vel anno, vel mense aliquid factum sit: sed quo die, anno, vel mense. Quod declaratur ex eo principio, quod sumitur, ut anno millesimo quingentesimo nonagesimo secundo, cum Christus natus est die quarta Augusti hæc scribuntur, anno sexto alicuius imperij, vel alicuius pontificatus, vel alicuius regni. Quando igitur sua natura confertur cum reliquis temporis partibus, non illud quod quando sit vel est. Declarat igitur temporis partem certo affectam ordine prioris, vel posterioris ad alias temporis partes, posterioris, ut anno centesimo antequam Christus nasceretur. Quia igitur quando, minime facit, ut id ad quod spectat ad aliud sit, non est illius generis, quod ad aliquid affectum sit. Ex hac etiam ratione. Vbi octauum gen^o, quid sit, cognoscem^o. Etenim vbi

Quando cum quo comparatur.

vbi.

Vbi natura

vbi non tantum locum affert, sed etiam locum quadam ratione ad alias loci partes affectum. Distinguiamus enim, loca aliquo sumpto principio, quo totius orbis partes inter se comparantur, & separantur: ut Hispania est orbis pars quæ magis, quam alias orbis partes ad Occidentem vergit. Aut quæ est propinquior Oceano, & Italia est ea orbis pars, quæ hac vel illa ratione protenditur in Mediterraneo, & ex hac vel illa parte vicina est Germaniæ, & Galliæ. Toletum est Hispaniæ pars. Augustiniana domus Toleti pars. Itaque vbi formæ semper describuntur, ex comparatione cum alijs locis. Vbi igitur refertur, non ad id quod continet, sed ad alias loci partes ex quibus intelligitur. Aliqui quando, & vbi genera declarare nequeunt, nisi commemorent illa, quæ de loco & tempore a physicis longa disputatione traduntur, & illam rationem, qua mathematici locorum tabulas describunt. Sed hoc non declarare, sed confundere, & obscurare potius est. Nihil enim magis rebus tenebras affert, quam si præposterè & alieno loco doceantur.

Aliud rerum genus est situm esse, quod positionem partium non inter se, sed in loco declarat. Dixi enim, cum de quantitate verba facerem proprium & insitum quantitatis munus esse, ut partes eius in quo est extendat, & inter se distantes efficiat. Hæc vero partium distantia, atque distributio, si ad locum referatur situm exhibet. Qui duplex est, alius natura datus, alius voluntate susceptus. Ut figura situsque partium, quem quodcumque

corpus natura obtinuit: ut quod homo pedibus ingrediatur, caput sublime erigatur, brachia pendeant manus deinde sequantur, quibus cibum ori suppeditet, & res alias sibi subministret, status denique celsus, & erectus. Alia item animalia pedibus manibusque gradiuntur, alia serpunt, alia volant, alia natant. Hic partium situs est naturalis: voluntate quæsitus, ut iacere, sedere, incubare. Est ergo situs partium dispositio in loco. Decimum & extremum genus est. Habitus qui corporis extrinseci applicatio est ad animalis, vel corpus vel corporis partem sic, ut aliud accipere aliud accipi dicatur, ut vestitum & armatum esse calceos caligas & togam habere anulum vel diadema. Vestis autem & alia ita cum animalis corpore conferuntur, licet externa sint, ut vestis accipi, animal accipere vestem dicatur, ex quo fit, ut inter vestem ipsam & animal quod eam habet habitus intercedant. Animal dico, quod aliarum rerum præter animal habitus non sit, nisi translatione & improprio loquendi modo.

His autem quatuor extremis generibus commune dicitur esse eorum formas inter se aduersas non esse, neque illud magis, aut minus sibi adiungere. Neque enim locus loco contrarius est, neque tempus tempori, hoc est, neque dies diei, neque annus anno, neque hæc esse indutum veste vlli, quod alia veste utatur. Neque etiam hæc cum illo magis & minus, villo modo copulabis. Difficile tamen demonstratur stare, & iacere non esse aduersa, cum distet maxime in eodem genere posita. Quod autem

Situs diuisio & natura.

Habitus.

Quid quatuor generibus commune dicatur.

*Contraria
& magis,
& minus,
in quatuor
generibus
reperiuntur.*

quidam dicit aduersa non esse, quod non sint ex primis qualitatibus, calido & frigido, humido & sicco ducta, nihil id refellit. Nam pars, & impar, aduersa sunt: licet ex primis qualitatibus non sint orta. Nec etiam valet ad hoc refutandum, quod dicit Gilbertus consequi, si hæc contraria essent, ut vni multa essent aduersa. Siquidem ei, quod stat, non solum aduersatur id, quod iacet, sed etiam id, quod sedet. At quod sedet, non maximè distat ab eo, quod stat, magis enim distat, quod iacet: Quare quod sedet non erit aduersum, sed interiectum medium. Magis etiam stare, & magis iacere dicimus. Hactenus ergo dictum sit de decem rerum generibus.

*Cap. 8. de ijs quæ varijs disciplinis
vsurpantur.*

Quoniam verò quæ de varijs rebus disputantibus vni veniunt, debet ipsorum naturam metaphysicus cognitam habere, aliqua oportet addere ad ea, quæ de rerum generibus disputata sunt. Licet autem Aristoteles, ex vario hominum sermone coniecturam faciens, variam & ancipitem esse statuerit prioris naturam. Ad vnam tamen, simplicemque rationem reduci potest. Ut prius illud sit, quod est vicinius principio, vel natura, vel voluntate constituto. Hinc priora loco, quæ propinquiora sunt loco, quem sibi quisque primùm designauit: contra verò posterius erit, quod ab eo longius distat. Ita tempore prius, quod temporis principio pro-

*Prioris &
posterioris
natura.*

prius accedit. Ut Abraham est prior Moysè: vel quod anni principio propinquius est, ut dies festus resurrectionis Christi, prius est quàm eius natale. Vel si tempus quod instat, & præsens est, principium esse constituo, prior est dies Christi natalis, quàm eius resurrectio. Digniores etiam priores esse putamus minus dignis. Quod in amplissima dignitate principium dignitatis reponimus. In ijs autem, quæ mouent priora sunt, quæ principio mouenti, & à quo cætera impelluntur, viciniora sunt. Ut in exercitu magister equitum, prior est tribuno, quod dignitate proprius dictatori accedat. Cognitione priora sunt, quæ magis appropinquant ei, quod prius cognoscitur. Ut principia priora sunt conclusionibus. Item si cognitio ratione fiat, priores cognitione sunt res vniuersæ, quàm singulæ. Sin autem sensu priores sunt res singulæ, quàm vniuersæ. Principium etiam existendi sunt, per quæ alia existunt. Quare potestate partes sunt priores toto, quod ex partibus componatur, re verò ipsa & effectu totum prius est, quod toto partes copulantur & in toto sunt. Posterioris autem natura contraria ratione ex hoc ipso intelligitur. Vtrunque enim ad constitutum principium refertur.

Extremum est in vnaquaque re extra quod, quidquid in re accipitur primum est.

Simul autem loco vel tempore sunt, quorum neutrum, neque prius, neque posterius est. Simul autem natura sunt, quæ reciprocantur inter se in quaestione, quæ de statu est, cum neutrum causa sit status, &

ortus

Extremum

Simul.


ortus alterius. Ita duplùm & simplùm maius & minus, pater & filius simul sunt: rationis autem compos, & quod vi est ad ridendum, non sunt simul. Quia licet reciprocantur in quaestione de statu, rationis esse

compos causa est cur vim ad ridendum habeat. Simul etiam sunt ea, in quæ genus aliquod distribuitur, ut rationis compos, & impos, in quæ diuiditur animal.

Didaci a Stunica Metaphysicæ

FINIS.

H 4



DIDACIA STVNICA

AVGVSTINIANI EREMITÆ LIBRI

QVATVOR, QVIBVS DIALECTICA

perfectè & eleganter declaratur.

LIBRI. I. Cap. I. De nominum & notionum ratione.

Dialectica
quid sit.

Dialecticam in metaphysicis esse diximus ratiocinandi artem. Quam doctissimè & acutissimè paucis exceptis tradit Aristoteles, obscurè tamè. Qua sua obscuritate à vera dialectica sophistas abripuit, & in quãdam inutilem, garrulam, prolixam, & lutulètam disciplinam demersit: què ingenij aciem ad ratiocinandũ & intelligendum non intendit, sed obtundit, non illustrat, sed perstringit. Nos ergo Aristotele duce & prælucente naturæ vi hominibus à natura data, hanc artem ita explanabimus, vt homines, vel mediocri ingenio, magnos ex ea fructus ad intelligendum percipiant. Quoniam homines igitur, quæ intelligunt verbis declarant, ex modo loquendi intelligendi rationem cognoscemus. Sicut autem sermo interdum veri & falsi expers est, interdum alterutrum adesse opus est. Verba enim simplicia, vt homo, leo, currit, doctus, sapienter, nihil veri aut falsi afferunt: at si homo incedit, leo currit, vir doctus sapienter disputat, dixeris, verũ aut falsum enũciaueris necesse est. Ita quod mète concipimus, aliquando à vero & falso abest, vt si hominem vel leonem per se intelligas: aliquando alterutrum inest, vt si hominem loqui, leonem fugere cogi-

Ex modo loquendi rationem cognoscitur.

tes. Verba igitur, quæ nihil falsi, aut veri continent, aut simplicia sunt, aut coniuncta, simplicia, vt equus, coniuncta, vt equus albus. Verba vero simplicia, aliquando per se significant, neque ex alio, vel alijs verbis pendet, id quod declarant, vt animal, homo, corpus. Aliquãdo verbi significatio alio vel alijs verbis completi desiderat, vt albus, nisi hominẽ columbam, vel aliam rem adiugas, pendet eius significatio & aliud verbum sibi adiungi postulat. Quare adiectio vocatur à grammaticis, ita etiam sapienter, omnis, & valde, & alia partes orationis, quæ nec nomina, neque verba sunt: vt autem verba rectè notitijs respondeant, oportet omnem ex eis ambiguitatem remouere, secus enim aliud intelligetur, & aliud enunciabitur, & ita verbis facilè decipiemur. Vt si canem nominẽ, dubitari adhuc merito potest, vtrũ cum qui latrat, an qui natat, vel in cælo est, intelligam. Item si sanctum Nicolaum dicam, non satis constat vtrum episcopus, an vero eremita sit. Alia etiam ambigua verba sunt, quæ simplicia magis imitantur. Quod ex vno ducta sint, cuius similia sint, vel ad quem referantur. Similia sunt, vt flãmæ amoris vel inuidie, ex similitudine petite flãmaram ignis. Item miseriarum rami. Ad vnum referuntur, vt sanũ cum de vrina vel de cibo dicitur, quod

Ambiguitas remouenda est vt verba notitijs respondeant.

Quor modis ambiguitas in verbis sit.

quod ad vnū animal spectent, quod sanā proprie nominatur, quod eius sanitatem vel indicent, vel efficiāt. Quacunque igitur ratione verbum ambiguum incidat, vt duā differētes sententiā accipi possint, cauendum est dialectico, cui non orationis ornatus, sed rerum notitia proposita est.

Cap. 2. De nomine, & verbo.

IN simplicibus autē verbis, quae per se significant, nomen & verbum numerantur, in quorū explicatione, dialecticus à grammatico differt, quod grammaticus per se voces persequitur, dialecticus non per se, sed quae ex parte ex illis modū notionis & notitiā cognoscimus. Quare cum Aristoteles in declaranda nominis, & verbi natura vocis ex instituto significatis, casus, nominis, & verbi mentionē fecit: potius grammatici, quam dialectici partes egisse videtur. Ita enim grammatici, nomen & verbum definiunt. Neque etiam dialecticum attingit nominis & verbi, per casus & numeros, modos & personas declinatio. Secus enim coniugare doceret, vt in eius explicanda definitione harum rerum meminisse non oporteat. Est ergo nomen verbum simplex per se significans totum, vel saltem aliquid eius quod affert temporis expers. Dum dicimus per se significās, casus omnes nominis excipimus. Non enim per se significāt sed cū alijs, licet enim hominis enūciemus, non acquiescit animus intelligētis, nisi equus, aut manus hominis adiungas. Casus enim nominibus dantur, vt verba multa per se significantia, quae desunt supplea-

Nominis definitio.

Quamobrem casus nominibus dantur

mus. Vacat enim nomine proprio equus hominis: efficitur autē equi cōmuni nomine & hominis casu. Totum etiam scribendi genus nominamus, eius autē multas formas aliorum nominum casus adiungentes exprimimus, & ita scribere regi, vel imperatori, vel reipub. vel alio viro dicimus. Hac eadem ratione mittere ad aliquem, & accipere ab aliquo, dicimus. Casus denique nominum, non per se, sed cum alijs aliquid declarant, loco enim sunt aliarum adiectionū. Temporis expers esse ponimus, vt verba, quae per tempora variantur excludamus, non enim est diligo. & obseruo nomen, quod in tempus instans praeiteritum & futurum varietur. Adiectionem vel aliquid eius, vt locum participio relinquamus. Id quod est maxime animaduertendum. Licet enim participium non sit temporis expers, vt amans secans, in hoc tamē à verbo differt, quod in verbo nihil est, quod ad tempus nō referatur, nihil enim declarat nisi actionis cursum. Participium verò non solū actionis cursum indicat, sed totum genus etiam eius ad quem pertinet actio. Etenim amans plus insinuat, quam amat, vt ex eius descriptione cognoscitur: amans enim est, qui amat, legens, qui legit. Sonat enim lectionem fieri, & aliqū à quo fiat. Illud igitur quod amplius participium, quam verbum continet, est alienū à tempore. In quo nominis & verbi definitiones Aristotelis reprehendere possumus. Quod per eas participium, neque nomen, neque verbū est. Nomen enim non est quod tempus adsignificat, neque verbū quod non coniungat ea quae de altero dicuntur. At neutro genere participiū per

Participium quare nomen sit.

In quo reprehendi possit Aristot. nominis definitio.

Verbi definitio.

per se significat, & enunciatio constituitur, si verbo adiungatur, vt amās credit. Nequaquam verò sine nomine vlla constat enunciatio. Haec de nomine, nūc agamus de verbo. Cui commune nomen accommodamus, sicut & grāmatici, quia proprium non habemus. Etenim nomina, & aliq̄ omnes orationis partes verba sunt. Verbum verò hoc loco dicimus, quod simplex est per se aliquid declarans, tempus etiam significat, & ea copulat, quae de altero enunciantur. Per se autem aliquid declarat, nam currit, legit, cū audimus intelligentia imprimatur in animo, quiescimusque, neque aliud expectamus ad verbi significationem capiendam. Adsignificat verò tempus, hoc est instantis praeteriti, aut futuri vna cum re, quam significat mentionem facit, in quo differt à nomine maxime. Homo enim & leo nihil tempus vllum commemorat, at audit quod instanti tempore audit, audiuit, quod praeterito, au diet autem futuro. Nec in hoc Aristoteli assentire, qui verba praeteriti & futuri verba non esse putat. Nam si enunciationi sunt apta, quae hic quaerimus, vt rationem intelligēdi exponamus, sicut & instantis, cur verba esse non putabuntur. Copulat verò ea, quae enunciantur, siue de subiecto dicantur, vt homo est animal, siue in subiecto insunt, vt homo currit, homo est albus. Aliorum autem modorum, quam indicantis variationes, verba non sunt, quia prorsus inutilia sunt ad enunciandum. Siquidem quamuis eis nomen aliquod adhibeas, nihil neque veri, neque falsi exhibes. Quare signa non sunt eorum, quae de altero dicuntur, neque etiam per se signifi-

Cur alterius modi quam indicantis verba non habeantur

cant, sicut & nominis casus. Non enim illis auditis quiescit animus, sed aliquid spectat, & quorsum eadā dat quaerit. Nondum enim aliquid fieri vel esse indicant, sed hominis fieri vel esse iubentis, vel optationē esse cupientis, vel conditionem, si essent significantis. Quare potius idonea sunt rhetorico quaerenti, vel animos suspendere vel afficere, quam dialectico verū vel falsum indaganti. Ad intelligendū ergo inutilia sunt, quam rationem inuestigamus, ad commouendum aptiora, de qua in rhetoricis differemus. Nunc ergo praetermittantur, & verbi definitione excludantur. Aduerbia verò quae grammatici vocant, verba sequuntur, & inuenta sunt, vt verborū inopiē opitulentur. Nam actionem verbis declaramus, ad modum autē actionis significandum verba deficiunt, nisi ad aduerbia cōfugiamus, vt videre, cogitare, intelligere, & disputare dicimus. Si verò vehementiam quandam, & acrimoniam in his muneribus indicare volumus, aduerbijs vtimur, vt acriter vehementer & tardē. Sed Arist. verba & nomina, quae vocat ille infinita, à nominibus & verbis reiecit, sunt autem haec nomini & verbo negatione apponenda, vt non homo, non leo, non currit, non legit. Hōc autē sibi persuadet Aristoteles, eo solū argumento. Quod rem nullam certā significant, sed aequē in re quavis dicantur, quam quae sit, quam quae nulla sit. At haec est enunciatio non homo, non ambulat, & haec non leo volat, & haec homo nō docet. Nam verum & falsum cōplectuntur, & qui audit annuit vel renuit. Quod sine nominibus, & verbis accidere posse, nullo modo dialecticus cre-

Aduerbia cur inuenta.

Nomina & verba infinita esse nomina, & verba.

dere debet. Etenim verū & falsum explorat, quod in animo est, vt hoc cognoscat recte ne an secus aliquid mente cōprehendatur. Quod est munus artis suæ. Vbicunque autem verum & falsum sit enunciatio nem appellat, cuius nomen & verbum certissimas partes esse iudicat, ita vt verum & falsum renunciari, absque nomine & verbo nō possit. Aliter enim duō oporteret genera enunciationum distinguere, aliud quod verbo & nomine aliud quod sine ijs constaret, quod incommodum esse puto, & a dialectico alienum. Nomen igitur & verbum infinitum nomen & verbum sint.

Cap 3. De oratione.

Figimus de simplicibus nunc de coniunctis differamus: cōiuncta vocamus, quæ separata significant, vt vir sapiens. Nam duo verba sunt, & vtrunque aliquid significat. Quod oratio dialecticis est. Dum non nihil verba significatione differat. Nam si eandem rem omnino significant, potius eiusdem verbi repetitio, quàm duo sunt verba distincta, vt Ioannes Martinus, si quidam vir appelletur, licet duo nomina sint, quæ seiuncta significant, non vocantur coniuncta, neq; oratio. Si vero sit nomen alterum gentiliū orationem conficiunt. Nam eundem hominem alia & alia ratione significant: vt Quintus Fabius. Coniuncta verba, aut aliqua sunt inter se ratione affecta, aut nulla, inter se affecta sunt, vt homo albus: quia res declarant, quæ inter se ita comparatur, vt alia sit subiectum, alia eius accidens. Nulla verò ratione inter se affecta sunt, vt homo & e-

Oratio quid.

Verborum coniunctio.

quus. Quæ inter se affecta sunt, aut repugnant, aut coherent. Quæ repugnant, si sub eodem genere contenta eius totam significationē exhaustiunt eius diuisionem pariunt, vt rationis particeps, aut expers diuisio est animalis: nihil enim animal amplectitur, quod non ab illis comprehendatur. Si coherent, aut rei naturam & essentiam declarant, aut non declarant, si rei alicuius naturā aperiant, eius sunt definitio, vt animal rationis particeps est hominis definitio. Quia naturam eius patefaciunt, si non rei naturam declarant, aut expectant ad naturā, vt animal, & homo, aut propriū aliquid afferunt eius, cui conueniūt, vt aptum ad ridendum, aut accidens, vt animal album. Ex hac ergo orationum distinctione elicimus diuisionem, & definitionem, quæ sunt duo dialectici instrumenta, maximè ad cognoscendum & ratiocinandum necessaria. Tamē est maximè animaduertendum, dialectici partes esse diuidendi & definiendi præcepta dare. Sed eius munus non est res vllas diuidere & definire præter eas, quæ sub eius artem cadunt. Nam ad bene diuidendum & definiendum, nō est satis huiusmodi præcepta tenere, sed oportet etiam penitus rei, vel diuidendæ, vel definiendæ naturam cognoscere. Non pertinet autem ad dialecticum, rerum omnium naturas exploratas habere. Quamobrem ars illa vel scientia recte diuidet & definit rem illam, in qua versatur. In alijs etiam rebus atque negotijs tractandis, & oratione explicandis, is probe partietur, qui satis id caluerit, de quo dicitur. Idem iudicandum est de alijs omnibus dialecticæ præceptis. Nam licet aperiat ratio-

Dialectica non est res quasq; diuidere, & definire, sed diuidenda, & definienda præcepta dare.

Petri Rami error.

Diuisionis præcepta.

ratiocinandi rationem, non tamen proponit vniuersam ratiocinationis materiam, sed eam modò quæ dialecticum attingit, nomen, verbū orationem, diuisionem, definitionē propositionem, syllogismum, alia reliquis scientijs & artibus tractanda & explicanda relinquit. Ex quo facile cognosci potest Petri Rami, & aliorum stultitiam, qui vna dialectica instructi putant posse de quacūque re copiosè disputare. Sola igitur dialectica pro omnibus esset artibus, quo nihil absurdius. Vt autem diuisionis & definitionis præcepta, melius percipiantur, memoria repetenda est eorum, quæ in metaphysicis de genere & differentia diximus. Nisi quod illic est esse, hoc loco erit dici. Nam ibi vniuersale perfectissimum metaphysicum, quod in rebus esse possumus, hic autem logicum tractamus, quod intelligentia comprehenditur. Genus autem diuisionis partitur in differentias, vt animal in rationis particeps & expers, velut nos proximè diuisimus verba in ea, quæ per se significant, & quæ nō per se, sed ex alijs eorum pēdet significatio. Multas item diuisiones in metaphysicis posuimus, & in his, quæ hætenus de logicis scripsimus, ex quibus cognosci licet genus in differentias secari. Aliquādo verò in formas distribuitur, cum pauca sunt, sicut nos verba simplicia, quæ per se significant in nomen & verbum tribuimus. Id tamen rarius vsu venit, quod formæ multæ esse soleant, partes autem diuisionis (vt mox dicemus) pauca esse debeant. Sicut autem genus in differentias dispersitur, ita species ei subiecta ex genere ipso & differentia constituitur. Vt animal secatur in particeps,

& rationis expers, & homo eius forma animal esse definitur rationis particeps. Hæc autem, quo pacto re coniungantur in rei natura conficienda, multis in metaphysicis explicuimus. Iam accedamus ad ea, quæ propria sunt diuisionis, deinde definitionem attingemus. Diuisio est duplex, altera distributio, altera partitio: distributio est generis in differentias diuisio, vt animal in particeps, & rationis expers distribuitur. Huiusmodi multas variasq; adhibuimus diuisiones in ijs, quæ hætenus a nobis explicata sūt. Licet aut in hoc genere illa princeps distributio sit, qua genus in formas suas, vel differentias, quæ formarum essentiam contineant, distribuitur, minime tamen debemus studio huius diuisionis efferi, quòd rerum nos essentia lateat, sed contenti esse debemus si distributio trahatur, vel ex materia, vt statua, vel lapidea est, vel lignea, vel ænea: vel ex efficiēti, vt homines alij sunt ex hominibus orti, alij à Deo sunt facti: vel ex fine, vt homines alij mouentur ad res gerendas, vel vtilitate, vel voluptate, vel honestate, aut ex attributis rebus, vt homines, vel agrestes sunt, vel urbana. Multis denique varijsque modis distributio tractatur, prout res postulat, de qua inducitur sermo. Qui omnes ad eorum studium deferendi sunt, qui res vllas aut nosse, aut alijs explanare decreuerunt. Nam apta distributione vti magna scientiæ & industriæ laus est: scientiæ inquam non dialecticæ, sed eius rei de qua disputatur. In hoc autem cognoscemus distributionem esse propositā diuisionem, si quod diuiditur de singulis diuisionis partibus dicatur. Vt animal dicitur de rationis particeps & ex.

Diuisio duplex.

Distributio.

Partitio. & experte. Partitio verò est, cù partes ex toto defecantur. Vt homo partitur in corpus & animã. Partitio est illa, qua frequenter vtuntur rhetores, & qui de re aliqua sermonem instituunt, quum numero dicunt, quot sunt de rebus dicturi, quæ quidem partitio non mediocriter orationem illustrat. Quod autem partitur in hoc genere diuisionis non dicitur de partibus subiectis, sicut in distributione, vt homo non dicitur nec de anima, nec de corpore. Aliud diuisionis genus nonnulli commemorant dialectici, quod nominis diuisionem vocant, quando verbi significationes numerantur: vt canis sonat, vel animal, vel sydus, vel picem. Sed hoc potius est grãmatici officium, qui versatur in verbis, quã dialectici, qui in notionibus. Tantum ne voces discrepent à notitijs, vocis tollat ambiguitatem & quid intelligat declaret. Diuisio verò his legibus astricta esse debet. Primum, vt quod diuiditur, retrouicissim commeet cum partibus simul sumptis, in quas secatur. Sed in distributionibus partes dissolutione, in partitionibus copulatione debent efferri: vt si animal est, aut particeps rationis, aut expertus, & è contrario, rursus si homo est corp⁹ & animus est, & vicissim. Deinde vt diuisionis partes diuersis sint rationibus. Vt est diuersa ratio participis, & expertis rationis, & corporis & animi. Tertium vt nihil desit, neque super sit. Volunt etiam oratores, & multi philosophi oportere diuisionem non esse pluraquam trium partiũ numero. Explicata diuisione: de definitione dicamus. Quæ est oratio rei naturam declarans, vt animal rationis particeps est hominis definitio, quia e-

Definitio - nis præcepta.

ius naturam exponit, vt autem nihil est difficilius, quã rerum naturam cognoscere, hanc enim animus in primis cogitando peruestigat, & odoratur. Ita nihil difficilius, quã rem definire suisque eam cancellis & nature finibus cognoscendo includere. Etenim multa discutienda sunt, euoluenda ratione, animo lustranda. Quare non consentio Ciceroni & alijs existimantibus, omnis, quæ de aliqua re suscipitur disputatio, à definitione proficisci debere. Nam sæpe non leuem difficultatem habet, in quo genere sit reponenda, tum qua differentia ab alijs eodem genere contentis rebus distinguenda. Quod si antequam hæc explicentur & disputatione excutiantur, breuis proponatur definitio, nihil rem, in qua versatur auctor illustrabit, sed potius in ipso sermonis aditu vestibuloq; offendet. Nam vel non intelligetur vel fortè non probabitur. Antequã igitur rem definiamus in illius est cognitione elaborandum, & tota penitus tenenda & cõprehendenda est. Quippe bona definitio ex eo stimanda, & perpendenda est, si rem totam aperiat, & explicet argumenta contraria. Placet mihi illa Aristotelis & Platonis indaganda definitionis ratio, quam proximè tetigimus, cùm diuidere doceremus. Quæ est distributione, & coagmentatione. Vt in primis genus supremum quærat rei ad definiendum proposita. In qua re nobis erunt vsui illa decem prima rerum genera, quæ sumus in metaphysicis persecuti. Deinde in proximis differentias distribuatur, quarum altera ipsi generi coagmetata genus efficiet interiectum. Deinceps

cepsque eisdem vestigijs inhaerentes per alia interiecta genera ad eam, quam quærimus definitionem perueniemus, vt si definitionem hominis exploremus, postquam ad substantiam pertinere exploratum habeamus, aut corporis participè, aut expertem esse concludemus, quod si corporis est particeps, corpus igitur homo est, quod si corpus animatum igitur, aut non animatum, si animatum corpus, viuunt ergo, rursus si viuunt, aut participat, aut non participat sensum, si participat est animal. Atque ita genus proximum sum cõsecutus ad hominem definiendum. Distributione deinde, & coagmentatione hominis totam definitionem reddam: distribuam animal in compos & impos rationis, coagmentabo que animal rationis compos, quæ est oratio hominis naturam explanans, ac proinde perfecta eius definitio. Quia tamen difficile vniuscuiusq; rei natura tenetur, quam præstat in primis forma, vt diximus in metaphysicis, ex quo fit vt eadem res variè ab auctoribus definiatur, satis erit si rem, quam tractamus, ita definiamus, vt res omnes eius singulas amplectamur, & ea nota à cæteris distinguamus. Quemadmodũ cognoscere putamus Petrum & Paulũ, & alios homines singulos, si de nomine, de facieque eos agnouerimus & ab alijs dijudicauerimus, licet ad eorum animos & internas affectiones non penetremus. Quare inutilem esse puto, neque à doctoribus vsurpatam distributionem definitionis in descriptionem & definitionem, vt descriptio trahatur ex rebus accidentibus, definitio ex ipsa rei natura. Tãtum non præteriri oportet, dialecticos & alios philosophos prætores,

& astrictiores esse in definitione explananda, quã oratores.

Alij definitionem tribuunt in rei & verbi, definitionem verbi esse tradunt, cùm verbi significatio, notatio & etymologia declaratur. Sed hoc ad dialecticũ minime pertinet, spectat enim ad grãmaticum, qui versatur in verbis, quia verba sunt. Dialecticus autem, non quia verba, sed quia animi sensã declarat. Tria sunt bene definiendi præcepta. Primum, vt definitio reciproceatur cù re, quæ definitur, vt homo est animal rationis particeps, vicissimque animal rationis particeps est homo. Quare si aliquid in definitione ponat, quod non conueniat omnibus; quæ subiiciuntur speciei, quæ definitur, non erit speciei propria definitio. Non enim huiusmodi definitio de re vicissim dicitur, vt si hominem esse finias animal rationis particeps quatuor cubitorum. Nam magnitudo quatuor cubitorum, non omnibus continet hominibus. Secundum præceptum est, vt breuis & propria sit definitio, paucisque rem totam circumscribat. Quare si aliquid redundat, breuis non est definitio. Redundat autem id, quo sublato reliqua oratio propria est, & rei naturã explanat, vt si hominis, quã adhibuimus definitionem, hoc loco adijciatur natum ad disciplinam. Quod quidem est superuacaneum & redundans. Nã licet auferat, quod reliquum est orationis, planam facit naturam rei, quæ definitur. Si vero desit aliquid, neque propria est oratio, neque rem circumscribit, quam definit, quippe possit ad res alias trãsferri, vt animal gradiens bipes sine plumis, si quis hominis definitionem dicat, nam illud deest, natum ad intelligendum. Tertium

Tria bene definiendi præcepta.

Tertium

tium præceptum est, ut perspicua sit oratio. Quare si proximū genus nō adhibeatur in definitione non videtur esse plana, ut qui hominē finiat esse corpus rationis particeps. Tum si ponatur in oratione verbū, quod definitur, aut aliud quod idē valeat, non est plana definitio, quia nihil se ipsum explanat. Nec etiam perspicua est si verba magis dubia sumantur, ut si ad hominem definiendum terriginam quis assumat. Hac etiam de causa non translata, sed propria verba sunt in re definita usurpanda.

Cap. 4. De enunciatione.

Enunciatio quid.

Diximus in animi notitia interdum nec verum esse neque falsum, aliquando alterutrum adesse. Differuimus de notitia, quæ nihil veri, falsique continet, nunc de illa loquamur, quæ alterutrum habet. Quæ nominatur enunciationis. Est ergo enunciationis verū, vel falsum indicans oratio, ut aquila volat, homo disputat. Nihil autem enūciari sine nomine & verbo potest, sed variarum linguarum varia loquendi ratio facit aliquando, ut nominis casus idem valeat quod nomen. Et contra nomen, ut idem valeat, quod eius casus. Siquidem latini dicunt, reddet me vitæ meæ, estque enunciationis licet nomine vacet. Casus enim accusans vim nominis optinet, sicut hoc animal omne genus idem est, quod omnis generis. Quare mente diligenter ponderanda sunt, quæ lingua tractantur, ut pluribus mox dicemus. Forma igitur enunciationis ex vero & falso existimatur. Eius tamen partes non sunt nomen & verbum, sed subiectum & prædicatum, nominis enim & verbi ratio cōstat extra enū-

ciationem, subiectum autem & prædicatum nullo modo. Est enim subiectum, de quo aliquid enunciat, prædicatum verò, quod de alio enūciatur, ut homo est animal, homo est subiectum, animal autem prædicatum. Enunciari autem intelligendū est pro temporis ratione, quam verbum affert, siue instans sit, siue præteritum aut futurum, dummodo per se significet, ut de verbo differentes exposuimus. Licet enim præteritū, & futurum ex presenti tandem iudicetur, verba sunt, quia per se cum tempore significant, sicut non solū, sum, es, verbum est, quia cæterorum verborum significatio ex illo tandem ponderatur, ut homo currit, id est homo est currens. Apat enim planius substantiæ verbum, & coagmentat prædicatum subiecto. Sed redeamus ad enunciationis formam, quam in vero & falso sitam esse docuimus. Verum autem indicat enunciationis, quando re ipsa est, ut voce vel mente enūciatur, ut homo loquitur vera est enunciationis, si re ipsa loquatur. Falsum autem declarat, si re aliter est, quam enunciat, ut si nullus re homo loquitur, falsa illa enunciationis est, homo loquitur. Ut necesse non sit ad suppositionem, ut sophistæ loquuntur, cōfingere ad veritatem vel falsitatem enunciationis cognoscendam. Cum ergo vis & natura enunciationis in veri falsique declaratione posita sit, licet igitur ex nomine & verbo constet oratio, si nullam neque veritatem neque falsitatem afferat, nondū est enunciationis, ut in eis cōtingit orationibus, quæ cum eiusmodi voce implicantur, ut suspensum detineat audientem, & de sententia incertum, ut si homo clamat, homo qui loquitur, quantum suspicor, ubicunq; terrarum

Quomodo cognoscatur, utrum vera a falsa sit enunciationis.

Dispositio enunciationis.

rarum sum, quibus accedunt interrogationes, ubi nam gentium sumus? Enunciatio verò, aut ait, aut negat, ait quæ aliquid de aliquo dicit, quæ vocatur affirmatio. Quæ verò aliquid alicui inesse negat est negatio. Ut homo differit est affirmatio, homo non differit est negatio.

Rursus enunciatio, aut est generalis, aut specialis, aut indefinita, aut singularis. Generalis est illa in qua aliquid in toto dicitur, vel non dicitur. In toto autem dici, vel non dici, est ita dici, ut nihil subiecti summi possit in quo non intelligatur prædicatum, si sit affirmatio, vel in quo intelligatur si sit negatio, ut omnis homo vivit est generalis, quia nullum hominem indicari significat, qui non vivat. Nullus homo tacet est etiam generalis, quia nullum hominem ostendi declarat, qui taceat. Specialis enunciationis est, quæ aliqua ex parte rei subiectæ, quod dicitur convenire, vel non convenire sonat, ut aliquis homo disputat, aliquis homo non disputat. Indefinita est, quæ sine vlla generali, vel speciali nota convenire, vel non convenire declarat, ut homo est animal, homo nascitur ad laborem.

Enunciatio rursus, alia necessaria est, alia contingens. Necessaria est, in qua prædicatum per se, ubique sua convenit subiecto. Itaque quamvis nulla nota apponatur subiecto, quæ omnino & totum dicat, tamen subiecti natura poscit, ut non aliqua ex parte, & interdum, sed omnino & semper in illo prædicatum dicatur. Quod tribus modis fit, primo quando vel definitio, vel definitionis pars di-

citur de re, quæ definitur. Ut homo est animal rationis particeps, homo est animal, homo est rationis particeps. Secundo modo quando prædicatum affert propriam subiecti affectionem, & quæ semper eius naturæ committatur, ut homo est aptus ad stendum. Tertio modo quando prædicatum est subiecti naturalis effectus. Ut ignis calefacit, architectus ædificat, nauta navigat.

Contingens verò enunciationis est qua nullo istorum modorum prædicatum in subiectum cadit, sed aliqua ex parte, & interdum ei convenit, ut homo sedet, vel ambulat. Itaque generalem speciale in indefinitam, & singularem enunciationem existimamus ex subiecto. Necessariam verò, & contingentem, ex affectione prædicati ad subiectum.

Cap. 5. De enunciationibus declarandis.

Quoniam vocabulis animi nostri sensa exprimimus, vulgò verò homines loquentium immitatione contenti non satis, quæ loquuntur intelligat, ita ut facile falli, & in errorem impelli possint. Nonnulla præcepta dabimus, quibus adductus dialecticus intelligentiam suam excutiat, & notitiā explicet. Quam doctrinā prisca & boni auctores prorsus prætermiserunt. Fortè quia planior est quam ut doctore indigeat, vel quia si quid habet difficultatis ad grammaticos potius est deferendum, quorum officium est verborum difficultates explanare. Sophistæ tamen de hac re obtundunt, multa garriunt.

Præcepta declarandi enunciationis.

I Quare

In reuocatione rerum vniuersarum ad singulas quid obseruandum.

Quare nos temporarij feruientes sophistarum pleno, huius infantiae garrulam disciplinam leuiter praestringemus. Cum de rebus singulis & vniuersis ageremus, diximus res omnes, quas tractamus sensibusque versamus, esse singulas, quas vero mente percipimus, & oratione narramus, esse vniuersas. Sed quia res vniuersas ex singulis cognoscimus, in quibus positae sunt, fit, ut res vniuersas, quas eloquimur ad singulas reuocemus, ad cognoscendum verum verum sit, aut falsum pronunciarum. Ut hoc verum esse credimus homo loquitur, si quendam singularem hominem loquentem audiamus. In hac autem rerum vniuersarum ad singulas reuocatione, nisi caueamus, error obijci potest. Quare nonnulla praecipienda sunt, quae viam in hoc studio monstrant. Vocabula igitur rerum notae sunt, si hoc munere non fungantur, non pro rebus, sed pro seipsis in effatis ponuntur. Quare nihil est, quod est rebus singulis tunc existimentur, ut si dicas homo est vox, homo est nomen, non est ad res singulas deueniendum. Ut si dicas iste homo est nomen. Tum nomen aliquando ita se habet in pronunciatione, ut res singulas respiciat, in vniuersis contineri praedicatum, vel aliud verbum orationis exigat, quod cadit, si sit praedicatum, vel res vniuersa, vel ex eius generibus vllum. Nam cum sua vi dicantur de multis, ad rem vnam adigi non patiuntur, ut in hoc effato animal est genus, rationis particeps est differentia. Dialectico fas non est tum postea assumere, ergo hoc animal est genus, & hoc rationis particeps differentia. Non enim sunt

res vniuersae, ut de multis dicantur, sed singulae. Quamobrem neque genus, neque differentia. Eiusmodi multae sunt enunciationes, ut auxilium peto, minime tamen neque hoc, neque illud, sed quod praestare volueris. Item donum promitto, non concludas tamen ergo vel hoc, vel hoc, nam quodcumque ostenderit, errabis. Item oculus requiritur ad inspiciendum, tamen nullum demonstrabis, quod requiratur. Sed cum nihil impediatur, quo minus ad res singulas enunciatio redigatur, cauendum ne simul omnia eius verba redigantur, siquidem forte decipiemur. Nam hoc est falsum pronunciarum, omnis homo est omnis homo, tamen si pariter subiecti ac attributi res singulae numerentur, verum certe, quidquid dicatur, erit. Quocumque enim homine ostenso verum est, iste homo est iste homo. At si prius in rebus singulis subiecti persistas, falsa facile cognoscetur affirmatio. Nam falsum est iste homo est omnis homo. Si subiectum & praedicatum eodem modo se habeant commodius a subiecto, quam a praedicato res singulas numerare incipies, ut homo est disputans, hic homo disputat, & hic homo disputat. In pronunciatum naturaliter, & sua sponte disposito, si speciale, aut indefinitum nomen anteponatur ei, quod omnino, & in totum dicitur, illud prius ad res singulas redigetur. Sin autem prius collocatur, quod omnino dicitur prius in res singulas tribuendum est. Ut in hoc, homo non est animal, homo specialiter eloquitur, animal autem vniuersae; & prius homo ponitur quam animal, ad res singulas prius

prius homo redigetur. In hoc etiam effato omnis homo est animal, licet nulla nota animal afficiatur, homo vero illud omnino & vniuersae adiunctum habeat, quia tamen praecedat, prius eius res singulae exponantur. Dixi vero in hac enunciatione, homo non est animal, animal vniuersae poni. Negationis enim notae nullus, non & alia nomen, quod eas sequitur, faciunt, ut omnino & totum enuncietur, verbum vero negetur. Ita in illa enunciatione, negatur est, animal vero vniuersae & omnino significat. In eis autem, quas hactenus posui, enunciationibus in rebus singulis numerandis integre proferendae sunt enunciationes, ut omnis homo est animal, quia iste homo est animal, & iste homo est animal, & ita in alijs. Aliquae tamen sunt enunciationes, quae id non patiuntur, sed tantum nomen est ad res singulas reuocandum reliqua enunciatione praetermissa, ut in hac omnes Christi Apostoli sunt duodecim, isti, & isti Apostoli omnibus numeratis sunt duodecim, ita ter facta feci, semel iterum & tertio facta feci. Et hac ratione cum distinctione possunt multae pronunciationes ad res singulas reuocari, quas secundo precepto reuocatione interdiximus. Ut donum promitto, ergo vel istud vel istud, vel istud, & caetera promitto. Item oculus ad respiciendum requiritur, ergo iste vel iste, vel iste, & ita in alijs.

Est autem considerandum nomen quod omnino enunciat, ut est rebus singulis vere enunciatum probetur in omnibus singularibus enunciationibus, ita rem habere oportet. Ut enim vera sit haec, omnis homo scri-

bit, singulos homines oportet scribere. Quare si res vna singula non ita habeat, refellitur. Contra vero in speciali & indefinito pronunciatum. Si vna eius singularis enunciatio vera sit, verum ipsum est. Nec refutari potest est rebus singulis, nisi in omnibus illis aliter esse ostendatur.

Nihil amplius utilitatis est verborum illa, quam sophistae vocant suppositionem percipies: tantum suppositionem, & alia verborum portenta, quae sibi ipsi finxerunt, inutiliter definiunt. Deinde de rebus disputant, de ampliatione, de restrictione, de alienatione, de diminutione, de appellatione. Quae nullus bonus & antiquus auctor, vquam commemorauit. Nam difficultates, quae solum nascuntur, est verbis ex instituto significatibus, non attinent ad dialecticum, qui totus in notionibus cernitur, quae rebus intelligentiae corporibus naturae insunt. Nam si verborum declaratione implicaretur, componeret integros multoties auctos Calepinos. Sed si vlla in verbis ambiguitas & dubitatio est. Si secum dialecticus agat eam distinguat, & explanet. Si cum altero fas erit ab illo cum distinctione, quid intelligat, petere. Relatiua nemo dubitat a grammaticis definiti & in species distribui. Quare igitur a dialectico rursus definiantur & distribuantur? Sed si mihi hanc vel eius similem enunciationem proponat, omnis homo loquitur, & ille disputat, qua quidem locutione, neque Cicero, neque alius latine doctus vteretur, missam quidem faceret altercationem; vtrum ille referat non solum hominem, sed etiam omnem, & ex eo quare-

Ampliatio

rem, si omnem hominem significet disputare. Item si querat utrum relatiuis determinate indefinitè, omnino & totum enunciatur sicut antecedens. Ex usu id loquentium, quem grammatici docent, diceret id esse querendum, utrum omnis, ille. Latina vel alia lingua eloquatur. Dicamus tamen aliquid de relatiuis, & sophistis more geramus. Aliquando relatiuum cum verbo idè valet quod participium, & pro subiecto in vna enunciatione est, ut omnis qui disputat est doctus idè valet quod omne disputans. Si verò relatiuum referatur ad antecedens alterius categoriæ, commemorat antecedens affectum attributo, ut homo disputat qui doctus fuit, id est homo disputans doctus fuit Apostoli Christi fuerunt duodecim, qui euangeliū promulgarunt, quiquidè duodecim, si antecedens relatiui reciproci loquatur omnino & in totū, loco relatiui non ponendum est antecedens omnino, & totum etiam dicens, sed indefinitè. Ut omnis homo est ipsemet non valet omnis homo est omnis homo, sed omnis homo est homo: & dum singulares proferuntur antecedentis, proferri etiā intelligendū est relatiui, ut Petrus est ipsemet: inquam Petrus, & Paulus item.

Ampliatio

Ampliatio, quam vocat, nascitur ex eo quod verbum cum tempore significet. Hoc verò tempus in quinque eius differentias prorrogari potest presentis, preteriti, futuri, quod esse potest, quod esse fingitur. Preteritum continet quod est, aut fuit, futuri quod est, vel erit. Quod esse potest, amplectitur, vel presentis, vel preteriti, vel futuri, vel quod esse potest. Quod esse fingitur, prater has quatuor differentias, ad illud

etiam pertinet, quod licet esse non possit, esse tamen fingitur. Hæc illi multa verborum colluue tradunt. Sed hæc ex instituto sunt, & ex usu pendent loquentium, quare potius sunt in grammaticos releganda, quam à dialectico tractanda. Ex instituto verò & usu esse ex eo cognosci licet, quod hæc enunciatio homo est licet solum instantis sit tamen veram illi esse concedunt, licet homines nulli sint, & eas omnes in quibus attributum per se conuenit in rem subiectā, ut homo est rationis compos, & est aptus ad ridendum. Sed vnde hoc nisi quia vulgò ita significatur eam esse hominis naturā. Quare ratione quicumque doctus concederet hanc, coruus est niger, licet non esset coruus. Quamuis niger per se non cadat in coruum, sed quia omnes coruos ubique terrarum scit esse nigros, & licet nullus esset homo in Ætiopia concederet Ætiopes esse nigros. Hanc verò pronunciationem, quā sophistæ affirmant Sanfon in ventre matris fuit maior matre, ego irri derem, & quod illi significare dicunt longe aliter ego declararem, & etiā illas, Sanfon in ventre matris occidit Philisteos, meretrix erit virgo, quas nemo Latinus & Urbanus homo probaret. Non enim ita homines eloqui consueverunt. Quare ratio prestare mihi videtur illi, quam afferunt sophistæ, quod preteritum ampliat comprehenditque, instans, ut Adam vixit multos annos. Adam inquam qui est vel fuit, futurum etiam ampliat, & amplectitur ipsum instans, ut Antechristus loquetur, qui est vel erit. Quod esse potest in quatuor temporibus prorrogari docet instans preteritum & futurum, & in id quod esse potest. Ut aliquis homo potest edificare licet, nun-

Absurda quedam efficitur dialectici concesserunt.

nunquam edificauerit, neque edificabit. Sed ego imbutus consuetudine loquentium inuitus dicerem, Antechristus loqui potest, & libenter asseuerare Antechristus loqui poterit. Quinque tempora docent isti amplecti verba, quæ declarant aliquam animi contentione & affectum, ut Alexander appetebat nouum orbem vera est. Tamen neque est, neque fuit, neque esse potest nouus orbis: sed esse fingitur. Ego tamē ita non loquerer, Alexander appetit vel appetet nouum orbem, neque vllū puto latinum in huiusmodi rebus, ita locutum fuisse. Tamē verū hoc est si vera isti docent ad instans & futurum tempus hæc verba pertinere. Item dicerem Antechristus multa cognoscet, non auderet tamen dicere multa cognoscit, aut cognouit. Si tamē futurum etiā hæc verba comprehendunt, hæc dicendi ratione hominum vulgus vteretur. Quare in consuetudine vulgari loquentium hæc sita sunt, quod est grammatici considerare, non in notitiæ & intelligentiæ vi, atque natura, quæ ad dialecticum spectat. Modos etiā ratio cinandi tradunt ex ampliatis ad non ampliata verba, & è contrario. Quorum eadem est omnino vis, quæ ea, quæ oritur ex cōparatione generis cum formis suis. Ut rectè concluditur inquit currit, ergo potest currere. Quod idem valet, quod illud, est homo, ergo est animal. Nam ex eorum doctrina, quod esse potest, tanquam species subiectas habet, quod est, fuit & erit. Sed Aristoteles, & alij periti magistri non alias præcipiunt concludendi rationes inter genera & species, atque eas, quæ ponuntur in syllogismis, vi. n. potius syllogismi, quam alia valent, ut valet homo est ergo animal est, quia valet ille syllo-

modos inuitiles rationandi.

gismi modus, omnis homo est animal, homo est, ergo animal est. Ita quod currit, potest currere, aliquid currit, ergo potest aliquid currere. In hoc ergo syllogismo vis illius argumentationis posita est. Et ex hoc trahitur demonstratio, quod sit rectè conclusum. Ex illorum verò ratione non firma & fixa ostenditur concludendi ratio. Sed aliquando inquit ponendā esse constantiam. Constantiam barbarè nominat enunciationem, quæ rem esse ponat, sine qua vitiosa deprehenditur esse argumentatio, ut non rectè concluditur omnis homo potest currere, ergo qui est, potest currere. Nam si nullus sit homo primū verum est, consequens autē falsum. Quare de causa ita conficiendum esse argumentationem docet omnis homo potest currere, & homo est, ergo qui est, potest currere. Sed cur aliquando necessaria sit illa quæ vocant constantia aliquando non minime monstrat, sed ea tantū ratione contenti esse videtur, quod in illa argumentatione vitium appareat, in hac verò, nullus homo potest esse lapis ergo nullus homo est lapis hætenus nullum vitium apparuit, quæ ratio quia tantum est probabilis, digna non est dialectico ad quæ pertinent id per causas demonstrare: ut demonstratur in syllogismorum doctrina. Hoc enim syllogismo nititur hæc ratio. Nullus homo potest currere & homo est, ergo qui est, non potest currere. Quare nos hos argumentandi modos nunc prætermittentes ad syllogismorum explanationem referuimus.

Ampliatio est restrictio ex istorum disciplina contraria, quæ nomē in enunciatione in angustum deducit, ut homo cum significet

omnes homines in hac pronuncia-
tione, homo albus docet, homines
modo indicat albos. Quod quatuor
modis fit, primo adiunctione adie-
ctionis ex parte subiecti vel prædi-
cati, qua subiectum vel prædicatū
contrahitur: vt in posito exemplo:
dico autē ex parte subiecti, vel præ-
dicati: quia si ponatur adiectio per
se, ex parte prædicati non astringit
subiectū, vt homo est albus, homo
non ad albos tantū homines, sed
etiam ad alios refertur. Secūdo mo-
do genus astringitur appositione
speciei, vt Apostolus Paulus dicit:
Tertio relatiuo, vt homo qui dispu-
tat loquitur. Quarto additione ca-
sus alterius nominis, vt equus homi-
nis. Sed hæc nihil habent difficulta-
tis, illud autem nonnihil habet vtili-
tatis, nisi ex loquentium penderet
arbitrio. Casus aut sequitur, aut præ-
cedit nomen, vt equus hominis,
aut hominis equus. Si sequitur no-
men, modò reducendū est ad singu-
laria integro casu relicto, tanquam
si nomen esset vnum ex nomine &
casu cōflatum. Sin autem præcedat
casus, à casu incipientes, vtrunque
per se ad res singulas reuocare pos-
sumus. Vt equus hominis incedit,
equi tantū res singule numerentur
hominis autē minime. In hoc verò
pronunciato cuiuslibet hominis e-
quus incedit, & hominē & equum
ad res singulas oportet reducere.
Hoc vtile est ad errorem cauendū
in quem impelli possumus in redē-
dis enunciationibus his cōtradieto-
rio nomine oppositis, vt amplius cū
de illis agemus declarauimus. Nul-
lum tamē in oratione verbum sibi
certum locum ita vendicat, vt non
possit in alium traduci eadem ma-
nente sententia. Quare nec firma

nec stabilia hæc mihi præcepta vi-
dentur. Præcepta verò, quæ deinde
tradunt, quibus inter se comparant
restrictum & non restrictum nomē
in ratiocinatione: nihil omnino dif-
ferūt ab eis, quæ in ampliacione po-
suerunt. Quare quæ diximus de illis
in ista quoq; conueniunt. Nihil tam-
en veretur isti rem eandē sæpe re-
petere, dū aliquid garrere videatur.

Alienationem vocat impropiam
nominis significacionem, vt homo
pictus, nam propriè veros homines
impropiè pictos homo significat.

Diminutio istis est, quādo adiūgi-
tur verbo aliquid quo indicat, quod
ante non indicabat: vt albus nō sig-
nificat Ætiopem. Tamen si dixeris
Ætiops est dētibus alb⁹ albus Æti-
opē attingit. Quare non licet ita con-
cludere Ætiops est dētibus albus,
ergo est albus. Quia per se nō signi-
ficat nomen, quod cū adiectione.

De appellatione verò, quæ loquun-
tur, id tantū vtilitatis habent, vt ani-
maduertant has, & harum similes
esse enunciationes ambiguas, Arist.
fuit magnus logicus. Nam potest
indicare vel magnum fuisse corpo-
re vel logica. Item est monachus
albus, innuit vel corpore suo, vel ve-
ste. Item cognosco venientem, aut
qua ex parte venit, aut qua ex parte
alia res est. Item animal est genus,
vel animalia singula, vel quod sin-
gulis est commune. Quare cū in
aliquas difficultates ratione huius
ambiguitatis incurramus distinguē-
dum est dialectico. Nam regula,
quas tradunt, quibus dirigamur
ad cognoscendum in quam
partem huiusmodi pronunciatio-
nes accipiantur, innanes & pra-
uæ sunt, quod verba ex institū-
to significent, neque vllus est eis na-
tura,

Alienatio.

Diminutio

Appellatio

tura, neque vsu sermonis præscrip-
tus locus in oratione ad declaran-
dum, quæ valent.

*Cap. 6. De quorundam enunciatio-
num declaratione.*

Temporū nonnihil cedendū
est, in quo sophistæ regnāt,
& omnia miscent, atq; per-
turbant, & dialecticam relinquētes
grammaticos agamus, ne clament
sophistæ, vt turbulenti sunt & teme-
rarij, magnam, & vtilem dialecticæ
partē, in qua ipsi multum elaborant
detraxisse. Dicunt igitur, dialecticū
oportere multas enunciationes ex-
ponere, quas aliquod vocabulū red-
dit obscuras, vt tantū homo est a-
nimal. Illud tantū obscuram vide-
tur orationem efficere, sed si tantū
obscurā facit, cur omnis, & aliæ mul-
tæ voces non efficiunt? Perfricant
nonnulli frontem, dicere audēt hoc
essatū, omnis homo loquitur, & eius
similia, quæ omnino & totum elo-
quantur esse explananda, sed cū
debeant explicari per ea, quæ om-
nino etiā & totū dicant, vt vicissim
dicantur, vbi clarius reperient quā
illud, aut cur alia per hoc non ex-
planetur, & ita in orbem voluetur
explicatio, & planum obscurū decla-
rabit. Sed horum nos absurditatem
prætermittentes, peritiores sophy-
stas sequemur, illarū tantū enūcia-
tionū expositionem tractantes, quæ
ipsis illustrandas esse videntur. Ex
his tamen aliquas non leui de causa
cōmoti prætermitemus. Sed vt lō-
gū & parū fructuosum sermonem
non fastidiosè faciamus, ita dispone-
tur, vt hoc loco omnes enunciatio-
nes explicādas, cū suis explicacioni-
bus ponam, quomodo verò contra-

riæ reddatur, & ijs subiectæ, & con-
tradietorio nomine oppositæ, & ea-
rū explicaciones, mox cū de toto
genere cōtrariarū enunciationum
verba faciam, breuiter perstringam.

Tantū igitur homo ridet, & hu-
ius similes, quibus aliquid excludi-
mus, hoc modo quidā exponi vult,
nihil aliud ab homine ridet. Sed hæc
non retroviciissim comeant. Nā ne
mine ridente hæc est vera, nihil ali-
ud ab homine ridet, ita enim re ip-
sa est, at hæc est falsa, tantū homo
ridet, ait enim quod re non est. Qua-
re ita huiusmodi declarentur, homo
ridet, & nihil aliud ab homine ri-
det, & cætera ad hanc rationem. Ali-
quādo numerus excluditur, vt Apo-
stoli sunt tantū duodecim hoc mo-
do Apostoli sunt duodecim. & non
plures, quā duodecim, volunt aliqui
vt tantum & eius similes voces præ-
dicato adiunctæ, ipsum & non sub-
iectum excludant. Quare longè di-
uersum animi sensum declarat, & a-
liter est interpretanda, vt homo tā-
tūm ridet, id est homo ridet, & ni-
hil aliud facit. Quare si quis ita lu-
dere voluerit, dialecticus distinguet
& ostendet ambiguitatem. Itē hæc
tantū homo ridet, idem valet, quod
hæc, quidquid ridet est homo, &
hæc tantū animal est homo, idem
quod hæc, omnis homo est animal,
& simili modo istarum similes.

Eam etiam exponēdam esse du-
cunt, in qua est illud præter, aut ali-
ud verbum, quo aliquid excipia-
tur, vt omne animal præter homi-
nem est rationis impos. Quam qui-
dam ita explanandam docet, om-
ne animal aliud ab homine est ra-
tionis impos, qua ratione satis pla-
na mihi videtur. Sed alij hac ex-
planatione non sunt contenti,

*Tantū quo
modo expo-
natur.*

*Villalpati-
dei.*

*Præter quo
modo expo-
natur.*

& duas alias addendas enunciationes existimant, in quibus, quod excipitur, referatur ad subiectum & predicatum excipientis enunciationis, ita ut in vna dicatur in totum subiectum de eo, quod excipitur, in altera predicatum negetur omnino ei convenire, ut omnis homo est animal, & nullus homo est rationis impos. Itaque tota expositio his tribus enunciationibus consistit, omne animal aliud ab homine est rationis impos & omnis homo est animal, & nullus homo est rationis impos.

In quantum quomodo exponendis

Aliud genus enunciationum exponendarum est, in quibus ponitur in quantum, quatenus, & alia similes, quibus aliqua redditur causa, ut homo in quantum rationis participat, ridet. Quatuor effatis hanc exponi multi sophistae volunt, sed tam longa expositione forte potius confunderetur: ideo satis planam fieri existimo ea pronuntiatione, quae causam explicat, quam eiusmodi enuntiatione indicat. Ut homo quia participat rationis, ridet. De explanatione harum enunciationum, non nihil morem gerens sophistis hęc egi pauca: aliarum autem trium interpretationum non solum contemno, sed etiam indignum, & indecens esse duco homini dialectico illam attingere. Dicunt exponendum effatum esse, in quo sit differt, aut discrepat, & aliud. Primum quid clarius, quam differe & discrepare, & aliud esse. Deinde eorum expositio non quadrat. Nam Paulus differt a Petro, ita exponi voluit, Paulus est, & Petrus est, & Paulus non est Petrus. Denique volunt, ut simul sint quod differt, & a quo differt. Quare ex illorum doctrina falsa erit hęc pronuntiatione, Christus longè differt

Inutiles quasdam dialecticorum exponendi rationes.

ab Antichristo. Item hæc Petrus sedens a seipso differt stante, & Petrus iuuenis differt a seipso senex, & hac opinione discrepat a seipso alia opinione. Quia non simul sedet & stat, est iuuenis & senex, est hac & contraria opinione. Tum si pronuntiatum est declarandum, in quo ponitur aliquid, cum primum & secundum enunciationis genus, quod exponere docent, per aliud exponendum esse tradant, exponentis alia est expositio afferenda, quo quid magis ridiculum & insulsum. Deinde subito de grammaticis physici fiunt. Nam ut eas enunciationes explicet in quibus incipit, aut desinit, ponitur, varia temporis instantia quibus res varie oriuntur distinguunt, quod accurate in physicis persequuntur philosophi. Tum vero quid clarius enuntiatione qua utimur comparatio, ut melior ille est, aut doctior illo: quæ vulgi sermonibus sæpissime usurpatur. Quare barbaries ista misa fiat, & ad dialecticam nostra festinet oratio.

Cap. 7. De comparatione simplicium enunciationum.

Enuntiationem definiuimus atque diuisimus, sequitur ut enuntiationes inter se comparemus. Cumque enuntiationis partes esse dixerimus subiectum & predicatum, ex his partibus omnis comparatio propendenda est. Enuntiationes igitur, aut ex eisdem subiectis & predicatis, aut non ex iisdem componuntur. Si non ex eisdem, nihil inter se comparatur. Tantum vna potest esse alterius explicatio. Sin autem iisdem conficiantur, aut eodem ordine dispositi, ita ut vtraque idem habeat

Comparatione enuntiationes.

habeat subiectum, idemque predicatum, aut non eodem ordine, sic ut sit in vna subiectum, quod est in altera predicatum. Si eodem ordine verba sint, aut eadem sunt qualitate, ita ut vtraque affirmet, vel vtraque neget, aut diuersa, sic ut altera aiat, altera neget. Si eadem sint qualitate, diuersa erunt quantitate. Quod si vna est generalis & alia specialis, vel indefinita, vel singularis: ita inter se afficientur, quod generalem sequetur specialis, indefinita & singularis. Sequitur enim omnis homo loquitur, ergo aliquis homo, vel homo, vel hic homo loquitur. Quod si altera non sit generalis inter se, non referuntur, neque aliquo vinculo connectuntur, sed liberae sunt & solutæ. Quod si diuersa qualitate sint, ita ut alia affirmet, alia neget, repugnantes & oppositæ erunt. Quod si vtraque generalis sit, ut omnis homo ridet, nullus homo ridet, contrariæ sunt. Quæ verò sunt harum generalium conuequentes, si sunt indefinitæ vel speciales, oppositæ sunt, & subiectæ nominantur, quod generalibus sunt subiectæ, ut homo ridet homo non ridet, aliquis homo ridet, aliquis homo non ridet. Harum verò, quæ ait generali neganti, quæ verò negat generali affirmanti contradictorio nomine opponuntur. Ut aliquis homo ridet, & nullus homo ridet: aliquis homo non ridet & omnis homo ridet, disparatæ sunt, & contradictorio nomine oppositæ. Si verò quæ generales sequuntur aientem & negantem, singulares sint, ut iste homo ridet, iste homo non ridet contradictoriè repugnant.

Omnis ergo enuntiationum comparatio, aut est consecutio, aut oppositio. Generalem consequuntur spe-

cialis indefinita, & singularis eiusdem qualitatis. Oppositio verò est inter affirmationem & negationem, & est triplex contraria inter duas generales, his subiecta inter duas speciales, vel indefinitas, disparata inter generalem & specialem, vel indefinitam, vel inter duas singulares. Ratione consecutionis, ita se habent enuntiationes. Ut si generalis, quæ antecedit vera est, specialis, quæ consequitur veram esse necesse est. Si autem quæ consequitur falsa est, falsam esse oportet, quæ antecedit. Ut si hæc vera est omnis homo ridet, hæc etiam est vera, aliquis homo ridet. Sin autem falsa est, falsa etiam illa est omnis homo ridet. Opposita, aut repugnant veritate, aut falsitate, aut utroque. Nam contradictorio nomine opposita, neque simul vera, neque simul falsa esse possunt. Necesse enim est alteram esse veram, alteram falsam enuntiationem. Ut omnis homo sedet, aliquis homo non sedet. Quod multis ostendimus primo metaphysico aduersus Academicos & alios philosophos, illud principium quo tota philosophia nititur, certissimum esse declarantes quodlibet est, vel non est, quod quidem exprimitur & enuntiant, effata contradictorio nomine discrepantia. Contraria verò pronuntiatione ita inter se conferuntur, ut tantum veritate repugnet, simul enim non possunt existere, ut omnis homo legit, nullus homo legit. Proptereaque merito vocantur contrariæ. Nam in metaphysicis definiuimus contraria esse, quæ sub eodem genere posita maxime distant, ita in oppositionis genere hæc maxime distant. Sed occurreret forte quispiam, disparatas enuntiationes magis di-

stare, quod repugnent non solum veritate, sed etiam falsitate. Sed distantia ex veritate estimatur. Hoc est procul a veritate absunt, neque coniungi possunt, sed diiunctissimi sunt. Nam contraria includit in se illam, que contradictorio nomine pugnat. Ut generalis includit specialem, & amplius preterea, quare plus distat ab alia generali. Quod autem contraria re coherere non possint ex illo principio clarissimo cognoscitur disparatas non esse simul veras. Si enim utraque contraria vera est, ergo & speciales subiecte simul sunt verae, ut ex consecutione probatur. Utraque autem subiecta repugnat nomine contradictorio alteri ex generalibus, ergo disparatas & nomine contradictorio oppositas simul esse concludetur verae. Contrarijs vero subiectas enunciationes vere quidem simul esse possunt, falsae vero nequaquam. Etenim si falsae simul essent, que sunt eis disparatae vere simul essent, quod fieri non posse demonstravimus. Nam contrariae sunt enunciationes. Quod autem generalis consequens sit specialis pronuntiatio, ex eodem principio demonstrari licet. Nam si non sequitur primum verum esse potest & consequens falsum, sed si consequens falsum est, contradictorie repugnans vera erit, contraria vero est primo, contraria ergo pronuntiata simul erunt vera, quod evenire non posse demonstratum est.

quid cauendum in prononciatis contrariis, ne illudamur

Ne vero nos illudat sophista & ab ijs, que sunt clara perse quasi praestigijs quibusdam & captionibus depellamur, illud ante oculos nostros semper debet versari, quo tota nostra defensio continetur, quod ex iisdem omnino subiectis & praedecatis con-

ponantur enunciationes, que inter se conferuntur. Tu quod ea vniuersae dicatur, qua generalem esse oportere diximus: ea vero aliqua ex parte modo eloquatur, quam speciale futuram praecipimus. Ut autem eadem sint praedicata atque subiecta, oportet non voce tantum, sed etiam re eadem esse. Quare non contradicunt haec, omnis canis latrat, aliquis canis non latrat, si in vna maritimam, in altera vero terrenam canem significet, tu ut in utraque aequae pateat, quare non conferunt haec, Adam fuit, Adam non est, neque ista, omnis homo loquitur, aliquis homo non loquitur, si generalis in viros & feminas conveniat, specialis in viros tantum, vera enim utraque esset, si tantum essent feminae. Nec etiam haec omne animal fuit in arca Noe, si in generali animal omne genus significet, in speciali vero ex singulis aliquod animal. Fallunt etiam haec oculo opus est ad videndam, quocumque oculo non opus est ad videndum, quia in affirmatione in definite usurpatur oculus, & ad totum genus oculorum refertur. In negatione vero singulos indicat oculos, quibus opus non est ad videndam. In his etiam est fallacia, omnes Apostoli Dei sunt duodecim, aliqui Apostoli Dei non sunt duodecim, omnia rerum genera sunt decem, aliqua rerum genera non sunt decem. Quoniam affirmatio de tota collectione loquitur, negatio vero de aliquibus rebus singulis. In his ergo binis enunciationibus non idem, sed aliud & aliud usurpatur verbum: corrigende igitur ita sunt, ut rem eandem declarent, ut aliquod animalium genus non fuit in arca

Noe.

Noe. Oculo non opus est ad videndum, omnes Apostoli Dei non sunt duodecim, omnia rerum genera non sunt decem. Ita huic bis sacra feci: non illa est contradictoria nulla sacra bis feci, sed haec non bis sacra feci. Illi vero, uterque homo studet repugnat, non ista, alter homo non studet, sed illa ex duobus illis, alter non studet. Ita si postulet aliquis sophista disparatam illius enunciationis quicunque equus cuiuslibet hominis ingreditur. Distinguendum est prius, aut intelligis de equo, qui ab omnibus hominibus possideatur, aut de equo ab aliquo homine possesso: si de illo, disparata est, aliquis equus cuiuslibet hominis non ingreditur: si vero de hoc, aliquis equus, alicuius hominis non ingreditur. Itaque ut intelligenter quocumque genus oppositionis reddatur, animaduertere oportet in contrarijs in utroque pronuntiatio aliquid omnino, & in totum dicendum, nihil aliqua ex parte, in utroque enuncietur. In ijs vero que contrarijs subijciuntur in neutra pronuntiatione aliquid vniuersae ponatur, sed in utraque aliquid specialiter relinquatur. In disparatis autem nihil in utraque sit, aut omnino, aut aliqua ex parte, sed quod in vna fuerit vniuersae in altera sit aliqua ex parte dictum. Quare haec non contradicunt, inter hunc, & hunc diem luna deficiet, inter hunc, & hunc diem luna non deficiet. Nam si illud hunc ostendat diem dominicum, & iouis, & luna die martis deficiat, utraque vera est. Quare potius sunt contrarijs subiecta, quia in utraque idem tempus quod est inter diem dominicum, & iouis aliqua ex parte ponitur. In consequentibus autem cauendum

est ne quid omnino & in totum in consequenti intelligatur, quod aliqua ex parte in antecedenti usurpetur.

Cap. Quo pacto reddenda sit oppositio in ijs, quae expositione indigent enunciationibus.

Quod promissimus reddendum est, ut dicamus quo pacto oppositiones reddantur, & earum expositio componatur in ijs enunciationibus quas explanare docuimus. In qua re, licet portento se pronuntiationes conficiantur, & quibus nemo vnquam usus est: tamen aliquid est faciendum, ut sophistis satisfaciamus, si importunius insistant. In ijs autem oppositio & consecutio vna ratione exhibetur, qua ut interpretemur, meminisse oportet tria huiusmodi enunciationum genera a nobis fuisse posita, tribus coniunctionibus distincta. Tantum praeter, & in quantum. Oppositionis vero, & consecutionis genera negationis nota separantur. Hoc modo, aut non apponitur vlla negationis nota, aut apponitur. Si nulla ponatur efficiuntur illae, quas declarare docuimus tantum homo ridet, omne animal praeter hominem est rationis impos. Homo in quantum ratiocinatur, ridet. Quae omnes generales affirmationes sunt. Sin autem adiungitur negationis nota, aut verbo, aut coniunctioni, aut utriusque. Si verbo, sunt generales negationes, ac proinde contrariae generalibus affirmationibus, ut tantum homo non ridet, omne animal praeter hominem non est rationis impos. Homo in quantum ridet non ratiocinatur. Sin autem nota adhaereat coniunctioni, existunt speciales negationes

Quomodo sit oppositio reddenda in effectis quae expositione indigent.

tionem que sequuntur illam genera- lem negationem & contradictorio nomine affirmationi generali opponuntur. Vt non tantum homo ridet non omne animal preter hominem est rationis impos. Homo, non in quantum ratiocinatur ridet. Si vero negationis nota & verbo, & coniunctioni adhaereat specialis constat aiens quae sequitur illam generalem aientem, & contradictorio nomine repugnat generali neganti, ut non tantum homo non ridet non omne animal preter hominem non est rationis impos, homo non in quantum ratiocinatur ridet. Haecenus de ratione compositionis oppositio num genera, & consecutionum in ijs enunciationibus, quae aliqua declaratione illustrantur. Vna etiam est in illis declarandi ratio, ut exponentes eadem inter se ratione comparentur, qua comparantur ea quae declarant, ita ut contraria affirmationi generali, quam ante interpretari monstrauimus contrarijs etiam eius exponentibus enunciationibus declaratur, & ut illae copulatione connectuntur, ita & contrariae. Ut ubique omnia vniuersae tractentur, sicut contrarias postulare diximus. Nam copulatio exprimit illud omnino & in totum sicut disunctio aliqua ex parte. Ut illa contraria, tantum homo non ridet, ita exponitur nullus homo ridet, & omne aliud ab homine ridet. Eius vero consequens disparataque affirmationi generali, sic, aliquis homo non ridet, vel aliquid aliud ab homine ridet: consequens affirmationis generalis adhuc modum, aliquis homo ridet, vel aliquid aliud ab homine non ridet. Et illa negatio generalis excipiens, ita exponitur nullum animal

aliud ab homine est rationis impos & nullus homo est animal, & omnis homo rationis est impos, huius consequens cum disunctione exponitur per eas, quae sunt contradictorio nomine discrepantes ab exponentibus affirmationis generalis. Subiecta vero affirmationi generali per eas, quae contradictorie repugnant exponentibus generalis negationis. Illarum vero, quae causam videntur exprimere, generalis negatio ita exponitur, quia ratiocinatur homo, non ridet. Et eius consequens & contradictoria generali affirmationi, non quia ratiocinatur homo ridet. Et ita consequens generalis negationis, non quia ratiocinatur homo, non ridet.

Cap. 9. De equipolentia & conuersione enunciationum.

Equipolentia enunciationum.

IN oppositionibus autem facile alterum oppositum in aliud transit, & in consecutionibus leui mutatione ex consequenti fit antecedens. In ijs enim enunciationibus, quae contradictorio nomine opponuntur, cuiusque adiungatur in principio negatio valet idem, quod altera, ut omnis homo est animal, aliquis homo non est animal, non omnis homo est animal. Idem significat, quod illa aliquis homo non est animal, sicut illa non aliquis homo non est animal, idem enunciat, quod illa omnis homo est animal. Verum enim illud est, quod sophistarum vulgo iactatur nulla ratione melius contradicitur, quam toti enunciationi negatione opponenda. Contrariae vero pronuntiationes se inter se succedunt negatione interijcienda hoc modo, omnis homo

homo non est animal, illam reddit nullus homo est animal, & nullus homo non est animal, idem declarat quod illa omnis homo est animal. Opponenda vero, & interijcienda negatione consequens enunciatio immigrat in antecedentem & e contrario. Ut non aliquis homo non disputat idem valet, quod omnis homo disputat, & non omnis homo non disputat, idem est, quod aliquis homo disputat.

Conuersio enunciatio num.

Valet ergo in enunciationibus verbis eodem ordine positis oppositio, consecutio, & equipolentia. Si vero transponantur verba conuersio nascitur. Quae ita apte & consequenter fit. Ut specialis aiens simpliciter, & ex sua vi conuertatur, ut aliquis homo est animal, ergo aliquod animal est homo. Si. n. homo est animal homo & animal in eodem aliquo simul sunt, ergo aliquod animal est homo. Generalis negans simpliciter etiam & per se recipit, ut nullus homo est lapis, ergo nullus lapis est homo. Siquidem si non probet aliquis huiusmodi consecutionem: concedat, necesse est, antecedens esse verum posse, & consequens falsum. Quare consequenti contradictorio nomine repugnans erit vera, verum erit ergo aliquis lapis est homo, & haec etiam per reciprocationem specialis enunciationis aliquis homo est lapis, & concessum est in antecedenti nullus homo est lapis duo igitur effata disparata simul in eodem erunt. Generalis etiam negans conuertitur in specialem negantem, ut nullus homo est lapis, ergo aliquis lapis non est homo. Nam si recipiatur generaliter, ut demonstratui generalem consequitur specialis, ut ante ostendi. Valet enim si

nullus lapis est homo, ergo aliquis lapis non est homo. Eodem argumento cognoscitur affirmationem generalem in specialem transponi, ut omnis homo est animal, ergo aliquod animal est homo. Nam si omnis homo est animal, consequens est ut homo sit animal ex quo reciprocatione fit, ut animal sit homo. Ergo si omnis homo est animal, aliquod animal est homo. Verum ergo est generalem affirmationem in specialem reciprocari. Specialem vero negationem sophiste portentosa quadam verborum traiectione, & inutili prorsus conuertunt. Quare missa fiat.

Cap. 10. De quibusdam enunciationum modis.

QUoniam simplicem enunciationem tractamus, non pretermittendum est quod dam enunciationum genus, quod difficilius explicatus Aristoteli praestantissimo dialectico & sophistis habere visum est. Etenim cum intelligendi artem tradamus, quo ad eius fieri possit viae complandae & illustrandae sunt, & ea impedi menta tollenda, quae mentis & ingenij cursum retardant. Ut autem altius hanc explicationem repeta mus: meminisse oportet dictum a nobis esse, cum ageremus de verbo aduerbia inuenta fuisse, ut verba fu plerentur, modum enim verbi declarant, ut prudenter loqui dicimus ad verbum supplendum, quod non solum loqui, sed etiam prudenter significet, ut late ter rapere dicimus quod idem est, quod verbum illud subripere. Sicut igitur verba propagantur aduerbijs, ita verbum substantiuum

De modis verbi substantiuum.

tium sum, es, fui. Sed alia verba actione quamdam, aut alium affectum significant, verbum vero sum, es, nihil aliud, quam coniunctionem & accommodationem predicati ad subiectum. Quare sicut alia verba, adiunctione aduerbiorum modum affectus, quem afferunt sua significatio ne indicant. Ita verbum substantiuum illa admittit aduerbia, que modum coniunctionis, quam inuehit declarant. Hæc autem quatuor insignia sunt possibiliter, contingenter possibiliter necessario; quorum hoc loco tantum habenda ratio est, ut hoc effatum, homo est animal, animal in hominem conuenire significat. Sed si necessario interponatur non solum conuenire, sed etiam necessario conuenire significabitur. Ita cum hominem possibiliter esse album asserimus, album homini ad iungi posse inuimus, & homo impossibile est equus, aduerbium facit, ut declaretur fore nullo modo posse, ut equus cum homine copuletur. Itaque quemadmodum alijs aduerbijs suppleantur verba, ita his supplementum sit verborum substantiuorum. Si vero huiusmodi aduerbia alijs, quam substantiuis verbis attribuuntur, non quemadmodum alia aduerbia modum referunt eorum affectuum, quos narrant, sed adhuc qua ratione affectus cum subiecto copulentur, ac si verbum sum, es, cum illorum verborum participijs in enunciatione collocaretur, ut homo possibiliter loquitur, valet idem, quod homo est possibiliter loquens. Trascunt autem hæc aduerbia, quæ nobis hoc loco ad tractandum proponimus, in nomina, cuiusmodi sunt possibile, contingens, impossibile, necessarium. Quæ no-

mina longè diuersas enunciationes ab aduerbijs efficere sophistæ putant. Ita ut aduerbia (aiunt isti) diuersas enunciationes nomina coniunctas efficiant. Quod ita intelligi volunt, ut cum enunciatum sic, album esse nigrum est possibile, est falsum. Significatur enim eodem tempore eandemque rem album & nigrum esse posse. At si efferatur sic enunciatum, album possibiliter est nigrum vera est. Nam nunciat diuersis temporibus eandem rem album & nigrum esse posse. Sed Arist. licet multis de his enunciationibus egit in secundo libro de interpretatione, nunquam huiusmodi differentiã terigit. Quare cum in huiusmodi enunciationes incidamus multo accuratius & breuius distinctione tractatur. Ut quacunquẽ ratione nobis proponatur album nigrum esse posse, distinguamus querentes, utrum eodem an diuerso tempore: & ita concedamus, vel negemus. Quare non sophistas imitabimur alium sermonem, de aduerbijs, alium vero de nominibus inducentes. Sed Aristotelem sequemur, qui vna fuit expositione harum pronunciationum contentus. Nam postquam illo, quem dixi modo, distinxerimus, cæteris rebus concordant. Illa etiam differentiã nonnulla esse videtur, ut vno loco quidquid desidijs est animaduertatur, ut pariter cætera & concordissimè procedant. Quod si nomina sint in enunciatione pro predicatis habentur, verbum vero substantiuum cui modum tribuunt pro subiecto, ut hominem esse album est possibile, possibile afficit infinitiuum esse, quod est possibile quasi subiectum, declaratque fieri posse, ut album cum homine copuletur. Ita etiam si verbum aliud adhibe-

adhibeatur, ut hominem currere est possibile. Idem valet, quod hominem currentem esse est possibile. Quamuis enim aliud verbum apponatur, semper ad verbum substantiuum, quod includit, quodcunque verbum refertur. Itaque nomen determinat (ut loquuntur grammatici) infinitiuum subiectum. Quemadmodum, si pro nomine verbum eiusdem vis collocaretur, ut si diceret, homo potest esse albus, homo potest currere. Ex quo fit, ut si nomen tantum negetur, infinitiuus negari videatur. Quare fortè hæc non refutaretur pronunciatum, equum esse leonem est non necessarium, & est non necesse, quia eundem sensum habere videtur, quem haberet, si nomen cum negatione præteret. Ita, non est necessarium equum esse leonem, hoc est non necessarium equus cum leone coheret. At quado non adhibetur nomen, sed aduerbium, quia non ad subiectum, sed ad verbum refertur, quod sua natura coniunctionem affert fit, ut licet aduerbium negetur non ideo negari videatur coniunctio, quia verbum sua sponte præstat, sed relinqui potest. Quare fortè illud effatum, quod proximè pro exemplo posuimus non concederemus, si efferretur sic homo est leo non necessario: nam leonem cum homine coniungi enunciatum videtur, licet non necessario. Aliter autem si modi negatio antecedit, ut non necessario homo est leo. Qua dicendi ratione modi negatio coniunctionem afficit, quam verbum indicat ad eundem sensum, quo illa superior accipiebatur non esse necesse equum cum leone coniungi. His sublatis differentijs, quod reliquum est doctrinæ quadrat in nomina & aduer-

bia, ut ergo de ijs efatis rectè iudicare, & statuere possimus, utrum vera an falsa sint. Illud esse posse putandum est, quod si esse ponantur nullum sequitur incommodum. Quare quando aliquam nobis pronunciationem proponimus, in qua sit illud possibile, aut possibiliter detrahendum est, & illa presentis temporis enunciatum per se contemplanda est, qua significatur illud, quod possibile esse dicitur. Ex qua si nihil absurdi sequatur, vera est illa enunciatum in qua illud possibile ponitur, sin autem aliquid incommodi sequatur, falsa est: ut homo possibiliter est albus, vera est, quia ex illa homo est albus nihil incommodi sequitur. Illa vero homo possibiliter est equus, falsa est, quia illam homo est equus illud sequitur incommodum præter alia rationis particeps esse rationis impos. Eodem modo iudicandum est de illa in qua est illud contingenter: nam idem quod possibiliter significat Aristoteli, atque sophistis. Quare nihil doctrinæ deesset quamuis prætermitteretur, sed Aristotelem sequamur, & tempori cedamus. Impossibile vero illud esse diximus, quod si esse fingam, aliquid absurdum consequitur. Quare ex illo pronunciatum, quod habet impossibile, redire mente oportet in illud, quod simpliciter tempore efferatur presentis, ex quo utrum aliquod incommodum sequatur, videndum est & ita ferenda est de pronunciatum sententia. Ut hominem esse equum est impossibile vera est enunciatum, quia si equus esset, rationis esset impos. Illa vero falsa est homo impossibile est albus, quoniam quamuis sit albus nullum vñ veniet incommodum. Sed quæret fortè quis-

Quomodo sit de enunciatum in dicanum in qua est possibile.

Impossibile quid.

piam

piam, vtrū hæc sit vera pronuncia-
tio omne candidum impossibile est
niuem esse. Quia ex hac, omne can-
didum est niuis, nihil absurdi sequi-
tur. Nam Dei voluntate poterat ni-
uis esse, antequam vlla res alia esset
candida. Falsa tamen est quia in hu-
iusmodi enūciatis, vt rectum facia-
mus iudicium, non tantum est con-
siderandum, quod est candidum, aut
nigrum, aut alio infectum acciden-
ti, sed etiam quod infici & imbui
potest. Quo posito, si aliquid ab-
surdum sequatur, probanda est vel
improbanda pronuntiatio. Quare
cum homo possit esse candidus, &
non possit esse niuis, verum illud
est, omne candidum impossibiliter
est niuis, & illa falsa, omne candidū
potest esse niuis. Ita necessarium de-
finiuimus, quod secus esse non po-
test, vt igitur pronuntiatiū constans
ex necessario verum sit, animaduer-
tendum est, vtrum secus esse possit,
quod necessarium esse dicitur, &
ex hoc quid sit de illa pronuntiatio-
ne putandum statuere. Vt hominē
esse animal est necesse, quia secus
esse nullo modo potest: hominem
ingredi est necesse, quia non ingre-
di potest, falsa est. Vt autem has in-
ter se enunciationes comparemus
earum oppositionem, & equipollē-
tiam ostendentes, intelligere opus
est, possibiliter & contingenter spe-
ciales esse modos, quod enim po-
test vel contingit esse, licet & ali-
quando non esse. Et quod potest
non esse, non impedit quo minus
esse possit. Sicut homo est albus, &
homo non est albus, vtraque vera
est. At impossibile & necesse, omni-
no & totum dicunt. Nam si quid-
piam esse impossibile sit, nunquam
esse potest, ita si esse necesse sit, nun-

Possibili-
ter & con-
tingentur
esse modos
speciales.

Impossi-
bile & neces-
se vniuersa
les sunt mo-
di.

quam potest non esse. Quare in red-
denda in his enunciationibus oppo-
sitione & equipollentia, valent illæ
regulæ de generali & speciali effato,
quas posuimus ad aliarum enuncia-
tionum oppositionem & equipol-
lentiam statuendam. Illæ sunt etiam
obseruandæ, quas de affirmatione,
& negatione posuimus. Siquidem
necesse affirmare videtur. Et cum
sit, vt diximus, modus generalis, præ-
ferret eandem vim, quam omnis.
Impossibile verò negat, & cum sit
etiā generalis, nullus imitatur. Re-
liqui duo continenter, & possibili-
ter aiunt sua vi. Est autem animad-
uertendum ex vnoquoque modo
quatuor enunciationes propagari.
Quod accidit propter res duas, quas
in quocunque effato modo aliquo
affecto considerandas esse significa-
uimus, modum ipsum & coniun-
ctionem verbo enunciationis con-
tētā, quam modus afficit. Quare
fit vnum enunciationis genus, si
vtrunque modus & verbum assera-
tur, alia duo si alterum tantum affir-
metur, & aliud negetur, quartū ge-
nus si vtrunq; negetur. Cum ergo
ex vnoquoque modo quatuor esse
rantur pronūciationes. Ex quatuor
modis decem, & sex pronūciatio-
nes existent. His positis facile æqui-
pollentiam, & oppositionē has pro-
nūciationes inter se conferentes
statuemus. Et ab equipollentia inci-
pientes in quatuor partes has decē
& sex enūciationes partiemur: cui-
cunque parti eas enūciationes at-
tribuentes, quæ equipollent & re-
trouicissim comeant. Deinde ex cō-
paratione harum quatuor partium
inter se omnia oppositionum gene-
ra cognoscemus. Tum eas, quæ an-
tecedūt, & quæ subsequūtur alias.

Ex vnoquo-
que modo
quatuor e-
nūciatio-
nes propa-
gari.

In

In vnaquaque verò parte primum
effatum erit ex possibili, alterum
ex contingent, tertium ex impossi-
bile, quartum ex necessario. Iam ad
singulas partes describendas acce-
damus. Si ergo possibile, & ver-
bum, ad quod spectat, aiat specia-
lis & aiens, vt ex dictis probatur
constat enūciatio, vt possibiliter
esse, vel possibile esse, cui vt
retroicissim comeet ea, in qua
ponitur contingens, eodem mo-
do se debet habere: quādoquidem
idem valere diximus contingens,
& possibile. Vicissim ergo co-
meat contingit esse, quia verò
impossibile contraria ratione,
quā possibile & contingens, &
est generalis modus, & negans,
vt ergo reciprocat etiam oportet
affirmans, & speciale fieri, quod
fit si negatio eum antecedit. Di-
ximus enim iam de negatione, af-
firmare si aliam antecedit nega-
tionem, & speciale facere si præ-
currat, quod vniuersè, dicit. Hæc
igitur reciprocat non impossi-
bile esse. Necesse verò modus est
generalis, vt ergo etiam retro co-
meet, oportet in speciale verti; q-
fit præeunte negatione. Quare vt
affirmet etiam, sicut alia eiusdem
partis pronūciata, aliam oportet
negationem adiungere: reciproca-
tur igitur hæc non necesse non esse.
Quare constant hæc primæ partis
enūciationes, quæ inter se retrou-
icissim comeant, possibile esse, cōtin-
git esse, non impossibile esse non ne-
cesse, non esse. Eisdem vestigijs in-
herentes rationem describēdi alias

tres partes cognoscemus. Altera
ergo pars, hac ratione collocabitur.
Possibile non esse. Contingit non
esse, non impossibile non esse, non
necesse esse. Tertiar verò partis
ita. Non possibile esse. Non con-
tingit esse, impossibile esse, ne-
cesse non esse. Quartæ verò partis,
ita non possibile non esse, non con-
tingit non esse, impossibile non esse
necesse esse. Quæ vt facillè memo-
ria teneantur non displicet illa via;
quam frequenter vsurpant sophis-
te à Petro Hispano inuenta. Licet
satis sit, & fortè eruditius ratio-
nem, & collocandi modum com-
prehendere à nobis iam explica-
tū. Vt quatuor vocalibus litte-
ris quatuor differentiæ pronū-
ciationum notentur, quæ è quo-
cunque modo proficiuntur. A
notet eam, qua vtrunque verbum
& modus affirmatur. E. verò illam
in quo verbum tantum negatur.
I. autem illam, qua modus tantum
negatur. V. verò illam, qua vtrun-
que, & modus, & verbum nega-
tur. Deinde his quatuor nomi-
nibus, Amaimus, Edentuli, Iliā-
ce, Purpūrea. Quatuor illæ par-
tes significantur à nobis descriptæ,
quibus ea ponuntur, quæ inter
se retrouicissim comeant. Quæ vt
facilius animo concipiantur, & ge-
nera oppositionis ostendantur
quibus inter se conferun-
tur in vna rota scribantur
quatuor quadratis di-
stincta hoc
modo.
?.

K Pur

Pur	<i>Non possibile non esse,</i>	I	<i>Non possibile esse,</i>
pu	<i>Non contingenter non esse,</i>	li	<i>Non contingens esse,</i>
re	<i>Impossibile non esse,</i>	à	<i>Impossibile esse,</i>
a	<i>Necessarium esse.</i>	cc	<i>Necessarium non esse,</i>

Contrariæ,

Consequentes,

Contra dictionis.
Contra dictionis.

Consequentes,

Subiectæ,

A	<i>Possibile esse,</i>	E	<i>Possibiliter non esse,</i>
ma	<i>Contingens esse,</i>	den	<i>Contingenter non esse,</i>
ui	<i>Non impossibile esse,</i>	tu	<i>Non impossibile esse,</i>
mus	<i>Non necesse non esse.</i>	li	<i>Non necesse esse.</i>

Enunciaciones igitur, quæ Amauimus significantur, & quæ Edentuli inter se sunt subiectæ contrarijs, quia sunt speciales, & negans aienti respondet. Quare sunt etiam contrariarum consequentes, quæ sunt Purpurea, Iliæce notatæ. Ita ut Amauimus contentæ consequentes earum sint, quæ Purpurea continetur, quas verò porrigit Edentuli consequentes earum sunt, quæ Iliæce affert. Ex quo fit ut eæ, quas affert Amauimus, contradictorio nomine opponant eis, quæ sunt in Iliæce, eæ verò, quæ sunt in Edentuli contradicunt eis, quæ sunt in Purpurea. Quæ omnia rota descripta ob oculos ponit.

Harum verò enunciationū conuersio omnino est inutilis. Nam id utilitatis, quod erat in conuersione aliarum simplicium enunciationū, ut ex illa probaretur aliquos syllo-

gismorum modos veros esse, in harū conuersione non reperitur. Conuerti tamen possunt eadem ratione, qua simplices enunciationes conuerti diximus. Cauendū tamen ne conuersione mutetur sententia. Hoc enim mollitur periculum, nisi attendamus. Conuertenda est autem pronuntiatio, ad quam verbum pertinet, quod modus affert, quare hæc specialis, hominem esse animal est possibile, vel necessario. Conuertitur sic, animal esse hominē est possibile vel necessarium. Eodem etiam modo si modus sit aduerbiū, ut homo possibiliter est animal, animal possibiliter est homo, ita nullū hominem equum esse est possibile, nullū equum esse hominē est possibile, & illa omnis homo possibiliter est currens, aliquod currens possibiliter est homo. Illa tamen omne

In conuersione pronuntiationum, quæ modo afficiuntur quid notandum.

omne animal esse hominem est impossibile, vera est, quia equum esse hominem est impossibile. Conuersa tamen falsa videtur esse aliquem hominē esse animal est impossibile. Quia mutatur sententia: si tamen non mutetur, vera est, quia hominē esse aliquod animal, equum nimirum est impossibile, verum est. Ita illa videtur esse vera faciens mundū Deus necessario est. Significat enim ab alio quàm à Deo mundum fieri non posse. Conuersa tamen falsum quid enunciare videtur, Deus necessario facit mundum. Nam sonat non voluntate, sed necessitate ducto à Deo mundum effici. Quare seruanda eadem sententia est, ita ut necessario Deum in conuersa afficiat sicut afficit in illa, ex qua conuertitur, ut significetur Deum esse necessario, qui mundum facit.

Cap. II. De copulatis enunciationibus.

DE simplici enūciatione hactenus egimus, de que ijs, quæ in eam cadunt. Nunc de copulata, quam sophistæ hypotheticam vocant differamus. Est autem illa, quæ plures enunciationes inter se aptas habet aliqua coniunctione. Ut Petrus loquitur, & Paulus disputat: si sol lucet, dies est. Plures autem variæque sunt coniunctiones, quibus enunciationes coagmantur seque se inter se referunt. Ut hactenus dixit, ut rerum rationem explicaret. Hactenus honestè facit, quatenus debet. Quamuis suator non fueras, approbator tamen fuisti. Eò redactæ res erant, ut nulla amplius esset spes. Hoc fit pa-

riter, atque ut alia facta sunt. Peinde tuebar, ac si usus essem. Propius nihil fuit, quàm ut veniret. Quemadmodum in se quisque, sic in amicū sit animatus. Quā timeo, quorsum euadas. Non secus ac si meus frater esses. Loqueris sicut decet, Tam ego homo sum, quàm tu: Vbi amici ibidem opes. Nihil tamen hæc præstāt ad iudicandum & intelligendum, quare nihil vsui dialectico sunt, qui viam intelligendi quærit. Sed rhetorico relinquuntur, quòd ornatum, & varietatem orationi afferunt. Illæ igitur duntaxat enunciationes copulatae, quam vulgus dialecticorum vsurpat, ad id, quod ipsi quærit intersunt, argumentatio coniunctio & disunctio. Et sicut in simplici effato magnum habet momentū ad veritatem cognoscendam verbū quod effati partēs cōglutinatur, ita & in his copulatis ipsa enūciationum coniunctio ostendit, quid sit iudicandum. Et ut alios verbi casus præter indicatiui modi respuit dialecticus, ita & alias coniungendi rationes præter illas tres. In coniunctis etiā pronuntiatis non quærendum est, utrum generalia an specialia indefinita ve sint. Id enim totū sibi vendicant simplices enūciationes. Quare nullus in eis cōtrarijs, & earū subiectis locus relictus est. Sed harū tota ratio ad simplices quoque pertinet. Valet tamē in copulatis affirmatio & negatio. Quamobrè & contradictoria oppositio. Sicut autem in simplicibus est affirmatio, & negatio, & contradictoria oppositio æstimanda ex enunciationū verbo: ita & in coniunctis ex ea coniunctione, qua sunt inter se aptæ. Quare hæc ait Petrus loquitur, & Paulus nō loquitur. Hæc verò negat & eius con-

Quæ copulatae enunciationes ad dialecticum pertinent.

In copulatis enunciationibus valet affirmatio & negatio.

tradictoria est. Non Petrus loquitur, & Paulus non loquitur. Quo circa negatione in eius principio positam animaduertendum est nihil aliud negare, quam illam coniunctionem, & qua simplices enunciationes aptantur. Ita hæc si incedit, mouetur, non si incedit mouetur, & hæc vel tacet, vel non tacet, non vel tacet, vel non tacet.

Tria genera sunt copulatarum enunciationum

Argumentatio triplex.

Cum igitur tria genera sint copulatarum pronuntiationum argumentatio, coniunctio, disiunctio: de toto earum genere diximus, iam singula genera perstringamus. Argumentatio est, in qua vnus concluditur ex alio, vt sol apparet, ergo dies est. Eius tres sunt, partes conexum, quod est argumentatio constans ex coniunctione si. Vt si currit, mouetur. Ratiocinatio quæ constat ex coniunctione ergo. Vt Petrus est homo, ergo est rationis particeps. Causa redditio, quæ ex coniunctione quia fit, vt, quia est rationis compos, ridet. In omnibus argumentationibus illud in primis spectatur, quod veræ censeantur, vt rectè concludatur, verèque ex primo consequens efficiatur. In conexo vero nihil amplius requiritur. Ex quo fit, vt licet enunciationes non conectantur, sed tantum orationes, quibus hæc apta & coherens consecutio exponatur, conexum habeatur, & vtrum verum, an falsum sit iudicandum. Vt si sol esset, luceret, si incederet, moueretur. Veræ sunt enunciationes, licet nullo verbo, sed coniunctione modo orationes vinciantur. Itè hanc falsam appellamus enunciationem, si loqueretur disputaret, quia non consequitur. Ex quo intelligitur conexum, aut necessarium esse, aut impossibile, quia quod semel rectè

concluditur, semper rectè concludi necesse est, & fieri non potest, vt bene vnquam concludatur, quod aliquando non bene conclusum est. Et quia conexum rectè explicatur sine verbo: fit, vt nihil esse ponat, licet cum verbo efferatur. Vt hoc est de nocte verum conexum, si sol lucet dies est, quia idem valet ac si diceret, si luceret dies est. Conexum vero, quod adhiberi solet cum negotij contrahendi, transigendiq; causa consentiunt, qui inter se agunt, Vt si feceris, faciam vel dabo. Quia non modo veritas in eo, sed etiam fides & constantia spectatur, non ad dialecticum, sed ad eum, qui de moribus agit, vel legis peritos eius spectat cognitio. Potest enim contra naturam conexi aliquando verum, aliquando falsum esse. Nam si non vi neque dolo malo, sed ex animo quis promittat, verum habetur, quod dicit: si tamen promissa non faciat, nec conuentis steter, fraudem admisisse, & mendacium dixisse putatur. In ratiocinatione præter hoc, quod efficiatur ex antecedenti consequens, oportet antecedens verum esse, vt videt, ergo habet oculos, quamuis bene consequatur, vera non est argumentatio, si non videat. Cum verò causa redditur, præter bonam consecutionem & veritatem antecedentis, necessarium etiam est, quod antecedens contineat consequentis causam, vt quia rationis est particeps, ridet, vera est enunciatio, si tamen illam inuertas dicens, quia ridet est rationis particeps. Licet rectè concludatur, & verum sit antecedens, vera non est enunciatio: quia quod ponitur in antecedente, causa non est eius, quod est in consequente.

Egi-

Egimus de argumentatione iam de coniunctione differamus. Est ergo coniunctio copulata enunciatio, qua plures enunciationes copulantur. Et coniunctio. Vt Petrus docet, & Paulus orat. Quæ vt vera sit oportet vtrunque enunciationem veram esse. Falsa verò deprehenditur, vel altera falsa. Aliquando tamen. Et coniunctio, licet ponatur re & actione non reddit copulatam enunciationem, sed potestate, quia facile nihil mutata sententia, in copulatam enunciationem transire potest. Vt Petrus & Paulus orat. Nam idem valet, quod hæc Petrus orat, & Paulus orat. Sed multi sophistæ inter se certam de quorundam pronuntiationum non veritate, sed sententia. Nam re conueniunt, pugnant autem, vtrum hoc an illud verbis significetur. Verus tamen dialecticus non contendet, sed explicabit, & verba distinguet, & subinde feret de vero & falso sententiam. Quia voces non ex natura rei, sed ex instituto significant. Quare potest, qui de rebus disputat dare vnicuique optionem, vt eligat, quid verba velit significare. Cui ergo sophistæ quærunt, vtrum hæc vera sit enunciatio Ioannes & Dieghus portant lapidem, cum nullus illorum sit ferendo: ambo tamen simul ferre queant. Si deinde velis efficere, ergo Ioannes portat, & Dieghus portat, distinguendum est vtrum significas Ioannem per se, an verò simul cum alio. Primum verum est, secundum falsum per id, quod ipse posuisti non posse lapidem ferri, nisi coniunctis, & sociatis vtriusque viribus. Item hanc veram esse sophistæ arbitrantur, Andreas, & Thomas sciunt septem artes liberales. Si tres ab vno & quatuor ab alio modo sciuntur. Illam

tamen ita interpretari oportet, nec nos sophistæ à data veritate depellant, nulla est liberalis ars, quæ à Thoma, vel Andrea non cognoscatur. Nolunt tamè hanc sophistæ concedere, & superioris simile esse negant, Thomas, & Andreas sciunt dialecticam. Si octo sententijs tota dialectica comprehenderetur, quarum alter quatuor, alter reliquas quatuor didicisset. Quia si talis admitteretur pronuntiatio, efficeretur ex illa Thomam & Andream esse logicos: ac proinde Thomam esse logicum & Andream esse logicum, quod non est verum, fingimus enim neminem, ita vere vocari, nisi qui vniuersam teneat logicam. Quod verò quidam in eo proximè superiori differre dicit, quod in illa prædicatum est numeri pluralis, qua propter in varias partes potest distribui, quæ singulis subiecti partibus accommodentur. In hac verò prædicatum est singulare, & proinde ad plures subiecti partes referri non potest. Vera tamen hæc non videtur ratio. Nam hic bos, & hic bos arant totum agrum, quod fuerit bobus duobus aratum, verum est: licet prædicatum sit singulare, & varias subiectum habeat partes, & hic messor, & hic messor mesuerunt totam arcam. Quare in his omnibus, & similibus effatis ambigui explanatione vera sententia elicienda est. Si enim significatur nullam esse logicam sententiam quam Thomas vel Andreas non fuerint assecuti, verè dicitur. Sin autem intelligatur ab vtroque per se quantumque dialecticæ partem sciri, fingitur ita non esse.

Villalpan-dus.

Sequitur vt disiunctionem tractemus. Est autem disiunctio copulata enunciatio, cuius partes conectuntur. Vel, aut simili coniunctione, vt

K 3 vel

vel homo loquitur, vel homo non loquitur. Sed nonnunquam non actione, sed potestate est disiunctio ut de coniunctione diximus. Quia eadem manente sententia enunciatio simplex in disiunctionem mutari potest, ut Gaspar, vel Dieghus venit. Valet idem quod Gaspar venit vel Dieghus venit. Sed controuersia est in quo sita veritas sit huius effati. Nam plerique non contemnendi auctores, contendunt falsum esse si vtraque eius pars vel vera, vel falsa sit, nam oportere dicunt, & in hanc sententiam veteres auctores citant, alteram tantum eius partem esse veram. Quare hæc vel Petrus disputat, vel Paulus orat falsam esse opinantur, si verum vtrumque simplex effatum sit. Sed doctius mihi videtur Petrus Hispanus locutus fuisse, dicens veram esse licet non ita propriam. Est enim insulsa dicendi ratio, neque ad argumentandum apta, neque lumen vllum orationi confert. Quare nunquam ea vllus bonus vsus est auctor. Si tamen ista insulsiatate mouentur ad affirmandum esse falsam, præterit eos non satis esse alteram tantum partem esse veram. Non enim illa dicendi insulsiatate amouetur ex eo, quod altera pars illius disiunctionis vera fiat. Neque auctores dicendi periti vnquam disiunctionem vsurpant, nisi quando vtrumque simplex effatum verum esse repugnat, & alterum esse verum esse necesse. Nam tunc vel vehemens ad arguendum est, vel oppositis orationem illustrat, ut ostendemus planius, quando ex enunciationibus copulatis ratiocinari docebimus. Quod autem vera licet insulsa sit disiunctio, cuius sit vtraque pars vera, ex eo facile

demonstratur. Nam est omnium auctorum satis certa doctrina contradicere disiunctioni coniunctionem ex partibus contradicentibus compositam, ut hæc vel Petrus disputat, vel Paulus orat. Nomine contradictorio repugnat huic & Petrus non disputat, & Paulus non orat. Nam quod in vna affirmatur in alia negatur, & quod in vna est speciale in altera est generale. Ut enim est &, nota generalis ita vel est specialis. Sed Petrus disputante, & Paulo orante hæc est falsa. Et Petrus non disputat, & Paulus non orat, ergo illa disiunctio, de qua erat controuersia est vera. Aperuimus rationem simplicis & copulatae enunciationis, & ex quo vera vel falsa cognoscatur esse ostendimus. Hinc facile cognoscitur quando possibles vel necessaræ, vel impossibiles sint. Nam quæ vera est, planum etiam est possibile esse, si tamen vera non est, esse tamen potest, possibile verum est. Iam verò si non solum vera est, sed etiam necessaria, compertum est necessariam esse, tamen si vera est minime verò necessaria, contingens habebitur. Præterea si non modo falsa est verum etiam impossibile, impossibile esse iudicabitur. Si autem falsa est, potest tamen esse vera contingens censetur. Quare eisdem præceptis, quibus vnquamque enunciationem veram vel falsam esse intelligemus, odorabimur etiam vtrum possibile, vel impossibile, contingens, aut necessaria sit. Hactenus de enunciatio-

Liber

Liber secundus.

Cap. I. De ratiocinatione.

Diximus dialecticam esse intelligendi artem. Ex hac ergo eius natura, eius institutio, partes, atque præcepta deducenda sunt, ut propria & non aliena censeantur. Alia ergo intelligimus per se. Alia vero per res alias & quasi ab alio docti. Per se cognoscuntur ea, quæ vt se dant mentique afferunt sine vlla maiori inquisitione tenentur. Ut ea, quæ sensus afferunt vt video hominem ambulantem, illum ambulare iudico, aut sedere, quia sedentem intueor. Ita canere, quia canentem audio, calidum etiam, quia calorem eius sentio. Ita etiam res facilimas & artium principia, quæ per se patent scimus, vt totum esse parte maiorem, & quæ sunt alteri paria inter se sunt etiam paria, rem quanque vel esse, vel non esse. De hac ratione intelligendi egimus superiori libro. Est enim quasi quedam enunciatio nis intelligentia. A qua profectus animus peruenit ad eam, qua res alias ex alijs perspicit, quæ difficilior est, quam nunc persequi decreuimus. Alio enim modo nobis persuademus hominem ab aliquo esse occisum, cum illum occidentem viderimus: alio verò cum coniecturis ducimur ad ipsum credendum. Quia hostis erat, quia illo loco, quando facta fuit occisio armatus & cum gladio crucio visus fuit. Animo igitur concipimus hominem necesse

non per se, sed ex alijs rebus, ex quibus coniecturam facimus. Ita geometra triangulum parium laterum esse conspicit, non ex se, sed ex orbis definitione, & illo per se cognito principio, quæ sunt alteri paria, inter se etiam paria sunt. Hæc cognoscendi ratio vocatur ratiocinatio, quæ tota ad homines pertinet, qua hominum mens, quæ ob eam rem etiam ratio vocatur, res occultas, atque reconditas, ita videt animo, vt certior de illis nonnunquam sit, quam de ijs, quæ sensibus tractat. Imo sensus ipso corrigit, & errasse demonstrat. Quam animus viam per se ad intelligendum inops ex ipsa rerum natura didicit, hausit, & expresit. Cernens enim naturam ipsam res alias ita socialise, vt vna posita sequatur statim alia. Alias autem ita separasse, vt si vna contingat esse alteram non esse necesse sit. His vestigijs, & hoc lumine rem quam per se non consequitur inuestigat quærens vtrum sit aliquid, ex quo iudicet vel esse, vel non esse, quod quærit. Vt hominem habilem & aptum esse ad disciplinas cognoscimus, quia est rationis particeps. Quæ ratione etiam pecus non esse existimamus. Huius viæ utilitas ad res intelligendas, & ingenij acie penetrandas in duabus rebus posita est. Et vt rectè colligamus. Et vt ex veris colligamus. Recta collectio in eo cernitur, vt si verum sit antecedens, verum etiam consequens sit, ac proinde si necessarium, consequens etiam necessarium sit, & ita si fieri possit antecedens, consequens etiam fieri possit. Ex quo illud etiam intelligitur. Vt si falsum consequens sit,

Ampliatio

K 4 vel

vel fieri non possit, falsum etiam antecedens esse, & fieri non posse. Tum quidquid repugnat cum consequente repugnat cum antecedente, atque id quod pugnat cum antecedente semper sequitur illud, quod pugnat cum consequente. Ars ergo, quam tractamus, si viam monstrat recte, & ex veris colligendi fructus nobis feret vberimos ad rerum cognitionem & scientiam. Sed nunc de recta collectione, quae & argumentatio, & consecutio dicitur, postea de veris eius principijs differemus.

Cap. 2. De syllogismo.

Argumentatio ergo est alicuius argumenti, quo aliquid probatur, dispositio, quae duplex est, alia copulata, alia simplex. Simplex est, quae tota ex simplicibus constat enunciationibus. Copulata vero, quae ex copulata componitur enunciatione. Primum de simplici verba faciamus, deinde de copulata. Simplex appellatur syllogismus, qui est argumentatio, in qua duae simplices enunciationes, ita implicantur, ut aliam ex illis concludi necesse sit, ut quod honestum est appetendum, iustum honestum est, iustum igitur appetendum. Argumentatio propinquas, & aptius genus putamus, quam oratio, per quod genus, quam tradit Arist. definitio declarata est. Implicari vero duo pronuntiata inter se non possunt, nisi aliquo communi verbo consocientur, & coniungantur inter se, ut allato syllogismo, honestum. Ex verbo ergo communi, & alio verbo utraque per se illarum duarum enunciationum com-

poni oportet. Nam si utraque sibi eadem verba vendicaret, non duae, sed una esset enunciatio, contra quam definitione postulatur. Harum igitur prima enunciatio propositio, secunda vero assumptio nominatur, quae efficitur conclusio, vel completio. Propositio vero, & assumptio ita vocantur relata ad conclusionem, quam pariunt. Nam possunt etiam esse aliorum syllogismorum conclusiones unaquaque ex alijs duabus enunciationibus deducta. Quae syllogismi appellantur prosyllogismi. Est autem prosyllogismus, syllogismus, qui alterius syllogismi propositionem, vel assumptionem efficit. Ut prosyllogismus esset adhibere, si propositio eius syllogismi, quae iam exempli gratia posuimus, confirmaretur ab eo, qui illo instaret syllogismo. Pulcrum est appetendum honestum est pulcrum honestum igitur est appetendum. Cum ergo ex communi verbo, & ex alio distincto, & utriusque proprio propositio, & assumptio conficiatur. Proprium propositio nis verbum nuncupatur primum, commune vero medium: assumptionis autem proprium extremum, ut in illo posito syllogismo appetendum est primum, honestum medium iustum extremum. Quæramus ergo, quibus modis duae pronuntiationes inter se implicare aliam necessario reddant enunciationem. Quos hac via inuestigabimus. Medium, aut in utroque antecedentis effato est prædicatum, aut subiectum, aut in altero subiectum, in altero vero prædicatum. Hæc medij varia collocatio varias formas, atque figuras efficit syllogismorum. Est enim forma vel figura syllogismi apta medij cum partibus conclusionis collocatio.

Prima

Prima ergo forma est illa, in qua medium subijcitur in propositione, & dicitur in assumptione, ut omnis homo est animal, Petrus est homo, ergo Petrus est animal. Quam primam esse dicimus, quia verbi communis collocatio, medij propius si multitudinem seruat. Illa vero de qua nonnulli mentionem faciunt, in qua medium in propositione dicitur, & in assumptione subijcitur, ut Petrus est homo, & omnis homo est animal, ergo Petrus est animal, nihil ab hac discrepat, tantum inuertuntur effata, & nomina mutantur, ut quae ante propositio erat, in secundo loco posita assumptio dicatur. Secunda forma est si medium in utraque enunciatione dicatur, ut nihil turpe est, honestum, iustum honestum est, ergo iustum, non est turpe. Tertia vero forma est in qua medium est, & in propositione, & assumptione subiectum, ut homo ridet, & homo est rationis particeps ergo ridens est rationis particeps. Has ergo tres ratiocinandi formas perlustramus, & varios earum modos excutiamus, ut certos reperiamus. Prius tamen animaduertere debemus, quod pertinet ad omnes istas formas, earum nulla modum vllum rectum præstare posse, in quo utraque antecedentis pronuntiatio aut negat, aut sit specialis. Diximus enim ab eo natura profectam esse ratiocinandi vim, quod quaedam res ita per se vique sua conglutinatur, ut una semper sequatur aliam: quare ex eo quod una sit, aliam simul ad esse collegimus. Negans autem enunciatio nihil esse dicit, quare ex utraque neganti aens vlla concludi non potest, neque negans. Quia demonstrauius etiam ex eo cog-

nosci ratiocinatione aliquid non esse, quia aliud esse videmus, cum quo sociari non potest, quod non esse deprehendimus. Quare præcedat necesse est aliquid effatum, quod aiat & esse ponat, non igitur ex utraque neganti aliquid effici potest. Si vero utraque sit specialis pronuntiatio, medium sua vi, neque coniungit, neque disiungit extrema: quare verum medium non est. Siquidem speciale effatum non omnino, & totum, sed aliqua ex parte dicit, quare quadam ex parte conuenire, & alia ex parte non conuenire potest. Ut nihil esse ponatur in antecedenti, ex quo aliud succedere, vel remotum esse concludatur. Ex quo perspicitur licet opus esse medium in aliqua antecedentis parte omnino, & totum usurpari, ut aliquid esse, vel non esse in complexione efficiatur. Tum si altera eius pars sit negatio, complexionem negationem pariter esse oportere.

Cap. 3. De prima forma.

In prima ergo forma, vel utraque ait, vel utraque pronuntiatio negat, vel altera ait, altera negat. Si utraque ait, vel utraque est generalis, vel utraque specialis, vel indefinita, vel altera generalis, altera specialis. Si utraque sit generalis, certus constat concludendi modus, fallere nequit complexio. Ut omne decorum bonum, omne honestum decorum, ergo omne honestum bonum. Quod recte consequi ex definitione constat generalis enunciationis. Nam si totum propositionis attributum in toto subiecto intelligitur: nulla est subiecti pars in qua attributum non intelligatur. At totum assumptionis

K 5 subic

subiectum est propositionis subie-
cti pars, propositionis ergo prædica-
tum de toto dicitur assumptionis
subiecto.

Si verò vtraque sit specialis enū-
ciatio, aut indefinita. Nam idem in
rationibus iudicij est specia-
lis, & indefinita, vt semel hoc dixisse
sufficiat. Si vtraque igitur specia-
lis sit, siue aiant, siue negent, siue al-
tera aiat, altera neget, demonstraui-
am nihil posse pro certo confici. Id
quod etiam demonstratum est, si
vtraque neget. Si verò altera sit ge-
neralis, altera verò specialis cū vtra-
que aiat. Si propositio sit generalis,
certa nascitur conclusio. Vt omnis
homo est animal, aliquod sanctum
est homo, aliquod ergo sanctum est
animal. Quod eodem modo demō-
stratur, quo demonstratum est, si
fuisset generalis assumptio. Si verò
altera aiat, altera negat. Vel vtraque
est generalis, vel altera generalis, al-
tera specialis. Si vtraque est genera-
lis, vel propositio negat, & assump-
tio affirmat, vel è contrario. Si affir-
met assumptio perfecta existit, &
absoluta ratiocinatio, siue sit gene-
ralis, siue specialis. Vt nulla virtus vi-
tuperanda, modestia est virtus, mode-
stia igitur non est vituperanda. Hu-
ius autem modi demonstratio, ex
eadem generalis enunciationis de-
finitione petenda est. Diximus enim
generalem negantem, totum attri-
butum ab omni subiecti parte re-
mouere. Cū ergo assumptio affir-
met totum eius subiectum partem
esse subiecti propositionis, rectè igi-
tur conclusio totum prædicatum
propositionis separat ab omni subie-
cti assumptionis parte. Sin autē pro-
positio dicat, & neget assumptio ni-
hil certi ex hac verborum disposi-

tionem concludetur. Etenim neque
generalis, neque specialis negans con-
sequens erit. Nam verbis ita disposi-
tis vero toto antecedenti generalis
aiens ex vocabulis extremis compo-
sita vera erit. Vt omnis homo est
animal, nihil albū est homo, & om-
ne album est animal. Si contingat,
quod esse potest, nihil in aliquo lo-
co album esse, quod non sit animal.
Item eodem modo antecedente, ve-
rum etiam esse potest nihil albi esse
animal. Cū ergo simul cum ante-
cedenti vera sit illa generalis aiens
consequi non potest negans, neque
generalis, neque specialis, quia con-
trarię aut contradictorię simul ef-
sent veræ. Nec etiam potest aiens
vlla sequi, quia simul cum antece-
dente vera esse potest illa generalis
negans. Quare nihil ex illa effatorū
implicatione colligi potest, propter
eaque est ad ratiocinandum inuti-
lis. Idque ex eo vñ venit quia pri-
mum in propositione specialiter po-
nitur in consequenti verò vniuersæ.
Est autem illa improba concluden-
di ratio cum ex aliquo, totum con-
cluditur. Vt quia aliquis homo am-
bulat omnis homo ambulat, aliquis
homo non loquitur, ergo nullus ho-
mo loquitur. Quod si hoc caueatur
ita, vt primū in complexione quem
admodum & in propositione spe-
cialiter vsurpetur. Quod verbis con-
uersis fiet, sic vt primū subijciatur,
& extremum dicatur, nullus erit in
concludendo error, locus syllogismo
relinquitur, siue sit generalis, siue
specialis propositio. Vt omnis ho-
mo vel aliquis homo est virtute præ-
ditus. Nullus equus est homo, ali-
quid igitur virtute præditum non
est equus. Nam per eum modum
hęc tractatur ratiocinatio, quem
certissi-

certissimū esse demonstraui, quan-
do generaliter negat propositio, &
assumptio specialis vel generalis af-
firmat, tantum reciprocetur propo-
sitiō & assumptio, vt libro primo re-
ciprocari posse docui. Et loca mutē-
tur, ita vt propositio fiat assumptio,
& assumptio propositio. Vt nullus
homo equus, aliquid vel omne, quod
est virtute præditum homo, ergo
aliquid virtute præditum non est
equus. Ex prima ergo forma collo-
cationis medij, quatuor modi tra-
hantur perfecti. Vnus si propositio
& assumptio generaliter aiant, al-
ter si vtraque sit vniuersalis, tamen
propositio neget & assumptio aiat.
Tertius, si vtraque aiat, tamē propo-
sitiō sit generalis & assumptio spe-
cialis. Quartus, si propositio vniuer-
saliter neget & assumptio speciali-
ter aiat. Ex tribus primis deducit
Arist. & dialecticorum vulgus alios
tres, qui ex conuersione verborū in
cōclusionem constant, ita vt primum
subijciatur & extremum prædica-
tur. Ostendimus enim vniuersalem
aientem in specialem reciprocari.
Quare si modo primo concluditur
omnis homo est animal, concludetur
etiam, & animal est homo. Si se-
cundo nullus homo est lapis, etiam
nullus lapis est homo. Si tertio ali-
quis homo est animal, pariter ani-
mal est homo. Quibus adiungētur
duo illi, qui transuersis etiam ver-
bis concludunt specialem negan-
tem. Quo circa nouem modis in
prima forma certus atq; perfectus
constat syllogismus.

Ex prima
collocatio
nis forma
quatuor mo-
di perfecti
trahuntur.

Nouē mo-
dis in pri-
ma forma
constat syl-
logismus.

Cap. 4. De secunda forma.

IN secunda forma nullus erit
syllogismo locus, si vtraque an-
tecedentis enūciatio aiat. Quia

illud admittitur peccatum, quo ni-
hil necessariō consequi potest, nun-
quam medium in antecedenti om-
ni ex parte dici. Quare semper in se-
cunda forma conclusio negat, quia
semper altera negat antecedentis
pars. Ex quo intelligitur semper se-
cundam formam postulare propo-
sitionem vniuersalem. Etenim si so-
la conclusio negans necessaria sit,
necesse est primum in consequenti
negari. Quōd si specialis esset propo-
sitiō, specialiter poneretur. Qua-
re ex eo quod aliqua ex parte enun-
ciatur, omni ex parte enunciari cō-
cluderetur, quod est absurdissimū.
Generalem ergo esse oportet propo-
sitionem cuiusque modi secūde
formę. Quare quatuor tantum ab-
soluti concludendi modi recto ver-
borum ordine in hac forma ex col-
latione pronuntiatorum constātur,
vnus si propositio & assumptio sint
generales & assumptio aiat. Vt nul-
lus lapis rationalis, omnis homo ra-
tionalis, nullus igitur homo lapis.
Quam ratiocinationem necessariā
esse ex eo facile cognoscitur, si pro-
positio reciprocetur, existet enim
primę formę syllogismus, quem
perfectum esse demonstrabimus.
Alter si cum vtraque sit vniuersalis
pronuntiatio, assumptio neget. Vt
omne laudabile est honestum, nihil
iniquum honestum, nihil ergo ini-
quum laudabile. Qui syllogismus
rectè tractari probatur ex eodem il-
lo primę formę modo, conuersa
assumptione, & loco posita propo-
sitionis. Duo sequētes modi his subij-
ciuntur: si assumptio vel specialiter
aiat vel neget. Nihil odiendum bo-
nū, aliqua voluptas bona, aliqua igi-
tur nō odienda. Conuersa enim as-
sumptione ad quartū primę formę
modum

In secunda
forma sem-
per conclu-
sio negat.

Quatuor cō-
cludendi mo-
di: 1. & 2. secun-
da forma.

modum reuocatur. Item qui docet intelligit, bestia non intelligit, ergo non docet. Nam si quis asseueret non rectam sic ratiocinationem confici, continget igitur verum esse primum, falsum verò quod sequitur, quod si falsum, eius contradictorio nomine oppositum erit verum. Quo assumpto simul cum propositione, quam positum est esse veram, primo modo primæ formæ efficietur contradictoriam assumptionis esse falsam, quod fieri non potest, ut qui docet intelligit, omnis bestia docet, omnis ergo intelligit. At positum fuit aliquam non intelligere. Planè igitur consequitur primo primæ formæ modo duas enunciationes contradicente esse veras, si quis illo modo contendat nullum esse syllogismo locum.

Cap. 5. De tertia forma.

IN tertia forma recto verborum ordine, nihil pro certo concluditur, si assumptio neget, quia tunc propositio affirmaret. Quare primum non omnino enunciaretur, at omnino enunciaretur si conclusio negaret, ex speciali ergo concluderetur generalis, quod est vitiosum argumentandi genus. Ex quo illud est consequens oportere in tertia forma conclusionem esse specialem. Quia postremum non potest vniuersè usurpari in antecedenti cum oporteat esse in prædicato assumptionis aientis, quare non debet in consequenti ad genus vniuersum accommodari, ut accommodaretur, si vniuersè, & in totum concluderetur. Ex quo euenit, ut sex tantum modi ex tertia collocationis forma nascantur. Primus si vtrunque ante

In tertia forma semper est conclusio specialis.

cedentis effatum generale sit, & aientis, ut omnis tyrannus improbus, omnis tyrannus diues, aliquis ergo diues improbus. Qui modus facile certus esse probatur. Si reciproceatur assumptio, quia constabit perfectus syllogismus ex tertio primæ formæ modo. Secundus si cum vtrunque effatum sit generale neget propositio. Ut nullus tyrannus est rex, omnis tyrannus improbus, aliquis ergo improbus non est rex. Si autem alterum antecedentis effatum sit generale, alterum speciale, aut vtrunque ait, aut alterum negat. Si vtrunque ait duo modo efferuntur: si propositio sit specialis tertius modus existit: ut bonum expetendum est, omne bonum honestum, ergo honestum expetendum. Aut assumptio est specialis, & parit quartum modum, ut omne honestum expetendum, honestum bonum, ergo bonum expetendum. Quorum duorum modorum certam esse consecutionem demonstrabitur. Si specialis enunciatio conuertatur, & assumptio fiat, si fuerit propositio, nam ita per tertium primæ formæ modum tractabitur ratiocinatio. Si verò altera negat: quia propositio futura est (ut ostendimus) aut specialis, aut generalis. Si specialis quintus deducitur modus, ut iustitia minime nocet, iustitia est virtus, virtus ergo minime nocet. Quod rectè concludi si quispiam audeat negare, concedere debet antecedens esse posse verum & consequens falsum. Si consequens falsum eius contradictoria enunciatio vera erit, ex qua propositione, & posita assumptione efficitur contradictoria eius propositionis, quæ vera concessa est. Ut omnis virtus nocet, iustitia est virtus

tus, omnis ergo iustitia nocet, at concessum erat aliquam iustitiam non nocere. Qui ergo hunc concludendi modum non probauerit, concedat oportet simul esse veras duas pronunciationes contradictorio nomine oppositas. Quæ conclusio ducetur ex primo primæ formæ modo, quem perfectum & absolutum esse docuimus. Si verò negans propositio sit generalis, sextus deriuatur & vltimus huius formæ modus. Ut nihil bonum nocet, bonum expetendum, ergo expetendum non nocet. Quod rectè sequi planè fiet ex quarto primæ formæ modo, si conuertatur propositio.

Cap. 6. De versibus, quibus omnes syllogismorum modi comprehenduntur.

OMnia verò hæc ratiocinandi præcepta, quo facile memoria teneantur paucis versibus ex fictis nominibus compositis Petrus Hispanus non leui industria comprehendit. Quibus omnes ratiocinandi modos & fere singulorum demonstrationem tangit. Quos habet in ore dialecticorum vulgus sunt verò.

Versus quibus omnes syllogismorum modi comprehenduntur.

Barbara Celaren Darij Ferio Baralipon, Celantes Dabitur Fapesmo Erisefomorum, Cesare Camestres Festino Baroco Darapti Felaton Disamis Datissi Bocardo Ferison.

Tot ergo modi ratiocinandi significantur, quot his versibus ponuntur vocabula. Vnumquodque verò vocabulum ita modum indicat, ut vocalibus significetur enunciationes, ex quibus totus componitur syllogismus, consonantibus autem non nullis quo pacto modus rectus ac

certus esse demonstrantur. A. ergo notat enunciationem generalem aientem. E. generalem inficiantem. I. specialem aientem. O. specialem negantem. Vocalium autem ordo ordinem partium syllogismi declarat, sic, ut prima vocalis propositionem, secunda assumptionem, tertia complexionem indicet. S. indicat conuersionem eius enunciationis, quæ præcedit in aliam eiusdem omnino rationis, quam noui dialectici vocant simplicem conuersionem. P. conuersionem præcedentis enunciationis vniuersè in aliam specialem, quam ipsi nominant conuersionem per accidens. M. declarat loca esse mutanda illo modo effatorum antecedentis, ita, ut propositio transeat in assumptionem & assumptio in propositionem. C. modum esse demonstrandum ad incommodum compellendo.

Quatuor ergo modos perfectos & absolutos, quos deduximus ex prima forma præstringunt quatuor illa verba Barbara Celaren Darij Ferio. Primum vocabulum, primum modum innuit, secundum secundum & ita deinceps alij. Ut exempli causa, Barbara significat ex tribus effatis generalibus affirmantibus totum confici syllogismum, & ita alij. Animaduertenda etiam sunt quatuor consonantes, B. C. D. F. à quibus hæc vocabula incipiunt: ab eisdem enim reliqua omnia vocabula incipiunt. Declarantque vnumquemque modum ad illum esse reuocandum, ut rectè consequi probetur, cuius efferatur in principio littera. Ut Fapesmo quia eius prima littera est, F. à qua incipit Ferio, notatur, ex Ferio rectam esse consecutionem probandum esse. Hac etià de causa Felatō. Disamis

ex Darij, & sic in alijs. Tria verò vocabula, quæ deinceps cōsequuntur, ad tres pertinent modos, qui ex tribus primis perfectis conuersione verborum in prima forma concluduntur. Baralip̄tō Celātes, Dabit̄is. Vt Baralip̄tō significat illum syllogismi modum, qui ex duobus generalibus aīctibus in prima forma efficit specialem conuersis verbis, vt primum subiiciatur & extremū enuncietur, vt omnis homo est animal, omne risus potens homo, animal ergo est risus potens. P. verò in hoc vocabulo, quod sequitur, I. indicat: ex Barbara esse probandum, si specialis complexio reciprocatōne fiat generalis aīens. Vt quidquid risus potens est animal. Ton autem quod deinceps in vocabulo ponitur, nihil pertinet ad rationem syllogismi, sed aduersum complendum. Id quod accidit in alijs modorum vocabulis, qui plures habent, quàm tres syllabas. Duo quæ deinceps ponuntur vocabula Fapesmo Frisefomorum, illos duos notant ratiocinandi modos, quos in prima forma tetigimus, qui constāt ex assumptione generali negante reciprocatōne verborum, quorum certam esse complexionem ostenditur, ex Ferio si fiat quod. P. S. & M. consonātes, quibus proferuntur, fieri postulant. Illud autem, orum, quod habet Frisefomorū, quia post tertiam syllabam adiungitur, nihil ad syllogismum spectat. Cesare, Camestres, Festino, Baroco. Quatuor illos modos significant secundæ formæ. Darapti, Felapton, Disamis, Datisi, Bocardo, Ferison. Sex continēt modos tertie formæ. Non posse autē alios præter hos esse modos ad concludendum recto verborum ordine,

ex eo monstratur, quod omnes modos persecuti sumus, quibus duæ simplices enunciationes connexæ complexionem pariunt.

Cap. 7. De ratiocinatione quæ incommodo vrget.

Diximus id hominibus esse à natura tributum, vt ratiocinando res intelligāt. Duplex autem est ratiocinādi via, alia, qua ex vno aliud, quod querimus, cognoscimus, vt quia honestum est intelligimus esse laudabile. Ex ratiocinandi vi modos ratiocinandi cōsequimur, quæ argumentatio directa nominatur. Alia verò qua non ad id peruenimus, quod querimus, sed ad id, cuius nos pænitet & ineptum esse putamus. Quod vt vitemus, in id compellimur, quod nobis placet vt ex eo, quod homo nō habet vim ad ridendum, sequitur non esse rationis participem, quod absurdum esse videntes nolumus inficiari potentem esse risus. Itē cōtrarias enunciationes simul veras esse non patimur, quia contradictoriæ simul tunc essent veræ. Hoc etiam pacto demonstrauimus bene consequi syllogismos, quos Baroco & Bocardo afferūt. Quoniam si quispiam id inficias iret, cogeretur ex modo, quem præbet Barbara duas contradictorias pronūciationes simul esse veras. Multus denique & frequens vsus est huius argumentationis, quæ non directo probat, quod positum est, sed vrget incommodo aliquo. Quæ per eosdem modos tractatur. Nam in ea concluditur aliquid. In hoc enim differt ab ea, quæ directo argumentatur, quod illa nititur verum efficere, hæc verò falsum cōcludere.

Argumentatio alia directa, alia quæ vrget incommodo.

Conclu

Conclusio verò ex simplicibus effatis non aliter deduci potest, quàm vno illorū modorū, siquidem ostendimus alios esse non posse connectendi medium cum extremis verbis. Hoc etiam animaduertendum est has duas probandi rationes ex eisdem omnino verbis cōstare licet diuersæ conclusiones sint, quia vna vera altera falsa, vt his tribus verbis animal, rationis particeps, risus potens, sed directa argumentatio cōtinuò probat, quod risus est potens, esse animal, alia verò vrget aduersarium id negantem, concludens quod est rationis particeps, non est animal. Ita directò demonstramus duas enūciationes contrarias simul non esse veras, quia duæ contradictorio nomine oppositæ simul non possunt esse veræ. Compellimus autem ad absurdum, quia si duo cōtraria pronūciata simul essent vera, duo cōtradiçtoria simul etiā essent vera. Et antequā ab hoc loco discedamus illud animaduertere præstat eos oēs modos, quos directò conuersione quarūdam enūciationum ex quatuor perfectis modis probauimus, eosdem vrgeto incommodo ex eisdē quatuor demonstrari posse. Quod vt faciliè & in pròptu sit, cōsiderandum est illos quatuor primæ formæ modos omne genus enūciationum concludere. Tantū enim quatuor genera sunt generalis aīctis & specialis aīens, generalis inficians & specialis inficians, quas his vocabulis a. i. e. o. indicari admonuimus. a, igitur indicabit modum Barbara quia solus aīentē generalē infert. i. Darij. e. Celarē. o. Ferio. Vt autē cognoscā ex quo illorū quatuor primæ formæ modorū singuli alij modi cōpellēdo ad id, quod fieri non

potest demonstrētur, ijs vocibus dirigemur. In quinq; reliquis primæ formæ modis hac voce. Nesciebatis, itaque primus, qui est Baralip̄tō ex eo, quod fieri non potest probatur per Celarem. Vt si quispiam hanc ratiocinationem refellat, omnis homo est animal, omne quod ridet est homo, ergo animal ridet: debet cōcedere fieri posse vt antecedēs totū verū sit & consequēs falsum quod si falsum eius cōtradiçtorio nomine oppositū est verū, sit ergo verū nullū animal ridet, & das totū antecedēs cōcedēs, q̄ omnis homo est animal, nullus ergo homo ridet, at ante cōcesseras, quidquid ridet hominē esse. Duas ergo cōtrarias enūciationes simul veras esse fateris, dum illum modū Baralip̄tō refutas. Ita secundus modus Celantes probatur cōpellēdo ad id, quod fieri non potest ex Darij: quod monet. i. quod deinceps sequitur in verbo illo nesciebatis. Ita etiā docet Dabit̄is modū probari ex Celaren. Fapesmo verò ex Barbara, Frisefomorū ex Darij. In quatuor modis secundæ formæ instruitur hac voce, Odiebā, Quæ docet Cesare vrgeto incommodo cōfirmari ex Ferio. Camestres ex Darij. Festino ex Celarē. Baroco ex Barbara. Ad sex modos tertie accommodatur hæc vox Letare Romanis. Quæ monet Darapti ex eo quod fieri non potest planum fieri ex Celaren, Felaton ex Barbara. Disamis ex Celaren Datisi ex Ferio, Bocardo ex Barbara, Ferisō ex Darij. Vniuersam ergo ratiocinādi rationem & artem dispartiti sumus in formas, formas autē in modos. Quatuor modos primæ formæ demonstrauimus ex definitione generalis enunciationis: reliquos alios modos ex ijs quatuor, idque duobus

bus modis, vel enunciationum conuersione, vel compellendo ad id, quod fieri non potest. Illud etiam in ratiocinandi arte operoprærium est animaduertere. Quod licet ad intelligendum, & veritatem consequendam oporteat, ex vero antecedenti consequens deriuari. Tamen perfectus syllogismus constare potest, ex falsis enunciationibus. Si verba ut opus est disponantur. Nam hæc ratiocinatio perfecta, & absoluta est, omnis lapis est animal, omnis homo est lapis, ergo omnis homo est animal. Tamen antecedens est falsum, & consequens verum. Falsum ergo consequens, non nisi ex falso antecedenti conficitur. Verum autem, & ex falso, & ex vero. Antecedens etiam verum non parit, nisi consequens verum, & propterea aptissimum est vimque habet maximam ad veritatem explorandam. Antecedens verò falsum efficit & falsam & veram complexionem, quomobrem inutile est ad veritatem explorandam.

Cap. 8. De medio totius syllogismi.

Cum autem tantum verum antecedens valeat ad veritatem ratiocinando reperiendam: sit ut tota intelligendi difficultas in eo sita sit, ut medium idoneum comparatur ad complexionem efficiendam idoneum autem erit, si pro dignitate, cum primo & postremo verbo copuletur. Dignitas autem in eo cernitur, quod postulat ratio eius, quod intelligere curamus. Sic, ut vel enunciatur id, de quo dubitamus, afirmando vel infirmando. Si afirmando, mediū postu-

lat cum utroque extremo coheres. Sin autem negando, medium oportet adhibere, quod alteri extremo sit coniunctum, alteri verò disiunctum. Quare tota nostra intelligendi ratio posita est in medijs inuentione. Consentaneum verò Arist. partitus est in antecedens, & consequens. Inutiliter quidem: nam si cohereret, valet ad efficiendam conclusionem siue sit antecedens, siue consequens, subiecti veritatemque ostendit. Arist. tamen exultans, & gaudio triumphans quod totam ratiocinandi viam peritissimè sit consecutus, & quasi digito monstrauerit ludens cum sophistis, & indoctis hominibus, aliquid aliud se tradere simulans pontem (ut illi iactant) in hac expedita, & illustri via fecit, quo precipitaret illi aut grauius offenderet. Sed ruine periculum non est in eo, quod ipsi opinantur. Quod res obscura sit, & difficiles habeat explicatus, sed in eo quod ex re inutili aliquid utilitatis percepturum sperent. Aptius igitur ad rationem intelligendi est, ut medium, siue consentaneum, siue dissentaneum diuidamus in id quod necesse est. Vel fieri tantum potest, ut sit, vel non sit. Et quale medium fuerit talis erit complexio, quæ manat de illo. Ex quo vno fonte deriuatur demonstrationis, & probabilis syllogismi doctrina, de quibus postea multis differemus.

Quoniam ergo ex medio pendet ratio complexionis, illud est attentè considerandum sic primum cum extremo in complexione coniungi, ut coniunguntur ipsa cum medio. Ita ut si alterum extremum non in recto, sed in casu accommodetur medio, in casu inter se oportet

Tota nota, siue intelligendi ratio posita est in medijs inuentione.

Medij apta diuisio.

Ad apte cōcludendum quid notandum.

ret aptari, ut cuiuscunque hominis est equus, Petrus est homo, ergo Petri est equus. Quæcunque ratio est in homine, mens est ratio, ergo mens est in homine. Sed in hoc falli & capi possumus existimantes medium esse, quod est in casu, cum non casus, sed id, quo casus dirigitur, medium sit, ut nulla vera virtus est in impio: rerum copia est, in impio, ergo rerum, copia non est, virtus. Quo syllogismo medium in casu applicatur utrique extremo, tamen extrema in recto ponuntur in conclusione, tamen non casus, sed rectus latens est medium, nimirum aliquid impij, vel cadens in impium. Item in hoc syllogismo homo non est Deus, homini est cognitio, ergo cognitio non est Deo. Non rectè concluditur, erroris autem causa est, quod non modo casus, sed etiam aliud, licet reticeatur in assumptione casui supponitur. Quod quidem est in cōclusionem ponendū. Quare integer syllogismus, ita enunciabit. Homo nō est Deus, homo est cognitione præditus, ergo aliquid cognitione præditū non est Deus. Quare licet variè eloqui possimus, tamen ad iudicandum, & syllogismum æstimandum quædam loquedi rationes, in alias mutadę sunt quibus planius verba disponantur, ex quibus conclusio constat. Quidam etiā syllogismi queruntur ad alios exponendos, vel quæ dicitur ante oculos proponendū: quod sit cum genus per speciem declaramus. Qui planius tertia forma tractantur, qua mediū in vtraque antecedentis parte subijcitur. Ut hic syllogism⁹ si nobis proponatur, quod sentit viuere, animal sentit, ergo animal viuere. Quod tractatur, ita planius homo viuere, & ho-

mo est animal, ergo animal viuere. Item Petrus est animal, & Petrus est homo, ergo homo est animal, vel Petrus viuere, Petrus est animal, ergo animal viuere.

Cap. 9. De copulata argumentatione.

Sed de simplici argumentatione satis superque dixisse videtur, nunc paucis copulatam explicabo. Quam esse diximus eam quæ excopulata componitur enunciatione. Est autem triplex connexum, coniunctio, disiunctio. Connexum esse diximus, cum duæ simplices enunciationes aptantur voci. Si ut si currit mouetur. Primus ratiocinandi modus in connexo ex affirmatione antecedentis efficiendo affirmationem consequentis. Ut si sol lucet dies est, sed lucet, ergo dies est. Quod rectè consequi ex eo perspicitur potest: quod connexum sua natura argumentatio sit, qua vnum ex alio efficitur. At diximus tunc verè vnum ex alio consequi, cum esse non potest antecedens, quin etiam consequens sit. Ergo in connexo si afirmeretur & esse ponatur antecedens, debet consequens afirmani & esse poni. Secuti⁹ dus modus, si ex negatione consequentis cōcludatur negatio antecedentis. Ut si sol lucet dies est, sed dies non est, ergo sol nō lucet. Quod ex superiori modo demonstrat, si enim sublato negatione consequente nō pariter tolleretur antecedens, maneret igitur sine consequente, & ita antecedens esset, & consequens nō esset, quod fieri nō posse demonstrauimus. Nam minime quidē esset cōsequens at ponitur esse: fieri ergo nō potest,

Copulatis argumentationis modi.

L si vera

si vera sit negatio consequentis, quin vera sit negatio antecedentis. Ex quo sequitur tertius modus ex negatione consequentis, sequitur negatio antecedentis. Quare si verum est hoc connexum, si sol lucet dies est verum erit si dies non est, sol non lucet. Quartus modus rectus & bene concludens est ex conexo disunctionem non dicere coagmentata consequenti & contradictorio antecedenti, ut si sol lucet, dies est, ergo vel sol non lucet, vel dies est. Nam si in hac concludendi ratione posset verum esse antecedens, & falsum consequens, sit igitur falsum, tunc eius contradictorium esset verum, quod coflatur coniunctione ex paribus contradicentibus composita: verum igitur erit, sol lucet, & dies non est, accidit ergo, ut in ijs, quae consequuntur antecedens verum sit, & consequens falsum, siquidem dies est, consequens esse ponitur illius, sol lucet, at falsum est, nam veram concedis illam coniunctionem, sol lucet & dies non est, utraq; igitur eius pars est vera, verum ergo est, sol lucet & dies non est, ac proinde falsum dies est. Sed haec fieri non possunt, rectus ergo est hic ratiocinandi modus. Hos igitur quatuor concludendi modos nobis suppeditat connexum. Coniunctio alium, cum ex tota coniunctione aiente concludit altera eius pars, ut Petrus docet & Paulus disputat, ergo Paulus disputat. Quia si vera est coniunctio, utraq; pars est vera, ergo alterutra erit vera. Ex disunctione duo trahuntur ratiocinandi modi, alter ex tota disunctione & alterius partis negatione efficitur ea, quae tantum relinquatur, ut vel ais vel negas, sed non ais, ergo negas, si autem ex pluri-

bus, quam duobus effatis disunctio constet, omnia praeter alterum sunt neganda, ut recte conficiatur, quae non negatur, ut vel ais, vel negas, vel nihil dicis, sed neque ais, neque negas, ergo nihil dicis. Quia si tota ponitur vera disunctio, altera ergo pars est vera, sublatis ergo omnibus negatione, praeter unam illa est vera. Alius modus ex altera parte disunctionis tota bene colligitur, ut ais, ergo negas vel ais. Probauimus enim disunctionem esse veram, cuius altera pars vera sit.

Cap. 10. De inductione, & exemplo.

Certas & necessarias enarramus ratiocinandi & argumentandi vias, deinceps alias docebimus, quae licet nec necessariae, nec certae sint, saepe tamen & saepius accidunt, probabilemque confectionem efficiunt. Duasque tantum huiusmodi esse puto, inductionem, & exemplum. Inductio est, quae ex multis partibus totum genus concludit, ut homo, equus & mulus, bili vacat, & diu viuit. Omne igitur animal, quod bili vacat diu viuit. Sed sophistae dicunt, ita tractandam esse inductionem, ut singulae rei vniuersae partes numerentur, vel aliquod post multarum partium enumerationem subiiciendum, quod reliquas contineat, deindeque vniuersum concludendum, ut hic ignis & hic ignis calefacit, & sic singuli ignes, ergo omnis ignis calefacit. Sed imprudentes sunt, si vident stultissimi, si non vident, quam aperte principium in hac argumentandi ratione peccant. Quod tunc sit, quando sum-

mitur

mitur ad probandum id, quod initio in disputationem incidit, vel aliud, quod longe difficilius est. Quod est peccatum in differendo intolerabile & homine sano indignum. Iam vero in illa inductione illud sic singuli non est minus difficile, quam illud, omnis ignis calefacit: tum de hoc erat quaestio, & hoc probare nitimur inductione, singulos ignes calefacere, quare in eadem salebras incidit, qui hoc sumit pro argumentato. Deinde quid attinet alias res singulas numerare: nam si concedatur illud solum, ignes singuli calefaciunt satis est probata conclusio, nulla relinquatur quaestio. Est ergo inductio tantum probabilis argumentatio, quae ex aliquibus formis, ita totum genus habere concludit. Ut ex eo, quod hominem equum, asinum, leonem & ceruum mouere videmus inferiorem mandibulam affirmamus, omne animal inferiorem mandibulam mouere. Quod si illud & singula ita animalia simul addatur, non addendum est, quod significemus id, de quo quaestio est, singula animalia mandibulam inferiorem mouere: esset enim absurdissimum argumentum, sed quod urgeamus aduersarium dicentes, ita rem habere in singulis animalibus, quae ipse ostenderit, aut nominauerit. Aliud inductionis genus, quod sophistae vocant ascensum, cum ex eo, quod in rem vniuersam cadit in singulas eius species cadere concludimus. Ut si omnis ignis calefacit, ergo isti ignis, & iste ignis. Id persecuti sumus cum degenerali enumeratione verba fecimus explicantes, quid sit in toto genere, & in nulla eius parte dici. Exemplum est alia infirmior argumentatio, quam inductio, quae ex vna generis forma pro-

Exemplum quid.

batur alia. Ut si quis probet opido aliquo finitimo periculosum esse bellum inferre, quia valde fuit detrimens Thebanis finitimos Phocenses bello retare. Item Dionysio a Syracusanis non est concedendum, ut se custodia publica & praesidijs muniat. Quia cum id ipsum Pisistratus ab Atheniensibus & Thegonis a Megaresibus obtinissent tyrannidem occuparunt. Quod alij in argumentationibus enthymema numerant, ratio non est, quia nihil aliud est enthymema, quam syllogismus, cui altera desit antecedentis pronuntiatio. Quare cum de toto syllogismo, & singulis eius partibus dictum sit, nihil est, quod eadem iterum repetamus.

Cap. 11. De retexendis auctorum argumentationibus.

Omne argumentationis genus componere docuimus, sequitur, ut compositas ab alijs auctoribus retexere, & ad formam & modum necessarium reuocare doceamus. Quod nobis fructus feret vberissimos, & ad auctores intelligendos & eorum vires ac nervos estimandos, & optimos quosque imitandos. Et ut a facilioribus incipiamus longe facilius est argumentationem copulatam, quam simplicem ad suum modum reuocare. Quod copulatae argumentationis conclusio, vno tantum modo efficiatur, simplicis autem multis modis. Nam exempli causa specialis negatio, cuiuscunque formae multis modis consequitur. At in conexo, aut conclusio est simplex effatum, aut copulatum, si simplex, aut concluditur eius consequens, aut oppositum ante-

cedentis, si concluditur consequens primus est modus, si oppositum antecedentis, secundus. Sin vero copulatum conficitur, aut est etiam connexum ex partibus contrarijs antecedentis constat, aut est disiunctum, si connexum, tertius est modus, si disiunctum, quartus. Ut, si quo die ista caedes Romae facta est, ego Athenis eo die fui interesse in caede non potui. Fui autem athenis eo die, ut multorum testimonijs constat, igitur in caede interesse non potui. Facile patet primum hunc esse modum, quia consequens connexi est in complexione. Ita in coniunctione & disiunctione, ut, quoniam habes istum equum, aut emeris oportet, aut haereditate possideas, aut munere acceperis, aut ex hostibus ceperis, aut domi tibi natus est, aut surripueris necesse est. Sed neque emisti, neque haereditate venit, neque domi natus est, neque donatus, neque ab hostibus captus, surripueris ergo necesse est: vel hoc necesse est inimicitarum causa ab hoc esse occisum, aut metus, aut spei, aut alicuius amici gratia, aut si horum nihil est, ab hoc non esse occisum. Nam sine causa maleficium susceptum esse non potuit, sed neque inimicitiae fuerunt, nec metus ullus, nec spes ex morte illius alicuius commodi, neque ad amicum huius aliquem mors eius pertinebat. Relinquitur ergo, ut ab hoc non sit occisus. Primus modus est, in disiunctis. Ita ergo omnes copulatas argumentationes auctorum facile ad aptos sibi modos redigimus. In simplicibus autem argumentationibus, ita id difficile duco, ut fieri non posse putem discernere,

qua forma, & quo eius modo grauis auctoris argumentatio ab eo disposita sit. Nam praeter generalem aientem alia pronunciata varijs formis, atque modis consequi possunt: tantum inter se differunt in varia medijs cum extremis collocatione. Verborum autem collocatio non ex eorum vi, atque natura, sed ex arbitrio fit auctoris. Quis autem diuinare potest eius in hac re arbitrium, atque voluntatem Planus & apertius agam. Quidam dialecticus, qui sibi nonnullisque alijs solers & ingeniosus videtur. Hanc Ciceronis ratiocinationem ad primum secundae formae modum, qui est Cesare pertinere dicit. Conturbatus animus non est probe affectus ad exequendum munus suum, munus autem animi est ratione utriusque & sapientis animus ita semper affectus est, ut ratione optime utatur, nunquam igitur est perturbatus. Quam ratiocinationem ad illum modum ita exactam esse putat: ut propositio praecedat, assumptio vero sequatur, deinde conclusio ponatur hac ratione. Nullus animus conturbatus bene affectus est ad ratione utendum sapientis animus, ita semper affectus est, ut ratione utatur, nunquam igitur sapientis animus est conturbatus. At si hoc totum eius inuentum negemus. Et hunc syllogismum non ex primo secundae formae modo sed ex primae secundo, qui est Cesare a Cicerone deductum dicam, in hac sententia. Nunquam animus bene affectus ad utendum ratione est conturbatus: sapientis animus ita semper affectus est, ut optime ratione utatur nunquam igitur sapientis animus est perturbatus. Si contendamus hunc voluisse Ciceronem syllogismum exprimere, qua re nobis auctores suam opinio

In simplicibus argumentationibus modus argumentationis auctoris non semper discernitur.

opinionem probabunt, & in suam sententiam ire cogent. Quod si rursus instemus, & dicere libeat hunc syllogismum non ad istos, sed ad secundum secundae formae modum esse reuocandum, hac ratione dispositum. Sapientis animus semper optime affectus est ad utendum ratione. Animus autem conturbatus nunquam optime affectus est ad utendum ratione, nunquam igitur conturbatus est sapientis animus. Et asseueremus in dispositione Ciceronis assumptionem praecedere, & propositionem sequi. Anne id ipsi contemneret, aut firma aliqua ratione ducti inficiabuntur? Cum sit hoc apud eloquentissimos viros vrsitatisimum. Afferet etiam hic auctor longam Ciceronis clausulam ex oratione pro Murena. Qua probari docet Murenam saltatorem non esse hoc syllogismo. Nemo sobrius saltat, Murena sobrius est, Murena igitur non saltat. Quid si ego contradicam, & non illam, sed hanc ratiocinationem Ciceronem intulisse asseuerem, Murena vir sobrius est, nemo qui saltat, vir sobrius est, Murena igitur non saltat. Et in Ciceronis collocatione censendam assumptionem praecedere, ut saepe ipsi placet, & propositionem sequi. Quare inutilis & incerta est exactio ista ratiocinationem confectarum ad singulos syllogismorum modos. Sed in ea re quidam dialectici, qui in hoc studio multum elaborarunt, infantissimi reperiuntur. Quod nullo alio argumento probant bene his modis tractari ratiocinationes, certaque eorum esse concludendi rationes, nisi quibusdam bonorum auctorum exemplis. Et hanc docendi viam ineunt, qui optimo-

rum quorumcunque auctorum valde impudenter opinioni, & auctoritati detrahunt. Quod si quis eam licentiam sumens, quam sibi illi permittunt, nihil auctoritate doctissimorum virorum moueatur, sed eorum dicta contemnat, & rationes disponendorum argumentorum. Tota istorum de syllogismis doctrina curruit, neque locus ullus suae dialecticae, ubi consistat, relinquitur. Est autem puerilis illa docendi via, quae probabiliter solum docet, quod necessaria ratione demonstrari potest. Ut igitur vnde egressi sumus reuertamur, ita ratiocinationes ab auctoribus confectae exigendae mihi videntur ad veram ratiocinandi normam. Ut genus prius conclusiones notemus utrum aiat vel neget, generalis sit, an specialis, quod si multis illa modis concludatur breuiter astricto syllogismo, ad eum modum reuocetur, qui magis pateat, & in promptu sit. Ostensum enim iam est omnes certissimos & necessarios esse. Quod si exactius id persequi libeat ex superiori disciplina ex vno modo ad alium reuocabitur. Conclusio autem primum, & extremum ratiocinationis suppedabit, ex quo facile sit medium reperire. Medium vero non semper vnum verbum est, sed ex multis componitur. Ut qui diuitias honores, & vitam pro aliorum salute negligit vir est eximius, Christus haec omnia pro aliorum salute negligit, vir ergo est eximius. Utile etiam erit totam ratiocinationem in maiores partes nimirum enuntiationes secare, & quod bis sumitur in effatis antecedentis illud medium, & argumentum esse,

Puerilis quaedam modorum argumentationis probatio.

Praecepta exigendarum argumentationum, ab auctoribus confectarum.

Prosyllogismus quid.

esse, quo totus vertitur syllogismus intelligere. Est etiam animadvertendum omnibus fere, aut saltem multis syllogismis pro syllogismos esse inclusos. Ita enim nominamus eas argumentationes, quibus aut assumptio, aut propositio probatur alicuius syllogismi. Quæ distinguenda sunt, ut nihil permistum & confusum relinquatur, sed omnia plana, atque perspicua sint. Ut illud Socratici Æschinis. Dic mihi queso Xenophontis vxor si vicina tua melius habeat aurum, quam tu habes: vtrum illius, an tuum malis? illius inquit. Quod si vestem & cæterum ornatum muliebre, pretij maioris habeat, quam tu habes: tuumne an illius malis. Illius vero respondit. Age sis inquit, si virum illa meliorem habeat, quam tu habes: virum ne tuum an illius malis? Hic mulier erubuit. Deinde cum ipso Xenophonte sermonem instituit. Queso inquit Xenophon, si vicinus tuus meliorem equum habeat, quam tuus est. Tuum ne equum malis, an illius? illius inquit. Quod si fundum meliorem habeat, quam tu habes vtrum, tandem fundum habere malis? Illum inquit meliorem scilicet. Quod si vxorem meliorem habeat, quam tu habes, vtrum illius malis? Atque hic Xenophon quoque ipse tacuit. Deinde cum utroque sermonem contulit. Quoniam vterque vestrum, inquit, id mihi solum non responderet, quod ego solum audire volueram. Ego met dicam quod vterque cogitet. Nam & tu mulier optimum virum malis habere: & tu Xenophon vxorem habere lectissima maxime vis. Quare nisi hoc per feceritis, ut neque vir melior, neque femina lectior in terris sit: profecto id semper, quod optimum putabitis

esse. multo maxime requiretis, & tu, ut maritus sis quam optime mulieris. Et hæc ut quam optime vtro nupta sit. Duplex hic confectus est syllogismus: vnus, quod optimum putas habere vis, virum alium optimum putas, ergo virum alium habere vis. Alter, quod optimum putas habere vis, vxorem alterius optimam putas, ergo alterius vxorem habere vis, vterque syllogismus exactus est ad modum tertium primæ formæ, & vtriusque eadem est propositio, quæ inductione confirmatur. Vana vero illa est multorum atque adeo peritorum rhetorum perceptio, qua syllogismi quinque partes esse putant. Propositionem eius, approbationem, assumptionem, & eius approbationem & complexionem. Nam si effertur in numerum partium ratiocinationis prosyllogismi, & ea, quæ inducuntur ad confirmationem propositionem & assumptionem, prope sunt syllogismi partes infinitæ cum partes prosyllogismi non nunquam approbari oporteat, & approbationum denique omnium necessaria sit nonnunquam approbatio. Cuius rei manifestum argumentum est illa Ciceronis pro Milone oratio: quæ vniuersa hoc syllogismo comprehenditur, vim vi repellere licet, Milo occidendo Clodio vim vi repulit, Miloni ergo licuit Clodium occidere. Quod si ea, quæ adducuntur ad hæc suadenda, & in animis imprimenda in syllogismi partibus numeranda sunt, vix eius partes numerari possunt. Ex mathematicorum etiam doctrina id intelligi licet. Nam multi demonstrantes eorum syllogismi, ita sunt implicati, & inter se conexi, ut si dempseris præcedentes, sequentes nihil

Vana partitio syllogismi in quinque partes.

Eloquentis industria in quo sita sit

nihil doceant. Sic ut innumera- biles prosyllogismi fiant, antequam ad illud syllogismum perueniatur, qui proxime concludit vltimam propositionem primi elementorum Euclidis. In hoc ergo sita est eloquentis industria, ut multæ ratiocinationes ita disponantur, ut non habeant vitiosam offensionem, atque fastidium, non ut certo & astricto numero ea complectatur. Superfedent nonnunquam auctores, aut propositione, aut assumptione, ut erat cruor in veste tua, & in eo loco visus es, quo cædes facta est, hominem, ergo occidisti, quæ vocantur enthimemata. Sed imprimis ea, quæ componuntur ex contrarijs & incommodo videntur. Ut hunc metuis & alterum in metu non ponis? Eam quam nihil accusas, damnas? Bene quam meritam esse autumas, dicis male mereri? Restituere tu me in patria Milo potuisti per hos, ego te per eodem in patria retinere non potero? Quo dicendi modo antecedens, & consequens inter se colligantur, atque implicantur: sicut & alijs modis, ut vereor ne turpe sit pro fortissimo viro dicere incipienti timere. Et quod sequitur, minimeque deceat, cum Titus Anius Milo ipse magis de salute reipub. quam de sua perturbetur, me parem animi magnitudinem ad eius causam afferre non posse. In rhetoricis plura de ratiocinationibus auctorum dicemus hæc nunc satis sint.

Cap. 12. De enunciationibus certis per se vel ex alio.

Oscendimus homines natura sua ratiocinando sapere & res obscuras intelligere. In quo negotio, ut nobis sit vsui ratiocinatio, oportere docuimus, & recte & ex veris concludi, præcepta dedimus recte concludendi: iam de veris pronunciatis differamus. Vera igitur quædam sunt, quæ certa dicuntur, quædam saltem videntur, quæ probabilia nuncupantur, de probabilibus postea, nunc vero de certis. Certæ vero enunciationes alia sunt per se, alia vero ex alijs. Per se certæ sunt, quæ non possunt magis illustrari, aut ratiocinatione doceri. Ex ijs alia constant inter omnes, alia licet non constant, dandæ tamen, & ponendæ sunt ab eo, qui vltra progredi in rerum cognitione vult. Quæ constant inter omnes, principia nominantur, quod ab illis omnibus doctrina, omnisque disciplina, quæ ratione conficitur, ordiatur. Quæ aut sensus ostendunt, aut ipsa ratio per se comprehendit. Docent sensus res singulas, ex quorum doctrina mens, & notio nostra percipit hunc hominem loqui, vel stare, vel sedere, vel moueri, hunc ignem calefacere, hanc aquam refrigerare. Ex rerum vero singularum collatione inter se capit animus res vniuersas, ut quod ignis calefaciat, aqua refrigeret, homo loquatur. Quas enunciationes minime per se, sed ex rebus singulis intelligimus. Nam ex hæc enunciatione, hic homo disputat ratiocinatur, & hanc homo disputat. Illa vero hic homo disputat, non ex alia enunciatione, sed ex sensu percipitur. Ex quo facile patet eos, qui sensu carent res multas vniuersas ignorare, licet acuta mente & intelligentia

Certæ enunciationes, quæ nã per se sint.

Quæ enunciationes ex alijs intelligimus

præditi sunt. Quod singulares enū-
ciationes comparare non possunt,
ex quibus vniuersas intelligāt. Res
autem singule, si memoria tenean-
tur, prudentiam gignunt. Ex quo fit,
vt animalia, que nonnihil memorie
seruant rerum singularum, quas tra-
ctant, calidiora, & vt ita dicam, pru-
dentiora sunt, vt apes, & formicæ.
Quod si cum memoria sonum etiā,
audire quæant, docilia etiam sunt
vt canes & elephāti & alia. Verum
enimvero si non tantum recordari
& audire, sed etiam res multas sin-
gulas memoria complecti valeant,
quod solis contingit hominibus, re-
rum vsum & experientia cōsequun-
tur. Est enim experientia rerū mul-
tarum singularū memoria. Vt quod
Petro, Paulo, & Augustino, hoc mor-
bo impeditis hoc vel illud remedio
fuit. Quod si rebus multis singulis
inter se collatis summa fiat eius, in
quo conueniat. Subducaturque cō-
mune aliquid & vniuersum, veluti
hominibus, qui febrī iactantur, id
prodest: iā hoc artis & scientiæ est.
His ergo vestigijs ex rebus singulis
per se notis ad artē peruenimus &
scientiam. Illa tamen via certior &
prestantior est, cum non ex ijs prin-
cipijs, quæ sensu sed quæ ratione
percipiuntur rerum scientiam adi-
piscimur. Cuiusmodi illa sunt, quæ
simul atque proponuntur & verbis
significantur, sicut lumen oculis o-
blatum, ita ipsa pro certo menti &
animo constant, & perspicua habē-
tur. Vt omnia sunt vel non sunt. To-
tum est sua parte maius. Si paribus
quantitatibus paria detrahas, quæ
relinquantur sunt paria. Vnde non
mihi videtur Aristoteles vera sensisse
dicens, omnia principia inductione
sensuq; cognosci. Huiusmodi enim

Qua ratio-
ne e rebus
singulis ar-
tem conse-
quamur.

I. Analyt.
c. 11.

principia per se nota iudicantur a
doctis & scientiæ peritis. Quod si re-
rum singularum inductione cog-
noscerentur, non per se nota essent
sed inductione singularium enūcia-
tionū ratiocinādo intelligerētur. Iā
verò nō clari⁹ pater, hoc totum est
hac sua parte maius, quā totū est
mai⁹ sua parte. Nec illud magis per-
picuū est hoc vel est, vel nō est, quā
illud, quodcunque vel est, vel non
est. Sicut in alijs, quæ sensus suppe-
ditant: apertius enim & clari⁹ est
hic ignis calefacit, hæc aqua refrige-
rat, quā illud ignis calefacit, aqua
refrigerat. Et illud est in promptu
magis: hæc aqua frigida utilis fuit ei,
qui hac febrī laborabat, quā illud
aqua frigida nonnunquā utilis est
ei qui febrī iactatur. Huc accedit,
quod illud vel in eo principio quod
libet est vel non est, & illud paria,
in eo, si paribus paria detrahantur
& illud totum & pars, & maius, in
eo, totū est mai⁹ sua parte, sensus
non assequuntur. Nam vel commu-
niter, & promiscuē significat totum
pars, maius, paria, & cū alio conferū-
tur, quam significationem sensus,
qui tantum in rebus singulis versan-
tur, non attingunt, neque compara-
tionem illam, dum maius cum mi-
nore, totum cum parte compara-
tur. Non ergo sensu omnia princi-
pia percipi possunt, sed aliqua sensu
aliqua verò modō ratione. Illæ verò
certæ sunt per se, sed inter omnes
minime constant, in quibus prædi-
catum reddit definitionem subie-
cti, aut quas tanquam fundamenta
ponit suæ doctrinæ, qui scientiam a
liquā vel disciplinam orditur. Quæ
vel alia scientia monstrata sunt, vel
plana sunt, vel profiteatur auctor, &
præsertim non esse suum illa tracta-
re,

Nō omnia
principia
inductione
sensuq; cog-
nosci.

Theses que
nam sint.

Postulata
quænam
sint.

Quid sit
res ex alio
non cognos-
ci, se dper
se.

re, sed per se concedi postulat, vt or-
diatur & ad extremum produca-
tur, quod dicere instituit: illas the-
ses, vel positiones possumus nomi-
nare. Ponit enim autor, quæ appro-
bare non vult, vt geometræ thesis
erit, linea est longitudo non lata, &
aliæ multæ definitiones a quibus
geometria incipit. Dialecticæ the-
ses erunt nominis, enunciationis, &
syllogismi definitiones, & alia ite.
Hæc verò postulata, vel petitiones,
vt geometra postulat a quocunque
puncto in quocunque punctum li-
neam ducere. Lineam terminis in-
clusam posse produci. Dialecticus
verba rerum esse notas. Ponit etiā
vnaquæque scientia subiectum, in
quo cernitur esse: ita vt nō ficta res,
& comentitia habeatur, has hypo-
theses appellemus. Nonnulli verò
putarunt falsa & comentia præ-
ponere etiam eos, qui demonstrare
profitentur, vt geometra ponit li-
neam esse pedalem, quæ fortē peda-
lis non est. At hoc fingunt, vt planū
faciant, & ante oculos ponāt, quod
demonstrant, non quod eorum do-
ctrina vilo modo pendeat ex eo,
quod linea, quam ostendunt, sit pe-
dalis. Sicut dialectici, vt demonstrēt
in primo disponendi modo primæ
formæ rectè concludi. Sumunt om-
nis. b. est. a. & omnis. c. est. b. & c.
Oportet tamen confirmare ac pla-
num facere, id quod quid sit res ex-
plicat ex alio cognosci non posse,
sed per se tantum. Nam perspicuum
est ex alio rem esse illustrari non
posse, sed oportet preponi. Siquidē
sensus percipit quidem accidēs cir-
ca quod versatur, rei autem essen-
tiam non assequitur: sentit enim ca-
lorem, frigus, & colorem. Sed ignē,
aquam, hominē non cōprehendit,

quia nō in essentia, sed in calore co-
lore & alij cernitur. Non requirēda
igit est, eius, quæ res est demonstratio
sed ponendū est. Simul autem atq;
rem esse concedimus, aliquam eius
esse naturam fatemur. Rei enim o-
portet, aliquam esse naturam qua
constet, & a cæteris rebus distingua-
tur. Si ponitur ergo res, ponitur &
rei natura. Nec vrgere licet, vt cu-
iusmodi illa natura sit ostendatur.
Sicut non contēdimus, quum rem
esse patiamur, vt qua ratione sit
prius ostendatur. Tum rei natura, &
essentiā, aut demonstranda esset ex
proprijs eius, aut ex communibus.
Propria nulla reperiri possūt, quid
enim rei proprius, aut propius ad
eam accedit: quā eius natura, ni-
hil igitur planius. Ex communibus
autem nō constat, vt mox dicemus
demonstratio. Communia enim e-
runt natura, & essentia rerum. Quo
verò argumento, aut quō medio cō-
cludi necessaria ratiocinatione po-
test hanc huius rei naturam, aut de-
finitionē esse? Sicut ex eo est, quod
verum & aliquid, confici pro certo
non potest, quod vlla res specialis,
veluti leo, equus, aut vlium corpus
sit. Dubium ergo non est, quin nu-
meranda sit definitio in ijs, quæ per
se constant. Illa verò principia cō-
munissima, & apertissima, quæ in-
ter omnes constare statuimus, vt
hic ignis calefacit, si ab æqualibus
æqualia demas, quæ restant, sunt æ-
qualia. Ex eorum natura iudicanda
sunt apertissima, quia nihil planius,
nihil facilius esse potest. Non ex ho-
minum iudicio & opinione. Ete-
nim multi literati, studijs doctrinæ
quæ dediti viri, vera esse non credi-
derunt, vt Carneades, Marcus Tu-
lius Cicero, & alij academici, cum
L 5 quibus

Ponendum
non demon-
stranda rem
esse

Definitio
est numerā-
da in ijs,
quæ per se
constant.

Prima principia ex eorum natura non ex hominum iudicio cognoscenda. Ierem. 17.

quibus in primo metaphisico disputauimus. Licet Aristoteles non putet ab ullo posse ex animo negari, sed in voce tantum. Sed si non ex animo dicunt, quod tot tantisque libris approbant, atque defendunt. Quid ab illis ex animo dici putabimus? Ex quo illud Ieremij intelligit primum est & in scrutabile cor hominis.

Cap. 13. Quid scientia queramus, & ex quibus scientia nascatur.

Hæ igitur sunt species earum rerum, quæ certè per se, suaque vi habentur & ita se per se menti offerunt, & cognitioni proiciunt. Et earum notio intelligentia nominatur. Hæc verò rationis lumina sunt, quibus utitur ad res alias indagandas, quæ obscuræ sunt & in tenebris semper iacerent, nisi aliquod huiusmodi lumen accederet. Infinitæ verò & innumerabiles res, quibus quia nihil lucis huius allatum est, latent crasis circumfusæ tenebris. Quæ omnes doctorem sua natura lumenque desiderant. Quia non per se, sed per aliud cognoscuntur & manifeste fiunt. Sed antequam de harum rerum inquisitione & indagatione differamus, scire prius oportet utrum illas scrutantes certum in illis an potius perspicuum perquiramus, vel utrum certi aliquid amemus in illis inuenire, an quod planum & apertum sit. Sophistæ omnem sciendi vim in perspicuitate rei, quam scimus sitam esse putant. Nam scire rem esse tradunt, eam aperte cognoscere, in eoque scientiam à religiosa fide differre, quod scientia res in quibus cernitur planas efficiat, religiosa ve-

Res scrutantes potius certum quam perspicuum querunt.

rò fides certas quidem, sed non planas. Quare ex eorum sententia scientiam querimus potius, ut patefaciat, quod obscurum est, quam ut certum habeamus. Ego tamen existimo potius in rerum inuestigatione queri, quid certum, quam quid planum sit. Nam cum aliquid nobis narratur, potius interrogamus, utrum id pro certo sit? quam utrum perspicuum sit? Quare certum potius, quam perspicuum exploramus. Perspicuum verò exquirimus, ut constet quod certum est. Nihil enim magis in rerum cognitione, quam errorem subterfugere, & vitare cupimus. Certum verò potius sua vi repugnat errori, quam perspicuum. Si quidem lumen & perspicuitas id afferunt natura sua, quo depellatur error, certum verò iam sublatum esse errorem indicat. In eoque scientis habitus à credentis religioso differt. Quod quicquid certi in scientia est, in mente & ratione residet, quod autem est in religiosa fide, non in mente tantum, sed etiam in arbitrio ac voluntate cui certum, & deliberatum est, à religiosa & catholica sententia digitum nusquam. Quæ deliberatio nisi mentis decretum fulciretur corrueret cito.

Fidei certitudo in quo sita sit.

Verum enim verò quemadmodum, quod per se notum & certum est, intelligentiam esse diximus. Considerandum est utrum scientia sit, quicquid ex alio certo cognoscatur. Aristoteles autem duas modò scientiæ formas in Analyticis posterioribus scripsit. Alia, quæ ratiocinando ex causa effectum in conclusione infert, alia verò, quæ ex effectu causam. Illius verò cognitionis, quæ ex ijs, quæ sensu cog-

Quomodo ex ijs quæ sensu certa sunt scientia comparatur.

cognoscuntur, inducitur, nullã prorsus mentionem fecit. Quare videtur existimasse, ex ijs quæ sensu certa sunt, scientiam non comparari. At in metaphisicis dixit artem & scientiam emergere ex ipsa experientia. Sed experientia sensibus comparatur, sensibus ergo scientia acquiritur. Tum nemo unquam dubitauit sensus hominibus facere summum emolumentum ad rerum scientiam consequendam, ita ut si cõtingeret aliquem sensibus omnino capi nullos faceret in scientiarum studijs progressus. Iam verò quis credat medicinam non esse scientiã, quæ tota rerum singularium vsu & experientia cõstat. Præterea an excellentissimas Davidis, Solomonis, Ecclesiastici ac denique Christi & apostolorum sententias, quibus accedat Platonis, Ciceronis, Senecæ, & aliorum philosophorum doctrina, quibus ad virtutem informamur, & officia, nihil ad vllam scientiam pertinere putabimus? Attamen hæc prudentia nituntur, quam parit rerum singularium vsus ac proinde sensus. Vbi ergo Salomonis, & Syphacis sapientia reperietur si nulla in rebus his scientia versatur. Tum astrologiam Aristotel. scientiam reputat, tamen planetarum & aliorum syderum, & signorum ortus, & obitus tractat, viasque, per quas stellæ errantes in cælo comeant, quæ non nisi ex rerum singularium obseruatione cognoscuntur. Pariunt ergo scientiam res singulæ. Huc accedit, quod quando ex rebus singulis, quas sensus subministrant, confirmamus rem vniuersam, ut hic ignis calefacit, & hic ignis & hic, ergo ignis calefacit, huius conclusionis cognitio non est intelligentia, quia per

se non constat, neque opinio, quia manifesta. Erit ergo scientia, quia ex certis per se consequitur.

Cap. 14. De scientia & demonstratione.

Scientia ergo est cognitio vera certa & necessaria, ex veris certis, & necessarijs effecta principijs. Necessariam dico, & necessaria principia. Quia neque scientia est caducarum & mortalium rerum, neque res fragiles & mobiles scientiam gignunt. Hac enim ex parte incertæ & fugaces essent. Quare res singulæ quæ ex parte tales sunt nullam scientiam suppeditare possunt, sed quæ ex parte ad res vniuersas spectant. Quod nimirum nos certiores faciant eius rei, quæ in totum suum genus cadit. Nam quod eis conuenit per se, conuenit natura sua, natura verò res vniuersa est, & de pluribus dicitur. Quod verò res singulæ ostendunt, quatenus tales sunt, non per se, sed per aliud, quoniam accidens est, in illis intelligitur. Quare hæc inductio, hic homo, & hic homo est rationis particeps, scientiam parit: hæc verò, hic homo est albus, & hic homo est albus, nullam præstat scientiam. Qui rationis particeps in vniuersam hominis naturam conuenit: album verò duntaxat in res quasdam singulas. Quamobrem naturæ ordine res vniuersæ priores, & notiores sunt. Quod in primis eas natura querat, quibus ipsa viget & stabilis est. More verò & ordine nostro priores sunt & notiores res singulæ quod sensui viciniore sunt, atque propriiores, à quo nostra inchoatur cognitio. Per se igitur res singulæ nobis

Quid scientia sit.

Res singulæ quatenus tales scientiã non præbent.

Ordine naturæ res singulæ notiores nostro vniuersa.

Rerum singularium inductione quae do scientia pariat.

nobis notae sunt, per easque res vniuersas cognoscimus. Contra vero natura per se sunt res vniuersae notae, per eas vero singulae. Sed rogabit forte quispiam ex quo nam cognoscet rerum multarum singularium inductione scientiam vel parere vel non parere? At si per se, quod illis attribuitur, conueniat. Sed ex quo per se conuenire mihi persuadeam? Si postquam illius generis res multas percurrerem, succurrat nulla, in qua illud non intelligatur. Nihil enim aliud exspectamus, quo scire nos ita esse putemus. Ita scire nos dicimus ignem calefacere & coruorum esse nigrum. Quod si praeter ea illud accedat, ut ultra genus illud nulli conuenire reperiat, tunc per se in toto genere dici putamus. Ita hanc solis esse viam pronuntiat Astrologus, quod modo solem eam persecutum fuisse saepe obseruando notauit. Et ob eam rem difficile cognoscimus, utrum ex rerum singularium obseruatione sciamus, quia multiplex admodum & varia est rerum singularium ratio, charioremque & praestantioram habemus eam scientiam, quae ducitur ex ijs principijs, quae non sensu, sed sola ratione percipiunt. Nam haec efficitur syllogismo, cuius est certissima consecutio, illa vero inductione cuius consecutio sua natura tantum est probabilis, & ita fit: ut hic syllogismus demonstratio nominetur. Quod autem charior sit atque iucundior scientia est ratiocinatione, quam ex inductione petita, ex eo perspicitur licet. Quod multum delectantur astrologiae studijs dediti viri, cum ratiocinatione modum cognoscunt, quo luna aliquando est regione solis posita in currat in umbram terrae, quo obscurari necesse est. Si tamen

Charior est scientia ex ratiocinatione, quam ex inductione petita.

quis in luna, cum esset, videret quem admodum umbra terrae, quae est noctis meta, soli officies opacat lunam sicut res alias orbis terrarum: non magis forte delectaretur, quam cum ceteras res nocte obscurari videremus. Sensus enim licet causam sentiat, non tamen ut causa est. Nam animus solus percipit, quae cum alio conferuntur, in quibus causa numeratur, quae ex parte causa est. Ipsaque rerum series, ut alia ex alijs necatur, utque inter se apta & colligata sint iucunda rationi est, eamque sensus nullo modo comprehendit. Dubium igitur non est, quin multum praestet inductioni ratiocinatio, quae demonstratio dicitur: est autem scientiae effectrix syllogismus. Si vero non syllogismus, sed conexum fuerit, aptum etiam demonstrationi est, quia necessario concludit. Coniunctio vero & disiunctio parum ei conueniunt, illa quia petit antequam concludat, haec, quia facit optionem. Sumit autem semper demonstrans. Scientia vero, quae facit demonstratio infertur in conclusionem. Sicut ergo scientia ex certis & necessarijs principijs efficitur: ita demonstrationis conclusio effici debet ex certis & necessarijs antecedentis enunciationibus. Quadrat vero hoc loco etiam illa distinctio, quam ante commemorabimus, ut alia quidem sint certiora, & notiora naturae ordine, alia vero more nostro. Naturae ordine causas certiores sunt & notiores effectibus. Quoniam a causis accipiunt, quod sint & noscantur. Nobis vero sunt effectus notiores, quod sensus & animum prius pulsant, quam causas. Vnde saepius ex effectibus mouemur ad quaerendam causam. Sic duplex est demonstratio, alia, quae con-

ficit

ficit conclusionem ex notioribus natura sua, alia vero, quae ex nobis notioribus. De illa ergo quae excellit & magis expetitur prius verba faciamus, deinde vero de alia. Demonstratio ergo, quae causam continet conclusionis, ut apta sit & cohaerens oportet non solum causam, sed etiam proximam reddere causam qua nulla sit propior conclusioni. Qua lege & conditione multas, quas constituit Aristoteles, complectimur, Quod ex veris, perspicuis, ijs quae medio vacent, notioribus, prioribus, causisque conclusionis progrediatur. Nam si ex certis & necessarijs, ut totum genus postulat argumentationis, quae scientiam parit, ex veris erit, si ex certis sine ulla voluntatis impulsu, ut multis iam exposuimus, ex perspicuis erit. Praesertim quod potius certum ut (docuimus) quam perspicuum scientia & demonstratione quaeramus. Carebunt etiam medio conclusionis principia: notiora & priora erunt, si proximae sint causae conclusionis. Causa enim prior & notior est sua natura quam effectus. Tota igitur vis & ratio demonstrationis in eo sita est, ut ratiocinatio ducatur ex certis, necessarijs & proximis causis conclusionis. Itaque quamuis antecedens causam profert consequentis, si tamen proxima, causa non fuerit, nondum perfecta est demonstratio: quamuis compleatur ratiocinatio vel conexum. Ut haec non est demonstratio, si quam tetigimus in primo libro ad probandum contrarias non posse simul esse veras, ita exponeretur, si contrariae simul essent verae, contradictorio nomine oppositae simul etiam essent verae, sed haec non possunt, ergo nec illae. Tantum quia proxima causa non

est allata. Quam infert hoc conexum. Si contrariae simul essent verae, earum subiectae simul essent etiam verae earum subiectae vltro citroque contradicunt, contrarijs ergo contradicentes simul etiam essent verae. Nam omnem demonstrationem progredi oportet ex certioribus & notioribus, certa vero non habentur ea, quae nondum probata sunt. Nondum vero probata sunt, quae ex remota causa petuntur, ut illa prioris enunciationis conexa enuntiatio. Necessarium igitur est proximam causam in antecedenti reddi. Quia necessarium est utrunque antecedentis effectum approbatum & notum esse. Et ut omnia in pauca conferam, in omni demonstratione sunt haec tria reputanda. Quid demonstratur, de quo, & ex quibus. Demonstratur autem affectio de subiecto quidem, ex principijs autem. Ex subiecto & affectione extat conclusio, ex principijs trahitur medium. Conclusio in aliquo certo genere debet versari. Subiectum enim & affectio eidem certo generi oportet conuenire. Quod ita est intelligendum. Ut affectio per se vique sua conueniat subiecto. Etenim ea, quae sunt per aliud nihil attinent ad demonstrationem, quae facit scire, cum nulla scientia sit de ijs, quae sunt aliena vi. Huiusmodi enim incerta, varia sunt atque caduca. Quare potius ad res singulas spectant, a quibus omnis abhorret scientia. Quod si neget conclusio vi & natura sua, non temere & casu attributum dissentaneum est a subiecto. Ex quo intelligitur generale pronunciatum semper esse demonstrationis conclusionem licet non generaliter effecturatur. Ex eaque re demonstratio, quae

Tria in omni demonstratione reputanda.

quae

Dida a Stuni. Dialecti. lib. 2. c. 14.

quæ aliquid cuiusdam convenire cōcludit ad primū primæ formæ modum exigenda est, quo tantum generalis cōcluditur enunciatio: Nec satis est affirmantem cōplexionem generalem & parte enunciationem esse vt rectè tractari demonstratio videatur, sed oportet affectionem in subiectum convenire, qua ex parte ipsum est & tota eius natura postulat. Quare hæc enunciationes homo disputat, homo scit, homo est albus, homo non est niger, non possunt demonstrationis esse conclusiones. Quia non per se & univèrsè prædicata subiectis attribuuntur aut detrahuntur. Hæc autem homo non est equus, non est leo, canis nō est rationis compos, diametron lateri non componitur, esse possunt demonstrationis cōclusiones: quia per se vique sua prædicata aliena sunt à subiectis. Rursus hæc enunciatio terrestris animal & perfectū respirat, Isocheles habet tres angulos æquales duobus rectis. Non inferuntur, in demonstratione, quæ prodignitate tractetur. Nam licet per se & univèrsè prædicatū in subiecto dicatur, minime tamen qua ex parte eius est nature. Nam nec respirat animal, qua ex parte animal vel perfectum vel terrestris est, sed qua ex parte habet pulmonem aut aliquid eiusdem vis. Nec Isocheles qua ex parte æquis est cruribus, habet tres angulos, sed qua ex parte triangulus est. Denique quod ratione generis convenit formæ, non est de forma, sed de genere demonstrandum. Quare conclusio demonstrationis artificiosè confectæ non modo est generalis, sed etiam generaliter reciprocatur. Vt omnis triangulus habet tres angulos pares

Que recte non tractetur demonstratio.

duobus rectis, & omnis figura, quæ habet tres angulos pares duobus rectis est triangulus. Ex quo facile patet demonstrationem eam non rectè expediri, quæ quod in totū genus magnitudinis cadit ad magnitudinem coniunctam vel disiunctam accommodat. Ex quo fit, quod in explicanda magnitudine coniuncta dicit demonstrans, itidem in disiuncta repetere cogatur, quod est alienū à commoda scientiæ traditione. Quare totus fere secundus liber Euclidis, qui in lineis versatur ad numeros etiam transfertur. Quintus est etiam communis arismetice & geometriæ. Aristo. tamē significat id ob eā rem fieri, quod nomina non suppetant communia utrique magnitudini coniunctæ & disiunctæ, quibus communis demonstratio tractetur. Tamen saltem propositio vel conclusio cōmuniter efferatur & statim in utramque quantitatem quadrare ostendatur in lineas & in numeros. Deinde longè facilius demonstratio, quæ ex solis numeris ducitur cōprehenditur proposita linearum descriptione: qua demonstratio lineis conveniens tractatur. Hæc igitur animadvertenda sunt in conclusione. Deinde in medium demonstrationis traducenda est animadvertio. Quod eiusdem generis esse oportet, cuius & subiectum conclusionis, si affirmat. Nam in assumptione de illo dicitur necessariū & per se ex enunciationibus enim necessarijs & per se ducitur demonstratio. Ea vero, quæ sunt alterius generis, non conveniunt per se. Quare argumenta petita ex alio genere, quam in quo ars & scientia versatur, præterquam, quod idonea non sunt, nihil demonstrant, sed probabiliter concludunt

In demonstratione me dium eiusdem generis est cuius subiectum conclusionis.

cludunt. Vt qui doceret orbem tāgere planum in puncto, quod ceteris figuris facilius moueatur. Si vero cōclusio demonstrationis neget. Multa sunt & innumerabili, aquæ remoueri à subiecto in conclusione possunt, si mediū adhibeatur, quod per se in primo, id est in prædicato cōclusionis intelligatur. Sed hæc & prope infinita media nulla scientia persequitur, quippe quæ in aliquo certo genere versetur. Si autem exijs, quæ per se subiecto tribuuntur auferantur aliena, quod est scientis subiectum. Tūc in eodem genere, quo subiectum medium erit. Sin vero affectio propriæ affectioni contraria se cernatur à subiecto: in eodem genere medium erit, quia in eodem genere contraria collocantur: vt diametron non cōponi homo non est impos rationis. Principia vero alia cōmunia, alia propria scientiæ sunt. Communia sunt, quibus plures artes vtuntur. Vnaquaque sumente, quod sibi commodum fuerit. Vt si ab equalibus equalia demas reliqua fore æqualia. Quod vsui arismetice, & geometriæ est, dum utraque probare nititur eius esse partem, quod ex eo demonstrat. Illo vero cōmunissimo principio quodcumque vel est, vel non est, quæuis scientia vtitur, cum probat vtgendo incommo. Hæc vero principia nominantur. Non quod scientia quidquam in ea incidere demonstret. Sed quod ex illis demonstrationes progrediantur, quibus rei sibi subiectæ, aliquid convenire demonstrant. Propria vero principia sunt ea, quæ res veras esse ars & scientia ponit & eius affectiones ostendere laborat. Vt arismetica numerū geometria lineam, ad quos

Principia scientiæ alia propria alia communia.

explicandos primum definitiones comparatæ sunt, quas theses nominamus. Quibus & communibus principijs affectiones & attributa illustrantur. Subiecta vero scientiæ eius scientiæ, cui subijcitur conclusionibus proprijs vtitur, ad ea demonstranda in quibus cernitur. Vt optica ponit, quæ geometria demonstrat, musica, quæ arismetica: Ex hoc etiā cognoscitur, sicut enim unicuique scientiæ suum est genus propositum, extra cuius fines egredi non possit, ita suas esse quæstiones constitutas. Scientis que esse scire, quas eum quæstiones attingat, alias vero repudiare & in propriam scientiā transferre. Absurdissimumque esse alienas in scientia miscere & cōfundere quæstiones. Dumque se qui hoc faciunt aliarum rerum peritos ostendere cupiunt scientiæ in qua versantur ignaros esse declarant. Sicut autem difficile esse diximus intelligere, utrum inductione sciamus: ita licet non ita difficile, difficile tamen est cognoscere, utrum rationationem scientiæ effectricem fuerimus cōsecuti. Quod ex causis proximis, certis, & necessarijs quæ per se dicantur, & ex ea parte, qua ipsum est, ducenda est scientiæ effectrix demonstratio.

Cap. 15. De demonstratione que progreditur ex nobis notioribus.

Sequitur illa demonstratio, quæ trahitur ex nobis notioribus. Sunt autem nobis notiores effectus, quam cause, vt lunæ defectio quam eius causa, fulgur, quam fulguris causa: sunt etiam nobis notiores

res

Res vniuersas esse naturam notiores quam singulas.

res res, quo magis vniuersæ sunt, & latius patent, quam quæ minus & angustius. Sed quia diximus antè res vniuersas esse natura notiores, quam singulas nobis autem è cõtrario. Oportet id planius exprimere. Etenim aut conferuntur res singule cum vniuersis, aut minus vniuersæ, cum magis vniuersis. Si conferatur res singulæ cū vniuersis, nobis sunt notiores res singule, natura verò res vniuersæ, vt hic homo notior est nobis, quam homo, hæc essentia, quam essentia, hoc ens, quam ens. Natura verò cõtrà ea de causa, quã diximus. Si verò res vniuersæ inter se comparentur, quo est magis vniuersa nobis magis patet, contra verò naturæ more. Vt prius cognoscimus animal, quam homo. Quod enim longè videmus, prius animal esse cernimus. Deinde cum propius accedat equum vel asinum. Pueriq; mulieres & viros, prius vocat. Deinde matres, & patres, & alios homines distinctè cognoscunt, & nominat. Est enim genus quiddam totum, formæ verò, quas complectitur tanquam eius partes, quas ex diuisione totius agnoscimus. Natura verò prius species cognoscit, quam genera. Quia potius genera sunt formarum causa, quam è contrario. Ac inde Plato non generis, sed speciei Ideas esse dixit, ex specieque illas nuncupauit. Est enim forma perfectum quid & absolutum, genus verò incoatum quid & imperfectum. Nam est pars definitionis speciei & differentia tanquam forma quadam absolutur & completur. Natura verò potius spectat completum, & absolutum, quam incoatum & rude. Itaque via diuisionis, qua hominum cognitio progreditur, genus totum,

species partem imitatur. Via verò compositionis, quã natura persequitur, genus partem, species totum refert. Vt ergo reuertantur, vnde profecti sumus. Demonstratio, quæ tractatur ex nobis notioribus, rem esse necessariò concludit, qua verò de causa non explicat. Imitaturq; eam scientiam, quæ inductione comparatur, qua pro certo putamus rem esse, non quòd causam teneamus: sed quia sæpius ita esse experti sumus. Huiusmodi ergo demonstratio duobus modis fit, primo quando ex effectu causa concluditur, vt luna deficit, ergo umbra terræ lumē eius obscurat. Item planetæ micant, ergo proximi sunt. Item lunæ accretiones & diminutiones rotundæ sunt luna ergo est rotunda. Quia verò in ijs demonstrationibus causa & effectus retrouicissim comeant, ita vt effectus sequatur causam, & causa effectum. Facile illa demonstrationis species recurret, quæ causam docet, si quod antecedit eisdem verbis sequatur. Vt umbra terræ lunæ lumen obscurat, ergo deficit. Secundus modus est, quo ex negatione generis concluditur speciei negatio, vt non est animal, ergo non respirat, non viuit ergo non est homo. In ijs causa redditur remota & quæ non recipitur cum effectu. Sicut genus non recipitur cum specie. Quare non conuertitur ratiocinatio, vt ex consequenti fiat antecedens: necessarium tamē est, quod sequitur & ex necessarijs. Nō potest tamen nisi negatio confici, quia ex negatione non extat, nisi negatio. Multas verò scientias, quæ demonstratione procedunt, quasdā suas sententias esse docent, licet causam, cur sint, monstrare non possunt

Demonstratio ex notioribus nobis duobus modis fit.

possunt: quæ non ex suis, sed ex alterius scientiæ principijs causæ demonstratio petenda sit. Vt physica Iridē esse narrat, cur autem sit optica per tractat. Medicina item docet vulnere rotunda tardius curari. Causam verò geometria monstrat. Ac denique ita sunt affectæ omnes scientiæ, quæ subsunt alijs, vt sua principia ea scientia qua continentur ex causis demonstrantur. Ita geometria opticiæ principia multa demonstrat, arithmetica verò musicæ.

Cap. 17. De demonstratione præsiua.

Sed quæ ante dicta sunt præsiua agamus. Diximus ex proximis causis ducendam esse demonstrationem, quod ita fiet, si nihil in ea contineatur, quod non apertum & probatum sit. Quæstio est vtrum contingat causas ita proximas esse, ut nulla sit alia interiecta, & enunciationes ita probatæ, vt nullum reliquum medium sit, quo probari possint: vel vtrum approbationes, & causæ in infinitum progrediatur. Sed tandem insistendum esse ex eo perpici licet. In approbationibus quidem, quòd aliqua principia ex se nota possuimus, ad quæ tandem reuocatur demonstratio, quibus nullæ opus sunt cõfirmationes. Causæ verò tandem definitione includuntur, quòd causarum series, si esset finita, nihil possemus definitione cognoscere. Etenim nunquam ad extremam causam perueniretur, sed semper omnia suspensa essent. Vt si animal rationis particeps est hominis definitio, animalis, corpus sensus compos, corporis, substantia corporis particeps, si rursus substantiæ esset alia definitio, & generis eius

Approbationes & causæ non in infinitum progrediuntur.

alia, nunquam intelligeretur, quid homo esset, quia nec substantia, quæ ad eius pertinet definitionem. At possuimus iã definitiones esse: quia & essentiæ sunt, quæ definitionibus declaratur. Quod autem in infinitum non procedatur, neq; in definiendo neq; in medijs verbis ad probandum reddēdis ex eo perspicuum est, quod in metaphysicis pertractauimus certarum rerum esse genera, atq; initia, quæ res omnes amplexu suo cõplectuntur. Nullum autē genus esse potest infinitum supra petendo, dico supra quod ad genus magis vniuersum ascendatur. Nam est aliquod primum genus, & initium, & ideo non est progredi in infinitum. Neque infra descendendo, dico ad minus vniuersa genera. Nā notetur genus aliquod. Quæram de illo, an infinitum distet à primo an non? Si non, progressum igitur non est infinitum descendendo. Si autē in infinitum recessum esse dicatur: non igitur erit in primo illo genere, quippe ad illud nunquam perueniri possit: siquidem fieri non potest, vt infinitum percurratur. Non igitur prædicata vlla sunt, neq; ad probandum, neq; ad definiendum infinita. In demonstratione præsertim in qua omnia per se cõuenire oportet, res verò nō sunt infinitæ: quare neq; infinita cadunt in eas. Quæritur etiam solet vtrum ea omnia, quæ ad scientiam & demonstrationem attineant demonstratione concludantur, & an omnium scientia sit? Sed principiorum theson & hypotheseon scientia nō est: sed intelligentia, neque horum est demonstratio: quia illis alia non sunt notiora. Nec fieri potest, quod nonnulli putarunt: vt alia alijs vltro citroq; vicissim eodē demonstrationis genere concludantur.

Nō omnia que ad scientiam attinent demonstrantur.

Non est in orbem demonstratio.

Quod est totius generis non est ad partem eius in demonstratione accommodandum.

cur, quod in orbem demonstrare vocabant. Idem genus dico demonstrationis, nam alio genere iam diximus fieri posse. Ut cum ex causa concluditur effectus, cum quo reciprocatur, posse demonstrationem retrouicissim comere. Sed aliud genus demonstrationis esse posuimus, cum ex causa concluditur effectus, aliud cum ex effectu concluditur causa. Non potest tamen effectus suae causae causam esse neque causa vi effectus esse effectum. Non possunt ergo hae demonstrationes in orbem & reuolutionem redigi. Nec ea, quae progreditur ex notioribus nobis, cum non possint eadem esse nobis magis & minus nota, nec magis & minus uniuersa, nec genus suae formae formam esse. Quærit etiam Aristoteles. utra præstantior sit demonstratio ea ne quæ, quod est totius generis ad totum genus, an, quæ ad eius partem accommodat. Ut sensus esse compotem ad totum genus animalis spectet. Si alia demonstratio id de animali, alia uero de homine demonstrat utra melius tractatur? Quam quæstionem dialecticis ipse rationibus ad utranque partem disputat. Cum ex proprijs demonstrationis principijs facile expeiri possit. Etenim ex proximis causis demonstrationem definiuimus argumentationem esse. Proximasque causas esse declarauimus, quæ uniuersæ, per se, & quæ ex parte idem est quadrant. At si uerfetur in parte, quod attinet ad genus totum, genus non exponit proximam causam. Quia non uniuersæ, & quæ ex parte ipsum est concludit. Ut si demonstratur Isochelem tres angulos habere pares duobus rectis, uniuersæ non concluditur, quia non generaliter

reciprocatur. Neque quatenus ipsum est, quia prædicatum non cadit in subiectum, quia Isocheles, sed quia triagulum est. Non igitur quæ partis est argumentatio, demonstratio est, quia demonstrationis definitione non comprehenditur. Tantum igitur ab est, ut præstantior uel æquæ sit præstans, ut nec demonstratio sit. Cumque Aristoteles eam legem esse demonstrationis docuerit, ut uniuersæ & quatenus idem concludat, artificiosius & magis ex re esset ex proprijs quam ex communibus locis quæstionem interpretari. Rogat etiam Aristoteles. utra sit præstantior demonstratio, quæ ait? an quæ negat. Sed hæc quæstio non de rei natura sed de accidenti est. Nam cum utraq; demonstratio sit accidit eis, quod una anteponatur alijs. Quare argumentis probabilibus exponenda talis quæstio est. Assertio sua natura sicut prior, ita præstantior est negatione. Nam ex affirmatione negationem cognoscimus, sicut priuationem ex affectione. Ergo demonstratio affirmans præstat neganti. Tum affirmans demonstratio sua vi docet, negans uero sine affirmationis opera nihil conficit. Ex solis enim negantibus enunciationibus nihil concluditur. Probabiliter etiam illa quæstio tractanda est, quæ comparantur inter se, quæ directo probant, & quæ in commo uerget demonstrationes, utra excellat? Eisdem quidem uerbis utranque tractari docuimus. Sed quæ recta fronte demonstrat deducit ad ueritatem, alia quasi cogit ad ueritatem confugere. Nam ad id compellit incommodum, quod vitare nisi assentiendo ueritati non potest. Præclarius autem uidetur esse deducere, quam

Præstantior est demonstratio que ait, quam que negat.

Præstat ea demonstratio que directo probat ei, que uerget in commo modo.

quam impellere. Tum ea, quæ directo docetur citius conficit quod uult quam quæ ad incommo dum compellit. Nam prius hæc infert falsum, quod deterret discipulum, ut se recipiat in uerum. Quare illa planior & illustrior esse uidetur: quippe quæ principijs per se cognitis sit uicinior. Stulte uero demonstratio incommo uerget uirgens contemnitur à Ramo. Non enim ea re uia contemnenda est, quæ pro certo ad ueritatem peruenitur. Præsertim quod exciter sua uia discipulum magis & attentorem faciat. Quare hæc de causa est aliquando uulior, & ad docendum accommodatior.

Cap. 17. Deficientia.

Demonstratio est propter scientiam, est enim scientia demonstrationis effectus. Sed cum multæ uariæque sint demonstrationes uariæ & multæ scientiæ erunt. Sed hanc multitudinem & diuersarum rerum confusione philosophi scienter distinxerunt in genera demonstrationes distribuentes. Ex quibus scientiæ artesque ortum habuerunt. Nosque in metaphysicis scientias omnes sumus partiti, uniuersique scientiæ genus suum decerentes munusque & quasi pensum constituentes. Hæc uero genera ex quibus scientiæ diuiduntur non ex rerum natura, sed ex animi uaria consideratione sumuntur. Itaque sicut rerum genera nominantur, non ex materia, sed ex forma, ita scientiarum genera non ex rebus, sed ex consideratione rerum dicuntur. Consideratio ergo eis pro forma est, res quæ in consideratione uersat pro materia. Consideratio ducitur ex eo ad quod animinum referimus cogitando. Ut

Scientiarum genera non ex uarijs rebus, sed ex uaria uerum consideratione ducuntur.

nihil in rebus considero, nisi quod omnibus est commune, quod metaphysici munus. Aut eas res perquiro quæ corpore constât, & motu ciuntur. Quod sibi uedicat physica. Aut tantum quantitatem tracto coniunctam, ut geometria, aut cum aliquo attributo, ut quantitatem coniunctam, quæ sub aspectum cadit, ut opticus. Et hæc ratione à nobis reliquæ scientiæ separatae sunt. Ex principijs autem, in quæ reducuntur ea, quæ pertractantur in scientia, cognoscitur genus, in quo uersatur. Principia inquam non communia, sed propria, ut definitiones. Unde res eadem potest in diuersis scientijs alia & alia ratione uel consideratione & ex alijs, & alijs principijs tractari. Harum uero scientiarum alia præstant, & excellunt propter rerum altitudinem & amplitudinem, in quibus uersantur. Res uero alte putantur, quæ ex altioribus principijs & quæ latius manent, uel sunt à sensibus remotiores ducuntur. Cuiusmodi sunt, uel quas metaphysica docet uel quas theologia tractat. Sapientes enim habentur, qui altissimas causas, & quæ facile non assequuntur exponunt. Quare antecellit illa scientia, quæ cur res sit demonstrat ei, quæ rem esse narrat, & inferiores habentur subiectæ scientiæ, quæ illarum quibus subijciuntur, quod hæc altiores esse uideantur. Alia in prætio & honore sunt, quod uitam ad rationem dirigunt. Item ea potior, & antiquior scientia est, quæ rei formam, quam quæ finem, uel aliam causam demonstrat. Quærun autem nonnulli, utrum tot sint scientiæ, quot demonstrationes? At de hoc dubitari non potest, quod unaquæque demonstratio scientiam pariat. Sed repetita scientia habitum in animo gigni. Tot igitur sunt

M 2 sunt

sunt habitus, quot demonstrationes. Et hoc mihi necessario conclusum esse videtur. Nam quod alij dicunt, non habitus augeri, sed vim adiudicandum exacui. Vna ergo qualitate scientiæ omnes & artes acutiores & promptiores adiudicandum euadimus. Sed fortasse dicent plures ergo sunt habitus geometriæ pluresque geometriæ. Plures habitus esse ad geometriam spectantes concedam, plures autem esse geometrias negabo, quia omnes illi habitus in vnum genus conferuntur, ex quo genere geometria nominatur. Sed earum rerum cognitio, quam sensibus contrectamus, quo nomine vocabitur, aut quid esse putabimus, non enim intelligentia est, quia non est earum rerum, quæ sua vi cognoscuntur in subiectum per se conuenire. Non enim homo, quem album esse video, per se est albus, neque quem currere cerno per se currit. Nec scientia sunt, quia necessaria non sunt, sed secus euenire possunt. Nec harum rerum erit opinio, nam certæ sunt, atque perspicuæ, opinio vero neque certa est sua natura, neque perspicua. Sed est animaduertendū mentis, & rationis motus, quo hæc comprehendit eodem appellari nomine in vulgus, quo sensuum quibus percipiuntur motus. Vt video hominem, audio sermonem, ita dicimus, ac si hominem & sermonem intelligere diceremus. Sensuum igitur, actiones, si ad mentem referantur sunt etiam actiones illæ, quæ ex sensibus nominantur, vt erit, vel auditio, vel inspectio, vel olfactio,

Cognitio earum rerum quæ sensibus contrectamus quomodo vocetur

& alia item, & communi nomine sensuum perceptiones, vel experimenta erunt.

Sed quoniam egimus de scientia, opere præteritum erit de ignorantia differere. Quæ est duplex, vel cognitionis priuatio, vel affectio. Priuatio est omni prorsus eius rei notitia vacare. Quod euenire solet, quando nunquam sub sensum cecidit. Vt cæcus ignorat prorsus colores, surdus sonos, per sensus enim res manant ad mentem, ita vt qui captus esset omnibus sensibus, omni etiam cognitione careret, neque magis, quam cæcus de coloribus de rebus alijs intelligeret. Ignoratio vero, quæ est affectio est falsa cognitio scientiæque & veritati repugnans: quæ semper ratiocinatione comparatur. Quod enim per se non cognoscitur ex alio cognoscitur, falsum autem per se nunquam potest cognosci, cum sit omnino destitutum lumine veritatis, in quo ratio versatur, & quo dirigitur. Cognoscitur ergo ex alio, & subinde ratiocinatione. Quare capitur homo, vel praua ratiocinatione, vel falsa aliqua propositione. Vt cur plures deos colis? quia vulgò coluntur. Si illa sit generalis propositio bene sequitur, vt sonet omnes homines vulgares colunt plures Deos, sed falsa est. Si autem sit specialis consecutio praua est. Ita cur inani laude studes: Quia hoc est multorum hominum studium. Itaque error oritur ex aliqua propositione partim vera partim falsa.

Duplex ignorantia.

DIDA-

DIDACI ASTVNICA

EREMITÆ AVGVSTINIANI DIALECTICÆ, Liber tertius.

CAP. I. De probabili & opinione.



Ractauimus verum, & certum antecedens, sequitur, vt quod verum saltem apparet, quod probabile dicitur persequamur. Sicut autem scientia ex certo fit antecedente, ita opinio ex probabili. Est autem opinio cognitio incerta, & quæ secus esse potest. Quare ita distat à scientia, vt ei contraria esse videatur. Nam in eodem genere positæ cognitionis maximè distant. Etenim scientia earum rerum est, quæ secus esse non possunt. Opinio vero earum, quæ secus cadere possunt, posse, & non posse secus euenire inter se repugnant. Ex quo fit, vt nullo modo contingere possit eandem rem eodemque tempore simul scientia & opinione comprehendere. Si enim contingeret, putaret quis eodem tempore aliquid, secus esse non posse, quod est scientiæ & secus esse posse, quod est opinionis. Nemo tamen ea, quæ nomine contradictorio opponuntur, simul esse vera credit. Non igitur eiusdem rei simul scientia & opinione quisquam esse potest. Probabile vero de quo & opinio est & opinionem pariter non definit Cicero, sed distribuit, quòd sit id, quod fieri solet, aut quod in opinione positum est, aut quod habet in se ad hæc quandam similitudinem, siue ad falsum est, siue verum. Deinde singulas distributionis partes exemplis declarat.

Quid sit opinio.

Quare non satis excusit, neque nobis aperuit, quæ haberet veri notionem. Cum neque geueris, neque alicuius formæ vllā definitionem tradiderit. Aristot. verò ita diffinit probabilia, quæ videtur omnibus, aut plurimis, aut ijs quorum sapientia clarior & gloriosior est. Sed quæ nam illa sunt quæ omnibus probentur, cum multi, vel ipso Aristotele auctore, & qui habebantur sapientes de illo communissimo principio, quodlibet est vel non est dubitauerint. Stoci, quorum habebatur spectata, & per specta sapientia, nihil moueri putarunt. Cicero Carneades, & alij multi Acacemici, quorum erat illustris, & peruagata sapientiæ fama. Nihil esse verum iactarunt multosque libros in hanc sententiā ediderunt. Non igitur est probabile definiendum ex hominum atque adeo sapientium iudicio: sed ex ipsa sua natura: quam opinio, quæ in probabili tota cernitur, nobis indicabit. Distinguitur autem à scientia opinio, in eo, quod scientia est de rebus necessarijs & quæ semper eodem modo se habent, opinio vero de contingētibus & quæ in alterutram partem cadūt. Probabilia ergo sunt, quæ licet ita sint, vel non sint, vt existimantur esse, nihil absurdi sequitur. Quæ de causa probabile habetur, idem quod verisimile. Quia verum semper est. Nam est eius quod est affectio, vt in metaphysicis ostendimus. Vt igitur ad naturam eius,

M 4 quod

quod est spectat ut sit, ita ad veri naturam. Quod autem natura conuenit, semper conuenit, verum ergo semper est. Probabile verò nō semper, sed aliquando sua natura est, & in hoc est verisimile. Aliquādo verò non est & in hoc est dissimile veri. Probabile igitur est matrem filium suum diligere. Quia nihil incommodi ex ea re consequitur. Eadem etiam de causa probabile est aliquam matrem filii suum non diligere. Ita verisimile est avarum iusiurandum negligere, & nō negligere. Ita etiam hoc connexum est verisimile si multus erat in calceis puluis, ex itinere veiebat. Et hoc si ijs, qui imprudētes leserunt, ignosci conuenit, ijs, qui necessariò profuerunt haberi gratiam non oportet. Hęc & alia cōnexa, syllogismi, & alia argumentationes, quæ aliquam præ se causam ferunt, cur antecedens cohæreat cum consequente, vel in simplicibus effatis, cur attributum subiecto conueniat probabilia, credibilia, & verisimilia statim iudicantur. Si verò nulla se statim afferat ratio friuolus, insulsus & illiberalis est sermo, quousq; causa proferatur. Ut insulsè neque probabiliter dicitur mater odiebat, & persequeretur filium. Si verò statim adiungatur, quia fame confecta eū de cuius vita desperabat, comedere decreuerat. Vel quia damnum maximum & detrimentum ab illo acceperat: ita probabiliter dicitur avarū negligere iusiurandum: quia statim id ad pecuniæ cupiditatem refertur. Illiteratè enunciatum etiam avarus minime negligit iusiurandum: nisi quia cætera pius erat, aut alia causa adiungatur. Hoc ergo modo planū factum esse puto quid

sit probabile, & quid sit probabiliter, & insulsè loqui.

Cap. 2. De syllogismo probabili.

Cum ea sit hominis natura, ut sæpe diximus, ut vnum ex alio ratiocinando intelligat. Quod intelligit est complexio, vel conclusio ex quo intelligit argumentum, vel medium. Si argumentum sit necessarium, hoc est necessariò cohæreat cum partibus quæstionis vel extremis conclusionis. Eadem enim enunciatio, & est quæstio, cum de eius veritate quærat, & est conclusio cum ex argumento concludatur. Si ergo argumentum est necessarium, syllogismus erit necessarius, qui est demonstratio. Sin autem nō necessariò, sed probabiliter in partes quæstionis conueniat probabilis est syllogismus. In utroque tamē syllogismi forma, vel ratio necessaria est: differuntq; tantum in materia, quod vno conclusio, & altera saltem antecedentis pars est probabilis, neutraque absurda. In altero verò necessaria est conclusio, & totum antecedens. Nihil autem optatius obtingere potest intelligenti, quam quod ratiocinando quærit necessariò posse syllogismo concludere. Tunc enim cerneretur res, in manibus esset, nihil esset periculi ab errore & fallacia. Sed hoc oprandum potius est ab hominibus in ijs rebus, quas mente tractant, quam sperandum. Pauci enim homines sciunt, & multa opinantur. Quare demonstratione rarò sapientes, & docti homines aliquid percipiunt, in docti verò nunquam, sed siue de pace, siue de bello

Syllogismus probabilis quid sit.

Pauci homines sciunt multa opinantur.

bello, siue de repub. siue de familia, siue de agro colendo, siue de componenda domo, siue de cibo capiēdo, siue de stando, siue de exeundo consilia mortales ineant, siue secū aliquid agant, siue cum altero contrahant, probabiliter cogitāt, probabiliter loquuntur, probabiliter deniq; omnia ratiocināt, & intelligunt. ob eamq; rem rectè sapiētia pronūtiat, cogitationes mortaliū timidæ & incertæ prouidentia nostræ. Ex quo illud est consequens, ut eadem cōsilia aliās letos, atq; felices exitus habeant, aliās tristes & calamitosos, ut deniq; libidini sint fortunæ exposita. Syllogismi itaq; probabilis multus est & frequens vsus in hominū vita ex hoc fere humana tota cognitio pēdet. In eoq; explicādo nō modò dialectici, sed etiā rhetores artis suæ neruos cōtendūt. Adeoq; de ei⁹ possessione inter se certāt. Ut à dialecticis propter excellētiā solus syllogismus dialecticus appellet: licet etiā demonstratiōe & alios syllogismos dialectica doceat. Hac etiā de causa olim hæc pars dialectica dicebat, reliqua logica. At rhetores artis suæ inuētiōe, dispositionē, & elocutionē partes esse iactant. Illaq; pars, quæ de inuētiōe est reliquarū longissima iustos multos eorum libros cōplet. Adeo ut illorū quidā peritissimi alias rhetoricæ partes prætermittentes de sola inuētiōe libros ediderint. Ne verò dialectici hoc rhetorū facto possessione dialectici syllogismi eis cedere viderēt: libri eorū iusti de hoc tantū syllogismo exierunt, quos topicos nuncupant. Sed cum dialecticus & rhetor tam multis de hoc syllogismo differant: nemoq; aliū reprehēdat ostendēs hunc ad eū non pertinere neq;

Nec rhetores, nec dialectici norunt ad quos inuētiōis ars pertinet.

ius suū ex æquo & bono persequat, uterq; planè fatetur ignorare iuris ne sui hæc pars sit an alterius. Præsertim quod Arist. dialectic⁹ & rhetor in dialecticis & rhetoricis de hoc syllogismo differit, locos utroq; exponens, ex quibus deducatur. Tātum libros, quos dialecticæ de hac re adscribit topicos appellat. In principio verò rhetoricæ dicit rhetoricam esse dialecticā. Nomine verò topicorū, siue locorum dialecticæ ius suum tueri nō poterit: nā etiam loci cōmunes sunt argumentorum, quos in rhetoricis scribit. Si differūt à dialecticis exponeret, in quo differant. Sin autem eadē sit ratio locorū utriusq; facultatis, contra viam & rationē tradendę disciplinæ est eadem, præsertim tan longā orationē repetere. Præterea cur alios in dialectica locos, alios in rhetorica scripsit neque huius differētiæ vllā causam protulit. Præsertim quod initio rhetoricæ dicat. De illis utranq; differere, quæ in omnibus cōmunia sunt. Sed loca quæ tractauit in dialectica omnibus cōmunia sunt, vicissimq; illa quæ explicauit in rhetoricis, cur igitur utroq; loco illa nō repetiuit. Præterea dicit Aristot. in rhetorico primo rhetoricā propaginē esse & tanquam dialecticæ pullum. Quo pacto propago & non eadē potius ars, si eadem tractant in eisdemque cōmunibus rebus versantur? Quod verò dixit Aristot. esse rhetoricam dialecticā. Alexander interpretatur id est in eisdem rebus cernuntur, eadem persequuntur. Sed quorsum artes & sciētiæ distinguuntur, si eadem tractant eademque proponunt. Aut in quo sciētiæ differant, si res easdem per tractant? Aut quid attinet quod vna

Non recte
explicat Ci-
cero, & A-
phredasus
in quo de
lectica a
rhetorica
differas.

sciētia ex planatum est, alia repeti-
Aut quis equo animo feret illis re-
bus, quas iam didicit rursus detine-
ri aut de re eadem sepius obtundi.
Nec satis haberi à Cicerone puto,
cū hoc idem verbū Aristoteli in Ora-
tore cōmentans ait, rhetoricam ex
altera parte dialecticæ responderi.
Vt hoc videlicet differant inter se,
quod hæc ratio dicēdi latior sit, illa
loquendi contractior. Nam illud
magis & minus nullam afferunt fa-
cultatū differentiam. Nam eadem
cernendi vi magis, & minus cerni-
mus, & audiēdi magis & minus au-
dimus, loquēdi magis & minus lo-
quimur. Eiusdē etiam facultatis est
angustas, & amplas ædes efficere.
Non possunt ergo duæ distingui
artes ex ellatione & submissione ear-
um rerum, in quibus versan-
tur. Vnde nec apta est illa Zenonis
similitudo, qua rhetoricam palmæ
dialecticam pugno similem esse di-
cebat. Cur enim rhetoris etiam nō
erit summam dicere, quæ longam
desiderant orationē. Nos itaque in
metaphysicis satis apertè indicavi-
mus, in quo nam sita sit harum ar-
tium distinctio, quam distinctionis
rationem sequentes dicimus, solius
esse dialecticæ locos & sedes argu-
mentorū exponere. Rhetoricā verò
hoc ipsum agentem euellere termi-
nos possessionis suæ. Etenim diale-
ctica est intelligendi ars, ergo vias
& rationes intelligēdi persequi de-
bet, quarum alia est ex certis, alia ex
probabilibus ratiocinari. Ipsius par-
tes sunt eam docere viam, quæ ex
certis cōsistit, quod vult, quæ est de-
monstratio neque de hac vllus cū
dialectico contendit, aut manum
conferit. Ergo ipsius etiam munus
erit eam monstrare viam, quæ ex

probabilibus, quod quærit conclu-
dit. Huc accedit, quod probabilis
syllogismus est forma subiecta syl-
logismo generi, ad dialecticum ge-
nus spectat, ergo etiam formam. Iā
verò partes sunt dialectici intelli-
gere, rhetorici verò eloqui & alijs ex-
ponere, quā habet notioem. Prius
ergo componendus est syllogismus,
& argumentum è loco petendum,
quā rhetoricus officiū suum aggre-
diatur. Loca igitur argumentorum
non rhetor sed dialecticus perqui-
rere debet.

Cap. 3. quomodo loca tractanda sint
deque eorum vi.

EST alia non leuis cōtrouer-
sia non inter rhetores & dia-
lecticos tātum, sed etiam in-
ter vtrosque inter se, quo pacto lo-
ca tractanda, & illustranda sint. Nā
cū pro locis dialectico sint quædā
rerum amplissima genera, vel omni-
bus, vel multis rebus cōmunia. Mul-
ti rhetores & dialectici ea diffinien-
do, & diuidendo explicant. Vt exē-
pli causa, quid sit causa, quot eius
formæ, quid vnaquæque forma sit.
Magnificèque iactant posse vnum-
quemq; nauum & industrium ho-
minem locis tantum dialecticis in-
structum de quacumque re propo-
sita copiosè & abundanter dicere.
Idque munus esse dialectici prædi-
cant. Sed si ad dialecticum attinet
illa rerum amplissima genera de-
finitionibus & diuisionibus expla-
nare. Cū id ipsum præstare debeat
metaphysicus, cui illa communia re-
rum genera proposita sunt ad inter-
pretandum. Eadem ne doctrina lon-
gè diuersis scientijs tractanda est?
Neque potest vna sciētia officij sui
partes

Quomodo
inventionis
loca tractā-
da sint.

partes implere, nisi per tractet ea,
quæ etiam scientiā attingunt. Misce-
rentur igitur, & confunderentur
scientiæ, neque possent certa ratio-
ne distingui. At distinguuntur, ita vt
nemo bonus earum auctor cogatur
identidem eodem reuolui. Iam ve-
rò dialecticæ subiectum non est res
vera, sed ea tantum, quæ mentis be-
neficio est. Non igitur ad res veras
digrediat, quales illa genera
sunt amplissima. Secus enim non
sibi constaret, neque in vno eo-
demque genere versaretur, sed va-
riarum rerum Sylua esset. Quare ab-
surdum est in dialectica tradenda
honestum diffinire, deinde diuide-
re, iustitiam, temperantiam, pruden-
tiam, fortitudinem, & alias virtutes
diffinire, adiuncta negotijs & perso-
nis numerare, & à curatè persequi,
& alias multas rerum sententias e-
nodare, quæ in exordium narratio-
nem, confirmationem, & per oratio-
nem incidunt, vt potius orationem
componere, quàm dare componē-
di præcepta, videantur. Quid? alij
contendunt oratorem per se vique
sua virum esse bonum, scientiarum
& artium omnium peritum, eūdem
oratorem esse, qui & sapientē. Qui-
bus & alijs dictis suā potius in scien-
tiam detegunt, quàm oratorem lau-
dibus ornant, dum præferunt ig-
norare, quid rhetorica sit, cuius se
doctores profitentur. Tamen habēt
auctores ij quid excusare possint, se
non de illa rhetorica loqui, quæ est
philosophiæ pars, & quæ certis phi-
losophiæ terminis continetur, & ab
alijs artibus & sciētijs diuiditur. Sed
de illa quæ est ciuilem facultatis pars,
quæ virum grauem & ciuem bonū
complet. Nam Aristoteles rhetori-
cam constare dixit ex dialectica, &

ex ciuili scientia. Cicero ciuilem
quandam scientiam esse ait, multis
& magnis ex rebus constantem. Et
eius quandam magnam & amplam
partē esse artificiosam eloquentiam
quam rhetoricam vocant, & Paulo
post. Quare hanc oratoriam faculta-
tē in eo genere ponimus, vt eam ci-
uilem sciētiæ partē esse dicamus. Qua-
re nō illi suis præceptis philosophū,
sed bonum ciuem instituire, & in-
formare voluerunt. Nos autem, qui
totam philosophiam patefacere, &
illustrare via & ratione decreuimus
elaborare debemus, vt scientiæ om-
nes & artes, ex quibus cōstat, ita di-
stinguantur, suisque cancellis in-
cludantur. Vt nulli ad aliam pateat
aditus, nulla repetat aut inculcet,
quod alia suo iure explicauit. Qua-
re dialecticus illorum communiū
& amplissimorum generum naturā
diffiniedo & diuidendo non inter-
pretetur, sed hunc laborē metaphy-
sico deleget. Tantum illa genera tā-
gat & quasi digito monstrat admo-
nens ex eis multa posse argumenta
duci ad quamcunq; quæstionem
exponendam. Quo admonitu qui
fuerit illorum generum naturam ri-
matus ad argumentum inuenien-
dum, dum illa scrutatur, non diale-
cticum sed metaphysicum agit, &
quod eliciet argumentum, nō dia-
lectica, sed metaphysica præstat. Et
ita alia scientiæ, ad quas pertineat
genus ex quo argumēta trahentur.
Vt si quis approbare nitatur bono-
rum improbos esse inimicos. Diale-
cticus indicabit contrariorum lo-
cum. Metaphysicus illorum esse na-
turæ docet, vt inter se pugnet. Dein-
de ex dialecticæ præceptis argumē-
tationem instruo, argumētū cum
partibus quæstionis ita componēs

Dialecti-
cus amplif-
sima gene-
ra nec diffi-
nere debet
nec diuide-
re.

contraria in se pugnans, boni & improbi sunt contraria, ergo inter se pugnans. Quam argumentationem non dialectica, sed metaphysica suppediat, quia ex genere metaphysico subiecto proficitur. Hæc verò ethica boni sunt iniquorum odio, quòd virtutem, quam ipsi vehementer amant, contemnunt. Contra verò iniqui bonos oderunt, quòd eorum honestissima vita suos arguat flagitiosos mores. Quia ex genere procedit quòd ethica tractat. Hæc theologia, quia boni stant à Christo, mali à Dæmone. Quia ex genere progreditur in quo theologia versatur. Quare quòd nonnulli indocti reprehendunt, Aristoteles artificiosè fecit, ut in dialecticæ tradendis locis nullius generis naturam diffiniendo aperuerit. Sed tantum ex generibus propositiones sumpsit, quæ illorum argumenta continent, quorum multa copia suppetere debet dialectico. Vt in 2. topico, quæ formæ accidunt, in genus etiam cadunt. Minime verò definiunt genus & eius formam, & alio loco, considerandum est cui res proposita adiuncta sit. Et locus est assimili, in quo animaduertere oportet, an eodè modo res similes sint. Vt si vna scientia circa multa versatur, etiam opinio. Nec genus, nec formam, nec ad iunctum, nec simile definit, sed loca tantum argumentorum notat. Quod autem Ramus Rodolphus & alij asseuerant dialectici esse de quacunque re proposita copiosè & abundanter dicere, id quod Gorgias Leontinus, antiquissimus rhetor rhetoris esse putauit. In quâ sententiâ it Quintilianus, multa que disputat, dicitque, secum Platonem, & Ciceronem sentire. Absurdum

Rami & Rodolphi error putatum dialectici esse de quacunque re proposita copiosè dicere.

id & ineruditum est. Essent enim ceteræ omnes artes & discipline & rerum historiarum superuacua. Quid enim aliud physica ethica metaphysica & aliarum disciplinarum præstât, quam ut de genere sibi proposito copiosè loquantur: quod si id dialectica aut oratoria exhibet, quid alijs artibus & doctrinis relinquunt? aut quid utilitatis afferunt? aut in quo nobis operam & officium suum probabunt? Præterea quo pacto dialecticus vel orator de natura & eius partibus, de motu, de tempore, de loco, de cælo & de mundo, de virtutibus & vitijs disseret, nisi in ijs rebus intelligat? Anne dialectici vel rhetoris est? quid sit natura, quid motus, quid tempus dicere? Adde quid angulus, quid triangulus, quid trianguli vis cognoscere? ex quibus id dialecticæ principijs cognoscet? An quia dialecticus docet definire & diuidere? Sed huius rei præcepta excutiamus, quæ in eo sita sunt, ut genus & differentiam conquiratur. An quæ genus & differentiam præcipit comparare, præstât genus & differentiam? Et quæ docet quibus modis medium, & argumentum cum primo & extremo verbo questionis disponatur, ad efficiendam conclusionem exhibet argumentum? Si ad loca confugiant. Quæ nam loca suppediabant? genus & differentiam motus, loci, temporis elementorum, virtutum, vitiorum, angulorum, numerorum & eorum inter se comparisonem, & alias res infinitas, quas omnes scientiæ & artes declarât? Non igitur vlla sunt in dialecticis & rhetoricis præcepta quibus valeamus de quacunque re proposita disputare. Age verò quis unquam aut per leges, aut audiens li-

bros

bros Aristotelis metaphysicos vel phycos vel ethicos, aut Galeni, aut Auicennæ de medicina, aut Euclidis elementa auctorem à dialecticæ scientia laudauit: aut in illis scribendis rhetoris, aut dialectici, personam sustinere putauit: & non potius vel metaphysici vel phyci vel ethici, vel medici, aut mathematici? Horum denique sententiâ futilis & vana redditur illa scientiarum à peritissimis viris usurpata distributione. Hanc etiam sententiam Cicero refutat leuissimo argumento. Quod magna amentia videatur, quibus in rebus summa ingenia philosophorum plurimo cum labore consumpta intellegimus eas sicut aliquas paruas res oratori attribuerent. Non enim ex eo quod res graues aut tenues sint difficiles, aut procliuus sunt dialecticæ vel attribuendæ vel detrahendæ: sed ex ipsa sua natura, quod genere dialecticæ subiecto vel includatur vel non includatur. Nam res est grauissima tota ratiocinandi & demonstrandi ars & magno virorum ingenio comparata, tamen ad dialecticam refertur. Nemini ergo de quacunque re dicendi copia & facultas suppetet, nisi qui scientias omnes & artes & omnium rerum historiam optimè nouerit. Qui verò dialecticam duntaxat tenuerit de dialecticis tantum scienter disputabit, idem de rhetoricis dico. Non enim hæc artes patefaciunt consilia pacis & belli & optimum ciuitatis stratagem, nihil de vestigalibus exercendis, nihil de re publica aut familiari ad ministranda, nihil de infinitis alijs rebus, quæ in deliberationem cadunt præcipiunt. Vitam & mores hominis laudandi aut vituperandi minime narrant, dolos quibus aliquis sit

interfectus aut aliud scelus perpetratum non exponit. Quare quod Aristoteles in rhetoricis, quem sequitur apertè Cicero in primo de inuentione in tribus rerum generibus rhetorem versari dicit, deliberatio, demonstratio & iudiciali. Si nobis significat rhetoris esse officium res & sententias subministrare, quæ in ijs generibus tractandi occurrunt, multum ab illis dissentio. Nam si de via munienda de sacris rebus consilium ineatur, aptiores res atque sententias Architectonice suggeret. Si de medicina faciendâ egro medicina si de bello bellicæ artis peritus, si de reipub. gubernaculis politicus. Si de iure & iniuria iuris peritus. Si homo laudandus vel vituperandus, qui eius nouerit vitam cursum, plura quam orator aut dialecticus sciet. Si coniectura capiendâ, qui neci exempli causa interfuit, plures res & sententias, quam dicendi artifices commemorabit. Denique ut ipse Quintilianus ait, litigator rusticus plura de sua causa sciet quam orator, qui nescit quid in lite sit. Ad discat ex eo (ait ipse) rhetor, qui eius est causam acturus. At aut non sunt igitur suæ artis, quæ sibi discenda sunt aut plene non est artem suam consecutus. Deinde absurdum esse videtur præcipere ut artis peritus discat ea, quæ suæ artis sunt ex artis imperito. Non igitur pertinet ad rhetorem vel dialecticum res eas suppetere de quibus habenda est oratio. Iam verò si deliberemus, quem admodum res, quas nouimus tractandæ sunt & oratione explicandæ, dialecticam & rhetoricam consulimus. Sin autem rerum, quas dicamus ignari eas quæramus alias artes adiimus. Vt si de edificio sit agendum architecto

chitectonicem volumus, & eius peritos interrogamus, si de officio ethicam, si de repub. polyticam, si de natura physicam, si de grammatica grammaticos, si de agro colendo agri colas. Neq; in ijs rebus consilij sollicitus rhetorem unquam, aut dialecticum accersit. Ipsum igitur nobis infixum naturæ lumen monstrat, quod rhetoris & dialectici, ac quod aliorum opificum officium sit. Sed sicut architectus architectatur domus formam, materiam autem non conuehit, sed is cui domum ædificat. Cuius unquamque partem postquam architectus apto, & idoneo loco collocavit, tota domus species constat. Sic dialecticus non subministrat rerum & sententiarum materiam, sed eam quam metaphysicus, vel physicus, vel ethicus, vel mathematicus, vel rusticus litigator vel denique is, ex quo Quintilianus iubet oratorem discere subministrant, dialecticus disponit. Ut concludant & urgeant ut totum libri vel orationis corpus compleant: orator coloribus ornat, luminibus verborum & sententiarum illustrat. Et quemadmodum tota domus à fundamentis ædificata non ab artifice facta fuisse dicitur, sed ab eius domino, qui uniuersam materiam prebuit fabrosque locavit. Non enim regiam Vitruuium sed Augustum fecisse narramus, thermas Diocletiani, pontem Traiani dicere solemus. Ita ea quæ sunt in alijs scientijs magno doctissimorum virorum studio reperta, licet sint à dialectico coagmentata à rhetorico exornata, non ad dialecticam, nec ad rhetoricam pertinent, sed ad eam scientiam, quæ in genere illo cernitur, quod eam rerum materiam com-

plectitur. Ita & Columellæ libros de re rustica, Vitruuij de architectura, Tituliuij de urbis historia. Licet magnam ad eos conficiendos auctores ex dialectica & rhetorica utilitatem perceperint, nec de dialectica neque de rhetorica sunt, sed de rebus illis quas tractat Arist. vero libri de enunciatione, de syllogismo de demonstratione, & probabili & captiosa ratiocinatione. Ciceronis & Quintiliani de oratoria facultate de dialectica & rhetorica sunt, non quia sunt dialectici & rhetoris artificii facti, sed quia res eas pertractant quæ comprehenduntur genere dialecticæ & rhetoricæ subiecta. Sed quemadmodum in reliquis operibus manufactis, si forma & artificium longè materiam superat, non ab eo, qui materiam contulit, sed ab eo, qui formam intulit fabricata fuisse dicimus. Ut Policleti istatua Parrasij & Appellis imaginem nominare solemus. Ita rusticus litigator non fecit orationem, sed orator, licet non alias res illustret, quam rusticus ei narrauit. Tamen si libellus iudici oblatu legibus potius iuris & equitatis nitatur, quam narratione litigatoris & artificio rhetoris, non à litigatore neque rhetore, sed à iuris perito confectum fuisse putamus. Ex ijs facile intelligitur, quæ vis dialectici syllogismi & rhetoris cultus, & aliarum sit facultatum. Sed ex eo hunc errorem multi rhetores & dialectici imbibisse suspicor. Quod in auctorum artificio re texendo singula argumenta conferunt in aliquem argumentorum locum, & ob eam rem ex eo loco sumpta prædicant. Nullum autem esse potest argumentum siue necessarium siue probabile sit, quod non cadat sub aliquem inuen-

Cap. 4. De quaestione

inventionis locum. Ex eo sibi persuadent inueniendi artem, de quacumque re argumenta suppeditare. Veruntamen ut supra dictum est loca illa sunt communia rerum genera, in quibus metaphysica tota versatur. Sicut autem absurdum & ineruditum esset putare sola metaphysicæ cognitione reliquas scientias, & res omnes, de quibus sermo institui potest patefieri. Ita absurdum est ex illis locis copiam querere ad disputandum, de quacumque re proposita. Fateor quidem qui loca illa tenuerit, & melius qui uniuersam metaphysicam comprehenderit quancumque quaestionem horridè, leuiter, & insulse persequi posse. Grauem tamen, coherentem & aptam orationem sine multa aliarum rerum scientia non habebit. Non enim communia modo sed etiã propria cognoscenda sunt ei, qui scite & aptè dicere cupit. Nam quo pacto de bello deliberet apud Philippum regem, si tantum tractet ea quæ sunt omni bello communia, communis etiã erit oratio neque personis & temporibus accommodata, nisi eius commoret pedestres, equestres & nauales copias & genus exercitus vectigalia, auxilia sociorum, vires hostium & bella quæ gesserit. Item qua ratione Paulum laudabit ex locis communibus: nisi vitam eius admirabilem, sapientiam & religionem singularem, quos excepit & sustinuit labores commemoret. Indignum denique mihi videtur in re tam plana & aperta diutius inmorari. Hoc tantum dicam loca communia per se inutilia & alienam orationem construere. Propria perse illiteratam & quasi puerilem. Vtraque simul vehementem, grauem atque copiosam.

Ed ut melius loca in telligantur omnes fere rhetores, & dialectici putant quaestionem ex ponendam docentes, quaestionem materiam esse locorum munusque esse dialectici quancumque quaestionem tractare. Sed ego illis de quaestionem materiam esse locorum. Nemo tamè dialectici partes esse quancumque quaestionem explicare. Nihil enim reliquis scientijs & artibus reliquum esset ad explicandum. Sed in illa facultate quaestio proposita cernitur cuius genere continentur eius partes: partes eius uoco uerba, ex quibus componitur, ut utrum ex tribus animis an ex uno tantum homo constet? Quaestio est physica declaranda, quia homo & animus genere comprehenduntur physica interpretando: corpore nimirum mouili. Hæc uero, utrum febris est corde proficiscatur ad medicinam spectat, Fateor autem locos non nihil utilitatis ad quancumque quaestionem pertractandam afferre, quia rebus omnibus communes sunt. Quare ipsorum usus utilis & communis est sicut etiã totius dialecticæ. Quaestionem autem rhetores & dialectici uariè distribuunt. Cicero Quintilianus & alij oratores primum in *essiv* & *uobessiv* partiuntur *essiv* quaestio est temporibus & personis finita, quam Cicero cotrouersiam & causam nominat. Ut utrum Paulus se committere debeat inturbam aduersus illum Ephesi concitatam? *uobessiv* est quaestio nullius neque personis neque temporibus notata. Ut utrum vir fortis adire debeat mortis periculum. Quam Cicero uocat

Dialectici non esse quancumque quaestionem explicare.

cat

cat propositum. Eamque in partibus in plures alias partes partitur. Aristoteles cui eius interpretes consentiunt, in posterioribus analyticis in quatuor partes secit quæstionem, an sit res, quid sit, qualis sit, propter quid sit. In topicis autem longe diuersa quæstionum genera numerat. Vtrum hoc sit illud? quam dicat esse accidētis quæstionē. Vtrum hoc sit melius, quam illud? quam vocat comparationis. Vtrum hoc sit illius definitio? quam vocat definitionis. Vtrum hoc sit genus illius? quam generis. Vtrum hoc sit propriū illius? quam proprii. Vtrum hoc idem sit, quod illud? quæ illi est de eodem & de altero. Et ad has quæstiones omnes suos locos accommodat, qui prope sunt innumerabiles. Rodolphus alias videtur asserere quæstiones partes. Sed tandem in has Aristotelis exeunt. Quæstiones sequuntur, quos vocant oratores status vel causarum constitutiones. Qui nihil aliud sunt, quam id de quo queritur de quo est disceptatio vel controuersia. Quod satis ipsa quæstione declaratur, superuacue verò adduntur noua verba, cum nullæ nouæ res adiungantur. Veruntamen hæc quæstionum diuisio in utilis mihi videtur: nam definitiones, diuisiones & alia dialecticæ præcepta si nullam ad intelligendum & differendum utilitatem afferant, habentur inutilia. Cum ea de causa tota dialectica exquiratur. Hæ autem quæstiones eodem modo in differendo & intelligendo tractantur, quid earum igitur distinctio præstat? Quod emolumentum factura est fabro lignario lignorum diuisio, si eodem modo sunt omnia dolanda? Nam tum modo diuidit materiam

Inutilis est quæstionis diuisio, & status.

utiliter artifex, cum operis dirigendi ratio etiam partienda est: at dialecticus ex eisdem locis & eadem ratione illas omnes quæstiones pertractat. Quorsum igitur hæc fuit partitio? Præsertim quod istis diuisionibus non comprehenditur, quicquid argumentis tractatur. Nam cum optamus, & imperamus desiderij & imperij nostri causas nonnunquam argumentando exponimus. Tamen huiusmodi argumenta non pertinent ad vllum quæstionis genus ab his auctoribus numeratum. Nec facile illa pro M. Marcello Ciceronis oratio, ad quem statum pertineat, explicabitur. Illud igitur nobis sit quæstio status & causæ constitutio, de quo dubitamus, disceptamus, & vtrum verum sit intelligere cupimus, siue nobiscum agamus, siue cum altero disputemus: illius partes & verba consideranda sunt, ut ex artis præceptis quid putandum & opinandum sit statuatur. Id enim, de quo dubitatio, & controuersia est, non satis liquet, sed obscurum est, lumen ad illud illustrandum queritur. Argumentum quod est quasi lumen adhibetur, & accommodatur argumentatione obscuræ quæstioni, ut è tenebris eam in lucem prolatam ingenij acies contemplari possit. Itaque non minus argumentum, quam argumentatio indicium dirigit, licet Cicero & alij auctores antiqui argumentum ad inuentionem, argumentationem ad iudicium reuulerunt.

Est tamen animaduertendum non omnes differendo, & vsu artis veritatem explorare, sed etiam aliquando, ut in suam sententiam, & opinionem aliterum adducant, querere siue sit vera, siue falsa, vel ut alterum delectet siue

Diuiditur ratio tractandorum locorum.

siue rebus veris, siue fictis. Vel ut alium decipiat & in errorem impellat. Verum vel verisimile querunt philosophi. Oratores ut litem vincant. Poetæ ut delectent. Sophistæ ut fallant. Quæ omnia quia ex arte fiunt, cognoscenda sunt & a dialectico intelligenter obseruanda. Oratores ergo quoniam non ut rectè iudicetur, sed ut secundum eos iudicetur elaborant, affectus pro sua parte virili excitant. Siquidem aliter homines quieto, & aliter animo turbato iudicant, cetero qui verisimilia sequuntur & verisimiliter loqui conantur. Poetæ verò dum iucundi sint, aperte veritatem negligunt & multa fingunt. In ipsis tamen fabulis quo ad eius fieri potest, probabilitatem sequuntur. Quod ipsa verisimilitudo iucunda sit. Nam magnanimi & fortes viri priuati & viles homines ea facere & loqui fingunt quæ eos deceat. Et ob eam rem fabulæ siue Æsopi siue Esodi delectant, quod ea bestiis affingant, quæ sunt earum naturæ consentanea. Mouent etiam affectus, quia ipsa delectat animorum commotio. Cum ergo philosophi, oratores & poetæ probabilitatem spectent loca ex quibus argumentum probabile ducitur eis communia erunt. Qui verò præter hoc animos mouere volunt, alia præter hanc communem eis via monstranda est. Alia etiam via progrediuntur ij, qui ludunt & in errorem impellunt sophistæ. Triplicem ergo locorum viam prosequemur ad verum vel verisimile inueniendum, ad commouendum & ad decipiendum.

Cap. 5. Quæ ratione loca sint argumentorum ostendenda.

Illam viam exponendi locos refutauimus, quam Ramus, Rodolphus & alij vsurparunt, sequitur ut de illa differamus, quæ nobis aptior videtur. Duas docet Theophrastus, ut Aphrodisæus auctor est aliam præceptum aliam locum appellat. Præceptum est indicatio loci, ex quo sumi potest argumentum ut si dicas, ex contrarijs duci potest argumentum. Locus est argumentationis principium. Ut si dicas, si vnum contrarium conuenit, in idem aliud contrarium conuenire non potest. Quas Boetius & alij maximas argumentorum appellarunt. Sed Aristot. has etiam locos vocat, quibus frequenter vitur: Vtraque autem via subtilis est, & dialecticorum rationi & disciplinæ maximè consentanea. Licet recentiores auctores nullam earum mentionem fecerunt. Sed sicut est subtilis ita valde difficilis Theophrasti, & Aristotel. discipulis. Nam metaphysicam, qua locorum amplissima genera explicantur, longè post dialecticam ediscebant: initio verò dialecticorum pauca illa rerum prima genera docebantur. Quæ categorias appellabant. Quo nam modo præceptum vel locum argumenti comprehenderent si generis naturam, in qua versatur ignorabant? Ut exempli causa, si vim & naturam causæ nesciebant quo pacto locum scirent, qui vi eius & natura nititur? Huius autem temporis dialectici alij partes metaphysici vsurpant explanantes definiendo & diuidendo illa communia genera, in quibus sedes argumentorum reponunt. Sed cum alieno loco tractentur & ab alijs rebus distrahantur, cum quibus natura coherent, quas metaphysica exprimit

Qua ratione loca sint argumentorum ostendenda.

primit, satis declarari & explanari nequeunt. Alijs vero dialecticis, qui nullam horum generum mentionem fecerant, hæc Theophrasti via est ardua & multis difficultatibus infesta, quod difficillima rerum genera breuissimè tangantur. Nobis autem hæc via procliuis & expedita est, qui metaphysicam totam primum tradidimus, & tradendam esse probauimus. Quia hæc omnia genera ex quibus loci deriuantur à fundamentis ennodantur & ea declarantur, quæ illa consequuntur. Quare si metaphysicam per capita repetamus, nullus prætermittetur locus utilis, ad inuentionem argumenti licet varia multiplexque sit eorum notandorum ratio. Nam Aristoteles primo analytico omnia loca tribus, antecedentibus, consequentibus, repugnantibus complexus est. Quæ non omnia loca, sed locorum partem esse docet Cicero in partitionibus. Nam his tribus alia multa adiungit Aristot. autem in topicis numerantur loci trecenti quinquaginta nouem, ad illa sex sua genera questionum tractanda. Quæ in præceptu esse & ad manum haberi (vt est necessarium indaganti) non possunt, cum vix memoria comprehendiqueant. Præter hoc multa vana sunt & inutilia, vt locus ab idea, à digressionem in angustiore causa, ab otioso à vulgaribus nominibus. Aliqua sophista & fallere cupientis, vt locus ab ambiguo. In secundo autem rhetorico ad theodectem in viginti octo, locos omnes conclusit. Cicero loca notat decem & septem. Themistius viginti duo. Rodolphus viginti quatuor. Ramus decem. Quæ varia locorum præceptio ex eo procedit, quod communia rerum genera diuersis

Ex metaphysica facile eliciuntur loca.

Varia locorum notandorum ratio.

modis vel in plures vel in pauciores partes describui queunt. Neque vlla certa diuidendi ratio eorum natura postulat. Quam Ramus inuenisse credit, ab eaque alios auctores aberrasse. Sicut animalium genus longè quæ illa angustius & contrauctius, varijs diuersisque modis secatur ab Aristot. in eorum historia. Quare modestius & eruditius Quintilianus, postquam de probatione verba fecerat, ait. Hæc fere de probatione ab alijs tradita, vel vsu præcepta in hoc tempore sciebant. Nec mihi fiducia est vt ea sola esse contentam, quinimo hortor ad quærendum, & inueniri posse fateor, quæ tamè adiecta fuerint non multum ab his abhorrebunt. Metaphysicus ergo horum locorum rector & moderator & tanquam architectus huius operis est. Qui probè metaphysicam mente perceperit omnium locorum fontes etiam consecutus, vt facile possit eos, in quos voluerit riuos deriuare. Licet autem vterque metaphysicus & dialecticus prima illa & communia rerum genera commemoret, differunt tamen multum, quod metaphysicus illorum scientiam, & intelligentiam quærit. Dialecticus autem vsu & exercitationem sciendi & intelligendi. Quo circa metaphysicus ea diffinit, do, diuidendo & ratiocinando tractat. Dialecticus autem præcipiendo indicando & notando. Vt Theophrastus inquit. Et à metaphysico genera, à dialectico loci nominantur.

Cap. 6. De locis sine arte.

Locus igitur est certa quædam inueniendi argumenti nota. Argumentum autem est quæsitum ad fidem faciendam. Argumenta vero sunt duplici, aut assum-

In quo dialecticus a metaphysico differat in locis notandis.

assumpta, aut infusa. Assumpta vocat Aristoteles sine arte, Quintilianus inartificialia. Sunt autem illa quæ nullo egent ratiocinationis artificio ad probandum: sed palam & statim id de quo quæritur probant. Nam homo exempli causa probat Petrum esse animal syllogismo dispositus. Petrum vero hominem necesse testis probat, ita affirmans. Nec eius testimonium concludit, quod volumus ratiocinando, sed id ipsum asseuerando, & hac de causa sine arte vocantur, quod ignorare videtur Rodolphus. Non quod alijs rebus multa non tractentur arte. Hæc in eo etiam ab infusis differunt, quod non ea pertractat metaphysicus, quod instituto potius, quam rerum natura nitantur. Hæc autem sunt testes, quæstiones, iururandum, tabulæ, rumores, præiudicia. In quibus tota fere forensis ratio versatur, ijs accedunt oracula.

A testibus ergo dicemus, primum à toto eorum genere, iudicia tolli, si testibus fides non habeatur. Non enim alia ratione, quam hominum testimonijs dirigi posse. Dicente præsentim Christo in ore duorum vel trium testium stat omne verum. A singulis autem testibus, eorum auctoritatem commemorantes vitam & constantiam testimoniorum. Contra testes omne genus, quam illud infirmum sit dicendum, argumeta rei esse propria: testimonia libidinis & voluntatis, exempla proferenda, quibus testibus creditum non sit. Deinde de patria & natione testium, sicut Paulus dixit Cretenses semper mendaces: & Cicero pro L. Flaco leuitatem nationis & in constantiam & perdi-

In artificiale argumentum quid.

Testes.

tos Græcorum mores enarrat, vt quoque vt mutuo dent testimonia. Testimoniorum in constantiam demonstrauimus, si fieri non potuisse, aut non factum esse, quod dicat, aut illos scire non potuisse dicemus. Testem vel alij testi, vel sibi in testimoniorum serie repugnare. Quæ dicunt signis, & ijs, quæ facta constant non consentiunt. Singulos testes refellemus, si natura vana, si leues, si cum ignominia si spe, si metu, si iracundia, si misericordia impulsus, si præmio, si gratia adducti, ac denique locus hic totus ad legis peritos deferendus. Nam multi iure ac legibus testimonio prohibentur.

A questionibus dicemus, monstrantes iure ciuili, & omnium regnorum legibus stabilitum sanctissimè esse, vt tormentis & cruciatu, ijs qui negligunt iururandum verum dicere cogantur. Nam dolo re quasi desimulantis pectus aperiri, vt verum occultare non possit. Contra questiones dicemus, dolori non esse credendum, quod alius alio recentior sit in dolore. Multi dolorem fugientes in tormentis emetiti per sæpe sunt, maluisseque malè mori, quam vehementer dolere dicemus. Alios natura corporis robustiore, vim tormentorum pertulisse, alios ementitos in eos esse, quos oderant, alios vitam suam neglexisse, vt liberarent alios, quos charos habebant. Alij ementiri sunt in eos, quos oderant. Quæ omnia exemplis firmare oportet, deinde coniectura & suspitionibus ad vtranque partem cogueda sunt. Vt qui à questionibus dicit. Ostendat cum signis & scelerum indicijs, quæ tormetis expressa sunt conuenire. Qui contra vero dicit, ostendat minime conuenire. Ac denique

Questiones

N vter-

Iurandū vterque probabili argumentatione ex coniectura ducta, vel firmabit, vel refellet, quæ dicta sunt in quæstionibus. Iurandū vero siue petitum siue oblatum defenditur, vel refutatur vita & religione iuratis, ex qua demonstrat, vel esse, vel nō esse verisimile peieraturū. *Tabula.* A tabulis verō vel contra tabulas, quid sit dicendum ē iure, & Regnorum legibus petendum est, quibus cauetur, quānā tabulæ sint, vel non sint habendæ firmæ & ratæ in tabulis numeratur pacta, conuēta, fœdera, scriptipulationes. *Rumores* A rumoribus dicemus, si negabimus famam vnamquam temerè emanare esseque publicum quoddā testimonium, contra rumores autem si facile dissipari docebimus, & plerumque à malebolis & maledicis confingi, & in vtramque partem exempla perfere mus. *Præiudiciū* Præiudicia confirmantur, aut eorum auctoritate, qui ita iudicant, aut rerum & litis similitudine. Infirmantur autem non rectè iudicium contumelia, non enim libenter auditur ab ijs, qui cōsiderāt in se ipsos recidere posse. Sed refellitur rerum, & personarū, & causæ dissimilitudine. Et iudices rogandi, vt rem potius totā & munus suum intueantur, quā alieno iureiurando, suum compensari existiment. *Oracula.* Oraculis verō, quæ aut sunt literis sacrosanctis consignata, aut maiorum traditione, aut conciliorū decretis stabilita. Vna ratione resisti potest, non sic esse intelligenda, vt aduersarij volunt. Qua vna ratione legibus senatus consultis, & plebiscitis occurritur. Nisi exponatur vel abrogata, & antiquata esse sicut etiā de veteri lege dici potest, vel ad nos aliqua ratione non per-

tinere. Illa verō quæ sunt augurum, haruspicum, coniectorū, & mathematicorum responsa, vel somnia facilius refutatur, quā confirmatur. Hæc quā breuissimè potui de argumentis sine arte, & assumptis.

Cap. 7. De argumentis insitis.

S Equitur vt de argumentis in fixis, & quæ arte tractantur differamus. Horum argumentorum sedes dictum est metaphysicam explicare. Dialecticè verō modo indicare, varièque eorum seriem & continuationem ab auctoribus necti. Sed quoniam eos metaphysica parit, metaphysica fouet, propagat & auget. Nullus mihi directior ordo, & ad intelligendum facilius est visus, quā ipse quem metaphysica persequitur: quo fiet, vt hæc due scientiæ omnibus alijs communes inter se nexæ & colligatæ sint. Quare nos metaphysicæ nostræ vestigijs inherentes, ex illorum generibus, quæ in eius serie occurrent modum depromēdi argumēta docebimus. Illis duabus vijs quæ Theophrastus dialectico conuenire significat. Quo fiet, vt nullus prætermittatur locus, & vt transcurrentes illa notemus, in quib⁹ grauisimi quiq; auctores cōmorati sunt. Et vt illa primæ partis sex amplissima genera prætermittamus, quorū vnūquodq; cōplexu suo reliqua omnia cōtinet, & ob eam rem nō satis sint explicata, sed confusiora habent, quā vt argumenta suppeditent, illud tantum cōmemorabo argumētū q̄ D. Paulus ex vno duxit. Ephe. 4. solliciti seruire vnitate spūs in vinculo pacis vnū corpus, & vnus spiritus, sicut vocati estis in vna speuocationis vestre vnus

Argumen artificialia

Vnum.

Quod re vel ratione coheret. vnus dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus & pater omnium, qui est super omnes & per omnia in omnib⁹ nobis. Diuisimus deinde id, quod est in illud quod re, & quod ratione coheret. Ex quo illud propositum probat & argumenti occasio existit. Quod cū diuersa genera sint, non debent misceri atque confundi. Ex quo planum suppetit argumentum hæc rerum genera à dialectico, qui in illis cernitur, quæ rationis sunt, non esse per tractāda. Et cōparationis quæstio explicatur, vt quod aliæ scientiæ præstantiores sunt dialectica, quia versantur in præstantiore subiecto. Item quod dialectica sit alijs scientijs vtilior, quod opus dirigat, in quo magis natura spectatur rationis nimirum. Res deinde diuiduntur in singulas & vniuersas. Ex quarum diffinitione approbatur sol res non esse vniuersa, quia nihil in vniuersitate eius simile est. Esseque rem maximè singulam, quod sit aliarum rerum dissimilis. Et quæstio comparationis dissoluitur plures res esse vniuersas, quā singulas. Quod publicæ illæ, pluribus communes sunt. Hæc priuatæ & singulorum. Refellitur etiam ex hoc quæstio generis, differentiæ, & proprii, si non sint vniuersalia. Remouetur species ab vniuersalis natura, quod sua vi in res plures non conueniat. Genus verō locus est quem omnes qui de locis egerunt præter Ramum notarunt. Quo nos includimus speciem, quam Cicero, & Themistius loco distinxerunt. Cuius nostri consilij causam satis in metaphysicis exposuimus. Hic locus multa suppeditat variamque eloquendi rationem. Et quemadmodum labe-

Vniuersa res vel singulara.

factari diximus generalem pronunciationem, si vna specialis ea contenta aliter habere ostendatur, ita quod ad generis naturam spectari dicitur, si in vna specie non intelligatur, refellitur. Vt si terrestris animalis esse respirare dicas, refutatur insectis animalibus, quæ non respirant. Ex hoc refellitur definitio, si quod in ea pro genere ponitur, genus non esse ostendatur. Quæstio etiam generis, aut infirmatur, si generi, quod offertur, aliquid eius desit, quod in generis definitione posuimus. Vel firmatur si nihil ostendamus deficere. Item quod cadit in speciem cadit etiā in genus non tamen è contrario. Ex genere plerumque Cicero magna grauitate conuenat orationē in Verrem. Nam cū omnis arrogātia odiosa est tum illa ingenij, atq; eloquentiæ multò molestissima. In Bruto. Nos autem non desidebamus cū omnis generis exercitationis tum maximè stilo, &c. Pro Rabirio multas equidē C. Cæsaris virtutes magnas, incredibilesq; cognoui, sed sunt cæteræ maioribus, &c. Qui de locis agunt, nullum differentiæ dant, præter Trapezuntium, sed illam in definitionis vel diuisionis vel proprii, vel contrariorū locū conferunt. Valer autem ad genus & speciem confirmandam. Vt si rationale est, animal est, & homo est. Si sit completa differentia, refutat speciem, quam distinguit, sed non genus, vt si nō est sensus compos, non est animal. Potest tamen esse corpus. Ex differentia confutatur etiam definitio, si non plenè separat ab ijs, quæ sunt in eodem genere. Proprio dat Rodolphus, & Trapezuntius, & alij locum. Aristotel. in quæstionibus vt dictum

Differentia.

Proprium.

*Definitio
diuisio.*

est illud numerat. Cicero ad adiun-
cti proprium refert alij ad definitio-
nem, vt si ridere potest, homo est,
sin autem non potest no est homo.
Tyrannum oppresit, ergo non ho-
micida est, sed tyranicida. Hic locus
definitionis, & diuisionis comme-
morandus est, quæ proprio & diffe-
rentia fiunt. Quæ quoniam non res
sunt, sed orationes, non pertinet ad
metaphysicum, sed ad dialecticum.
Er in primo libro dialectices satis co-
piose à me exposita sunt, cū de ora-
tione verba facerem. Definitionem
verò omnes fere locorum auctores
numerant in notis eorum. Sed ab
Aristot. in topicis inter quæstiones
collocatur, in rhetoricis autem in-
ter locos, infert autem & aufert rē,
cui attribuitur, & è contrario. Nam
si animal est rationis particeps, ho-
mo est. Sin autem non est animal
particeps rationis, non est homo.
Contra verò: nam si homo est, ani-
mal est rationis particeps. Si nullus
homo est, nullum animal est ratio-
nis particeps. Ea definitione tracta-
tur comparatio, vt si diuidit aspe-
ctum album, magis album, magis di-
uidit. Si verò de diffinitione quæstio
sit illustratur, aut infirmo, aut
confirmando, ex ijs, quæ primo li-
bro bonæ definitioni necessaria ef-
se diximus. Quorum si nihil po-
sitæ definitioni desit, bona est de-
finitio. Quidquid autem desit de-
finitionem non esse demonstrat.
Diuisioni verò Quintilianus, & Ci-
cero, & Ramus, tantum quod ego
sciam, propriam sedem argumen-
torum tribuunt. Imitatur autem
hic locus eam argumentationem,
quæ conficitur ex diuisione. Con-
futam diuisione hoc modo. Vt
si ciuis est, aut natus, aut factus

neutro modo, non est igitur ciuis.
Acute Cicero hoc loco confirmat
pro Cluentio. Vnum quidem cer-
tè nemo erit tam inimicus Cluen-
tio, qui mihi non concedat, si cor-
ruptum illud est iudicium, aut à
Habito, aut ab Opianico esse cor-
ruptum. Si doceo, non ab Habito,
vinco ab Opianico. Si ostendo ab
Opianico, purgo Habirum. Item
mentietur in tormentis, qui dolore
pati potest mentietur, qui non po-
test. Res aut per se sunt, aut per
aliud, nemo hætenus notam hanc
vlli loco apposuisse puto. Est tamen
vberior argumēti sedes. Ex hoc cog-
noscitur Dei bonitas præstabilissima
esse, quod solus ipse per se bonus sit
res aliæ per Deū. Quare dixit Chri-
stus nemo bonus nisi solus Deus. Vi-
tium semper fugiendū, quia per se
malū. Et virtus fortuna præclarior.
Quia ex virtute per se ex fortuna te-
merè bona propagant. Errasse Ari-
stippum docentem nihil natura ius-
tum esse, aut honestum, aut turpe,
sed consuetudine ac lege. Sequitur
totū & partes. Quem locum Quin-
tilianus, & Ramus ita nō in scribunt
à cæteris tamen auctoribus ita no-
tatur. Partes verò si simul colligan-
tur totum conficiunt. Si verò sin-
gulæ tollantur totum labefactant.
Ex toto etiam colligitur, aliquan-
do pars, vt si totus mundus prou-
dentia administratur, ergo & res
humanæ, quæ sunt eius partes. Re-
ctè argumentatur etiam Cicero, ex
hoc loco de natura Deorū. Si mūdus
est Deus, quoniam partes mundi
sunt Dei membra, partim ardentia,
partim refrigerata dicenda sunt. To-
tum verò & partes in loco tempore
& alia quauis quantitate simili mo-
do tractantur. Vt quod vbique, &
semper

partes totū

Causa.

semper præstandum est, ergo hic, &
nunc. Ex causis magna suppetit ar-
gumentorum copia. Ex forma lau-
damus hominem, & alijs animal-
ibus præstare, quod sit mētis & ratio-
nis compos. Ex materia, quod lapi-
des & multa ligna suppetant, hor-
tamur ad domum ædificandam: ab
efficiente si cum viro concubuit
non est incorrupta. Virtus laudem
parit, sequenda igitur, voluptas ig-
nominia, cauenda ergo. Finis au-
tem multus est vsus in consulta-
tionibus, & deliberationibus. Vt
si bellum suscipiendum, magna vis
est pecuniæ peranda. Omnia fere
consilia ex fine ducuntur, quia ex
vtili & honesto. Ad hunc modum
argumenta sumentur, ex alijs for-
mis, in quas causas partiti sumus.
Effectus est aliæ insignis argumēti
nota multa subministrans argumē-
ta. Vt aliquem virum prædicamus
admirabilem propter res admirabi-
les ab eo gestas. Et vt sunt quatuor
causarum genera, ita & effectuum.

Effectus.

Necessariū

Necessarium est etiam apta argu-
mentorū sedes, licet nullus auctor
hoc nomine eam notet. Comitatur
autem omnes causas, vt necessaria
forma, materia efficiens, finis. Et ita
necessarius effectus. Quare in qua-
cunq; causa & effectu mētem exci-
tabit ad eam argumētis tractandā.
Natura & ars si rectè, vt à nobis
exposita sunt intelligantur facilius
& clariùs multa argumenta exhi-
bent, quàm ipsa causarum genera,
in quibus includuntur. Vt pulchri-
tudo, quæ natura præstat ei, quæ ar-
te acquisita est.

*Natura &
ars.*

Res diuisimus in eas, quæ per se, &
eas, quæ per accidens, indicauimus
ea loca, quæ reposita sunt in eis re-
bus, quæ per se sequitur vt ea note-

mus, quæ fusa, & dispersa sunt per
eas res quæ per accidens sunt. Hæ
vel reb⁹ vel negotijs accidunt. Vtraq;
satis copiose ad vsum dialecticorū
in metaphysicis explicauimus, qua-
re hic ab illis super sedebim⁹. Ea tan-
tū accidētia nūc persequemur, quæ
sunt comparationis, similitudinis,
& dissimilitudinis, de quibus sigilla-
tim pauca diserit metaphysicus ge-
nus tantum multis exponens eorū
quæ cū aliquo conferuntur, cuius
ipsa species sunt. Veruntamen quia
hic locus comparationis & similitu-
dinis suppetitare solet oratorib⁹, &
poetis nonnunquam etiam philoso-
phis, sed ijs etiam, qui copiose & or-
nate loqui volunt dicendi copiā ad
mirabilem, ad rem declarandam, or-
nandam, & animos comouendos,
oportet nos, qui dialecticem horū
comunem artem ennodamus plu-
ribus verbis in hoc loco comorari.
Trapezuntius Rodolphus Nuñcius,
& alij distinguunt, ita inter compara-
tionem & similitudinem, vt tunc
comparatio fiat cum duo, aut plura
in tercio aliquo conferuntur. Vt Ca-
toni fuit honestū bello interesse ci-
uili, ergo Cicero crit. Hic Ca-
to & Cicero cum vna re commu-
ni comparantur inter se, bello ci-
uili. Similitudo verò est cum duobus
è regione respondent singula,
singulis, vt ita declarentur, ita est
hoc ad hoc affectum sicut hoc ad
hoc. Vt quemadmodum oris an-
gusti vasa, si multam velis simul
infundere humoris copiam, eam
non capiunt: si verò sensim stil-
les replentur. Ita tenera puerorum
ingenia grandia non percipiunt.
Tamen paulatim multa ad discūt.
Comparationi & similitudini ad-
iungit alium Trapezuntius locum,

*Circumstan-
tie.*

*Compara-
tio & simi-
litudo.*

quem nuncupat à proportionem, vt quemadmodum se habet gubernator ad nauem, ita magistratus ad rempublicam. Cicero in topicis distinguit etiam inter comparationem, & similitudinem. In primo verò de inuentione inductionem appellat eam argumentationem, qua multa similia proferuntur ad aliquid simile probandum, vt illud Socraticum Aspasiæ, & Xenophontis de quo nos exemplo & argumentatione in secundo libro verba fecimus. Verumenimverò Quintilianus, à similitudine à comparatione, & à proportionem vnã esse putat argumentorum sedem. Quam exemplum veteres auctores nominasse narrat: quæ mihi valde probatur sententia. Nam primum si nomina ipsa comparationem & similitudinem poterimus comparationem genus, similitudinem speciem eius esse reperimus. Quoniam similia quæcūq; inter se comparantur, non tamè quicquid comparatur est simile. Pater enim & filius comparantur, licet similia non sint. Indigna verò dialectico artificio est tractatio, quæ de toto genere dicuntur ad vnã eius formam accommodare, & genus, & speciem pro duabus formis eidem generi subiectis ponere. Sed dicent in comparatione non totum genus intelligere eorum, qui cum aliquo conferuntur, sed eam eius formam, ex qua minora, maiora, & æqualia dicuntur. At nulla est huiusmodi comparatio, in qua non sit similitudo, vicissimque nulla est similitudo, in qua non sit minoris, vel maioris, vel æqualis comparatio. Non ergo possunt hæc loca distingui, sed planè sunt coniuncta, & inter se implicata. Nam illam quam affe-

runt differentiam, vana est quòd ea, quæ comparantur, cum vno tertio communi comparantur, quæ verò sunt similia cum duobus. Nam si ad vnum simile tertium referantur etiam erunt inter se similia. Principium enim est per se cognitum apud mathematicos, quæ sunt vni tertio similia inter se quoque similia esse. Illa etiam Ciceronis cum Catone comparatio cur similitudo non erit, si hoc modo tractetur? Quemadmodum honestū Catoni fuit bello inter esse civili, ita & Ciceroni. Illa verò vasorum & ingeniorum similitudo. Cur non censatur comparatio, si hoc modo exponatur? Oris angusti vasa non simul capiunt multum humorem, nisi sensim infundatur. Quomodo tenera puerorum ingenia multam percipient doctrinam, nisi paulatim doceantur? Nam in similitudine etiã oportet aliquid esse commune duobus, vt similitudo cohæreat. Vt vasis est & ingenij commune, quòd angusta sunt in principio. Item hæc est ex illorum sententia similitudo, sicut sol ad tenebras, ita doctor ad ignorantiam. Cur verò non erit comparatio, si ita efferatur? Sol non potest tenebras omnes expellere, ergo nec doctor, & magister cunctam ignorantiam. Dissimilitudo ergo, & comparatio non ita inter se differunt, vt facilè non possit vna in alteram diuersa tractatione transire. Tantum in eo mihi differre videntur, quòd comparatio exprimit eam comparationem, quæ collocatur in quantitate, ex qua maius, minus, & æquale dicitur. Similitudo verò eã, quæ sita est in qualitate, ex qua duæ formæ similes, vel dissimiles appel-

appellantur. Proportio verò vtrique communis est. Nam quædam est expressior, siue similitudo, siue comparatio. Vt eadem proportione respondet scientia incitiæ, qua tenebris lux. Et eadem proportione duo sunt ad quatuor affecta, qua & quatuor ad octo. Et ita se habet Cicero ad Romanã rempublicã, sicut Demosthenes ad Atheniensem rempublicam. Dissimilitudo verò aptè adhibetur in ijs, quæ similia videntur. Vt dissimilis est pecuniæ debitio, & gratiæ. Nam qui pecuniam dissoluit, statim non habet id, quod reddit. Qui autem debet æs retinet alienum. Gratiã autem, & qui refert habet, & qui habet in ipso, quod habet refert. Est autem considerandum, quòd aliud est comparatè quæri, aliud comparatè argumentari. Comparatè quæritur cum quæstio est comparata, vt præponenda ne sit diuitijs gloria? Argumentamur comparatè. Cum quæstio est simplex, explicatur autem argumento ducto ex loco comparatorum. Vt feræ diligunt partus suos. Homines ergo liberos suos charos habere debent. Quemadmodum verò comparationis quæstio (vt dictum est, & exemplis primis locis ostensum) ex omnibus fere locis tractatur. Sic etiam argumenta comparata ex omnibus fere locis ducuntur. Vt opus nobis non sit tantum comparatis aperire loca, quæ Cicero indicat, numerum, speciem, vim quandam, etiam ad res aliquas affectionem. Numero vt plura bona paucioribus anteponantur, specie, vt quæ propter se appetenda sunt, anteponantur ijs, quæ propter aliud, vt quæ causa fuerit efficiens grauior, quam non effi-

ciens. Affectione vt iucundiora, & quæ ab optimo quoque laudata sunt. Nam etiam genere, natura, persona loco, tempore, causa opinione, modo per se, & per aliud. Omnibus denique locis quæ ad argumentandum ostendimus, potest argumentum comparatum inueniri, vt ex allatis exemplis intelligitur. Notabimus igitur eas argumentorum sedes, quæ sunt, & in ijs quæ per se, & in ijs, quæ per aliud. Locus etiam aptus est, ad eruenda argumenta, vis & actio, in quæ rerum genus diuisimus, vt laudamus duces, & imperatores ex eis, quæ possunt, hortamur ad aliquid efficiendum, quia possumus. Laudatur homo ex eo quod est rationis particeps, & ex eo quod potest vitam beatam adipisci. Contrariarum rerum naturam satis in metaphysicis explanauimus. Sed in enunciatione quomodo affecta sint, hoc loco oportet exponere. Sicut autem effatis accidit, vt vnum vni semper, vel contradictorio nomine oppositum vel contrarium sit, sic etiã in rebus vnum rerum genus vni contrarium est, vt frigida calidis, alba nigris, graua leuibus, contraria sunt. Enunciationes tamen, quibus res contrariæ enunciatur, quia è duobus componuntur subiecto, & prædicato, contra quam in simplicibus vsu venit, vt vni plura contraria sint, retro que vicissim comeent pronunciatæ, quæ ex contrarijs constant. Nam si vtrunque contrarium vtrique comparatur aliquando quidem reciprocantur, aliquando verò non, vt reciprocantur hæc si virtus expetenda, vitium fugiendum, & contra: & hæc si virtus fugienda vitium expetendum. Hæc verò non consequuntur, si bene de ami-

Contraria.

cis oportet mereri, de hostibus oportet male mereri dicente Christo benefacite ijs, qui oderunt vos. Nec ista qui male meretur de amicis, bene meretur de hostibus. In hac igitur bipartita comparatione contrariorum, tum non consequuntur cum prædicatum alterius enunciationis est genus aut aliquid commune subiectis. Ut non sequitur si rationis particeps animal est, rationis expertus non est animal. Quia animal genus est participis & expertus rationis. Ita quia Christus præcipit bene merendum esse de amicis & inimicis, illa non consequuntur. Quadriariam præterea comparantur contraria. Bifariam ex eo, quod vnum subiectum vtrique contrario referatur, ut virtus expetenda & virtus fugienda. Et bifariam ex eo quod vnum prædicatum vtrique subiecto accommodatur, ut virtus expetenda, & vitium expetendum. His quatuor modis semper contrarium redditur, sicut illis duobus aliquando consequens. Quibus perspectis sumenda sunt contraria, ut commodum erit ei, qui confirmandi & ei, qui refellendi partes ager. Ex priuantibus eodem modo argumenta ducuntur, ut si ebrietas est vituperanda, sobrietas est laudanda, si negligendæ, diuitiæ, amplectenda paupertas. Ex negantibus autem vel disparatis argumentamur quoties vrgemus incommodo. Vel disunctione composita ex contradicentibus. Ut vel est vel non est, est autem, ergo non non est. Relata verò tractari possunt sicut contraria, ut si multi sunt vitædi, pauci sunt quæredî. Et in illa domo scelus commissum est, non à seruo igitur à domino. Decem etiam rerum genera, quæ

Priuantia.

Negantia.

Relata.

Categoria.

categorias vocant dialectici, multæ etiam prebent argumentorum copiam, sed quæ in ea loca recidunt, quæ iam explicauimus. Nihil enim illis generibus continetur, quod non comprehendatur in his quæ per se, aut per aliud in rem conueniunt: subiecto tamen esse possunt ad inueniendum locum argumenti & in suo genere constituendum. Eas ergo sedes argumentorum notauimus, quibus metaphysica in hac re princeps moderatur. Restant tamen duo, quæ dialectica suggerit, coniugata, & notatio. Coniugata explicauimus cum de nomine, & de verbo disputauimus. Sunt enim coniugata tãquam eiusdem nominis vel verbi casus. Vel ut ab alijs diffiniuntur, quæ ab eodẽ capite ducta variè commutantur, ut iustitia, iustus, iustitè. Ut si iustitia bona iustus bonus. Si valere iucundum, valetudo iucunda. Notatio quam & etymologiam vocant, est argumentum ex nominis vi petitur. Ut Iesus, id est salus, quod salus nostra sit. Ioannes gratia quod Ioannes Baptista quasi quoddam gratiæ fuerit initium. Post liminũ, quod ex suo tanquam limen exierit & ad hostem à nobis alienata peruenerint, deinde cum redierint post ad idem limen, post liminio videantur redisse. Omnes ergo argumentorũ sedes subministrat aut metaphysica aut dialectica aut historia. Dialectica quatuor definitionem, diuisionem, coniugata & etymologiam. Historia illas, quas artis expertes esse diximus reliqua omnia exhibet metaphysica. Quæstio verò de eodem & de altero ex eiusdem locis pertractatur. Nam si vel alia eius causa vel alia definitio vel aliæ partes vel alia adiuncta, alia

Coniugata

Notatio.

res

res est eademque, si eadem eius sint attributa. Ex omnibus ergo ijs locis scrutabimur & quæ remus argumenta, sed adhibendum est iudicium, ut leuia rejiciamus, & communia non nunquam prætermittamus, & non necessaria.

Cap. 8. De tribus causarum generibus & demonstratiuo.

Quamquam nullum argumentum asserti possit ad fidem de aliqua re faciendam, quod hoc toto locorum genere non contineatur. Tamen aliqua specialia loca specialibus quibusdam causis propria separatim oportet scire. Ut facilius & vberius argumenta ducantur oportuna, ad id de quo queritur. Quemadmodum non satis perspicuum genus definitione fit, nisi etiam informas distributio adiungatur ipsarumque formarum explicatio. Et veluti artifex, non solum à comunibus instrumentis est paratus, quibus omnem materiam versat, sed etiam specialibus instructus est instrumentis ad speciales materias informandas. Ita licet communiter de omnibus præcepimus, alia tamen sunt & diuersa quorundam generum præceptiones, quibus comprehendunt ea, de quibus homines inter se habent sermonem, & de suis rebus communicant. Igitur quæ ad rerum scientiam, & ad naturam eorum, quæ sunt indagandam spectant hæcenus satis copiose persecuti sumus. Nunc ad res populares dilabimur & vñtatos hominũ sermones instruere querimus, & eam orationem perpetuam, & fufam locupletare, qua regat homo populos, ius stabiliat, tueatur bonos, castiget improbos, laudet claros viros, console-

Præter generalia specialia sunt loca notanda.

tur afflictos, reuocet à flagitio, hortetur ad decus. Et salutis præcepta christianis persuadeat. Oratio ergo aut est de persona, aut de rebus, aut de vtroque. Si de persona, aut laudat, aut vituperationem postulat. Si de re consilium, vel deliberationem, si de vtroque, quid iudicandum statuentum ve sit. Quæ diuisio parit tria causarum genera satis ab oratoribus usurpata demonstratiuum, deliberatiuum, & iudiciale. Eadẽ ita ab alijs distinguntur, vel differimus de re præfenti, vel futura, vel præterita. De præfenti scire cupimus, qualis res sit, quæ se offert, laudanda ne sit, an vituperanda: quo incidimus in genus demonstratiuum. De re verò futura indagamus, quid agendum, quod consilium in eundem sit, quod est deliberatiui generis. In re verò præterita scrutamur. Vtrum sit verè vel iniuria facta quod attinet ad iudiciale genus. Aliã viam secutus est Arist. in ijs generibus separandis, sed satis planè ex his duabus statuuntur. Non ita tamen sumenda sunt hæc genera causarum, ut expectemus quãdo in vniuscuiusque, per se sermonem incidamus. Nam sæpe sunt inter se implicati, de hisque rebus omnes fere sermones instituuntur. Ut in dictione sententiæ accidit, ut eius mentionem faciamus, quem laudare vel vituperare expediat. Ita in laudatione personæ sæpe honestissimã & sapientissimam eius fuisse de aliqua re sententiam docendum est. Et in coniectura faciendæ consilium aliquod exponitur & agitur de persona. Id denique contendimus sermones omnes populares, vel de persona, vel de consilio, vel de iure esse. Ad personam ergo accedentes, in quo genus demonstratiuum cernitur.

Oratio distribuitur.

Tria causarum genera.

tur. Primum animaduertendū est personæ hoc genus attribui quia præstantius & communius. Laudamus tamen res alias, vt loca, vrbes, ædificia & item alia. A meliore præterea hoc genus nomen habet à laudatione nimirum. Tamen pertinet etiam ad vituperationem. Quæ ex contrarijs rebus quàm laus tractatur. Sicut vituperationi laudatio etiam contraria est. Laudis autem finis est ad quem argumenta referri oportet, decus & ornamentum. Quare primum considerandum est, quid eam rem, cuius laudes celebrare decreuimus maxime ornet: ex eaque re argumenta exaggeranda, & amplificanda sunt, contra verò in vituperatione & hæc est omni laudi & vituperationi communis præceptio. Quia verò nihil est, quod personam magis ornet maioremque habeat admirationē, quàm honestas. Ideo in personæ laudatione finis est honestas. Totaque eius laus in honesto versatur. E contrario verò nihil est, quod magis de decori personæ sit, quàm flagitium & turpitudine: vituperanti flagitium & turpitudine in tractandis argumentis propositum esse debet. Explanatur autem personæ laus ex ijs, quæ per aliud personis attributa esse in metaphysicis narrauimus, quæ ab alijs personarum circumstantiæ vocantur. Quæ si distributijs quis tractare voluerit partiatur ea licebit in animū, corpus & extraneas res. Animi sunt ea, quibus honestas comparatur: quoniam in nostra sunt potestate consilioque & cogitatione nostra geruntur, vt prudentia, iustitia, fortitudo, temperantia, & aliz virtutes his coniunctæ. Corporis sunt ea quæ corpori sunt natura præ-

stita commoda, vt valetudo, vires, pulchritudo, velocitas, proceritas, & alia. Rerum externarum sunt ea, quæ secunda aut aduersa fortuna incidunt. Vt genus, educatio, diuitiarum potestates gloriæ, ciuitates, amicitie inimicitie, & quæ huiusmodi sunt. Ex ijs autem contraria intelligenda sunt. Vt animi vitia, corporis incommoda, rerum externarum aduersa. Sunt etiam alij quidam perfecti animi habitus ad virtutem, quasi præculti & præparati rectis artibus & studijs. Vt dialectica, rhetorica, physica, ethica, theologia, arithmetica, geometria, & astrologia, studia denique literarū, & aliæ honestæ artes, vt armaturæ, equorū, venandi. Eminent etiam & apparent quædam promptiora studia & ardentiores propensiones vel in rempublicam vel in hospites vel amicos & parêtes, vel in aliquo genere virtutis colendo, vt diuinis rebus deseruendo vel communes administrando. Omnis itaque vis laudandi vituperandique ex virtutum vitiorumque partibus sumitur: ita vt, quæ virtutes sua natura non sunt, virtute decorentur aut vitio inquinentur. Vt si laudemus opibus ad liberalitatem vel ad alia virtutis munera usum fuisse narremus & honesto loco natum fuisse, quod eius maiores, vel fortitudine vel alijs officijs sibi diuitias compararunt. Hæc autem in toto orationis contextu sunt amplificanda maxime in vtrâque parte vel laudem vel vituperationem, quemadmodum quisque generatus, quemadmodum educatus, quemadmodum institutus moratusque fuerit, quos habuerit liberalium artium, vel aliarum rerum magistrorum. Si quid illi magnum, & incredibile vel diuinitus

nitus vel alia ratione contigerit. Quid alij de illo pronunciauerint, quid ipse senserit, dixerit, vel gesserit. Et ad aliquod vel virtutum, vel vitiorum genus accommodabitur. Quæ omnia loca, vt pro dignitate illustrari & exaggerari possint dicendo, perquirenda, & scrutanda sunt, vel ex ethica, vel physica, vel historia. Nam super vacuum est, & prope puerile, quod multi rhetores hoc loco faciunt, vt virtutes multas & vitia quæ commemorant definiant, aut alia ratione, attingant. Nam accuratorem hæc explanatio nem desiderant, vt à discipulis intelligi, & in eorum memoria imprimi possint. Et quemadmodum ij, qui fidibus aut tibijs vt volunt, non à dialecticis sed à musicis eorum tractationem suscipiunt. Ita qui his virtutum generibus vti velit, non à dialectico, sed ab ethico, qui in illis versatur eorum scientiam exploret. In aliarum rerum laude vel vituperatione dictum est, quid nobis tanquam finis vel laudis vel vituperationis propositum esse debet. Et in alijs personarum laudationis vestigijs inhærendū est. Vt si laudentur vrbes earum conditores pro parëtibus personarum sint. Multum etiam auctoritatis affert vetustas sicut etiam generis. Virtutum etiam & vitiorum circa res gestas fiat commemoratio. Ea verò, quæ ciuitati maximo ornamento sunt, antiqua libertas, ciuium frequentia ex hisque multi clarissimi & egregij, qui sunt vel fuerunt. Opera decuseriam tribuunt, in quibus spectatur vel honor, vt in templis, vel vtilitas in muris, & vtrouique pulchritudo. Est etiam prouinciarum laudatio, vt Siciliæ apud Ciceronem in Verrem. In qui-

Vrbium laudatio.

bus similiter ornamenta intuebitur. Vt speciem in portibus vrbibus maritimis, planis, amenisque locis vtilitatem in fertilibus & salubribus. Est etiam ditorum factorumque laus generalis vel vituperatio & rerum cuiuscumque modi. Mortis etiam & vitæ, & somni & ciborum scriptæ sunt laudes, quæ sunt omnes eisdem vijs, quæ quadrant tractandæ.

Cap. 9. De genere deliberatiuo.

AD genus iam deliberatiuum proficiscamur, quod de rebus est, quæ in consultationem positæ postulant sententiæ dictionem, eius duas quidam partes esse ponunt, suasionem & dissuasionem. Sicut in demonstratiuo laudationem & vituperationem. Tamen longe diuersa ratio est: qui enim vituperat, nihil laudat. At qui dissuadet, suadet quidem, vt qui bellum dissuadet, suadet bellum non esse suscipiendum. Quare in suasionem modo hoc genus spectari putamus. Tantum in quocumque loco, quem notabimus intelligere oportet contrariam sententiæ ex contrario loco suaderi posse. Vt qui ex laude & gloria, quam consequetur alium ad bellum hortatur ex ignominia, & infamia eundem à bello deterrebimus. Finem verò deliberantis Aristoteles vtilitatem esse opinatur Cicero Quincillanus Trapezuntius & alij honestatem etiam addunt. Ego autem bonum, finem suadentis esse iudico. Nam ex toto genere boni nulla vtilitatis vel honestatis facta mentione suadere & dissuadere possumus. Tum bonum res omnes apperunt, ex ipso igitur attrahere, & auocare possumus. Tum homines diale-

Genus deliberatiuum

delectatione alliciuntur, quæ sua natura nec honestatem neque utilitatem includit. Qui cumque ergo qui sententiam dicet boni sibi finem proponat, eius partes animo lustret ut ad eas totius orationis vis conferatur. Boni verò partes sunt honestum utile atque iucundum. Hæ etiam suadendi partes sunt. Sed postquam satis apertè probaueris honestum, utile & iucundum esse, quod suades. Minime persuasisse putandum est, si alius contra tantum diceret, tamen id non posse fieri. Nā felicitatem eam & officiorum præmium quod nostra pollicetur religio, pagani non dissuadent, quod non honestam, non utilem, non iucundam esse dicunt, sed quod homo eam non possit adipisci. Debet igitur suator, quod dicit fieri posse demonstrare. Quare superioribus tribus partibus generis deliberationi hæc addatur quarta quod esse, potest. Hac igitur quatuor partes expressius persequamur & argumentorum loca notemus. Honestum est, quod sua vi nos ad se allicit: est enim decorum. Quod totum vna vi atque vno nomine virtus complectitur. Virtutis verò sunt illæ principes species prudentia, iustitia, fortitudo, temperantia. Prudentiæ partibus utemur si commoda cum incommodis comparemus, cum ad alterum excitare, ab altero auocare conabimur. Si exemplū præsentis aut auditæ memoriæ proferemus. Aut quid futurum sit si nostram velint, aut nolint sequi sententiā probabili cōiectura ratiocinabimur. Nā prudentiæ partes sunt memoria, per quā repetimus illa, quæ fuerunt. Intelligentia, per quam perspicimus, quæ sunt prouidentia, per quam futurum

aliquid antequam fiat videmus. Iustitiæ partes persequemur, si quod ius in Deum, diuos, parètes, patriam, magistratus & dignitate antecedentes homines natura cōparauit religiose tenendum esse enarrabimus. Si leges mores & decreta reipub. studiose dicemus obseruari oportere: si societates, amicitias, hospitia, clientelas, cognationes, affinitates castè colendas esse docebimur. Si facere promissa, stare conuentis fidè, & veritatem conseruandam esse demonstrabimus. Si benemeritis gratiam referendam esse, iniquos & sceleratos vlcisci dicemus conuenire. Innocentium aut supplicium misereri. Si nec prece nec pretio nec gratia nec periculo, nec similitate de recta sententia deduci exponemus oportere, sed æquabile ius ubique sequi conuenire. Denique iustitiā cōmittantur natura, consuetudine, & sanctione ius pactum conuentum, iudicatum, religio, pietas, fides, veritas, obseruantia, vindictio. Ex fortitudine suadimus vel dissuadimus. Si cōmemorabimus res magnas & excelsas aspicere viros fortes oportere, res humiles & exiguas despiciere & indignas sua grauitate ducere. Officiū nō esse deferendum propter laboris & periculi magnitudinē, mortem antiquiorē habendam esse turpitudine. Nullū pro patria parentibus & amicis timere periculum, aut laborem subterfugere. Fortitudinis partes sunt magnanimitas patientia perseverantia. Temperantiæ partes tractabimus, si rebus omnibus modum & certos fines statuendos esse demonstrabimus, vnumquemque, quod sibi satis sit considerare oportere neque ultra progredi. Si nimias & effrenatas cupiditates hono-

ris

ris, & diuitiarum, & aliarum rerum reprehendemus. Partes denique temperantiæ sunt modestia continentia, clementia. Huiusmodi verò virtutis partes vel amplificandæ sunt vel attenuandæ ut orationis ratio suadentis vel dissuadentis postulabit. Et quia vnicuique virtuti finitimum vitium contrarium est, virtutem quam is, qui contradicit, appellabit, nos vitium contrarium nominabimus, ut quod ille iustitiam, nos crudelitatem vel acerbicatem esse dicemus. Quod ille fortitudinem nos auidaciam & temeritatem, quod ille temperantiā, nos rusticam immanitatem in contemnendis voluptatibus, quas natura cōcedit, vocabimus, & ita in alijs. Et quoniam vi sua semper laus virtutem sequitur virtutis locum illustrabimus, si de laude, gloria & fama, quam consequemur vel de infamia & ignominia, quam vitabimus, agemus, quando de virtute verba faciemus. Alia boni pars est utilitas, quæ disperitur in commodorum consecutionem. Quæ corpus attingunt & incommodorum vitiationem. Commoda sunt, quæ ad victum & vestitum spectant vniuscuiusque & etiam familiæ suæ, quibus sitis & famis incommoda depellantur, quo diuitiæ imprimis referuntur quibus incolumitatē adipiscimur. Alia sunt non ita necessaria, commoda tamen sunt. Ut domus ampla instructior, & apparatus, lauta & magnifica suppellex, equi, rhedæ, feruorum & famulorum cateruæ. Et alius splendor & nitor domesticus. Quibus carere homines primarij magnum detrimentum esse putant. Quod si de republica agatur eius commoda sunt agri, portus, pecunia, classes, nautæ, milites

locij, quibus rebus incolumitatem & libertatem respub. seruant. Quibus sunt & alia non ita necessaria, quæ faciunt splendorem & apparatus. Ut ciuitatis ægregia exornatio & amplitudo, excellens quædam pecuniæ magnitudo, amicitiarum & societatum multitudo, quibus efficitur, ut amplæ sint & potentes ciuitates. His autem rebus contraria damna & incommoda erunt. Quædam verò vtraque de causa expetuntur & quod vtilia sint & honesta. Ut gloria, fama, laus, honos, dignitas, amplitudo, societas & amicitia. Aliquando verò honestas cum utilitate comparatur. Tunc qui honestatem præponet, non omnino vacare utilitate defendet, sed satis utilitatis ex ipsa virtute percipi dicit, aut magnanimos viros non utilitatis sed honestatis rationem ducere. Qui verò utilitatem tuetur non omnino ab honestate alienam esse dicit, sed si semel in incolumitatem retineamus, longè vberiores virtutis fructus reddere posse. Est etiam ad eorum mentes & opiniones, qui audiunt oratio dicentis accommodanda. Sic ut apud homines bene institutos plurimum de laude, honore, gloria & fide, iustitia omni que de virtute dicamus. Sin apud homines imperitos & agrestes habeatur oratio, fructus, emolumenta, quæstus, & voluptates proponantur, adiungantur etiam ignominia & contumelia, dedecus & infamia. Illud etiam in toto genere hominum considerandum, quanto magis homines mala fugiant, quam bona sequantur. Neque honesta tam quærunt, quam turpia declināt. Nam quis gloriam quis honorem, quis laudem, & vilius decus

decus tam persequitur, quā ut ignominiam, infamiam & dedecus deuitet. Quare in suadendo & cohortando illud semper debemus auditoribus proponere nos viam demonstrare, qua bona consequi & mala vitare possimus. Et ita honestatis & utilitatis partes pertractabimus. Iucundum verò, quod erat tertium boni generis, non tanta dignitate & sententiarum splendore in publica & perpetua oratione exponi potest: in priuata verò magnam habet vim ad alliciendum animos, ad cibos, potiones, nuptias, ludos, hortos & locorum amenitates, & ad alias voluptates, de quibus multi poetarum carmina præclara confecerunt. Quæ non ignorare debet orator. Restat ut de ijs, quæ fieri possunt differamus, in quo etiam, qui hortatur & suadet versari debet. Cui etiam quàm facillè fiat adiungitur. Quod ex causis absolutis & quæ per se re efficiant vel ex adiutantibus cognoscitur. Quare vires nostræ cum vitibus, quas ipsa difficultas opponit comparandæ sunt. Ut quibus cū, & contra quos, quo tempore, aut quo loco, aut quibus facultatibus armorum, pecuniæ, classis, militum, sociorum, earum ve rerum, quæ ad rem, de qua quæritur administrandam spectant, possimus uti excogitandum est. Nec solum ea quæ à nobis sunt, sed etiam quæ ab aduersarijs consideranda, & inter se conferenda. Ut cui parti maior vis pecuniæ suppetat, equorum, armorum, nauium, nauitarum, quæ gens audacior bellicosior & magis laboribus assueta. Cui sint præstantiores duces & imperatores. Et si ex contentione procliuiora erunt nostra, non solum fieri posse quæ hortamur erit prædi-

candum, sed etiam curandum ut illa facilia, procliuia & iucunda videantur. Dissuadenti verò aut est utilitas infringenda, aut difficultates augendæ ex eisdem præceptis & suasionis locis. Suasionis igitur quatuor capita sunt, honestū, vtile, iucundum & quod fieri potest. Alij necessarium addunt, quod merito refutat Quintilianus. Nam vel necessitudo est simplex & absoluta ut hominem interire necesse est vel cum adiunctione, ut nisi cibum capias, cito morti ocumbes. Si absoluta sit necessitudo non venit in consultationem, de ijs enim rebus tantum de liberamus, quæ in alterutram partem cadunt. Sin autem cū adiunctione necessitudo sit duarum rerum, tunc consultatio introducitur, & eius quæ ponitur necessaria, & adiunctionis. Ut ciuitas se dedat hosti necesse est, nisi velit fame perire. Deliberatur utrum ciuitas se dedat & utrum expediat magis fame perire. Aliud est suadendum ut se dedat hosti & aliud dissuadendum, ne velit fame perire vel è contrario, ex eisdem locis atque præceptis. Quare nihil est, quod hoc necessitudinis caput addatur. In hoc genere vim magnam habent exempla. Quamobrem utrique suadenti & dissuadenti magna eorum suppetat copia ad augendum & amplificandum. Generis ergo deliberatiui loca planè sunt vel ex ethica vel ex historia cognoscenda.

Cap. 10. De coniecturali causa.

Sequitur iudiciale genus, quod in rebus & personis positum esse diximus. In quo quæritur æquitas, & iustitia quæ pars est quædam

Quatuor capita generis deliberatiui.

Iudiciale genus.

Coniecturali genus.

quædam honestatis. Quare quæ de honestate præcepimus genere deliberatiuo huic etiam apta erunt. Sunt verò in hoc genere quasi quidam controuersiarum gradus. Nam in eo de cuius æquitate agitur, vel dubitatus, an sit, non per se, sed personis adiunctum, ut non dubitatur, utrum cedes facta sit, sed utrum facta sit à Petro vel Paulo. Hic primus controuersie gradus coniecturalis causa dicitur, de qua nunc differemus. Cuius primæ locorum notæ erunt personæ atque negotia vel facta. Quemadmodum verò in consilio capiendum, quod est futuri temporis, præcipiebamus exponendam esse rem, quæ venit in deliberationem utilitatem habere, & efficiendi facultatem. Ita facti de quo coniectura capitur spectanda est utilitas & efficiendi facultas. Sed quia res in coniecturali causa non tractatur per se ut in deliberatiua, sed personis apta. Ideo animaduertendum est utrum utilitatem habuerit persona quæ coniecturam attingit ex eare, vel gerendi facultatem. Quamobrem actor probet utilia fuisse illi quem arguit & ab eo fieri potuisse. Utilitas autem consideratur, & in veritate & in opinione eius quem arguit. In veritate autem, si commodum aliquod maleficio acquisierit, ut honorem, pecuniam dominationem. Aut quod incommodum vitaret ut inimicitias, infamiam, dolorem, supplicium. Ex opinione verò eius qui arguitur utilitas probabitur, si aliquis eius animi motus demonstratur, ut ira recens, odium vetus vlciscendi studium, iniuriæ dolor honoris, gloriæ, imperij, pecuniæ cupiditas, si periculi timor, si æs alienum, si angustiarum rei

familiaris, si audax, si leuis si crudelis si impotens, si commota mente aut alio repentino animi motu quacunque denique causa ad scelus proiecitur & impulsus esse ostendatur. Defensor autem vllam fuisse utilitatem consecutum negabit, aut eam oratione extenuabit & iniquum esse demonstrabit. omnes eos in suspensionem criminis vocare, ad quos aliquid commodi perueniet. Impulsionem verò aut nullam aut paruum fuisse ostendet aut non extant leui tantum facinus nasci solere docebit. Facultatem habuisse cognoscetur ex loco tempore & occasione, de quibus egimus dum accidens tractaremus. Si consilium, socij, adiutores & adiumenta ei non defuisse demonstrabuntur, quibus illius modi scelus administrari consuevit. Et in hoc loco caput illud erit accusatori, si approbare poterit alij nemini nec tantam causam nec tantam facultatem fuisse faciendi. Defensor autem facultatis infirmatione utetur, si aut vires, aut animus, aut copias, aut opes abfuisse demonstrabit, aut alienum tempus, aut locum non idoneum, aut multos arbitros quorum crederet nemini, aut non esse tam ineptum ut id susciperet quod occultare non posset, neque tam amentem ut penas atque iudicia contemneret. Ex persona verò coniectura capietur. Si ea res, quæ personis attributas esse in accidenti narrabimus diligenter exquirantur. Quare vitam eius, quem arguit ex antefactis accusator animo perlustrare debet & ostendere si quo simili aut pari peccato conuictus fuerit. Et in ijs quæ eius sunt personæ attributa scrutari, quæ sint ad causam quam prosequitur accommodata. Ut si pecuniæ

cuniz spe ad maleficium inductū fuisse dicet, avarū semper fuisse & pecuniz cupidum demonstrabit, & simili aut pari avaritiz crimine se aliquādo contaminasse. Si honoris eum semper ambitiosum fuisse animi denique vitia, quoad eius fieri possit cum causa, quam proferet copulabit. Quod si vitium simile reperire non poterit, reperiat dissimile ut si avarum fuisse non probaverit, corruptorem vel perfidiosum ostendat. Deinde dicitur, qui illud tam nequiter facere non dubitaverit, mirum non esse eundem hoc tam perperam fecisse. Defensor autem vel vitam integram explicabit, vel si non poterit stultitiam, imprudentiam, adolescentiam, vim persuasionem excusabit. Et quæ opponuntur aliena esse docet à crimine de quo agitur. Aliud erat coniecturæ caput res vel negotium, quod à persona emanasse arguit actor. In quo tractando multa suppetent argumenta ex ijs, quæ rebus accidere in metaphysicis docebamus. In primis tamen tria in re gesta considerentur oportet, quid ante rem gestam, quid cum re, quid post rem acciderit. Ante rem animadvertendum est, ubi fuerit ubi visus sit, quo cum visus sit, num quid apparuit, num quem conuenerit, num quid dixerit, num quem habuerit, de consocijs de adiutoribus, de adiumentis num quid in eo loco præter consuetudinem, aut alieno tempore extiterit. Cum re consideratur, num visus sit cum faciebat, num qui strepitus, clamor, crepitus exauditus sit: aut aliquo sensu perceptus, aspectu, auditu, tactu, odoratu, gustatu. Nam quouis horum sensuum indicio potest suspi-

cio importari. Post rem, exquiritur num quid re transacta relictum sit, quod significet factum esse maleficium, & à quo factum. Factum esse hoc modo, si timore aut liuore decoloratum est corpus mortui: significat eum veneno necatum. A quo factum hac ratione. Si telum, si vestigium, si cruor, si aliquid sit denique deprehensum, quod ablatum aut derelictum sceleris auctorem ostendat. Aut si responsum inconstanter, aut hæsitatum, aut titubatum, aut cum aliquo visus, ex quo suspicio moueatur. Vel eo ipso in loco visus, in quo facinus, aut aliquid oblatum est, ut pallor, ut tremor, ut scriptū aut obsignatum, aut depositum quidpiam. Hæc enim & alia sunt, quæ aut in re ipsa, aut etiam antequam factum est aut postea suspicionem & coniecturam constant. Quæ is qui arguit exaggerare & amplificare conuenit: is verò qui defendit leuare & attenuare. In genere verò coniecturali quoniam de crimine agitur, multus est usus locorum communium, quæ artis expertia esse diximus, à testibus contra testes, à rumoribus contra rumores, à quæstionibus contra quæstiones, & alia.

Cap. 11. De iuridiciali definitiua & absoluta & alijs.

Cum verò in iuridiciali causa non de facto quæritur sed de facti nomine, definitiua nominatur. Ut vtrum populi maiestatem minuerit qui tribunum plebis seditionem excitatem patria potestate usus compererit. Vel

Definitiu
causa.

vtrum

vtrum fur sit, an sacrilegus, qui sacra vasa ex loco priuato surripuerit. In isto verò genere cõmunia sunt accusatori & defensori loca, ut vterque breuem & apertam ex vocabuli vi, & ex vulgi opinione, ex consuetudineque sermocinandi, & scribendi, reddat definitionem testimonijs iuris peritorum, in primis, similibus exemplis, rationibusque alijs ex cõmunibus locis petitis vterque suam definitionem confirmet, & alterius infirmet, turpem & inutilem declarat, & quæ incõmoda consecutura sint ostendat. Quod ex honestatis & vtilitatis partibus explicabitur, de quibus in deliberationis præceptis expositum est. Vter autem ita definiendo, vel describendo verbo ad opinionem iudicis sensumque penetrauerit, is vincat necesse est. Hoc enim genus non tam argumentando, quàm enodando excutiendoque verbo tractatur.

Si verò neque de facto, neque de nomine & vi eius ambigitur, sed de facti æquitate, vel de eo, quod de facto scriptum est alia ratione vtrūque perscrutandum est. Æquitas æstimatur ex iure quod naturale est aut diuinum aut humanum, humanum est omnium gentium, quod cõmune dicitur, vel regnorum & ciuitatum. Hoc consuetudine obtentum, vel literis mandatum: scriptum verò vel publicum, vel priuatum, publicum lex regis, aut reipub. decretum fœdus, priuatum, ut tabulæ, pactum, conuentum stipulatio. Quæ omnia à dialectica, dum sedes argumentorum notat, modò sunt commemoranda, & ab alijs scientijs & facultatibus diligentius tractanda. In æstimanda verò ex ijs locis æquitate, aut consideratur

æquitas negotij gesti, aut personæ, quæ negotium gestit. Si de negotijs disceptatur æquitate, negotialem, causam huiusmodi rhetores vocant. De qua sunt multa legibus sancita iura, ut de emptione, & venditione, de dolo malo, de iudicijs, de negotijs gestis, de iure accrescendi, de donatione, de possessione, de re iudicata, & alia in quibus iuris tota fere scientia versatur. Ex qua dialecticus, qui de ijs rebus verba facere voluerit, discere debet copiam rerum & sententiarum. Quod si ad negotium aggregetur persona. In negotio æqui natura scrutatur. In persona verò referendæ gratiæ vicissitudo. Quod in beneficio præmium, & gratia. Iniuria vltio, & pœna nominatur. Hæc autem tota iuridicialis vocatur. Quæ in duas partes partitur absolutam, & assumptiuam. Absoluta est quæ ipsa per se recti, & non recti quæstionem, continet. Et ex igitur ad eas iuris species, quas narrauimus. Ut vtrum notetur infamia, qui in scena agit personam. Vtrum afficiat iniuria, qui quem vis in scena nominat. Vtrum honestè Graij possint de Graijs statuere. An neque trophæum æternumque inimicitiarum monumentum. Assumptiua est cum ipsum ex se factum probari non potest aliquo tam extraneo argumento defenditur. Eius sunt quatuor partes, comparatio, translatio criminis, remotio criminis cõcessio. Comparatio est cum factum per se non honestum, causa aliqua honestatur. Ut turpe est urbem quam defendendā susceperis hostibus tradere. At omnes ciues fame perirent, nisi cum hostibus de pactus esset, ut urbem eis reliqueret, & omnes ciues educeret.

Negotialis
causa.

Iuridicialis
absoluta
& assumptiuam.

Assumptiuam
partem.

○ ceret.

ceret. Hic duæ sententiæ inter se cõparantur, vtrum fatius esset pati ciues omnes fame interire, an ad eam passionem venire: & vtraq; sententia ab eo qui arguit, & ab eo qui defendit pro suæ causæ comodo ex locis deliberationis tractanda est, & cum aduersarij comparanda vtra honestior, & vtilior, & ex re magis reipub. Quod si aliud accusator crimen intendat. Vt alia ratione, & aliam ob causam ac iactat hoc est sui emolumentum causa potius, quàm salutis ciuium, eius rei confirmatio, & item contraria de parte infirmatio ex coniecturæ locis sumetur. Quod si maiestatis accersat ad definitiuam vterque confugiet. Translatio est, cum reus id, quod arguitur confessus alterius se inductum peccato iure fecisse dicit. Vt vxorem occidisti, fateor quoniam ipsa mihi adulterium commisit, loci accusatoris non oportuisse antè supplicium, quàm iudicium interponere, & id quod iudicatum non sit, pro iniuria habendum esse, neque illud peccatum in iudicio excusandum, quod fuerit sine iudicio punitum. Deinde quæ incommoda consequantur exponere, si semel fuerit concessum, vt homines peccata peccatis, & iniurias iniurijs vlciscatur. Nam idem ipse posset facere, qui accusat, si verò cæteri quoq; idem faciant, omnino nullus iudicij locus relinquatur. Neque si esset illa iudicio damnata, tam indigna morte mulctaretur. Locus etiam coniecturali datur, vtrum illa fuerit adultera ostendendo, & vtrum ea de causa an altera de causa fuerit occissa. Defensoris autem loci sunt, vt augeat eius, in quem crimen transfert culpam & audaciam. Suum

supplicium cum illius iniuria cõparet leuiusq; demonstrabit illam esse punitam, quàm esset promerita. Illud autem in hac causa, quod accusatoris videtur maximum esse firmamentum, perturbationem esse iudiciorum, si de indemnato supplicij sumendi potestas data sit, defensor ita leuabit. Si eiusmodi iniuriam fuisse demonstrat, vt non modo vir bonus verum etiam ne liber eam toleraret. Deinde si ita perspicua, vt nulla esset relicta dubitatio, quæ consultatione, & iudicio egeret. Deinde non tam cõuenire rem illam in iudicium deferri quàm eo modo, & ab eo vindicari, quo modo, & quo sit vindicata. Exemplis, & similibus aperire res esse quasdam ita planas, & atroces, vt non necesse neque vtile sit, quin mox iudicium & condemnatio fiat, expectare. Remotio criminis cum eius intentio in personam vel aliam rem dimouetur. In personam, vt cur prælium, vt tibi fuit imperatum non commisit: Quia is, cui mandatum erat, vt subsidio veniret, non venit. Cur legationem non obiisti, quia sumptus qui de publico dari solent non sunt a questore præstiti. Ad hoc pertinet cum alterius inductu se quispian peccasse dicit, vt Adam, & Eua. In causa primum videndum est quid ex coniecturali comparatione & translatione criminis assumi potest. Loci accusatoris sunt, vt is, in quem culpa cõfertur, defendat: vel saltem eius causam ab hoc esse iudicio separatam, aut nihil ex alterius peccato rei culpam leuari demonstrat. Defensor autem alterius culpam exponet, qua dicit sibi sublatam esse potestatem officio suo consulendi. Quod non potuerit ex vtilitatis parti-

partibus aperiet, in quibus implicata est necessitudo, quod autem nõ debuerit ex honestate explicabitur de vtroque planius in deliberatio genere dictum est. Deinde rei propensam voluntatem, & studium singulare declarabit ad id præstandum, quod ad se attinebat, quod ex cætera diligentia ex ante factis & dictis confirmabit. Superiorique eius vitæ id esse consentaneum facere, quod ab eo exigitur sibi que vtile facere, inutile non facere. Aliquando in hoc genere, ita ab eo crimen dimouetur, vt in alium non conferatur: sed tantum negatur, si quid in ea re fuerit peccatum ad reum vel ad eius officium pertinuisse, vt is, qui minister in iudicis fuit iniqua sententia expromenda. Sin autem non in personam, sed in aliam rem causa remouebitur, vt is qui morbo vel tempestate impeditus subsidio nõ fuisse profectum enunciat. Eisdem locis dempra alterius accusatione vteretur, & ea, quæ de necessitudine in genere deliberatio possimus, cõsideranda erunt. Concessio est per quam factum conceditur, sed vt ignoscatur petitur. Hæc duas habet partes purgationem, & deprecationem. Purgatio est, per quam non factum, quod crimini datur sed voluntas defenditur. Eius duæ sunt partes imprudentia, casus. Imprudentia est cum aliquid scisse negatur is, qui accusatur. Casus est cum fortunæ vis impedimento fuisse narratur. Cicero, & alij aliam partem purgationi addunt, necessitudinem, sed alijs duobus communis est, & qua tota purgatio nititur, per quã voluntas efficiendi negatur. Quod enim voluntate non fit, necessitudine fit. Sola enim potestas faciendi, vt velis

Concessio-
nis partes.

necessitudinẽ tollit. Vt in metaphisicis declarauimus. Cõmunis ergo casus, & imprudentiæ locus accusatori est, si coniecturam faciat, cõsulens factum esse confirmet, quod voluntate factum negatur, potuisseque cuitari, prouideri, & præcaueri neque casum, aut imprudentiam esse, sed inertiam, negligentiam & fatuitatem. Quod si non nihil turpitudinis habeat necessitudo, quæ inducitur: ex locis communibus redarguens probabit quiduis fatius esse perpeti, quàm eiusmodi necessitudini seruire. Et ex iuris & æquitatis natura, de qua in negotiali dictum est, ostendere illud, quod affertur non necessarium, sed voluntarium habendum esse. Quod potuerit scire, & nulla data sit opera, vt sciretur, & proinde non casu, sed culpa nescisse. Præsertim si vitium apertum in ea re, quæ obstitit appareat. Vt quem propter vinum, somnum amorem, aut furorem rem præterijt, quã scire oportebat. Et ex locis coniecturalis cognoscet, vtrum scierit an ignorauerit, & ex deliberationis ostendet, magno incommodo & detrimento reipub. futurum si res ea ab iudicibus negligatur. Defensor autem his omnibus locis in contrariã partem conuersis vteretur. Maximè verò occupabitur in vtilitate defendenda, & necessitudine augeta. Nec se plusquam fecerit præstare potuisse. Neque crimen vllum in eo hæere posse, in quo voluntas non sit. Et indignum esse, qui culpa careat supplicio non carere. Deprecatio adhibetur, cum culpam fatemur, & ignosci postulamus. Eius qui redarguet loci sunt, si nihil imprudenter, sed ex animo iniquo crudeli, & pertinaci fecisse demonstrat.

Depra-
cationis loci.

Ipsam immitem superbam atrocem, & inimicam fuisse. Si beneficia commemorabit, aut non fuisse, aut alia de causa, non benevolentia fuisse facta, & leuora, quam maleficia multo esse. Et ex genere deliberatio turpe, & inutile esse tanto crimini ignoscere. Defensoris loci pristina beneficia commemorare maioraque, quam maleficia fuisse, ita ut longe boni plus, quam mali ab eo profectum fuisse ostendat. Deinde maiorum suorum beneficia pronuntiare. Ostendere non odio, non crudelitate, non graui, & iniquo animo, sed aut stulte, aut pueriliter fecisse, vel ut amico destituto faueret, vel alia honesta de causa. Polliceri se eorum beneficio, & sua stulticia doctum reliquo vitæ tempore ab omni scelere ab futurum. Maiorum suorum & eorum, qui eum saluum, & incolumem velint. Merita, dignitatem, & amplitudinem tractet, vsui futurum aliquo in loco si sine supplicio discesserit. Alios proferat quibus non minora delicta sunt condonata. Multum proficiet, si ipse ille supplex, mansuetus, & misericors in potestate ostendatur fuisse. Et ex deliberatio genere demonstrare inutile, aut turpe esse ex tali homine supplicium sumere, & spes omnes præcidere commodorum, quæ possent afferre.

Iuridicalē causam esse dicebam⁹ in qua equi & iniqui natura, præmij aut supplicij modus tractatur. Egim⁹ de ijs, in quibus æquum & iniquum & supplicium queritur, restat, ut de ijs in quibus præmiū postulatur exponamus. Præmij igitur oratio in quatuor est partes distributa: in beneficia, in hominem, in præmij genus in facultates. Beneficia ex sua vi

Præmij orationis partes.

ex tempore, ex animo eius, qui fecerit, ex casu considerantur. Ex sua vi explicantur hoc modo, magna, an parua, facilia, an difficilia, singularia sint, an vulgaria vera, an falsa. Ex tempore, si tum cum indigeremus, cum ceteri non possent aut nolent opitulari, si tum, cum spes deservisset opitulatus sit. Ex animo si non sui comodi causa, sed eo consilio fecit, ut quam maximè reipub. prodesset. Ex casu, si non fortuna, sed industria factum videbitur, aut si industria fortunam obtulisset. In hominem verò quibus rationibus vixerit, quid sumptus in eam rem, aut laboris insuperet. Et si aliquando tale fecerit, aut Dei bonitatis præmij sibi postulet. Num aliquando ipse talem ob causam, aliquem præmio affici negarit oportere, aut nū iam satis pro eo quod fecerit honos habitus sit, aut non necesse fuerit ei facere id, quod fecerit. Aut num huiusmodi sit factum, ut nisi fecisset supplicio dignus esset, non quia fecerit præmio. Aut num ante tempus præmij petat, & spem incertam incerto venditet prætio. Aut non quo supplicium aliquod vitet, eo præmij postulet ut de se præiudicium factum videatur. In præmij autem genere, quid & quantum & quamobrem postuletur & quo & quanto queq; res præmio digna considerabitur. Deinde apud maiores, quibus hominibus, & quibus de causis talis honos sit habitus queritur. Facultates autem considerantur, cum aliquod pecuniarum præmij postulatur, in quo utrum copia ne sit agri, vectigalium, pecuniarum, an penuria consideratur. Accusatoris locus virtutis præmij honos non pecuniam esse. Defensoris de

de pecunia ratiocinari sordidum esse, cum de gratia referenda deliberentur. Ac de æquitate, que in negotijs & personis versatur satis scriptum est: nunc de ijs æquitatis disceptationibus, que in scriptis versantur scribamus. Ex inscriptionis autem ratione disceptatio nascitur, vel ex ambiguo, ex scripto, & sententia, ex contrarijs legibus, ex ratiocinatione ex definitione. Ex ambiguo cum verbum aliquod est ambiguum, quod in duas pluresve sententias trahi potest. In qua controuersia duobus aduersarijs hæc erunt præcepta communia. Vterque suam interpretationem dignam scriptoris prudentia esse defendet. Vterque alterius sententiam in verba non quadrare docebit, alie namque esse à vulgari loquendi ratione, & parum vtilem & honestam esse ex deliberationis partibus ostendet, discrepare cum aliorum scriptis & maximè si poteris, eiusdem. Quam ipse defendet prudētis & iusti esse hominis, nihil habere captiouis, aut vitij. Contrariam verò multa vitia stulta, & iniqua cōsequi. Vterque etiam qua in sententia scriptor fuisse dicet, ex cæteris eius scriptis, ex factis, ex dictis, animo atque vita eius cōprobabit. In scripto verò, & sententia controuersia versatur. Cū alter aduersarius scripta verba defendit, alter sententiam, quam scriptoris esse contendit. A scripto qui dicit his locis vtetur: scriptoris sciētiae atque prudentiæ collaudatione. Iudicibus iudicandi normam scripto esse traditam, scriptis inhærere & scripta legitima spectare oportere. Aduersariorum intentio cum ipsis scriptis comparabit. De scriptoris voluntate nihil querendum esse dicet, cum ipse eam, ne quereretur in

Ex quibus inscriptionis disceptatio nascitur.

scriptis reliquerit. Multa incommoda sequi, si ab scripto recedere instituat. Nam & eos, qui aliquid scribant non existimatos, quod scripserint ratum futurum. Et eos qui iudicant certum quid sequantur non habituros, si semel à scripto recedere consueuerint. Se ab scriptoris sententia & voluntate asperissimum nimirum, scripta verba proferat. Hanc etiam partitionem adhibebit, primum ab scripto nunquam esse recedendum. Deinde si in alijs, vel legibus, vel scriptis conueniat, in hac non conuenire. Postremò si in hac conueniat aduersarij tamen sententiã, & expositionem non esse accipiendam. Prima pars ijs locis confirmabitur, scriptori nulli credendum esse operam ingenium, aut facultatem ullam deesse, quo minus posset id, quod cogitaret literis significare. Posset quidem excipere, si quidquam excipiendum putasset. Leges alias esse cum exceptionibus scriptas, quas multum proficiet recitare. Secundam partem demonstrabit ostendens acuratissimè de rebus grauisimis, honestissimis, vtilissimis, & religiosissimis scriptam esse, ut minime conueniat, quidquam in tam diligenti scriptura præteritum arbitrari. Tertiam partem probabit ex locis que accusatori ostendimus in comparatione, translatione & remotione, & concessione criminis ad causam aduersarij labefactandam. A sententia contra scriptum, qui dicit assumptionis partibus defendet, quancunque causam assumet, de quibus satis ante dictum est. Et in illis locis diutius comoratur sui facti rationem, & æquitatē causæ


amplificabit. Distinet scriptorem, si existat factum ipsum approbatum. Et idem ipsum, si talis ei res accidisset facturum. Et id circo sapientes, & expertos viros legibus ad iudicandum depolci, non vt verba legis tantum sequantur, quod quibus de plebe facere potuisset, sed qui scientia & experientia sua cogitationem scriptoris assequi possent, & voluntatem interpretari. Casus & euenta multa proponat quæ si ex verbis tantum scriptis iudicarentur incommoda multa sequerentur. Deinde ex utilitatis, & honestatis partibus ostendere, quam inutile & turpe sit id, quod aduersarij dicant fieri oportuisse, factum verò nostrum, quam utile, aut quam honestum sit. Quibus argumentis causam esse accipiendam, & in ea lege, & quam ipse asserat oportere accipi demonstrabit. Præterea communis locus eius, qui à scripto dicet, leges ex se non ex eius, qui contra commiserit utilitate spectari oportere. Contra scriptum leges in consilio, & prudentia scriptoris, & utilitate communi non in verbis positas esse. De contrarijs autem legibus his argumentorum notis disceptatur. Vt ea magis conseruetur, quæ ad res maximas spectat. Deinde vt ea quæ posterius lata sit, deinde quæ iubet, potius quam, quæ permittit. Deinde, vt ea qua pœna, aut qua maior pœna statuitur. Deinde vt quæ de generis parte, & quæ in certam quandam rem scripta est, potius, quam quæ de toto genere loquitur. Postremò legem quæ nobis cum facit ad causam nostram accommodemus, contrariam in aliam sententiam traducamus, aut

ratione nostra vtranque legem conseruari doceamus. Ambobus aduersarijs loci cõmunes erunt, vt ex partibus deliberationis vterque demonstrat cum amplificatione ad vtram potius legem accedere oporteat. Tum quibus locis in ambiguo defendimus eam sententiam quæ nobis prodest eisdem in contrarijs legibus nostram legem defendemus, & quibus locis, num à scripto, contra sententiam, num à sententia contra scriptum stamus, eisdem in contrarijs legibus de lege, quæ nos adiuuat argumentabimur. Ita enim huius artis præcepta connexa & apta sunt, vt se inter se fulciant. In ratiocinatione controuersia consistit, cum lex certa scripta non est de re, quæ agitur. Ex cæteris tamen legibus per ratiocinationem demonstratur. Cum verò ex alijs legibus rationabimur, in eo cõmorabimur, vt doceamus rei, de qua queritur, eam de qua cõstat, quæ proferimus similem esse amplificemus, dicemusque de hac nostra re, nihil esse scriptum, quod de illa satis scriptum sit. Deinde æquitas rei demonstranda est ex præceptis iuridicialis absolutæ. loci communes neminem posse res omnes per scripturam complecti, sed oportere coniectura ex eo quod scriptum sit, ad id quod non sit scriptum peruenire. Contra verò qui dicit simile, quod asseritur, infirmabit demonstrans ab eo, cui confertur, diuersum esse genere, natura, vi, magnitudine, tempore, loco, persona, opinione. In quo quid res cum re differat demonstrabitur, vt non idem de vtraque statui oportere videatur. Locus communis ratiocinationem quadam specie similitu.

Ratiocinationis controuersia.

litudinis nixam, potius diuinationem, quam coniecturam esse, neminemque sapientem iudicem commouere debere. Definitione verò scripti causa tractatur, cum ponitur in eo aliquod verbum, de cuius definitione controuersia nascitur. Tractabitur autem eisdem locis omnibus, quibus definitiua constitutio. Expositis autem argumentorum sedibus, quibus veritas, vel locis communibus, vel illis tribus generibus demonstratiuo delibera-

tiuo & iuridiciali probabiliter indagatur. Deinceps argumentandi locos & præcepta dabimus, quæ non tam ad veritatem querendam accommodantur, quam vt audientium animos commoueamus, & ad sententiam nostram traducamus. Sed quoniam huius voluminis magnitudo creuit, cõmodius est in altero de cæteris rebus explicare.



DIDACIA STVNICA

EREMITÆ AVGVSTINIANI DIALECTICÆ Liber quartus.

CAP. I. De affectibus & genere ἠθῶν.

Argumentis motetur ratio affectibus voluntas, qui ergo non solū argumentis dicēdo laudet, sed etiam affectus excitat commouebit totū hominis animū, & in eam pro qua argumentatur sententiā adducet. Est autem hoc affectum genus in duas partes diuisum, quorum alterum est, quod Græci vocant ἠθῶν. Alterum quod idem ἠθῶν dicūt. Illud est ad naturam & mores & ad omnē vitæ consuetudinem accomodatam, quo mores & studia hominum describuntur, & quid vnāquaque personam deceat demonstratur. Aliter enim loquitur cogitat & segerit dominus, aliter seruus aliter adolescens, aliter senex, aliter pater, aliter filius: aliter magnanimus, & excelsus vir, aliter humilis, & abiectus. In quo exprimēdo summa virtus cōponentis est, vt omnia fluere ex natura videantur, quō mores loquentis ex oratione significentur, & quodāmodo cognoscantur. In eoque præcipua laus poetarum consistit, vt seruent quod decet, dum id quod vnicuique personæ consentaneum est, & fit & dicitur. Cū verō sit totum hoc genus aptum naturæ non est sua vi graue insedatum, & turbulentum, sed placidum iucundum, & amabile. Effingitur autem ab auctore in sua vel aliorū

persona. In sua quōd declaretur, magnum & fortē præcipuum putat Arist. momentū habere ad faciendum fidem. Declaratur autem cum gratos & integros suos mores oratione sua significat: præsertim, quōd iustus, prudens & beneuolus sit. Nā ijs tribus rebus aliæ tres tolluntur, quæ impedimento esse solent, quominus homines rectē moneant. Quia vel iniqui, vel imprudentes, vel maleuoli sunt. Si enim scientia vacet, atq; prudētia non consequetur, q̄ expedit & bonū est. Si consequatur, quia potius nocere cupiūt, vel q̄ improbi, vel q̄ maleuoli sint non admonebunt. Quare multum sine dubitatione refert ad persuadendum quam accipiat opinionem auditor ex oratione suadentis. Effingitur autem ἠθῶν genus in aliorum persona vel ex fortuna vel ex ætate vel ex mentis habitu. Ex fortuna vt fortunatorum, diuitum & nobilitium ijdem sua natura sunt mores. Ambitiosi sunt, quōd alijs antecellere & honores sibi debere putant. Alios contemnunt præ se, quoniam eorum multi auxilio egent. Aliorū nobilitatem cum sua comparant. Non æquo animo cum alijs nisi valde ex cellant se patiuntur equari. Imagines iactant resque à maioribus suis gestas. Contumeliosi sunt, quoniā superbi & possessione diuitiarum, ita conturbantur & arrogantes sunt tanquā si bona cuncta sibi

suppe

suppeterēt, omnia enim bona in diuitijs posita esse præferūt existimare delicari etiā sunt, vt se de diuitijs iactent. Cōtrarij verō his pauperes humiles, & viles moribus contrarijs sunt. Domini imperiosi, minaces & acerbi sunt, serui fraudulentī, maledici, mendaces, timidi, suspitiosi, de animo dominorum erga se solliciti. Sicut ille optimē exprimitur, qui dicit, Mirabar hoc si sic abiret, & herilenitas verebar semper quorsum euaderet. Ex ætate ἠθῶν genus effingitur in adolescentibus, senibus & viris ætatis mediæ. Adolescentes non versuti sunt & malitiosi, sed simplices & aperti, & facile credunt, nondum enim per ætatem dolos multos, & fraudes experti sunt. Multa ponunt in spe quod eis multum vitæ superesse credunt. Quare fraudibus & deceptionibus patent. Vehemēter cupiūt. Facile fastidiūt, cupiditatib⁹ sunt addicti libidini & amoribus inserviunt. Ludos amant, & coniectantur, res graues aspernantur, & fugiūt. Ambitiosi sunt & antecedere querunt. Ob eamque rem grauius irascuntur & sæpe contendunt. Non sunt multum pecuniæ cupidi. Nondum enim inopiæ detrimenta cognouerunt. Magnanimi sunt quia multum sperant & leuioribus aut nullis periculis sunt confictati. Verecundi sunt quia honesti naturam minime nouerunt, sed illud ex hominum opinione iudicant. Nouis amicitijs indulgent, misericordes & mites sunt. Quod ex ingenio suo simplici & bono alios iudicant & malis indignos putant. Iniurias tolerare non possunt, quōd se contemni existimant. Senibus verō omnia contraria ratione contingunt, multarum rerum

experientia docti. Minus enim creduli sunt, propterea que parum spectinentur. Et quia timidi sunt vtilitate potius, quam honestate ducuntur. Delectantur rerum præteritarū memoria, frequenterque de illis sermonem inducunt. Et præterita tempora præsentibus anteponunt. Animaduersores sunt, reprehensesque adolescentum, malitiosi & suspitiosi: omnia fere in deteriorē partem accipiūt. Auari sunt & illiberales, experti, quā facile iactura fiat. Difficile verō lucrum. Ad miserationem flectuntur contraria ratione quā iuuenes. Quōd timidi sunt & mala multa sibi impedere arbitrantur. Quare aliorū malis, tanquam suorum, memoria commouentur. Mediæ verō & constantis ætatis homines mediocritatem seruant. Et sicut virtus duobus contrarijs vitijs interiecta est. Ita se medios inter adolescentes & senes serunt. Ita nec multum nec parum credunt atque confidunt. Nec prodigi nec parci sunt. Fortes cum modestia sunt, & modesti cum fortitudine. In quibus denique iuuentus & senectus excedunt, & deficiunt, mediæ ætas ea reuocat ad mediocritatem. Ita ergo ex ætate mores & affectus hominum obseruantur. Ex animi verō habitu describunt ex doctrina vel vitij vel virtutis quibus tenentur astricti vt exprimitur crudelis vel misericors homo ex eis, quæ in crudelitatem & misericordiam per se conueniunt. Vel effingūtur ex ea virtute quam volunt imitari. Vt quia reges diuitijs & viribus præstantes homines similes esse cupiunt magnanimi viri, vt nihil timeant nihil ex alio querant & magnopere petant. Omnia

O 5 per

per se adepturos esse opinentur. Ex
eijs, quæ animi magnitudo præstat,
effingi possunt. Ita poetæ describunt
Agamenonem, Achillem, Hæctora
Troilum & alios heroes. Quare hæc
doctrina dialectico si poetam agere
velit, nam ad suam facultatem spe-
ctat ex ethica discenda est. Ex ijs er-
go locis ^{κεκλινο} genus tractatur.

Cap. 2. De genere ^{περιτηκω}.

Genus pa-
theticū di-
uiditur.

Sequitur genus ^{περιτηκω}, quod
vehemens totum, & incelsum
est, quo perturbantur animi,
& concitantur. Fit enim ut irasca-
tur auditor, mitigetur, inuideat,
faucat, contemnat, admiretur, ode-
rit, diligit, cupiat, societate afficia-
tur, speret, metuat, læteat, doleat.
Diuiditur ergo in duas partes. Vna
qua conciliantur animi, altera, qua
alienantur. Conciliantur autem be-
nevolentia, & miseratione. Siqui-
dē & alia, ut amicitia, gratia amor,
mansuetudo, & horum similia, in
hæc conferuntur. Alienantur autem
ira indignatione, odio, inuidia, con-
temptione timore. Contrahitur igitur
benevolentia, vel à nostra perso-
na vel ab eius, apud quem dicimus
vel ab eo, pro quo vel in quem dici-
mus. A nostra persona si officia no-
stra sine vlla arrogancia profere-
mus vel in repub. vel in ipsos qui
audiunt vel in eorum parentes vel
amicos: dummodo quicquid com-
memorauerimus sit ad id de quo
dicimus accommodatum. Hæc verò
merita ponere nos in aliorum gra-
tia consueuerunt. Si in malis & ad-
uersa nostra fortuna doleant, in bo-
nis & ijs, quæ prospere cadunt, læ-
tentur. Qui eosdem vel amicos vel
inimicos habent. Tum enim ut ca-

Quomodo
benevolentia
capitur.

dē velint necesse est, quo maximè
amicitia conglutinatur. Si nostris
temporibus adsint. Præsertim nostri
potius, quàm sui commodi causa.
Si liberales in nos fuerint, beneque
de nobis vel de nostris amicis me-
ruerint. Si nostram gratiā & amici-
tiam desiderarint. Si nos plurimū
faciant resque nostras admirentur.
Fortes etiam & claros viros &
qui aliqua re excellent & quos om-
nes admirantur modestos, & qui
sine aliorum iniuria viuunt omni
amore prosequuntur. A manus etiā
eos qui ea re præstant, quā nos pluri-
mi facimus, ut literati valde doctos:
milites valde fortes viros, artifices
eiusdem artis artifices peritissimos.
Grati etiam sunt homines, non pug-
naces non litigiosi nō loquaces, sed
iucundi, venusti, comes, faciles, ob-
sequentes: similes etiam & eisdem
studijs de ditos diligimus. Nisi ex ea
dem re vitæ subsidia querant. Quia
tum ut Hesiodus, ait, figulus figulū
odit. Est. n. utilitati suæ impedimen-
to. Colligunt etiam beneuolentiam,
qui amicitie student & officiosiores
diligentioresque in amicos sunt.
Placant iratos qui timēt, verentur,
orāt, deprecātur, se fecisse dolēt hu-
militerque se & submissè gerunt se-
que totos in clementiā irati confē-
rūt, tū ea offensione, quæ in nos col-
lata sit, tollenda, minuēda, extenuā-
da, aut cōpēlanda. Ex ijs ergo locis
argumenta sumemus ad irā sedan-
dam & beneuolentiā conciliandam
vel nobis vel ijs pro quibus dice-
mus, tū contrarijs rebus in aduer-
sarios conferendis.

Misericordiam captamus cōque-
stione, in qua auditoris animus mi-
serem prius efficere oportet, quo faci-
lius conuestione moueatur. Pri-
mum

Quomodo
misericor-
dia aperitur

mumq; de toto genere calamitatis
dicemus, ostendētes magnam esse
fortunæ vim miserabilemque vitæ
nostræ rationem, quod tam facile
commutetur. Misericordia deinde ex-
citabitur aut ex commodis aut in-
commodis aut ex personis. Ex com-
modis si bona exponamus, in quibus
aliquando fuimus, quantaque
modestia & liberalitate eis erga
alios præsertim eos, qui nunc erga
nos acerbi sunt vsi fuerimus. Nihil
enim est tam miserabile, quam ex
beato miser. Ex incommodis, si qui-
bus in malis fuerimus, simus, & fu-
turi simus narrabimus. Deindeque
si vnunquodque detrimentum de-
ploratur & ex adiunctis augeatur.
Ut in morte filij pueritiæ delecta-
tio, amor spes, solatiū educatio. Res-
que proferantur illiberales, turpes,
humiles, & indignæ genere fortuna
& pristinis honoribus, quas tole-
remus toleraturi ve simus. In quo
loco singula mala ita describemus
singillatimque exprimemus, ut ante
oculos auditoris abuersari videā-
tur. Deinde quam fallaces fue-
rint spes ostendatur, qui eo tempo-
re, quo aliquid boni expectabamus,
non modo illud non fuerimus con-
secuti, sed in grauissimas miseras
prolapsi. Amplificabitur etiam in-
commodum ex eo, quod aliquid in
misericordia euenerit vel non euenerit,
quod operuerit. Ut in sepulchro tacuit
inter hostes à feris turpiter lacera-
tur, non ad sui ego vel notus vllus,
extremam vocem non audiui, vlti-
mum eius vita spiritum non hausi.
Inopia, infirmitas, solitudo & sor-
des in quibus miseri iaceamus com-
memorabuntur. A personis miseri-
cordiam contrahemus vel à nostra
si animum nostrum in alios miseri-

cordem ostendemus, tamen ampliū
excelsum, patientem incommodo-
dum. Ab alijs personis si viros libe-
ros, & parentes nostros alijs com-
mendabimus, aut nostri corporis se-
peliendū curam mandabimus. Con-
queremur etiam, quod à filio paren-
tes vel ab eius cūm quo coniunctis-
simè vixerimus complexu abdu-
camur. Per indignationem etiam
conqueremur, quod ab eis vexemur
& male tractemur, quos potius
adiutores fore putabamus, aut
ab eis quos benefecerimus aut à
personis indignis, ut seruis, libertis,
clētibus, supplicibus. Nec tam nos
nostris malis, quam parentum filio-
rum propinquorum & amicorum
angoribus dicemus dolere. Ad mu-
tas etiam & expertes animi res re-
feremus orationem, ut ad domum,
equum, vestem eius, cuius fortunā,
vel interitū deploramus. Non enim
sermonibus tantum, sed etiam re-
bus misericordia vehementer moue-
tur. Ut vestis C. Cæsaris gladijs con-
fosa tam miserabilis visa est populo
Romano, ut eum ad insaniam ad-
egerit. Si verò semel auditores fue-
rint cōmoti, diutius in cōuestione
commorandū non est. Nihil enim
lachryma citius arefcit, ut dicebat
Apolonius.

Cap. 4. De affectibus quibus ani-
mi alienantur.

Egimus de illis affectibus, qui
bus conciliantur animi, se-
quuntur illi, quibus alienan-
tur. Qui omnes indignatione com-
prehenduntur. Est autē indignatio
sua natura, qua agrefcerimus quod
malis bona, bonis malavsu veniant.
Sed oratione animos indignatione
inflam-

Quibus affe-
ctibus alie-
nantur ani-
mi.

inflammamus, cum dicendo in hominem odium magnum, vel iram, vel inuidiam, vel in rem grauem offensionem concitamus. Ad id autem argumenta ministrant omnes, quas notauimus argumentorum sedes. Nam ex locis artis expertibus tractabitur, cum commemorabimus quantae res curae fuerit sanctis viris maioribus nostris ecclesiae & reipub. magistratibus. Ad quam dictionem adiungentur oracula, responsa, leges, preiudicia, rumores, vatum & clarissimorum virorum testimonia. Ex locis autem in istis multa suppetunt argumenta. Praesertim ex rebus infixis negotiis atque personis. Sed tamen haec propria sunt indignationis loca. Res ipsa & eius effecta vel euenta, res cum factum terribile, crudele, nefarium, & tyranicum esse pronunciamus per vimque, per manum opulentam, perpetratum quod est a iure legibusque remotissimum. Et illud adiungitur, de industria consultoque facinus esse admissum: imprudentiaeque ignosci posse, voluntario vero maleficio concedi non conuenire. Docebimusque non esse vulgare sed inauditum, neque a barbaris & sceleratis hominibus esse factitatum. Quod demonstrabitur ex ijs, quae sunt personis adiuncta, haec sunt quae in parentes, liberos, coniuges, consanguineos supplices crudeliter commissa dicemus. Et in maiores natu in hospites in vicinos, in amicos, in eos quibus cum vitam egeris, in eos, apud quos educatus sis, in eos, a quibus eruditus sis, in mortuos, in miseros & misericordiae dignos, in homines claros, nobiles & honore vsus, in eos, qui nec laedere alium neque se defendere potuerunt. Vt in pueros senes

mulieres, ex quibus rebus vehementer indignatio inflammari, & summum odium in eum, qui aliquid horum violari conflare poterit. Deinde eum atrocissimis peccatis conferetur quibus longe indignius esse demonstrabitur. Et omnia quae in negotio gerendo inciderunt, & postea sunt consecuta, sigillatim numerabimus & ante oculos auditorum cum indignatione & criminatione ita ponentes vt ab ipsis cerni, & agere videatur, ac si interfuerint & praesentes viderint. Incitatur etiam odium in superbiam & arrogantiam, si cum iniuria contumelia adiuncta esse ostenderit. Obsecratio vehementer etiam animos commouebit, per quam postulabimus eos, qui audiunt vt ad res suas nobis illatas calamitates referant. Vt si pueros attinget, liberorum suorum recordetur. Si mulieres, vxorum, si senes parentum. Ex euentis autem excitabit indignatio, si quid mali sit euenturum demonstrabitur: si ceterorum audacia istius supplicio non comprimatur, non enim multos aemulos tantae audaciae defecturos dicemus. Multosque alacres expectare narrabimus quid in tanto scelere statuatur, vt ex eo, quod vni fuerit condonatum sibi quoque quid tali de re liceat, intelligant. Praeterea demonstrabimus alias res perpetratae constitutae veritate cognita corrigi posse: hoc vero eiusmodi esse, vt si hoc iudicio fuerit erratum, reliquum nullum esse quo commutari & corrigi possit, inimicis quoque, & a nobis alienis hominibus, quae nobis contigerint indigna visa fuisse. Odium etiam in aduersarios commouebimus, si quid eorum spurce, superbe, crudeliter malitiose factum proferetur. Inuidiam concitauimus, si

vis

vis eorum potentia, diuitiae, cognatio, pecuniae significabuntur, & arrogans & intolerabilis eorum vsus, quibus rebus magis, quam suae causa aequitate confidere. In contemptum adducuntur, si eorum inertia, negligentia, ignauia, desidia, luxuria dicetur. In ijs ergo locis argumenta inueniemus ad animos in beneuolentiam vel indignationem impellendos, quo in nostram sententiam eos adducere possumus. Poeta quae ex eisdem varia animorum commotione poema suum, illustrabit, qua legentium, vel audientium suspensam expectationem detineat. Quae de risu praecipua dantur vana mihi & in vtilia videntur. Nam faciarum genus quod in iaciendo mittendoque ridiculo positum est, tota eius laus in eo spectatur vt ex occasione nascatur subitoque atque repente proferatur: cum autem variae multiplicesque sint occasiones, nullis certis praecipuis comprehendere possunt, quod si comprehenderentur meditationis & artificij suspicionem facerent, quo vniuersa laus salibus & factiis abrogaretur. Quod si etiam improuissimum, & inopinatum oportet esse ridiculum nullomodo ex artis praecipuis ad illud possumus exerceri. Superuacua vero & inutilia praecipua sunt, quae exerceri non possunt. Quare cuncta haec ars repudianda & naturae reliquenda est, cuius rei illud maximum indicium facit, Quod Demostenes eloquentissimus & exercitatus orator parum in hoc genere valuit, Cicero vero multum. Ita vt Demosteni facultatem huius rei defuisse narretur, Cicero vero modum. Alterum vero genus quod in narrando aliquid venuste cernitur nullis certis

Vana derisu praecipua

praecipuis & institutis explicatur, sed lepos libandus est ex omni genere urbanitates. Vniuersam ergo haec risus praecipuam frigidam, & ieiunam esse puto.

Cap. 5. De locis captiosis.

Loca polliciti sumus alia ad probandum, alia ad mouendum, alia ad fallendum, ea quae probant & mouent ostendimus: iam illa quae fallunt demonstramus, vt satis faciamus & fidem liberemus. Est autem captiosus locus tanquam offendiculum in via intelligendi, in quod incurrens & offendens ratio labitur & decipitur. Intelligendi viam saepe docuimus hominibus esse syllogismum, eius vires ostendimus, leges quibus sit astrictus demonstrauimus, vt aliquid afficiat, & verum concludat, cuiuscunque legis praetermissione locus ad capiendum & in errorem impellendum paratur. Vt si exempli causa ex tribus verbis totus syllogismus non constet vel si forma & modo verba non coaptentur, ruinae periculum struas, locus ergo captiosus docet, non verum sed apparentem syllogismum efficere, quo delinitus ratiocinantis animus in errorem inducatur. Is ergo & insidias ab alijs oppositas in rationandi via perfecte vitabit, & alijs quo loco sunt comparandae sciet, qui totam ratiocinandi arte perfecte cognouerit: quem vero fugerit, is facile ipsis insidijs intercludetur. Vnde Aristoteles ipse qui tredecim locos captiosos syllogismi patefecit, vnus illorum esse dixit ignoracionem veri syllogismi coarguentis. Deinde omnes alios locos hoc vno comprehendi

Loci captiosissimi qui.

Genus locorum quod.

hendi docuit. In quo se ipse reprehendit. Nam si ignorantio syllogismi coarguetis locos omnes captiosos complectitur, non erit ipsa pars una & forma talium locorum: sed genus omnes huiusmodi locos complexu suo continens. Verus ergo syllogismus coarguens refert omnia precepta veri syllogismi & verae oppositionis enunciationum, nimirum qua conditione eas enunciationes esse oporteat, quae contrario aut contradictorio nomine inter se repugnant. Nam qui verè coarguit verum conficit syllogismum concludentem vel contrariam vel contradictoriam eius enunciationis quam reprehendit. Si ergo peccetur vel in ratiocinando vel in vera repugnante reddenda, non vere sed apparenter reprehensum est. Qui ergo hanc totam artem ratiocinandi & contradicendi ignorauerit, licet verè non coarguatur coargui putabit neque notionem suam poterit excutere & explicare. Rectè ergo dicitur verae reprehensionis ignorantia omnes vitiosas argumentationes contineri, quibus à sophistis decipimur. Illud autem scire oportet longè inter eum, qui probabiliter & eum, qui captiosè argumentatur differre. Nam qui probabiliter argumentatur, licet non probet, non peccat in ratione formaque syllogismi, sed in eo, quod non ex veris ratiocinatur. Quare una ratione eius dissolvitur argumentatio, refutanda vel propositione vel assumptione eius, quam affert syllogismi: quae multis de causis possunt refelli. Et in eo vera sunt licet inutilia, ut dictum est, quae rhetores de vitiosa argumentatione precipiunt. At sophista errat in syllogismi ratione. Non enim efficit syllo-

In quo differant captiosa, & probabilis argumentatio.

gismum, sed videtur efficere. Et ob eam rem cum peccatum cognoscitur contemnitur & irridetur. Quod errasse videtur in eo quod quiuis leuiter dialecticus cognosceret. Et quod leuibus & frigidis rebus gloriam, & nomen in vulgus & questum quaerat. Ex quo vsu venit, ut haec captiosarum argumentationum ars parui fiat, & negligatur à multis. Tamen discenda est, ut exerceamur in omnes ratiocinandi partes, impromptuque habeamus quidquid vera & integra ratiocinatio postulat. Tum ut facile & expedite quascunque sophistarum reprehensiones vitemus. Nam si quis illorum argumentationibus impediatur & implicetur non apparenter sed vere reprehendi & conuinci putabitur. Tum valet huius artis cognitio ad ea, quae quis secum separatim per se re cogitat & mente tractat. Nam qui facile capitur ab alijs neque sentit in quo, à se etiam res per se considerante capietur. Ita ut eius hereat intelligentia neque ultra consideratio progrediatur. Cū ergo fallax, sed apparens reprehensio fiat ex eo quod aliquid praetermittatur quod vera postulet reprehensio: praestat veram reprehensionem paucis rursus definire ex partibus veri syllogismi veraeque contradictionis. Est ergo reprehensio enunciatio repugnans vnus & eiusdemque non verbi, sed rei: & verbi non synonymi, sed eiusdem: quae quidem ex eis quae posita sunt & concessa efficitur necessariò, non apposito tamen eo, quod initio quaerebatur, quod eadem ex parte, & in eadem re, eodemque modo, & in eodem tempore conueniat. Fallax ergo & fucosa reprehensio aliquid horum praetermittit quo

Quae nam vitiositas sit captiosae argumentationis.

Vera reprehensio quid.

Fallax reprehensio quid.

Duodecim genera fallacis reprehensionis.

Homonymia captio.

quo aliquè coarguat aut in falsum aliquid & admirabile contraque hominum opinionem impellat, aut saltem solacismum facere aut nugare cogat. In eoque huiusmodi ars consistit non ut palam & aperte aliquid praetergrediatur. Hoc enim ridiculum esset, & nullius industriae ad fallendum. Sed in eo ut id latenter & obscure faciat, ut occulte & cuniculis oppugnare videatur. Huiusmodi verò latebra & occultatio vel in verbis vel in rebus posita est. In verbis autem sex loci totidemque in rebus. Ita ut duodecim genera sint fucatae reprehensionis. Ea primum exponamus, quae ex verbis pendet, deinde accedemus ad ea, quae ex rebus. In verbis spectantur homonymia, ambiguitas, adiunctio, distinctio, accentus, dictionis forma. In verbis autem ob eam rem deceptio contingit quod verba rerum notae sunt, verbaque pro rebus in disputationibus adhibeamus, quod in verbis accidit idè in rebus vsu venire existimamus. Cū magna nonnumquam differentia sit. Nam vnum verbum vnaque oratio res interdum longè diuersas declarat. Quare magni refert, quod in principio dialectice admonuimus, ut verba & orationes ambiguas dialectice distinguat. Ex homonymia captiones petuntur hoc modo, canis sequitur dominum, stella est canis ergo sequitur dominum. Hic illud verae reprehensionis non obseruatur quod nullum est in syllogismo medium verbum, quod semel in propositione & iterum in assumptione sumatur. Licet enim canis verbum repetatur, non tamè in eadem re. Ita illud, qui profitetur docet, discipulus profitetur, ergo docet. Quia profiteri partim polli-

ceri, partim docere significat. Et illud, quae oportet facere bona sunt, mala oportet facere, mala ergo bona sunt. Quia oportet declarat & quod decet, & quod necessarium est. Ita probari videtur eundem & stare & sedere egrotare & valere; Nam qui surgit stat, sedens surgit, ergo sedens stat. Nam sedens accommodatur ad eum, qui instante vel praeterito tempore sedebat. Ita & valere & egrotare. Ambiguitas etiam in eandem rem non quadrat. Nam est oratio, quae potest in partes diuersas accipi ut volo me capere hostes. Significat enim vel quod ego capiam hostes vel quod me capiant hostes, sit autè fucatus syllogismus hoc modo. Quod quis videt, id videt, videt autè columnam, ergo columna videt. Ambigua enim illa oratio est, id videt, nam id potest esse vel nominatiuus vel accusatiuus casus. Eiusdè generis illud est, quod ais esse, id ais esse, ais autè lapidè esse, te igitur lapidè esse ais. Itè licet omnia silere, dicens aliquid est, ergo licet silentem dicere. Ambiguum enim est illud silentem dicere, sonat enim vel silere illud dicere, vel eum, qui dicit, silere. Ex adiunctione huiusmodi sunt apparentes reprehensiones. Ut Petrus sedet & Petrus ambulat ergo sedens post ambulare. Conclusio enim est falsa adiunctione hoc est, quod simul sedere possit & ambulare. Et illud Euthydemis, tu nunc es in Pyreò & tu vidisti naues in Sicilia, ergo tu existens in Pyreò vidisti naues in Sicilia. Vera est conclusio disiuncta, at coniuncta falsa. Sicut & illa te natum esse nunc verum est. Ambiguum est enim, cui nunc, iungatur. Si enim primè enunciationis parti falsa est,

Adiunctio captio.

sin autem secundæ vera. Item illa sunt diuisa vera in consequenti verò conglutinata falsa tu es furor & tu es bonus ergo furor bonus. Ad idem genus, pertinet illud. Quæ potes sic ut potes ea facis, sed cum non fidibus canis, potes fidibus canere, ergo cum non fidibus canis, fidibus canis. In ijs omnibus deest illud veri syllogismi, quod nõ idem sumitur, alia enim enunciatio est adiunctione & alia disiunctione. Ex distinctione fallaciter reprehenditur hoc modo. Ut quinque est ter & duo, ter & duo sunt par & impar quinque igitur sunt par & impar. Sunt autem duo, & ter, nõ res, sed potestate in quinque, ut de partibus & toto in metaphisicis diximus. Ita & illud octo diuiditur in quinque & tria & rursus in sex & duo, sed quinque & tria, sex & duo sunt decem & sex ergo octo partitur in decem & sex. Ratione distinctionis illud etiam incidet ut alia, sit & alia orationis sententia ut ego te feci seruũ existentẽ liberum. Aliud enim est si significes ego te feci liberum & aliud ego te feci seruũ. Sic illud quinquaginta virũ centum heros liquit Achilles, alia enim sententia est si virũ separetur à centum, & alia si à quinquaginta, nam illa falsa hæc autem est vera. Ex accentu nasci fallacia dicitur, cum alia syllabæ quantitas est vel aliter scribitur. Ut populus est arbor Toletum est populus est igitur arbor. Et qui quærit equum querit iustũ qui paratiter facere querit equũ ergo qui paratiter quærit iustũ. Ex dictionis autẽ forma simulatio & fallacia nascitur, cũ muliebri nomẽ pro virili subijcitur vel virile pro muliebri vel quod ijs interiectũ est, quod neutrum nomi-

Distinctio nis captio.

Accentus captio.

Formæ distinctionis captio.

nant pro altero, aut quantitas pro qualitate aut qualitas pro quãtitate aut modus rei pro re aut res pro modo, & quod facit pro eo quod patitur & alia huius generis ut masculinũ est neutrum, & fæmeninũ est neutrũ ergo masculinum est fæmeninũ. Ex generis, vel affectionis grãmaticæ explicatione oratio conuertitur in conclusione ad rei formam atque naturã. Ita Paulus est masculinum & Petrus masculinũ ergo Petrus est Paulus. Et docere verbũ est & furari verbum, ergo qui docet furatur. Et sanari infinitiuum & secari infinitiuum ergo sanari idẽ quod secari. Item inspectio est in inspiciente, auditio in audiente ergo motus in mouente fraus est, ex enim eo, quod est pati cuiusmodi inspectio & auditio est transit in id quod est agere ut est mouere. Item illud quo probatur ei, qui vnum amisit numum decem amisisse. Quod habebas, & non habes amisisti, habebas decem & non habes decẽ, sed nouem ergo amisisti decem. Quod est transiit in quot est. Ita potest & discuti illud Diogenis, quod ego sum, tu non es, ego sum homo, ergo tu non es homo. Nam orationem rei singulæ transfert in notionem atque naturam rei vniuersæ. Item illud non habes vnum tantũ numum das autem vnum tantũ ergo das quod nõ habes. Mutatur dictionis forma ex eo, quod habetur ad modum habendi. Quare tantũ sequeretur, das ut non habes. Sic etiã citò numos, habes non das autem numos citò das igitur quod non habes, imo ut non habes. Ita etiã cõcludetur quod ea manu quis verberet, quam non habet, & eo videat oculo quẽ non habet, neque enim

enim vnum modò oculum habet, vnam vè manum. Item ex hoc loco ducitur illa captio, quod scriptũ est aliquis scripsit, scriptũ autem est ali quod verũ, quod nũc est falsum, ut te sedere tunc, qui nũc ambulat, ergo scriptum est verum & falsum simul. Ex re conuertit orationem ad qualitã & modũ, cuiusmodi sunt verum & falsum. Et illa, quod quis ambulat calcat, ambulat autem totum diem, ergo totum diem calcat. Ex loco per quem pergat transit ad tempus, quo pergat, & illud, poculum est argenteum, bibit quis poculũ, bibit igitur argentũ. Ex eo quod bibit dictionem transfert ad id, ex quo bibit. Ac deniq; captiones omnes, quæ ex verbis ducuntur, ex cõtrario discutiẽtur vnde captio sumpta est. Ut si verbi vel orationis dux sententiæ fuerint, & ex vna in fraudẽ impulerit, ex alia diluetur. Veluti si ex cõiunctione oriatur, ex distinctione disoluetur, si ex homonymo verbo extiterit, ex diuerso explicabitur, ita si ex ambiguitate, ut si quærat sophista, vtrum animatũ doceat an inanimatũ? dixeritq; animatũ. Et tunc ille sumat, sed liber docet, ergo liber est animatus, discute dicens quod de viuo docente primũ intellexeris, sin autem dixisti in animatum docere, & ille induxerit Aristotelem fuisse in animatum, explica dicens, non de viuo docente sed de libris significasse. Ita si quid primũ erratum aut simpliciter & candidè dictum est postquam patefactæ fuerint insidiæ refarciri potest.

Captiones in verbo posite quomodo dissoluantur.

Cap. 5. De captionibus in rebus positis.

EXposuimus fraudes quæ in verbo collocantur, sequuntur loca, illa quæ nascuntur ex rebus quãrũ sex etiã genera esse diximus. vnum ex accidente, alterũ cũ simpliciter, aut aliqua ex parte, aut alicubi, aut aliquando aut cum alio comparatũ dicitur. Tertium ex consequentibus, quartum ex eius, quod initio ponitur petitione, quintum cum pro causa id, quod non est causa datur, sextum, cũ plures quæstiones pro vna ponuntur. Ex accidenti fucata reprehensio existit, cũ ea, quæ eidem rei accidunt, vnum esse contenditur. Nam res omnes licet ex vna parte conueniant, ex alia tamen differunt, secus enim omnia vnũ essent. Si ergo ex ea parte, qua differunt vnum esse ponantur fraus, & fallacia est. Ut homo quidẽ est animal rationis particeps, in quo eius definitio & essentia posita est, neque quidquam homini potest esse coniunctius, quã sua essentia. Multa tamen de tota hominis definitione & de singulis eius partibus dicuntur, quæ de homine non dicuntur, ut animal rationis particeps est definitio & essentia hominis, tamen homo non est definitio & essentia hominis. Animal est genus homini, tamẽ homo non est genus hominis, rationis particeps est differentia, tamen homo non est differentia, animal constat ex tribus syllabis tamen homo nõ nisi ex duabus. Rationis particeps sunt duæ voces, homo verò non nisi vna. eiusdẽ modi sunt alia. Quare fallaciter cõcludit. Petrus est homo, Petrũ differt ab homine, ergo differt a se fallacia enim est accidẽtis. Huiusmodi captio est, si quispiã aliũ palo regat, & quærat nunno sti hãc quẽ celo: at hic est Petrus

Ex rebus captiones sunt sex.

Accidẽtis captio.

P trus

trus ergo Petrus non nosti. Ita etiam illud minimè scis, quod manu clausa teneo, teneo autè duo, nescis, ergo quot sint duo. Huiusmodi etiam sunt istæ argumentationes. Scisne quid nate interrogare velim? nescio quidè. Deinde me coarguens subiiciat, at scis virtutè esse bonum, & hoc volo ex te querere, scis ergo, quid ex te querere velim. Et ista hæc statua est opus, & hæc statua est tua, est ergo opus tuum. Et nosti Petrum & Petrus Romæ ambulat ergo nosti Petrum Romæ ambulare. Itè hic est pater, & hic est tuus, quia famulus, ergo hic est pater tuus. In ijs omnibus aliud est esse bonum & bonum esse interrogandum, & aliud est palio esse tectum, & Petrum esse, & aliud manu clausa teneri, & esse duo, & aliud esse Petrum & aliud Romæ ambulare, & aliud esse tuum & esse patrem. Cùm igitur hæc omnia inter se differant licet vni eisdem rei attribuatur, ex ea tamen parte, qua differunt inter se convenire non possunt. Quare prætermittit illud verax argumentationis & reprehensionis, quod eadem ex parte & in eadem re. Ad hunc etiam captionis locum ea pertinent, quæ huius temporis sophistæ ex varia appellatione declarant, ut est magnus & est logicus ergo est magnus logicus. Et ex varia suppositione ut illi dicunt, ut Paulus est homo & homo est species ergo Paulus est species. Et ex varia temporis prorogatione, ut potest facere ergo facit. Itè cum ex genere concluditur species, ut animal ergo homo. Quod si nonnulla ad locum etiam pertinent formæ dictionis, non est alienum à vera doctrina, in duobus peccatis cadè vitiosa argumentatio diuersa ratione teneri. Ex eo autè quod simpliciter & absolute dicit vel aliqua

in parte & quodammodo captiosum nascit genus concludendi: hoc modo. Quod est opinabile est, chimera est opinabilis, ergo chimera est. Huiusmodi generis est & illud res non est idè, quod homo neque idè, quod leo neque idem, quod animal neque idem, quod cælum: & ita in reliquis rerum generibus, est ergo res differens ab omnibus rebus. Sed quod est aliud ab omnibus rebus non est res, igitur res non est res. Non sequitur enim ut omnino non sit quod non est aliquid. Similis est illa argumentatio si quis Æthiopè album esse concludat, quia est dentibus albis. Item diuitiæ & bona valetudo insipienti & ei qui male vititur, non sunt bona, igitur non sunt in bonis. Et illud fur vult aliena, & hoc est malum, ergo vult malum. At ille bonum reputat. Item condemnandus est, qui iniusta loquitur, sed qui queritur apud iudicem de malis & iniurijs sibi illatis iniusta loquitur, ergo est condemnandus. At ea ferre non est iniustum, sed facere. Item nihil impedit iustam esse commemorationem eorum, quæ iniusta sunt. Ex quo illud Socratis responsum intelligitur, quod dedisse fertur uxori ei, quæ in eius morte dolens dicebat o Socrates iniuste morieris, cui ille anne me iuste mori volebas? Huiusmodi generis est illa captiosa argumentandi ratio. Homerus est poeta, ergo Homerus est. Et ista manus est lapidea ergo est manus. Hic est homo mortuus ergo est homo. In quibusdam verò pari iure & æqualiter ita contraria conveniunt, ut non sit facile cognoscere, utrum eorum sit concedendum. Ut oculus sit ne albus an niger. Sed est animadvertendum ex eo quod parti convenit, non esse concludendum toti convenire, nisi

Ex omnino
ex aliqua parte
captionis.

nisi eiusmodi sit affectio, ut in illam partem modo cadere possit. Ut homo cæsus dicitur, quia est cæsis oculis, crispus etiam, quia est crispus capillo. Tertium captiosum genus concludendi ducitur ex consequenti. Quod ob eam rem vsu venit, quod omnino & in totum dicitur sumimus, quod aliqua ex partedicitur: quare ratio cinario conficitur ex utraque speciali. Ut mouetur ergo animal, fallax est conclusio, quia non quicquid mouetur est animal, habes aures, ergo es asinus. At non quidquid habet aures est asinus. Ad hoc etiam genus potest referri & illud Diogenis, Quod ego sum tu non es ego sum homo, ergo tu non es homo. Non enim quidquid ego sum, tu non es. Ex hoc etiam genere omnes, quæ in sensibus insidentur captiones, nascuntur. Nam fel mel esse aliquando existimamus, quia flavum. Perinde quasi quidquid fuerit flavo colore, mel sit. Aliud non nunquam niuem esse putamus, quia non splendet. Non enim quidquid non splendet, non calet. Atque si terra madefacta, sit pluisse ducimur, quod non est necesse. Omnes denique probabiles argumentationes, quibus dialectici Rhetoresque utuntur ex hoc loco ducuntur & ex hoc vno loco dissolvuntur. Sed sophista ex hoc loco decipere conatur deducendo conclusionem ex utraque speciali, ut dictum est. Dialecticus autem Rhetor nititur demonstrare alteram antecedentis enunciationem omnem, ex parte veram esse. Quare sophista refellitur consecutione rei iudicanda, Dialecticus autem & Rhetor illa generali vel altera antecedentis enunciatione confutanda, ut dialecticus argumentatur à testibus, à ru-

Ex consequenti captionis.

moribus, à præiuditijs, ab oraculis: refutatur contra testes, ita quia non quicquid testes & rumores dixerint verum est, & non quadrat in hoc præiudicium vel oraculum, quod ab adversario affertur, Inimicus erat ergo necavit. At non omnis inimicus necem molitur: præsertim his de causis. Visus fuit, ubi cedes facta fuit, At non quisquis ibi visus interfector putatur. Hæc exempla libentius protulimus, quia popularia sunt: tamen omnem probabilem argumentationem ex hoc loco dissolvi facile cognoscemus. Quartum genus reprehensionis fallacis est ex petitione eius, quod principio quærebatur, ut si probes plantam esse animal, quia sentit, petit vel ponit principium: nam de hoc quæstio est, verum sentiat, & qui probat canem vel Elephantem antè esse hominem: quia ratione utitur: Inimicum quod initio quærebatur. Toridem denique, modis huius generis captiones existunt, quot repeti potest id, de quo est dubitatio. Quintus locus captiosus argumenti est, cum pro causa datur id quod non est causa. Ut multi diuites improbi sunt, ergo sunt diuitiæ improba, vinum est malum, quonia ebrietas est mala, Monachorum & eremitarum ordo flagitiosus est, quonia nonnulli monachi, & eremite sunt flagitiosi, regnum non est bona reipublice administratio, quia multi Reges tyrannidem occupant. Hæc etiam captio incidit, cum virgemus incommodo compellentes ad aliquod absurdum, quod ex eo; quod dicit is qui poscit quæstionem nasci contendimus, ut si possuerit non omnem animal esse album, & coarguat ita, omne, quod habet alas, est album coruus habet alas, ergo coruus est albus, & contendat ex eo con-

Petitionis
principij captionis.

Cum pro causa datur quod non est causa captionis.

sequi, quod dixerat, non omne album est animal, non enim sequitur nisi ex eo, quod sumit ipse omne, quod habet alas album. Quia licet tollatur illud, non omne album animal consequetur. Ita licet sint bonæ diuitiæ diuites possunt esse mali, & ebrietas mala licet vinum bonum, & licet monachorum & eremitarum ordo sit bene institutus, possunt aliqui monachi & eremite esse flagitiosi & Reges occupare tyrannidem licet regnum sit bona reipub. gubernatio. Sextum genus captiosæ argumentationis est. Cùm dux interrogaciones vna implicatur, nam si non diuidatur sententia causam dabit reprehensionis, aut dare cogetur, quod est perspicue falsum. Vt si de quibusdã partim albis, partim nigris querat quispiã vtrum alba sint. Item si querat aliquis, vtrum omnes christiani boni sint. Item vtrum omnes diuites improbi. Et vtrum omnes Crætenes mendaces, vtrum omnes Romani sint ambitiosi. Vtrum omnes Cartaginenses perfidiosi, omnes Hispani insolentes. Ex his ergo locis sophista argumenta sumet, quibus reprehendere videbitur, licet non reprehendat. Ex his etiam locis nos eorum reprehensiones vitabimus, & captiosas argumentationes dissoluemus. Reprehendit autem is, qui redarguit, is verò redarguit alium, qui cogit eum de sententia deducere cõpellendo ad falsum admirabile, & cõtra hominũ opinionẽ. Quæ proposita esse sophistæ diximus, vt redarguere putetur. Sed nõ ista tantum eũ intendere diximus: sed etiam vt cogat eum, qui contra disputat nugas, vel solæcismum agere. Nugatur autem cùm idem sepe iterare cõpellitur, Compellit au-

Captio ex eo quod dux interrogaciones vna implicatur.

Captio ex eo quod nu

tem captiosæ sophista postulans, vt *gas agere* explicatè in oratione ponatur, quod *quis cõpellit* implicatè verbo aliquo continetur, *lat.* vt quoniam duplum dimidij duplũ est: duplum ergo cõplectitur dimidium, cũ ergo dicis duplũ, dimidiũ dicis, ergo cũ dicis duplũ est dimidij duplum, semel dixisti dimidium cũ duplum dixisti. Deinde iterum cum rursus dimidij duplum dixisti, & tertio cũ duplum vltimo loco dixisti. Deinde dimidium est dupli dimidium. Ergo qui dimidium dicit primo, & secundo loco, duplum iterum repetit. Deinde idem quoties duplũ dicitur toties idem argumentum repetam, & ita nunquam consistet oratio, sed milles dimidium, & duplum dicere cogam. Et similiter in omnibus alijs verbis, quæ significant aliquid eorũ quæ cum aliquo conferuntur. Ita simum esse, est curuum habere nasum, ergo semel dicis nasum cum simũ dicis, & iterum cũ curuum nasum addis. Deinde semel cũ simum in principio dicis, & iterum si nasus exprimitur, & tertio cũ curuum nasum dicis. Et ita quia simus semper in oratione relinquatur infinite nasum repetere cogam. Idem accidit in omnibus eunctis definitis. At quodcunque verbũ continet aliud, ad quod refertur, nõ re, & actu, sed vi, & potestate. Captiosæ verò argumentaretur, quis ex eo, quod esse potest concludens, quod est vt Antechristus esse potest non tamen est. Et genus continet speciẽ vt animal continet hominem tamẽ qui pronunciat animal, non pronunciat hominẽ. Et negatio refertur ad affirmationẽ, & eã includit, ex qua sumitur tamen qui affirmat non negat. Et dominus refertur ad seruum tamen

Captio ex eo quod in solæcismũ inducat quis.

tamen non quicumque querit dominum, querit seruum. Sic ergo has insidias repellemus. In solæcismum verò ita inducunt. Quod dicis bonum est, mulierem dicis, ergo mulier est bonum. Quod petis hic est, lignum petis, ergo lignum hic est. Quod esse putas est, lapidem esse putas, ergo lapidem est. Discutimus id dicentes, quod quoties fuerint exprimendã animi sensa, verbis seruanda est vsitata loquendi ratio.

Exposita igitur à nobis sunt omnia locorum genera. Et ea, quæ spectant ad probabiliter aliquid confirmandum. Et ea, quibus animi inflentur, & à sophistis decipiuntur. Deinceps demonstrandum est, quomodo sit argumentorum acies instruenda, & filo ipso, & genere orationis formanda.

Cap. 6. De altercatione.

Altercatio quomodo tractanda.

Argumenta verò aut altercatione, aut perpetua oratione tractantur. Altercatio ne, cùm ipsi aduersarij obloquuntur inter se, seque dicentes interpellat, qui mos olim seruabatur in causis agendis, nam & patronus & accusator verbis certabant, & argumentis altercabantur. Quæ ratione Cicero fregit Hortensiu pro Verre dicentẽ & in senatu cõprensit Clodiũ vt ipse testat. Nũc verò altercationis est plurimus vsus in scholis, inter disputantes quare oportet explicare quomodo recte fiat. Primũ autẽ præcepta demº ei, qui ponit quæstionẽ, deinde ei qui poscit, vt vtriusq; munus instituamus. Primũ igitur is, qui interrogat, patet argumentũ ex locis, deinde secum illud forma ratiocina-

tionis, modoque disponat. Et quoniam breuissimè loquendum est, ne det locum interpellationi, non totam proferat ratiocinationem: sed tantum enthymema proponat, cui altera deest antecedentis pronuntiatio. Sed commodius propositioni supersedebis. Quod si defendens propositum repudiauerit assumptionem, eam altero enthymemate concludet & ita deinceps, quãdo verò consecutionẽ refellet, tunc coarguens propositionem eius enthymematis adiunget, in qua tota controuersia consistet, vt si Cicero altercatione probaret honestè à Milone Clodium fuisse interfectum. ita contenderet Clodius fuit insidiator, ergo iure fuit occisus, si defendens negaret primum, ita approbabitur, armatus cum seruorum ceterua fuit Milonẽ aggressus in via, ergo fuit insidiator. Si resisteret antecediti huiº enthymematis, ita instabit. Id testes pro testimonio dicunt, ergo ita est: si verò primi enthymematis consecutionem rejiciet, eam ita confirmabit. Insidiatorẽ iure licet occidere, Clodius fuit insidiator, ergo iure fuit occisus. Quæ ratiocinatio pertinet ad tertiu modũ primæ formæ. Quare vtribi demonstratum est, nõ potest vllõ modo contemni. Ita etiam in animi immortalitate altercando argumentabitur. Anima perse mouetur, ergo est immortalis. Si negetur id esse, consequens probabitur hoc modo, quod per se mouetur, est immortale, animus per se mouetur, ergo est immortalis. Hoc ergo modo partes suas aget is, qui interrogabit, & arguet. Is verò, qui resistet ita segerere debet. Primum propositi sui robur, ac firmamentum

P 3 animo

animo repetat. Deinde nihil temere altercando neget, aut concedat, sed maxima ratione ductus, quam læpe propositi suggeret firmamentum. Tum quando consecutionem negauerit. Sciat in eam partem antecedentis, quæ prætermissa fuit, sibi conferendam esse controuersiam. Quare tacitus recognoscat causam, cur eam non probet, vt cum aduersario fuerit prolata eam quã potuerit breuissimè exponat. Vt si aduersarius, ita argumentum intendat. Omnis insidiator iure necatur, ergo iure fuit Clodius necatus. Neget rectè concludi defensor animum adiiciens assumptioni. Et cum ita probet consecutionem argumentans. Omnis insidiator iure necatur, Clodius fuit insidiator, ergo & cætera. Neget insidiatorem fuisse Clodiũ, casu. n. offendit Milonem in via. Item si argumentetur ita. Animus rationis compos est corporis forma, ergo corpore sublato occidit. Cum consecutionem confirmauerit adiungens propositionem. Quod est forma corporis cū corpore interit. Concedat si nihil nisi per corpus agit. Cuiusmodi bestiarum est anima: sed si aliquid non per corpus gerat, ratio non est, cur illa vis sublato corpore tollatur. At mens intelligit non quidem per corpus. Quoniam est res singula corpus, intellectio verò versatur in re vniuersa, quam nullo modo corpus sequi potest, quare neque mentem in eare iuuare. Ita ergo vltro citroque administratur altercatio.

Cap. 7. De oratione perpetua ac primum de exordio.

O Ratio verò perpetua est, quæ sine vlla interpellatione de re sibi proposita differit. Eius quatuor sunt partes exordium, narratio, confirmatio, peroratio. Non quòd semper tot partes necessariae sint orationi perpetuæ, sed quòd non plures esse possint. Nam diuisio, & refutatio, quas alij addunt. Non sunt ab his diuersæ: diuisio enim principium est confirmationis, refutatio verò eiusdem corroboratio, quare vtranque complectitur confirmatio. Quas sigillatim opere præteritum est declarare. Omnes autem, qui de arte dicendi sermonem instituerunt. Cum multi illi, & innumerabiles fuerint, & plerique, disertij & oratores eximij longã de exordio orationem habuerint. Nemo tamen, quòd ego sciam præter Aristotelem, quòd sit munus in primis exordij, quid ei propositum, aut qua de causa comparatum sit explicauit. Docent enim omnes exordij finem esse, vt auditorem beneuolum attentum, & docilem efficiat. Sed finis ad quem res sua natura refertur, non indecorè profertur. At si quispiam orator initio diceret orationis, se velle auditores beneuolos attentos, & dociles reddere ridiculus forte videretur. Quare non sunt hæc exordij finis, sed fini potius adiungenda, atque finè decoranda. Illum igitur verum exordij finem existimo, quem Aristoteles indicauit, vt demonstrat de quo dictio futura sit. Quod quidem cum maxima venustate, & dignitate

Oratio perpetua quid.

Orationis partes.

Versus exordij finis.

tate in principio declaratur. Sicut, Titus Lilius. In parte operis mei licet mihi præfari, quòd in principio summæ totius professi plerique sunt rerum scriptores, bellum maximè memorabile omnium, quæ nunquam gesta sunt, inscripturum. Et Homerus dic mihi Musa virum, &c. Et iram pande Dea. Et Vergilius, Arma virumque cano. Est autem vi sua in oratione principium, quòd primus actus in comedijs, vel tragedijs, quòd summa future fabulæ significatur. Erigitq; ad audiendum animos. Et quasi manũ porrigit auditori orator exordio: quòd eum introducat in causam, ne suspensus extrã detineatur, suspensus enim incertus est & errori affinis. Ex hoc etiam principij sine commodissimè vulgaria eius, & satis repetita elicientur præcepta. Nam si breuissima futura sit oratio, nihil opus est principio. Nam statim cognoscitur, de quo futurus est sermo. Ex quo fit vt reges, principes & egregij magistratus & ij omnes, qui sibi breui loqui desiderant, molestè ferant si sibi fiat quidquid exordij præcepta docent. Siquidem ex hoc, & prolixam orationem formidant. In longa ergo tantum oratione oportet exordij. Quòd ita commodissime fiet. Si proponamus sic de quo dicendum sit, vt auditorem intelligentem, attentum, & beneuolum faciamus. Intelligens autem fiet, si finem, quòd referendum est, exordium assequatur, vt doceat statim de quo sit oratio futura, & in quam rem sit auditori intendenda cogitatio. Et si numero explicabimus res, de quibus acturi sumus. Attentos autè auditores habebimus, si polliceamur ea, quæ dictu-

In longa tantum oratione exordij est adhibendum.

Quomodo sit exordij faciendus intelligens

ri sumus magna, noua, & incredibilia esse, aut ad eos, qui audiunt, aut ad magnos aliquos, & excellentes viros, aut magistratus, aut ad religionem, aut ad reipub. summam pertinere. Dicebat enim Prodicus, id similiter auditores ad audiendum excitare, vt si inter illos oscitantes, & dormitantes pecunia spargeretur. Beneuolum autem reddemus ex illis præceptis quibus beneuolentiam conciliari diximus. Beneuolentia etiam captatur. Si aduersarios in odium iram, & contumtionem adducemus, eo etiam modo, quem exposuimus. Aniamaduertendum tamen maximè est, vt hæc omnia ad eam ipsam rem, de qua dicendum est, sint accommodata. Secus enim non cohererebit exordium cum causã, quòd est maximum eius vitium. Ad eam verò rem aptas, & conuenientes trahemus sententias ex his locis, ex sua persona, vel ex auditoris, vel ex eius pro quo, vel in quem dicit persona, ex tempore, loco, rerum statu, vulgi opinione, de re, de iudicijs, de accusatore, de reo, ac cæteris huiusmodi. Quæ omnia antequam dicere incipiat animo perustrare, & attentè considerare debet orator, vt sententias & argumenta colligata, & consentanea rebus inueniat. Et hoc in præceptis ponatur, vt si quando tempus ipsum, aut res, aut locus, aut interuentus alicuius, aut interpellatio, aut ab aduersario dictum aliquod, & maximè in perorando dederit occasionem aliquam incipiendi, illam non derelinquamus. Nullum enim est aptius, quàm à re præsentis exordium. Cum verò honestum fuerit causæ

auditor attentus & beneuolus.

genus ipso per se proponendo satis auditoris fauorem & beneuolentiā comparabimus, ut opus non sit alijs uti præceptis exordij. Vel beneuolentiæ partibus utendum est, ut id, quod est boni augeatur. In obscuro uero, & difficili causæ genere, principio dociles & attentos auditores efficere oportebit. In humili quia periculum est, ne ab auditore omnino negligatur, attentus fiat. Ancipite uero causæ genere, quia est honestatis, & turpitudinis particeps, ne turpitudine ullam offensionem pariat beneuolentia captabitur. Sin autem eiusmodi genus est causæ, ut nobis auditorem alienet, quod tribus de causis solet accidere, uel quia ipsa causa habet turpitudinem. Aut quia est auditori aliquid persuasum ab ijs, qui antè dixerunt. Aut si eo tempore locus dicendi datur, cum illi apud quos dicimus audiendo defessi sunt. Tum non proponendum est per initium de quo sumus dicturi. Sed faciendum est, ut ait Aristoteles, similiter, serui faciunt, qui non respondēt ad ea interrogata in quibus obiurgatum iri putant, sed ad res adiunctas & circumstantes confugiunt. Hoc genus exordij rhetores appellāt insinuationem, quæ ita tractabitur. Si causæ turpitudine infectum reddit auditorē. Pro homine in quo offendimus, alius, qui diligitur, ut pater, uel auus, uel amicus, uel cognatus interponendus est. Vel pro re in qua offenditur alia res que placet, subiiciatur, uel homo pro re, aut res pro homine, ut ab eo, quod odit ad id, quod diligit auditoris animus traducatur. Et dissimulandum de ea re agendum, in qua uersari putas, si parum grata sit, quousque leniorem, & mitiorem auditorem effe-

*Insinuatio
ne quando
utendum, &
quomodo.*

ceris. Deinde pedetentim in rem ingredi, postquam non nihil à uia recta declinaueris. Sin ab aduersario persuasus fuerit auditor, oportet in principio illud ad dicendum proponere, quod firmamentum fuerit grauiusimum orationis aduersarij. Et maxime ijs, qui audierint probauerint. Aut ab aduersarij dicto initium facere, & ab eo potissimum, quod ille nuperrime dixerit, & magis commouerit. Sin audiendi de fatigatio auditorem ab alienauit à causa, uel simulandum est se uelle præterire principium, uel oportet polliceri breuius dicturum, quam paratus uenerat. Vel si res dabit uile fuerit ab aliqua re noua, aut ridicula, aut quæ ex tempore nata sit incipere, aut apologo, & fabula, que contineat irrisionē. Sin uero res huiusmodi fuerit, ut iocum non patiat, uile erit aliquid nouum, horribile uel triste in principio ingerere. Nam sicut cibi fatietas aliqua re dulci, uel subamara leuatur. Sic animus defessus audiendo, uel risu, uel admiratione renouatur. Denique per insinuationem, idem, quod per exordium præstabimus, sed occultè & per simulationē nos in causam insinuabimus. Exordiorum autem hæc sunt certissima uicia, uulgare, quod in plures causas potest quadrare. Commune quod in contrariam partem potest accommodari. Commutabile quod leuiter commutatum in contrariam partem potest dici. Longum cum ultra quam satis est producit. Separatum quod est aliunde, & non ex ipsa causa petitur, translaturum, cum non præstat quod opus est, sed aliud ut docilitatem pro beneuolentia, aut principium adhibeat, cum insinuationem causa postulet. Con-

Exordij uicia.

tra præcepta, cum nil eorum quæ præcipiuntur, & quorum causa exordium est quaesitum, efficiat. Hoc est neque conciliat auditorem, neque docilem, neque attentum reddat. Ac de exordio satis dictum est deinceps ad narrationem proficiscamur.

Cap. 8. De narratione.

Secundum exordium de narratione præcipimus, quod in orationibus popularibus fere semper narratio sequatur exordium, ut in multis orationibus Ciceronis cernere licet. Aliquando tamen prudenter aliqua interponitur. Ut ab eodem Cicero in ea, quam pro Milone commentatus est, tres quaestiones sunt interpositæ, quas eloquenter & artificiose ante narrationem secundum principium perfectus est, utrum uim ui repellere liceat, utrum senatus præiudicio Milo fuerit condemnatus, utrum sit Miloni Põpeius aduersus. Iudicio igitur opus est & oratoris prudentia ad cognoscendum quando commode possit narratio differri. Multi uero auctores uariè narrationem partiuntur, ut aliud eius genus sit ciuile, aliud digressorium, aliud remotum. Rursus huius duas esse partes tradunt, alteram in negotijs, alteram in personis positam. Eius quæ ad negotia spectat, tres sunt species, fabula, historia, argumentum. Nulla tamen præcepta tradunt de uariis horum generum tractatione. Inutilem uero eam diuisionem iudico præceptionis rationi, ex qua uaria non ducuntur præcepta. Primum ergo nos totum narrationis genus persequamur, deinde ad eius formas

Locus narrationis.

Quomodo quidam auctores narrationem partiantur.

perueniemus. Narratio est rei gestæ aut ut gestæ expositio. Eius tres uirtutes ponuntur, ut breuis ut uerisimilis, ut aperta sit. Sed primam uirtutem Aristoteles irridet nec magis ad narrationem quam ad exordium, ad confirmationem ad totam denique orationem spectare putat. Semper enim illud maxime seruandum est nequid nimis neque ultra modum. Non enim aliter intelligendum illud ut breuis sit narratio si uera uirtus eius sit. Quare neque breuis neque longam futuram esse censeat narrationem, sed mediocrem. Cui ego accedo: commodeque in huiusmodi uirtutem cadunt ea præcepta quæ de breuitate ab auctoribus dantur. Erit igitur mediocris & moderata narratio uerbis & rebus. Uerbis si nihil repetamus, sed semel unum quodque dicitur. Si non ab eo in quo proxime dictum est desinens incipietur ueluti Salmantica Toleum uespero uenit Ioanes, ubi Toleum aduenit, insidias parauit mulieri insidias postquam parauit, uim in loco attulit. Rebus autem erit moderata, si non ab ultimo repetetur, sed ualde necesse fuerit inde initium sumatur, si satis erit summam dixisse non particulatim dicitur. Si enim satis est factum, dixisse nihil est quod modus, quo factum fuit, commemoretur. Si ad alias res nunquam transeat neque deerrabimur ab eo quod ceperimus exponere, si id, quod obest, & id, quod nihil prodest, prætermittatur. Nam multi decipiuntur breuiter se dicere putantes, quod paucis multa dicant. Non enim satis est res multas breuiter dicere, sed non plures quam necesse sit. Quare non breuiter dicit, qui ita dicit, accessi ad ædes, puerum euocavi, res

Quid sit narratio.

Narrationis uirtutes.

pondit. Quæsi dominum, domi negauit esse. Quia licet breuiter ista dicantur. Tamen satis erat dixisse, ad ades eius accessi & puer domi negauit esse. Neque illa breuis, sed potius est longa narratio licet breuissimè res multæ narrentur. In portu ueni, nauim prospexi, quati ueheret interrogauit, de pretio conueni, cõcedi, sublate sunt ancoræ soluius oram, prouecti sumus. Nam dicere sufficiebat è portu nauigauimus. Ita ergo dicitur ut, nonnunquã ex eo quod dictu sit id, quod præterea factam sit intelligatur: ut si dicam me ex prouincia redisse, profectu quoque in prouinciã intelligitur. Si dicam mihi esse filium iuuenè, illa intelliguntur, uxorem duxi, natum su stuli, filiu educaui, in adolescentiam perduxit. Quamobore superuacuu fuerit illa narrasse. Moderata etiam narratio postulat, ne longius procedatur, quã scitu opus est. Huiusmodi etiam dictiones mediocritatẽ & moderationẽ narrationis demonstrant. Quas causas habuerit necandi quos socios assuplerit, quas fecerit insidias cum omnia planis argumentis probauero dicam. Et illa Cicero nis Moritur Fulcinius. Multa enim, quæ sunt in re, quia remota sunt à causa prætermittam. Et illa eiusdem, adhuc Cæsar Q. Ligarius omni culpa caret, domo est egressus, nõ modò nullu ad bellu, sed ne ad minima quidẽ belli suspitione, & cetera. Et illa trãsitio. Audistis, quæ acta sunt accipite nũc quæ insequuntur. Ad summam breuitas, vel ut uult Arist. mediocritas narrationis spectatur in eo, non ut minus, sed in eo ut nihil plus, quã oporteat, dicatur. Verissimilis autẽ narratio erit. Si res omnes inter se ita cohærebunt, ut apte

sint nature moribus & opinioni. Nature ut si patre aut matre filio adesse & eius crimina occultare dicamus morib⁹ ut si christianu Christu colore, Mahometanu Mahomete narremus. Opinioni, ut si de Hispanis insolentia, de Romanis ambitio exponatur. Ita spatia temporu personaru dignitates, consilioru rationes, locoru oportunitates consistere debent. Id enim ueritas postulat, quare uerisimilitudo ex his rebus petenda est. Ac deniq; illa uerissimilior erit narratio, quæ plura argumenta & planiora suppeditabit, cur ita esse ut narratur, putetur. Et qui probabilẽ quantum in se est uoluerit narratione efficere ex locis notatis rationes omnes delibabit & carpet, quas postea in cõfirmatione amplificaturus est. Quare personas, causas, definitiones ea, quæ per se & quæ per alia loca, tẽpora, occasiones & auxilia & cetera perstringat in narratione saltẽ. Et illud per totã narratione maximẽ tenendum est memoria, ne parum inter se quæ dicentur conueniant, aut ullo modo pugnent. Quare si aliquid sinxerimus, & molumentum nostri causa metiti fuerimus, illud est obseruandum, quod monet uetus prouerbium, oportet mendacẽ esse memorem. Ita igitur uerissimilis erit narratio. Aperta uerò erit narratio, si res ita narrentur, ut gestę sunt vel ut geri potuissent: & reru & temporum seruetur ordo: & ut quodque primum gestu est, ita primum exponatur. Et tota narratio sic distincta sit rebus, personis, locis tẽporibus & causis ut nihil sit cõortum, & perturbatu, sed omnia illustrata sint & explicata. Ea etiam, quæ de oratione delucida præcipiuntur in rhetoricis multum con-

Narrationis diuisio.

conducunt. Hæc igitur tres uirtutes ad totum genus pertinent narrationis. In ciuili autem causa narratione supersedendum est, vel quãdo non est aliter narrandum, quã ab aduersario narratum est. Vel quãdo tota nobis obest & animum iudicis offendit narratio. Tunc enim per partes est confirmatio & confutatione mitiganda. Est autem narratio alia simplex alia illustrata. Simplex est, quæ res gestę ieiunè & exiliter sine ulla maiori amplificatione exponuntur, quæ & ciuilis uocatur, quia ea rhetores incuilibus causis antequam ad confirmatione uerent utebantur, ita testes sua testimonia dicunt ita in ciuilibus comertarijs res gestę memoria mandatur. Ita Cæsar elegantissimè sua commentaria scripsit. In hanc narrationis formam quadrant illa, quæ quidã de toto narrationis genere inutiliter ut eos Quintilianus reprehendit, præceperunt. Nequa fiat in illa excursio uel à iudice acursio, ne alienę personę uox detur aut alius, quã nos loquens interponatur, ne argumentum, ne animos commoueamus. In hanc etiam narrationem cadit, quod uolebat Trogius Põpeius ut refert Iustinus in omni historia seruari & Polibio & Petro Bembo in suis magis placet ne orationes uirorum, quarum mentio fit in historia, ex eoru persona, sed ex eius, qui historiam componit, recitetur. Hanc narrandi rationem maximã partem sequuntur, qui eglogis & comedijs aliquid enarrant. Et ad eã spectat, quæ in oratoria facultate de humili figura, dicitur. In hac ergo forma narrationis mitius & lenius omnia exponunt, neq; exardere decet in omni genere amplificatio-

nis. Eam tamen attingit primum affectuum genus, quod in moribus uersari diximus & *in rebus* nominauimus: quæ oratio morata uocatur, & hanc quartam cuiuscunq; narrationis uirtutem quidam esse putarunt. Narratio uerò illustrata est, quæ res gestę eũ amplificatione & exaggeratione explicantur. Hoc in genere narrationis multa inesse debet festiuitas, grauitas, & facundia confecta ex rerum uarietate animorum dissimilitudine, gratia, lenitate, spe, metu, suspitione, desiderio, dissimulatione errore, misericordia fortunę cõmutatione, in sperato incõmodo subita lætia, iucundo exitu reru. Caput denique hoc genus omnes affectus omnesque animorum concitationes omnem apparatus & dicendi splendorem. Qui hac utuntur narrandi ratione reprehendi non debet, quod alias personas loquentes inferant. Nam id in luminibus sententiarum numerant oratores. Ita etiã narrauit Homerus, Virgilius Tucidides Titus Liuius & alij eximij & eloquentes uiri. Neque mirari debet quisquam, quod miscant cum oratoribus poetas. Est enim finitimus oratori poeta: numeris astrictior paulo uerborum autem licentia liberior, multis uerò ornandi generibus socius ac pene par, ut Cicero auctor est. Hæc uerò tripartitò diuiditur. Nam alia refertur ad ueritatẽ, alia ad demonstrationem, alia ad delectatione. Quæ ad ueritatem historia est, quod est munus magnu eius qui perpetuam potest oratione conficere, fortẽque & flumine orationis & uarietate maximu. Huius prima lex est, ne quid falsu dicere audeat, deinde nequid ueri non audeat, nequa sit in scribendo suspicio gratiæ,

Illustrate narrationis diuisio.

gratię, aut simultatis. Eius autem cōpositio constat ex rebus & verbis. Rerum ratio ordinem temporum postulat regionum descriptionem. Et quoniam in rebus magnis memoriaque dignis consilia primum, deinde acta, postea euentus considerantur, oportet de consilijs significari quid scriptor prober: & in rebus gestis declarari nō solum quid actum, quid dictum sit, sed etiam quomodo. Et cum de euentu dicatur, ut causę exponantur omnes, vel casus vel sapientię, vel temeritatis, hominumque ipsorum non solum res gestę, sed etiam de vita atque natura eorum, qui fama ac nomine excellent. Verborum autem rationem explicabit rhetoricus. Ea verō quę ad demonstrationem referuntur consistit in alicuius hominis laude vel vituperatione. Quę cum trahatur ex eius actis, non simul omnia debent narrari, nam nec facile memoria tenerentur nec satis expedite amplificatione postea explicarentur. Quamobrem potius esset implicata & obscura, quā explicata & illustris oratio. Quare per partes narrentur, & ut quodque narrabitur ita rhetoricę augeatur & ornentur. Quod apte tunc, & ratione fit si res eius gestę in genera distingantur, ut ea ex quibus iustus apparuit in vnum locum conferantur, ea ex quibus fortitudinem ostendit, in alium. Sic enim facilius memoria cōprehenditur & planius illustrabuntur. Ita enim Cicero eam accusationem quam domi meditatus criminum, quę Verris in prętura Siciliensi commisit, artificiosę disposuit. Nam eius quatuor extremę orationes secundum quatuor criminum genera diuiduntur, quibus singulę

ascribuntur orationes. Ut de iure dicendo, de re frumentaria, de signis ablatis, de supplicijs. Ex quorum criminum narratione intelligi licet, quantum simplex narratio ab illustrata differat. Nam aliquando omnes adhibet exornationes & in omnes ardet affectus. Etenim circa verbera cuius Romani vehementissime commouet animos conditio ne ipsius, loco iniurię, genere verberum animi, quo toleraret commedatione. Quid Philodami casus? nonne incendit inuidiam, excitat indignationem, lachrymis omnia complet. In genere verō deliberatiuo nulla opus est narratio. Quoniam totum in rebus futuris versatur, de quibus nō est narratio: quia prorsus ignorantur, sed consiliū. Eam verō narrationem quę ad delectationem refertur totā poetę vsurpant. De quibus Democritus & Plato dicebant neminem bonum existere posse sine animorum inflammatione. Boni verō poetę ita dulces sunt ita molliunt animos nostros, ut non legantur modo, sed etiam ediscantur. Nam veritatem contēnendum voluptati & animorum delectationi inseruiant mores hominū rarijs modis ostendunt animos commouentes. Vel spe detinent vel metu frangunt, inuidiam odium indignationem excitant lachrymas afferunt, ut prę fletu non possint aliquando legi res minutissimas, ut res describant commemorat. Quare illud breuitas pręceptum passim & liberę videant. Ut summam, & non particulatim narretur, ut id quod dictum non sit ex eo quod dictum sit, intelligatur. Nam Homerus non modo narrat Agamenonem è lectulo surrexisse, & vestitum esse, sed

sed multas etiam vestes speciatim persequitur. Non solum affectus narrant, sed corporis etiam motus qui comitantur affectus, quorum solet esse iucunda narratio, si notū pręsertim auditoribus sit, tales motus tales affectus sequi, ut Homerus, ut quendam flere significaret, dixit facies manibus admovebat. Nā quando lachrymas non tenemus, manibus oculos tegere solemus. Suavis denique esse debet poetę narratio. Quare habeat admirationes, expectationes, exitus inopinatos, motus animorū, colloquia personarum, dolores, iracundias, metus, letitias, cupiditates. Vnde Homerus ab Aristotele suauissimus esse notatur, quod tam frequentia in eo sint personarum colloquia, ut ad modum pauca ex sua persona, multa valde ex alterius persona dicat. Ac de narratione ista sufficiant.

Cap. 9. De confirmatione.

Partitio cōfirmationis

Sequitur ut de confirmatione differamus eius tres sunt partes, partitio, approbatio, confutatio. Rursus partitio duas habet partes, propositionē, & distributionē. Propositio est, qua proponimus quid nobiscū aduersario conueniat & de quo cōtrouersia sit. Illud verō quod conuenit debet pro se ad suę causę utilitatē impellere. Ut qui Orestis litē intenderet, ita proponeret, interfectā matrē esse à filio conuenit mihi cum aduersarijs. Contra verō ita proponeret Orestes. Interfectū esse à Clytemnostra Agamenonē mihi conuenit cum aduersario. Distributio est breuis numeratio eorum de quibus erimus dicturi. Quasi fit, ut certas animo res teneat audi

tor, quibus expositis fore peroratū sciat. Perspicuē verō & breuiter & absolute & distributionem fieri cōuenit. Perspicua erit si nihil in ea cōtortū ponatur, sed plano & simplici verborum ductū exponatur. Nihil enim turpius, quā id esse obscuro, quod in eum adhibetur vsū, ne cętera sint obscura. Breuis autē est si nihil superfluum assumatur verba tantum necessaria proferantur. Rebus enim & partibus causę non extraneis vllis ornamentis in hoc genere tenendus est auditor. Non enim queritur, quid dicamus, sed de quo sumus dicturi. Breuitatē in enumeratione ita Cicero ad Herennium seruari vult, si non plūs, quā trium partium numero sit. Sed certē ipse pro lege Manilia, bis quadri partitō distribuit. Ego enim sic existimo in summo imperatore quatuor has res in esse oportere sciatam rei militaris, virtutem, auctoritatem, & felicitatem. Et iterum genitū est huiusmodi & cętera. Nam paucis interiectis integer locus à me ponetur. Quare hoc pręceptū merito non placet Quintiliano. Absoluta verō erit, si omnia genera, de quibus dictio futura sit, amplectatur. In qua videndū est, nequid desit vel super sit. Deest autem si genus aliquod vtile relinquitur aut sero, quod est vitium maximū extra partitionē infertur. Superest verō. Si genera ipsa rerum permistē cum partibus sibi subiectis implicentur. Ut si quis ita distribuatur, Ostendam propter cupiditatem & audaciā, & avaritiam aduersariorum hanc calamitatem Remp. accipisse. Vitiosa hęc partitio est, quoniam cupiditatē generi eius subijctur species avaritia. Sed quando propositū genus plures

plures habet partes comode quando ad illud explicandum peruenitur, numerabuntur. Ut confirmatio ne numerata in partibus perpetue orationis, eam in partitione, approbationem & confutationem diuisimus. Super est etiam si multis propositis partibus, vna ita valeat & emineat, vt si per se sola demonstratur, cetera inutilia sint, vt huiusmodi distributio ostenda aduersarios, quod arguimus potuisse facere, & voluisse & fecisse. Nam fecisse ostendere satis est. Et ex hoc precepto non nulli illam pro Cluentio Ciceronis partitione improbarunt, quia ita se dicturum pollicebatur. Primum neminem maioribus criminibus, grauioribus testibus in iudicium vocatum quam C. pianicum: deinde preiudicia esse facta ab his ipsis iudicibus, a quibus condempnatus sit. Postremo iudicium pecunia non tentatum a Cluentio, sed contra Cluentium. Quia si probaret tertium frustra in alijs tempus cotereret. Quod si quis ita voluerit in causa veritari, prudenter distributionem pretermitteret. Nam cum illud, quod ita potens est & eminet, auditur, cetera contemptis ad illud solum anhelat auditor. Illud etiam defensionis & distributionis genus multis non probatur. Si occidi recte feci, sed non occidi. Quorsum enim attinet de primo dicere, si sequens firmum sit. Ad hoc tamen inutile genus non spectat illa Ciceronis egregia pro Milone defensio. Qua insidiatore primum Clodium ostendit, tum ex abundanti adiungit. Licet non fuisset talem tamen ciuem cum summa virtute interfectoris & gloria necari potuisse. Illa etiam absolutissima est pro Muræna distributio. Intelli-

go iudices tres totius accusationis partes fuisse & earum vnam in reprehensionem vite, alteram in contentione dignitatis, tertiam in criminibus ambitus esse versata. Breuiter etiam & aperte senex in Andria apud Terentium, Eo pacto & nativam & consilium meum cognosces & quid facere in hac re te velim. Hoc etiam in preceptis esse voluit Cicero & Quintilianus: Ut eo ordine singule partes tractentur, quo expositæ in partitione sunt. Sed certe Cicero non indocte pro lege Manilia eam partitionis partem primo prosecutus est, quam extremo loco posuerat. Aut enim genus enim est huiusmodi, quod maxime vestros animos incitare & inflammare debet. Agitur salus sociorum atque amicorum, pro qua multa maiores nostri, magna & grauius bella gesserunt. Aguntur certissima populi Romani vectigalia & maxima. Aguntur bona multorum ciuium. Delenda est vobis illa macula Mithridatico bello superiore suscepta. Agit primo de hac vltima & tertia parte deinde de alijs. Non semper autem est necessaria distributio, quim potius esset absurdum diuidere, quod est simplex. Et licet partes habeat possunt artificiose in principio non distribui. Quia gratiora nonnulla sunt, si non domo allata si ex ipsa re nata aut subito inuenta videantur. Vn de ille non in iucunde figuræ. Pene excidit mihi, Fugerat me. Recte admones. Nam varijs modis auditoris animus subeundus est. Hæc de partitione, sequitur approbatio quæ est, per quam argumentando nostre causæ fidem adiungimus. Hæc autem pars satis copiose est a nobis tractata cum de

Approbatio.

toto

toto argumentationum genere ac de singulis eius formis necessaria & probabili egimus, variaque locorum genera ostendimus ex quibus argumenta ducantur ad fidem faciendam, rationemque demonstrabimus, connectendi argumentum cum partibus questionis, vt concludat propositum. Hoc igitur tantum restat vt hoc loco doceamus, quomodo multorum argumentorum fiat dispositio, tanque militum instructio. Vt non modo vnus cuiusque argumenti vi, sed etiam multorum impetu aduersarium infringamus. Argumenta igitur aut firma sunt, aut infirma. Firma collocanda sunt, primo & vltimo loco. Primo vt auditoris expectationi respondeamus. Vltimo vt dicere desinentes bene firmam aliquam argumentationem in animis auditorum relinquamus. Siquidem facilius nuperime dictum memorie mandatur. In firma vero simul in medio disponatur. Nam quæ per se parum valerent ad probandum eis qui valent adiuncta adiuuabunt. Et singula, quæ separata essent in vtilia, coniuncta vtilitatem afferent. Et si non valent, quia magna non sunt valent quia multa sunt. Vt si quis hæreditatis causa hominem necesse arguat. Hæreditatem sperabas & magnam quidem hæreditatem, pauper eras. Et tum maxime a creditoribus appellaberis, offenderas eum, cuius hæres fueras institutus & tabulas mutaturum timebas. Singula leuia sunt, vniuersa feriunt & repellunt aduersarium, si non vt fulmine tamen vt grandine. Iam de confutatione dicamus extrema confirmationis parte. Est autem confutatio per quam argumentando aduer-

Quomodo multorum argumentorum vi fiat dispositio.

Quid confutatio.

sariorum confirmatio diluitur vel infirmatur vel alleuiatur. Eius duæ sunt partes: nam vel confutamus aduersarij sententiam vel argumentationem. Aduersarij sententia confutatur argumentis, quibus altera pars contradictionis probatur. Vt si dicat aduersarius ita esse, ego probō ita non esse. Quare ex iisdem locis petenda est, ex quibus approbationem peti diximus. Propterea que eadem loca, quæ suppeditant argumenta ad approbandum, suppeditant etiam ad reprobandum. Altera vero pars, quæ spectat ad argumentorum confutationem ex eis, quæ docuimus in fallacia accidentis, & in altercatione de diluendis & dissoluendis argumentis tota cognoscenda & tractanda est. Et hæc de confirmatione: deinceps ad perorationem transeamus perpetue orationis vltimam partem.

Cap. 10 De peroratione.

Peroratio est artificiosa conclusio, quæ tres habet partes enumerationem, indignationem, & conuersionem. Enumeratio est, per quam capita totius approbationis & confutationis per totam orationem diffusam atque dispersam in vnum locum coguntur, & vnū sub aspectum subiunguntur. Capita voco, quod est in vnaquaque argumentatione nostra & discussione aduersæ grauissimum: quæ omnia quam breuissimè transeantur, vt non oratio, sed memoria renouata videatur. Quæ ob eam rem vtilis est, quod auditoris reficit memoriam, & totam simul causam ponit ante oculos, vt quod singula forte non fecerunt omnia simul præstent. Hæc autem

Peroratio quid.

autem

autē numeratio dupliciter fieri potest, vel capita approbationis deindeque confutationis recensendo, vel illud habetur commodius & artificiosius suas tangere argumentationes, & cum eis contrarias miscere. Ut cum tuam argumentationem dixeris, statim ostendere, quemadmodum dilueris id, quod contra eā afferebatur. Ita breui comparatione approbationis & confutationis memoria redintegrabitur. Quocumque autem modo enumeratio fiat, pondere aliquo exhibenda est, & captis excitanda sententijs, figurisque varianda. Est enim odiosum, si recta illa repetitione velut auditoris memoriam diffidere significetur. Nam id est potius munus docentis quam perorantis. Variæ verò occasiones nascuntur, vel ex aduersariorum dictis, vel ex iudicibus, vel ex toto consensu, vel ex causis ipsis, quibus adductos fuisse ad enumerandum significare possumus. Quas prosequi inutile censet Quintilianus, ne solæ videantur. Aliquam tamen viam eas inueniendi demonstrare conuenit, licet enim numerare vel ex nostra persona vel aliena vel ex rebus ipsis. Ex nostra licebit vel aliàs ad distributionis partes singula capita referre, ut in duas partes cum nostrâ causam partiti fuerimus, primâ his & his argumentis comprobauimus secundam verò his & his. Aliàs singillatim omnes argumentationes, pertransire. Aliàs hæc facere per comparationem suarum & contrariarum argumentationum. Aliàs ab auditore quid amplius desideret querere, cum hæc & hæc videat. Licet dubitare numquid nos fugerit, aut quid aduersarij respondebunt his & his. Aut quam spem accusa-

Quid in peroratione cauenendum.

Variæ occasiones ad enumerandum in peroratione.

tor habeat omnibus ita defensis. Illud verò commodissimum est, si contingat ex aduersario occasionem enumerandi sumere. Ut relinquit hanc partem causæ, quia his argumentis resistere non poterat. Ad proces confugit & merito, cum sciret hæc, vel his vrgeretur. Cicero per deorum inuocationem, spoliata à Verre Prætoris templa dinumerat. Ex aliena persona numerare licebit. Si personam aliquam inducamus, cui totam enumerationem attribuamus, hoc modo. Nam si legis scriptor existat, & querat à vobis, quid dubiteris? quid possitis dicere cum vobis hoc & hoc sit demonstratum. Alienam induxit optimè Cicero in Verrem, si pater ipse iudicaret, quæ diceret, cum hæc probarentur, & deinde dinumerationem subiecit. Ex rebus ipsis enumerandi occasionem trahemus, si quemadmodum personæ, ita & legi, loco, vrbi, monumento attribuetur oratio per enumerationem, hoc modo. Quid si leges loqui possent, nonne hæc apud vos ita quererentur? Quid nam amplius desideratis iudices, cum vobis hoc & hoc planum factum sit? Reliquæ duæ per orationis partes indignationem & conquestionem, ad motus pertinet animorum vel odij vel inuidiæ vel indignationis vel misericordiæ & commiserationis, de quibus satis à nobis dictum est, cum loca ad animos commouendos exposuimus. Ex quibus argumenta ad hæc persequenda ducenda sunt, sicut ex locis probabilibus petuntur argumenta ad confirmationem. Nunc absoluta difficillima dialecticæ parte oratione per-

Due per orationis partes.

perpetua, atque ad omne causæ & doctrinæ genus accommodata. Deinceps pauca, quæ restant, quibus totum complebitur dialectici munus prosequamur.

Cap. 11. De via declarandi sciencias.

Oratio perpetua narando vel argumentando procedit, narratio est rerū gestarum, argumentatio est rerum omnium. Historiæ verò est narrare philosophiæ argumentari. Quando sermonem narrationis habuimus, ostendimus rationem historiæ componendæ. Superest vt doceamus quomodo sint Philosophiæ partes disponendæ. Quas vel persequitur orator vel poeta. Oratori illud est in primis præceptum religiosè seruandum, ne misceat atque confundat diuersa rerum genera: sed ea separet & in dictione destinguat. Quo præcepto Arist. est aggressus, quod nullus ante philosophum tentauerat, vt varias sciencias & artes ex tota illa philosophiæ confusione secerneret, & vnicuique munus suum pensumque constitueret. Quo tanto exemplo ille artifex erit & nomine dialectici dignus, qui quantum rem sibi propositam ad dicendum ita prosequatur, vt à proposito nunquam aberret. Quod quidem præstabit si reiiciat aliena & propria complectatur. Propria sunt definitio & eius partes, genus & differentia causæ & effecta, & quæ definitionē consequuntur sua vi, quod propriū rei metaphysici vocant & aliena vi, vel per accidens præsertim, si eiusmodi sunt accidentia, vt à re separari non possint: contraria item & alia huiusmodi. Ea verò aliena

Oratio perpetua duas vijs procedit.

Quomodo sint philosophiæ pars distribuenda.

sunt, quæ ad rem nullo modo pertinent. Est etiam animaduertendum, quod si de genere sit agendum congruenter, & aptè ad eius formas delabimur, sin autem de forma non ita conuenienter ad genus regredimur. Nam longè petita videtur oratio. Quare nulla scientia commodè tangit ea genera in quibus metaphysica versatur. Denique acris est ingenij, atque iudicij copiosè dicere, & à proposito nunquā declinare. Sed postquam res multæ fuerint inuentæ de re proposita, artificio opus est ad eas commodè disponendas. Tota verò huius rei doctrina hoc vno breuissimo præcepto continetur, vt à notioribus generalioribus, simplicioribus ad ea, quæ minus talia sunt oratio progrediatur. A notioribus progressus est in omnibus suis libris Euclides. Et eo magis est hoc præceptum tenendum si via muniatur ex eo quod probatum & demonstratum est ad aliud probandum & demonstrandum. Vt in ipsis libris Euclides illucet quorū omnes partes, ita contextæ sunt, & inter se aptæ, vt ex principijs ostendantur conclusiones, & ex alijs conclusionibus alias & ex alijs alias, & ita deinceps. Cum disserui de demonstratione explanavi quo pacto ex notioribus scientiæ & rerum cognitio ducatur. Sed illa præceptio ad singulas spectat ratiocinationes: hæc verò ad multarū ratiocinationū congruentē dispositionē. Ex generalioribus procedit in physicis, & in ethicis Arist. Nam prius agit de rebus illis communibus omni corpori naturali materia & forma, motu loco & tempore. Deinde de horū formis, celo, ortu & interitu & alijs. In ethicis primo finē tractat, qui mores & actiones eas attin-

Quomodo præcepto recta tradenda doctrinae ratio continetur.

Q. gen.

gētes cōmitatur, deinde de vniuerso vitij & virtutis genere, ac postea de vitorū & virtutū formis. A simplicioribus orditur Aristoteles dialecticā, & eam perducit ad extremū. Prius enim categorias, deinde nomen & verbum persequitur, postea orationem ac deinceps enunciationem, ratiocinationem & alia magis concreta & coagmētata. Hoc etiam filium retinet auctores ij, qui generaliora consecantur. Nam species admistiō est & copulatio, quā genus. Nec verò tota scientia arte tantum pertractanda hoc præceptū conseruandum est, sed singulis eius partibus & toto doctrinæ ductu ante oculos versari debet, vt nusquam à vera doctrinæ norma recedamus.

Cap. 12. De poetarum ratione in rebus explicandis.

Poetæ verò aliam lōgè diuersam rationem ineunt in perpetua oratione componenda: poetam verò voco, non qui numeris omnia verba astringat. Nam ita Empedocles sermones de natura composuit, & Antonius Nibrisensis grammaticam, tamen illè potiùs physicus, iste verò grāmaticus, quā poeta habetur. Sed poeta fit, nō veritate docenda, sed imitanda, non veris rebus narrandis, sed eorum imagine exprimenda. Est enim sicut pictor, cuius munus non est res veras efficere, sed earum effigiem & simulacrum reddere. Quare poeta non alia re magis, quā imitatio ne cōstituitur: vt enim dictum est, omnis poetarum ratio ad delectationem refertur. Est autem hominibus imitatio iucundissima. Etenim imitatione multa discimus, à pue-

Quare potissimum quis poeta fiat.

ris enim imitando parentes vel magistros loqui, scribere, canere, saltare discimus. Nam homo præter cætera animalia est ad imitationem aptissimus. Quare multū imitatione delectatur. Ex quo fit, vt nonnullæ res effictæ voluptatem afferant, quæ naturales & veræ displicerent. Vt cadauera, venenata, truculentæ & sanguinariæ bestiæ. Si verò res antè veras & naturales vidisse non recordamur, non ita oculi pictura tenentur, quod imitationem non complectamur. Quoniam verò res humanæ aptiores sunt ad imitandum & oratione exprimendum, tota fere in earum imitatione poësis versatur. Quod si de dijs loquuntur aliquando & illorum actiones exprimere conantur, rerum humanarum similitudine dictionem dirigunt. Poeta igitur ex fabulis potiùs, quā ex versibus dicitur. Quod si ad res veras aliquando eius perueniat oratio, non idcirco poeta esse desinet. Quandoquidem ex eijs, quæ gesta esse finxit nihil impedit, quominus aliqua vel gestaverè sint vel geri potuerint. Est ergo poeta dictione, iucundus & suavis imitator rerum humanarū. Imitatorem appello, vt ab eius officio veritate exclusa fabulæ locus relinquantur. Imitatur autem actiones humanas, ex quibus fabula existit. Quare si fabulam prætermittat, licet res alias exhibeat, quibus ornatur poema, iucundus esse nō potest. Sicut pictor si tabulā omni fucu colore varijsq; pigmentis cōpingat, si nullā rerum imaginem referat, minus erit iucundus, quā si alius candido tantum & nigro colore aliquid imaginis exprimeret. Dictione imitatore vocamus, vt illum à

In quo fere tota poësis versatur.

Poeta quis.

pictore

pictore distingamus. Vnde rectè illud dictum est, poëma picturā esse loquentem: pictura verò poëma esse tacentem. Suauem illum esse volumus dictione. Ob eam rem numeris se astringit versumq; omni iure sequitur. Quo ita dulces poetæ sunt, vt non modo legantur, sed etiam ediscantur. Quam eius partē rhetorica explicat, dialectica verò, quæ ad inuentionem spectat. Tenere debet enim poeta omnem ad vnum dialecticę præceptionem. Nam ea omnia officia tractat, quorum dialectica præcepta dat. Siquidē narrat, cohortatur, cōsolatur, præcipit, admonet: sunt enim hæc actiones humanæ. Itē quæstiones illas vagas latissimèq; patentes persequitur de rebus bonis aut malis experēdis aut fugiēdis, honestis aut turpibus, vtilibus aut inutilib; de virtute, de iustitia, de continētia, prū dētia, de magnitudine animi, de liberalitate, de amicitia, de fide, de ceteris virtutibus, cōtrarijsq; vitijs. Itemq; de Rep. de imperio, de re militari, de disciplina ciuitatis, de bello, de pace, de dijs, de hominibus, de cælo, de orbe terrarū de mari, de terra, de architectura, de astrologia & medicina. Ad res denique omnes poetę facultas spectat, sicut dialectici. Et hæc etiā de causa Plato poetas cōparat cū pictoribus, quod sicut pictores vrbes & amplissimas ædes depingūt, quas cōstruere nesciūt, ita poetæ de republica loquuntur, cū nunquā respublicas vllas administrauerint neq; eorū legibus fuerint stabilitæ. Cū verò poeta res vllas gestas narrat, historicum imitatur & eius de ordine temporū & regionum descriptione præcepta seruat. In eo tamē eū vincit & multū excellit. Quod historicus res nar-

In quo poeta vincit & imitatur historicum.

rat, vt gesta sunt, poeta verò vt geri oporteret. Quāobrem longè sapiētior est, nam circa rem versatur vniuersam, historicus circa singulam. Quia verò histōria est rerū humanarum, in quibus poeta cernitur. Varię res humanæ varia reddiderūt historię genera, varias verò historias; varijs consecuti sunt poetę. Nam histōria vel est de illustribus & ægregijs, vel de vilib; & humilibus reb; ita & poema vel componitur de viris magnis vel de vilibus & vulgaribus hominibus. Primū genus vocat epicū vt Ilias Homeri & Odyssea & vergilij Æneidos. In quo genere auctor aliquando nomine suo loquitur, vt historicus hoc tñ rariùs quia in hoc imitatorē non agit. Sæpiùs verò ex aliena persona: inducit. n. deos, reges, imperatores, duces, viros sapiētes secū vel alijs loquentes, iubētes, pollicentes, hortantes, monentes increpantes, minantes & alijs hominum muneribus fungentes. Quod illorū mores & actiones effingunt & ante oculos ponunt. Præcipit autem Arist. Homeri exemplo, vt hoc poemate rerū series vna fabula connexa & apta sit. Vna verò fabula est non quod de vna persona sit, sed quod vnā actionem contineat. Si enim, quæ ab vno gesta sunt, inter se se non sint colligata sed varijs actionibus distincta, minimè decet vno poemate cōprehendi. Nam vni poemati vnā respōdet actio. Sicut vni picturæ vna histōria, & que madmodū inconditū esset & inconcinnum vna tabula plures historias nullo modo inter se copulatas cōpingere, ita vno poemate plures actiones nulla ratione inter se cohærentes exprimere. Quare reprehēdunt ab Arist. ij, qui Heracleida, & qui Thescida cō-

Arist. præceptum in poemate.

Q. 2. posue-

posuerunt, qui res omnes ab Hercule & Theseo gestas vno poemate complectebantur. Id enim potius historici munus est, sicut & res vno eodemque tempore diuersis in locis gestas narrare. Secus diuinus Homerus. In quo sicut multis alijs rebus, vel suapte natura vel artificio quodam singulari excellit, qui Odysseam conuincens non omnia, quae circumferuntur Vliis acta cōtexuit: vt quod in monte Parnaso vulnus acceperit & in ducū consilio insaniam simulasset. Sed vnam fabulam Odysseam, & Iliadem aliam vtranque per se exprimens, earum tantum rerum vel fabularum mentionē fecit, quae erant vtrique aptae, atque coherentes. Quare filium nonnullorū epicorū poematum ab Italis his temporibus editorū, nec Homero nec Aristoteli probaretur. Qui poemata varijs multūque distinctis fabulis & non ad vnam personā dūtaxat, sed etiā ad multas spectantibus conseruerunt. Aristotus verò non contēndus poeta epicus est, quod licet hoc praecipū valde violauerit alia multa peritē & scienter tenit. Nam & moratus est, & decorū seruat in personis, & perturbationibus, & cognitionibus abundat, & ipsae per se fabulae nō sunt ingratae. Odysseam verò & Iliadem, adeo hac lege Aristoteles obstringi putat, vt neget plus vna tragædia, & ad sumū duab⁹ ex vtraque per se duci posse. Et eos, qui Cyprica & Iliadem paruam confecerunt, refellit ipse. Quod Cyprica non nisi pluribus tragædijs explicari possint. Ex Iliade verò parua plusquam octo progrediantur tragædiæ. Illa verò fabula vna putanda est, quae in vna modo actione versatur. Vna verò actio est, quae ex

Aristo poeta quo pacto teneatur.

Aristo virtutes.

principio, medio, & fine constat, suisque partibus, sicut animal integrum aptatur. Quae ita inter se cohaerere & copulari debent, vt nulla subtrahi possit, quin totum immutetur. Quod enim, vel additum vel detractum nihil totum commutat eius pars non est.

Cap. 13. De tragædia, & comædia.

Expositum cuiusmodi illud poema sit, quod in viris eximijs & illustribus cernitur: sequitur vt de illo dicamus, quod ad homines vulgares & plebeios spectat. De his autem, sicut historiae non conficiuntur, ita neque poemata. Dicitur tamen huius generis Homerum etiam auctorem fuisse. Nam extabat quodam eius Margites poema, quod eadem proportione affectum erat ad Iliadem & Odysseam, qua vulgares, & viles homines, ad excellentes & claros affecti sunt. Et iambico metro totum expositum. Quod aptius sit ad sermones vulgares exponendos. Sicut autem tragædia est ex epico poemate, ita ex Margite comædia. Vnde comædiae normam, & praescriptionem primus Homerus tradidisse putatur, vtraque personae ingerit gerentes, & tractantes negotia, tragædia graues, & heroicæ, comædia ignobiles & obscuras. Ex quo fit, vt tragædia heroicorum virorum, vulgo vsurpata nomina retineat, vt Achillem, Hectora, Priamum, Agamenonem. Comædia verò alia inuitata fingat, vt Simonem, Pamphilum, Dauum Getam. Ita verò se habet Margites ad comædiam, sicut Ilias ad tragædiam.

Ex quibus tragædia sit orta, & comædia.

Qualis esse oporteat comædia & tragædia.

In quo tragædia ab epopæia differat.

diam. Vtramque verò comædiam, & tragædiam oportet esse moratā. Hoc est, personarum sermones, metris habitum, & animi rationem & mores significant. In comædia motus animorum mites & moderati sint. In tragædia graues & turbulenti, vt amplius statim declarabimus. Licet autem tragædia, & Epopæia in eo conueniant, quod vtraque versibus virorum praestantium imitatio est. Differunt tamen versu, longitudine & tractatione. Versu quod Epopæia simplici versu exámetro tota conficitur. Vnde heroicis hic versus nominatur. Tragædia verò varia versusum ratione explicatur. Longitudine, quod Epopæiae nullus praescriptus est magnitudinis terminus, sed pro cuiusque voluntate potest magis ac magis augeri. Est enim narratio, quare res actas repetere, & cum alijs copulare potest. Tragædia verò vna auditione tota capienda est, quare eò debet vsque produci, vt principium & finis bene comprehendi potest. Tum non est narratio, sed actio, quare res transactas non potest inferre: & ita magnitudine crescere. Tractatione differunt, quia Epopæia tota narrat. Tragædia tota gerit & agit. Cum ergo ita differant, valde est alienū a tragædia, Epopæiae sequi contextum. Quod tum accidit, quando varia fabulae conglutinantur, vel quod vnam attingant personam, vel ei fabulae in qua in primis versatur apta vilo modo sint. Ex quo etiam cognoscitur, cur tragædia nimis nō debeat esse proluxa. Nam vna eademque fabula, cum detinendus sit auditor, facile facietate afficietur, nam fastidium varietate vitatur. Est etiam absurdissimam; tragædiam cum comædia miscere. Quod tunc vsu venit, cum vulgares & heroicæ personae inducuntur agentes. Sed imperitus theatri confusus, qui in huiusmodi perturbatione delectatur, auxit poetarum inscientiam. Nam fabulam nullam his temporibus proferunt, quae non ita miscetur. Longè tamen secus Euripides, Sophocles, & Seneca huius artis eximij magistri. Est ergo tragædia praeclare actionis imitatio, certa magnitudine, & suavi sermone non narrando, sed agendo decorata. Sex autem rebus perficitur, quae sunt fabula, mores, sententiae, edictio, apparatus, melodia. Quarum rerum princeps, & reliquarum finis fabula est, sine qua caetera nullo modo constare possunt: nam fabula continetur actio, quam debet imitari tragædia, non enim personae, sed earum actiones, & vitā imitatur, ex quibus foelices, vel infelices habentur. Nam vita actio quaedam est, & foelicitas ipsa actio etiam est. Fabula igitur principium est & forma, & anima quasi tragædiae. Expositum iam, in quo poesis, & historia differant: ex quo intelligi licet, cur fabula & non vera rerum historia in tragædiam cadat. Fabula verò tribus rebus ornatur, & admirabilis redditur. Commutatione, agnitione, & perturbatione. Commutatio est cum rerum euentus, & exitus contrarius est ijs rebus, quae aguntur, atque quaeruntur: vt cum ijs mala, & incommoda infert, qui quaesitus erat & assumptus, vt calamitates & detrimenta depelleret, quae timebantur. Vel inducitur, vt damnum afferat, & damnum ipsum ipse praefert.

Aburdissimū tragædiam cum comædia miscere.

Quid sit tragædia.

Quibus rebus perficitur tragædia.

Quibus rebus admirabilis fabula redditur.

Agnitio est, ut cum cognoscitur is, quem interficere quærebas, frater esse vel pater vel amicus. Ut Iphigenia Orestem fratrem immolandum ab ea cognouit. Et Oedipus Iocastam, quam uxorem duxerat matrem esse cognouit. Cognitio verò fit varijs modis, ut Ulfes à nutrice ex vulneris cicatrice cognitus est. Orestes Iphigeniam, ex epistola cognouit, Iphigenia Orestem, ex indicijs, Ulfes agnitus est apud Alcinoium, dum audiens citaræ dum fleuit. Ratiocinatione ex arcu cognitus est Achilles ab Ulfes. Pulcherrima illa est cognitio, quæ cum magna commutatione coniungitur. Ut tota illa apud Ariostum Bradamantæ Rugieri, & principis Constantinopolitani fabulæ. Perturbatio, tertius fabulæ ornatus est. Casus doloris acerbissimi plenus, ex nece, vulnere & cruciatu, qui palam & aperte fit. Est autem animaduertendum. Quod non habetur casus miserabilis & tragedia dignus, si hostis hostem interficiat. Sed si frater fratrem, ut in Phæniâ: vel filius matrem ut Orestes Clitemnestram Vel Alcæon Eriphylem, Euripedes Medeam protulit filios necatem. In fortunæ etiam commutatione illud est obseruandum, tragediam postulare, ut sit admirabilis: huiusmodi verò non est, si perditus & iniqui homines incidant incalamitates. Nam id scelus pæna esse putatur, nec si boni & honesti homines incommoda fortuna iactentur. Nam misericordia tantum commouetur & indignum esse dicitur. Terrorem ergo & admirationem, facit cum commutationes vel ex secunda fortuna in aduersam, vel è contrario in eos incidunt, qui nec virtute, neque vitio excellunt, sed me-

dij sunt & his interiecti, Minime verò per scelus damna & detrimenta accipere fingantur. Id enim causa terroris non est. Et ob eam res veteres illi doctissimi tragediarum auctores, non ex omnibus familijs tragedias trahebant, sed ex illis paucis Alcæonis, Oedipodis, Orestis, Meleagri, Thyestis, Telephi. Ita denique fabula componi oportet, ut sublato spectaculo & scenæ apparatu ipsa memoria fabulæ terrorē inferat. Calamitas autem, & casus terribilis non subito & ex inopinato euenire fingendus est, hoc artis est expertus, sed ex ipsa rerum serie & actionum contextu manare. Sicut autem artificio opus est ad fabulam texendam, ita ad retexendam. Alii enim auctores aperte texunt, & inepte retexunt: texti fabulam dico a principio, usque dum in cipiat fortunæ commutatio, retexi verò a principio commutationis fortunæ usque ad finem tragediæ. Ut in Hippolyto Senecæ textitur, cum Phædræ amor erga Hippolytum exprimitur, retexitur, cum eius indignatio & accusatio apud patrem Thesæum effingitur. Diuiduntur verò fabulæ in actus, quoniam tota fabula actio est. Egimus de fabula, prima re earum, quibus tragedia perficitur, sequitur secunda, mores. Qui preterquam quod ex sermone sunt cognoscendi. Illud maxime obseruandum est, ut decorum in illis ascribendis seruetur. Nam fortitudo & animi magnitudo mores sunt, sed non decorè feminis attribuantur. Sicut neque veritas seruo. In illis autem effingendis faciendum est, quod pictores faciunt, cum alicuius personæ vultum exprimere conantur, ut à similitudine quantum fieri potest non disce-

*Artificiose
fabula texenda
sicut
retexenda.*

discedentes colorem & oris lineamenta pulciora effingant. Et ut in tabulis imagines pingant, ex animilibus verisque formis quærunt præstantissimam quaque, ut in mutum simulachrum transferant, ut Zeuxis, Eracleotes apud Crotoniatis fecisse fertur. Ita præstantissimi poetæ & fabularum magistri illum morem, quem verbis & rebus gestis indicabant, ampliores & clariores reddiderunt, quam re vera fuit. Et animo contemplantes eos, quos in eoque genere moris, quod exprimebant, excelluerunt in eos, quos effingebant, trãstulerunt. Ita qui virum fortem & magnanimum cupit suo poemate describere, ante mentis, & ingenij aciem Hæctora, Achillem & alios proponat. Illud etiam est commune præceptum ad commouendos animos & mores imitandos, ut prius ipse poeta commoueat & eo more, quæ significare desiderat, animum suum quasi afficiat. Unde vagum & mutabile ingenium poetis vel efficit vel desiderat. Tertia res, qua tragedia perficitur, est sententia, quæ tota pertinet ad argumentorum inuentionem & dispositionem, de quibus multa sumus locuti. Quarta res est edictio, quæ totam rhetoricam exponit. Duæ reliquæ melodia & apparatus grauissima sunt & quæ vehementer tragediam ornant & illustrent, sed poetice artis non sunt. Nam poetica vis & ars non spectatur extra scenam & histriones. Hactenus de tragedia. Est

*Commune
præceptum
ad commouendos
animos.*

& alia poetice pars, quæ ducta videtur esse ex comædia. Quæ non actiones, sed colloquia vilium personarum imitatur, quæ nominatur egloga. Cuius auctores fuerunt primò theocritus græcè, deinde latinè Vergilius. Horum inuentione tota sumenda est ex vilibus rebus, quas tractant, ut si pastores colloquatur, argumenta, similitudines, comparationes trahantur ex agro, pasuis, nemoribus arboribus, herbis, & fluuijs, ex ouibus, capris, porcis, armis, canibus, lupis, ex lacte caseo, casis, & ite alijs, mitiores mores & animorum motus imitetur. Sunt & alij poetæ, qui Dityrambici vocabantur, quorum munus erat canere deorum laudes. Alij Melici dicebantur, qui carmina ad lyram canebant. Horum sententia grauis & acuta sit & dictio suavis. Polliciti verò sumus artem intelligendi, quæ tota in iudicio & inuentione posita est, iudicium exigat modum disponendi, inuentione verò rationem inueniendi argumentum, iudicij artem & usum aperuimus, cum de toto genere syllogismorum disputauimus: inuentione partiti sumus in eam, quæ pertinet ad docendum, & ad mouendum & delectandum de quarum partium vltimo & ratione multa verba fecimus, quibus fidem nostram liberasse putamus.

Didaci à Stunica Dialectica

FINIS.

Q 4

DIDACI ASTVNICA

EREMITÆ AVGVSTINIANI LIBRI
TRES QVIBVS RHETORICA PERFECTE

& eleganter explicatur lib. i.

CAP. I. De Rhetorica & eius subiecto.



Rhetorica
perficit elo-
quendi vim.

Differre in-
ter diale-
cticam &
rhetoricā.

QVONIAM ars
perficit, quæ natu-
ra inchoavit. Et
hominis natura
non solum est, ut
intelligat, sed et-
iam, ut eloquatur, mentis sensa ex-
primat, & cum alijs communicet.
Sicut ars dialectica perficit intelli-
gendi vim, ita & rhetorica elo-
quendi. Quare rhetorica sequitur
dialecticā, dialecticæque per se vi-
que sua subijcitur. Ut dialectica in
ratiocinatione, qua intelligit homo
versetur, rhetorica in ratiocinatio-
ne verbis expressa & cum alio com-
municata. Et sicut prius oportet in-
telligere, quàm loqui, ita quæ spe-
ctant ad intelligentiam, præcurrunt
ijs, quæ pertinent ad eloquentiam.
Ex quo facile cognoscitur satis na-
turam distinxisse ac separasse intel-
ligentiam ab eloquentia. Ex qua re
ea dissimilitudo constat quæ est in-
ter dialecticam & rhetoricā, artes,
quæ intelligendi & eloquendi viri-
bus subministrat. Quamobrem ab-
surdissimum est huiusmodi artes
confundere, quæ subiecta & of-
ficia ita natura diuisit. Nam homi-
nes ratiocinatione intelligimus, ra-
tiocinatio verò conficitur argumē-
to, quod est inuentionis, & argumē-
ti dispositione, quod est iudicij.
Ineptè ergo faciunt, qui iudicium

& inuentionem in rhetoricam con-
ferunt. Et enim si rhetorica ut ip-
sum vocabulum præ se fert, est di-
cendi facultas, & ante dictionem
est intellectio. Antè igitur hæc sunt,
quàm rhetorica munus suum possit
obire. Et in eo magis rhetorum in-
scientia perspicitur quod patiti ad-
modum de iudicio aliquid præci-
pant, cum multis omnes de inteni-
tione tractent. Argumentum enim
per se nõ præstat, ut res intelligatur,
quam quærimus, nisi artificiosè dis-
ponatur & quasi industrius ad rem
illustrandam adhibeatur. Quare eo-
rum tota inuentionis ars atque præ-
ceptio præter quam quod rhetoris
non est dialecticū nihil per se iuuat.
Ut igitur verum sit quod Arist. de
rhetorica dicit, quod ^{av. 1. 3. 2. 3. 4. 5.} sit dia-
lecticæ, non est intelligendum ut ab
Aphrodisæo declaratur id est ^{1. 1. 2. 3. 4. 5.}
quod circa eadem versetur. Nam al-
tera esset superuacanea. Neque vñ
Cicero, quod dialectica contractior,
rhetorica verò latior. Quod enim
Hypocratis medicina contractior
sit, quam Galeni nõ diuersæ utrius-
que sunt facultates. Neque licet
fufius egerit de inuentione Cicero
in libris de inuentione, quàm in par-
titionibus & in topicis diuersas in-
his libris artes docuisse existimatur.
Sed exponendum est Aristotelis vo-
cabulum, ut exponitur à Cicero.

Dialectica
cum rheto-
rica compa-
ratur.

Ex

ex altera parte rhetoricā dialectica respondere, & ita intelligendum Quod sicut dialectica docet quancunque rem intelligere, ita & rhetorica docet eloqui vnamquamque rem, & sicut dialectica disputat de quocunq; syllogismo, ita rhetorica differit de quocunq; syllogismo verbis & oratione exponendo. Et sicut dialectica ad disciplinas & res omnes tradendas est necessaria, ita & rhetorica ad easdem dicendas & scribendas. Et sicut dialecticus in quacunque scientia & oratione potest, quæ ad ipsum spectant notare, ita & rhetor, quod alijs scientijs & disciplinis non contingit.

Caput. 2. De verborum distinctione.

Quoniam ergo artem quarimus verbis declarandi, quæ nobiscum cogitamus, verbaque, quibus vnamquamque rem significare possumus, non vna sint, sed longè varia multumq; diuersa, sicut multiplices sunt & innumerabiles linguæ, quibus hominum genus utitur diuersis orbis terrarum locis. Multis autem linguis non rectè nostra notio declaratur nec auditor oratione tenetur. Nam præterquam quod infelès est & hætenus à nemine, quod ego sciam tentatum, pauci multas linguas satis intelligunt, sed omnes fere contenti sunt ea lingua, quam cõsuetudine domestica didicerunt. In his autem linguis, quas non intelligimus, surdi profectò sumus. Tum quod propria est vnus cuiusque linguæ dicendi ratio, quæ cum diuersa non aptè coniungitur. Li-

nō pluribus sed vna lingua eloquimur.

cet autem sit vna lingua oratio componenda, qua cum alio communicare decreuimus, rhetorica tamen omnibus est linguis communis, & in eo à grammatica differt, quod singularum linguarum singulæ sunt grāmaticæ, omnium tamen linguarum vna rhetorica est. Nos tamen solius linguæ latinæ exemplis huius artis præcepta illustrabimus. Quod hanc linguam imprimis profiteamur, in hac lingua scribimus & eam Ecclesia Romana omnibus christianis communem fecit. Tum quod hæc excultior est alijs, vna excepta græca, beneficium doctissimorum hominum & ingenio præstantium. Nullum enim est bene dicendi præceptum & orationis laus, quæ non fuerit à Cicerone, vt ipse testatur, saltem adumbrata. Ego autem dico expressa & industriè exprompta. Sunt præterea alij veteres latini orationum luminibus & verborum ornatu abundantes. Qui omnes satis exemplorum suppeditabunt ad patefaciendā, quæ ponemus præcepta. Quæ non difficile ab eruditissimo quoque & acro ingenio viro in suam linguā transferentur. Illud autem sit primum huius artis præceptum, neminem posse rem vllam eloquenter tractare ea lingua, cuius vsum non percalauerit. Nam verborum delectus, vt Cæsar, auctore Cicerone, dicebat, origo est eloquentiæ. Verborum verò non potest haberi delectus, si eorum vis ignoretur, in quo linguæ cognitio posita est. Illudque, quod Cicero de lingua latina dicit, transferat vnusquisque in eam linguam, quæ eloquens esse voluerit. Solūm (ait) & quasi fundamentum orationis est locutio emendata & latina. Qua-

Rhetorica omnibus linguis cõmunit & in quo differt à grammatica.

Qua-

Quare lingua primum perdiscenda est, deinde ornatè loquendum & scribendum. Ex quo intelligitur in tempora nos incidisse misera literis & eruditioni aliena, quibus passim temerèque libri exeunt latine compositi, quorum auctores linguæ latinæ prorsus ignari sunt, vt ipsi libri testantur, qui neque à Cicerone, Cæsare, Terentio neque ab vilo his æquali, latino viro vilo modo intelligerentur. In quo ego valde miror auctorum insignem temeritatem, qui nihil vereantur esse ridiculi doctis & sapientibus reliquarum ætatum hominibus & perpetua inconsideratissimæ & amentissimæ stultitiæ suæ munimenta relinquere, dum in vulgus imperitorum nonnullum eruditionis nomē adquirant. Lingua igitur primum tenenda & cognoscenda est, qua dicere & animi sensa aperire paramus: & ad eius peritos rhetorica pertinet. Vnius cuiusque verò linguæ verba aut simplicia sunt, aut collocata. Simplicia aut propria sunt, aut assumpta. Propria sunt, quæ hominum instituto primum res significant, vt Deus, homo, equus, bos, asinus, corpus, vitium, virtus, fortitudo, scientia, inertia, domus, fundamentum, paries, tectum, vestis, cibus, terra, aqua, aër & ignis & alia huiusmodi, quæ facta primum sunt, non aliunde mutuo sumpta, quorum multa copia comparanda est. Nam ex his non leuis oritur orationis laus, vt breuis, propria sit & dilucida. Nam inferunt obscuritatem longoque sermone auditorem circumducunt, qui pauca verba propria norunt. Nam quod vno dici verbo optimè posset, circumloqui coguntur. Vt qui diceret, multa ei pre-

conia tribuit & res maximas de illo prædicauit. Dixisset fortè proprius, & planius eum vehementer laudauit. Et alius infedebat animal, quo vulgo homines vtuntur ad onera portanda, fortè meli⁹ in sedebat asino. Et alius vidi equitem cum equo armis coopertum, planius vidi cataphractum. Et alius, quem Quintilianus Ibericas herbas dixisse narrat, cuius vanitatem Cæsarius Sæterius irridens, spartum voluisse significare declarauit. Rursus propria rerum vocabula alia sunt vsitata, alia verò inusitata. Illa habentur inusitata quæ licet aliquando primum vsurpata sunt ad res declarandas, prisca sunt iam & vetusta & ab vsu quotidiani sermonis intermissa. Vt pauperavit, pro pauperem fecit, opuliscere, pro ditescere, paucies, proraro, ignauit, pro ignauum fecit, occepso pro cepero, latibulet, pro lateat, obstrigulare, pro obstare. Et alia multa, quæ Enius, Accius, Pacuuius, Plautus, Lucretius afferunt. De quibus loquitur Cæsar, verbum insolens & antiquatum, tanquam scopulum esse fugiendum. De eisdem tamen Cicero & Quintilianus dicunt, si huiusmodi verba prisca & antiquata rarè in oratione ponantur, dignitatem ei & maiestatem afferre: dum modò non sint ab vltimis & oblitèratis repetita temporibus. Qualia sunt toper & antigerio, exanhalare pro sapie. Sic pauca operis suo Vergilius aspersit. Vt Coelicoli magni, quia nam sententia vobis versa retrò. Priscum est quia nam. olli subridens diuum pater. Igneus est olli vigor & celestis origo. Non vsitatum est olli: Tros Rutulus ve fuit, inusitatum est fuit. Quibus & similibus à viro doctissimo loco positus, grandior

Verba prisca

dior & antiquior oratio videri solet. Vicitata verò sunt, quæ loquentium vulgus nostro vel eorum tempore, quos imitamur, frequenter usurpat. In quibus, ut alia sunt alijs vicitiora, ita potius diligenda, quæ magis versantur in vsu & quotidiana consuetudine. Ut malim dicere vestem, quàm indumentum, herbã, quàm gramen, auem, quàm alitem, progeniem, quàm sobolem, subtegmen, quàm tramã, distribuit, quàm dispescit, pugnavit, quàm conflixit, confirmat, quàm roborat. Tertium decimum & alios similes, quæ decimũtertium, decẽ & tres, quàm tres & decem. Docet enim nos Cicero, ut abiecta atque absoleta fugiamus, lectisque atque illustribus utamur, in quibus plenum quiddam & sonans esse videatur. Propria verò, vicitataque, alia nativa sunt, alia barbara. Nativa sunt, quæ ab eis, qui linguæ societate cõmunicant, primũm usurpata & inuenta sunt. Barbara verò putantur alia, quæ nativa non sunt, sed ex diuersa lingua, quasi mutuo petita, quibus linguæ depravari solent, & nativam sinceritatem amittere. Quare latina lingua tantam iacturam fecit, ut à temporibus Ciceronis indies indeterius lapsa, tandem oblitterata est, & à loquentium vsu deserta. Quidam tamen barbari & absurdi homines illam, libris à se editis excitare conati, linguam quandam inauditam & portentosi similem induxerunt, ornatus omnis, & cultus magis expertem, quàm vlla vnquam immanis barbaries fuit. Quam multi anni sunt (malum) cum amplectuntur omnes philophorum scholæ, eaque non verentur viri do-

Verba vicitata & barbara.

cti loqui & scribere. Huic omnis silet ars oratoria, viliaque sunt omnia eloquentiæ præcepta. Ad hanc pertinent illa barbara vocabula, passagium, guerra, tregua, manutenentia, capellania, locum tenens, capellanus, pitantia, bierum. Et alia multa, quæ ex sermone domestico, qui à parentibus didicerunt, sumpta sunt. Quid moror? Hac officina facta sunt plura librorum, quàm arborum folia, quæ circumferuntur, leguntur, in manibus habentur & in scholis citantur. Quæ omnia reiicienda sunt ei, qui cupit huius artis fructum vllum percipere. Et attentè & religiosè ea debet observare verba, quæ docti & eloquentes latini suis scriptis probarunt. Sicut etiam alterius cuiuscunque domesticæ & nativæ linguæ acurior, & exquisitior vsus addiscendus est: non ex rusticis & agrestibus hominibus, sed ex vrbis & liberalibus. Ea tamen verba, quæ latina lingua ex græca mutuata est, barbara non sunt putanda, licet aleina sint. Quare liberè latinuseis, sicut alijs suis vtatur. Sicut enim Romani leges & reipublicæ constitutionem ex græcis sibi vendicarunt, ita orationis ornatum & linguæ suæ cultũ. Ex his quædã necessaria sunt, quia latinadesunt. Ut frequenter vsu venit in nominãdis arborib⁹, piscibus, auib⁹ herbis, radicibus, instrumẽtis, medicamẽtis, partib⁹ corporis humani, susceptible, gemis & lapillis. Alia, licet necessaria nõ sint, vsu tamẽ diuturno peritè loquentiũ, ita præmollita sunt, ut non minũs iucunda & familiaria sint, quàm alia Romæ nata & inuenta. Ex his quædam integra manent, ut lego, fero, propino, lâ-

lampas, eclipsis, peristroma huius, artis & dialecticæ multa vocabula, quæ cum ipsis artibus ex Græcia sunt in latium translata. Ut dialectica, rhetorica, categoria, Syllogismus, analysis, topica, sophista, synedochè, metaphora, allegoria, periphra-sis, antonomasia, anaphora, epale-sis, coma, colon, periodus, & alia multa. Alia non nihil inflexa sunt, ut domus, ager, poema, fama, bos, anima, musa. Quæ verò vocabula Romani veteres ex his gentibus, quas bello domuerunt, delibantur, licet in barbaris numerentur, vsu tamen elegantiorum latinorum recepta sunt & ciuitate donata, ut à Gallis, bracha, carrus, rheda, alauda, gesum. A Britanis couinus, à Germanis esse dum, ab Hispanis lancea, à Pænis mappa, à Persis Gaza, à Macedonibus phalanx. Quia pro latinis haberi possunt, & auctoritate grauiorũ virorum defendi. Verba etiam alia noua sunt, alia vetera. Quæ diuisio in eas tantum cadit linguas, quarũ nullus est loquentium vsus, sed doctissimis libris signatæ, cuiusmodi latina, Græca, Hebræa est & Chaldæa, quarum vetera vocamus quibus earum felicissimum sæculũ vtatur. Ut latina lingua integra fuit & incorrupta à temporibus Syllæ dictatoris, vsque ad impérium domitiani. Græca verò à Solone vsq; ad Romanum impérium. Hebræa à lege lata, vsque ad primam vastitatem templi. Chaldæa vsque ad euer-sionem & excisionem Ierusalẽ, per Titum. Noua verò verba voco, quæ deinceps ad nouas res significandas ab auctoribus, quæ his linguis scripserunt, facta sunt, ut multa in sanctis viris qui Græce scripserunt, reperiuntur, multa in Hebræis

Verbanoua & vetera.

auctoribus, qui mille annos post Ierosolymitanam vastitatem, sacrosanctam Scripturam conati sunt explicare. In lingua vero latina, cuius in primis à nobis mentio faciendae est, tot additæ sunt noua vocabula, tot voces & dicendi rationes, ut alia potius lingua, quàm latina esse videatur. Quemadmodum vero temporibus Ciceronis doctiores viri maiorum suorum asperitatẽ & squalem fugientes, multa eorum verba & dicendi modos reiciebant, nitidioraq; & suauiora seligebant. Ita qui nunc latinè loqui cupit, hanc iuniorum effrenetam licẽtiam corrigat. pauca tantum necessaria sumat, quæ postulant nouæ res, alia vero nõ necessaria, sed omnino barbara & absurda, tãquam scopulum fugiret, & veterum puritatem & sinceritatem imiteretur. Minime vero illis assentior, qui vsque eo sunt difficiles & morosi latini, ut nullũ eis verbum nisi Ciceronianum satisfaciat. At non de rebus omnibus locutus est Cicero. Volũt igitur isti Ciceroniani, res noua ut nomine vacet, quòd non sit à Cicerone nominata. Præsertim cum Cicero ipse censeat, rebus nouis, noua, verba esse imponenda. Quæ aut similitudine aut imitatione aut inflexione aut adiunctione verborum faciendae esse docet. Ipseq; non nulla fecit, quæ, quoniam dura ei videbantur, vsu præmollienda esse monebat. Illa igitur verba minime respuenda puto, quæ religio christiana induxit cuiusmodi sunt, Christus, incarnatio, Trinitas, spiritus Sanctus, passio Christi, ecclesia, catholica, fides, baptismus, Sacramentum, eucharistia, euangelium, Euangelista, Apostolus, paradifus, purgatorium, exco-

mu

municatio, Papa, Cardinalis, Episcopus, Abbas, Clericus. Aliqui valde latini potius seruatorem, quam saluatorem dici volunt, sed neutrum respuerent, dicerem tamen diuinitatem, potius quam deitatem modestiam, quam humilitatem, misericordiam, quam pietatem & alia multa potius quam illa, quae sine vlla necessitate barbaries inuexit. De indigna vero putidaque barbarorum verborum colluue metaphysicis, dialecticis & physicis, nostris temporibus inculcat, quid sentiamus, planum fecimus, cum metaphysica & dialectica interpretati sumus. Nam quae non tetigimus, non probauimus & illorum loco capeffenda esse duximus, quae protulimus. Multa etiam noua fecerunt iuris periti, medici, mathematici, grammatici, de quibus omnibus, vt semel dicam & multa in pauca conferam, puto nouis vetera, si suppetant, longè anteponenda esse, sin autem deficient, superstitiosum & dilicatilissimi fastidij esse opinor nouis non vti.

Cap. 3. de verborum suauitate.

EX proprijs igitur verbis inusitata, noua & barbara repudiari vltata vetera & latina probauimus. Est autem alia ratio proprii verbi referandi, quae aurium iudicio dirigitur. Quam vt à capite declarem, animaduertendum est. Hominum aures vocem naturam modulari. Ex quo fit, vt omnia vocabula aurium voluptati morigerentur. Neque vilius linguae tam rusticum hominem esse credo, qui nolit aliquando modulatem dicere. Ex hoc oritur in omni lingua tacito omnium instituto tam varia verba

Verborum suauitas quomodo estimanda.

inclinandi ratio. Nam vt aliquas linguas, quas plures attingunt, commemoramus. Quis non videt graecos, grammaticos non posse innumerabilibus praecipis, notationibus, exceptionibus linguae suae varietatem comprehendere propter diuersa, quae vocant dialecta ionicae Aolicae, doricæ, communis & aethicae linguae propter varias contractiones, inflexiones, litterarum mutationes, verborum & nominum declinationes. Hebraea vero & Chaldaea lingua sine vocalibus scribitur instituto suo, quod infinitis prope de causis quocumque nomine mutantur, vt puncta indicant, quae pro vocalibus in libris sacrosanctis nuper succedunt. Deinde consonantes ipsae, quibus nomen profertur, frequentissime mutantur & omnino tolluntur, vt ostendunt octo verborum ordines, quibus omnium verborum inclinationes completi conantur. Neque possunt tot praecipia, quae vix creditur, seruari potuisse sola aurium modulatione, loquentium vltustemerè nullo grammatico docente praestabat. Quod quisque in domestica sua lingua facile potest, experiri. Multa enim nos castellani voces tantum aurium iudicio ducti ex longa loquendi consuetudine, ita efferimus, vt earum ratio non nisi multis praecipis à grammaticis explicari possit. Dicimus enim *decir*, sed non *decirle*, sed *decille* quod r. cum. l. asperè nobis coherere videatur. Dicimus etiam. *Hombre bueno*, si vero verba inuertantur non *bueno hombre*, sed *buen hombre: buen Rey. gran Rey y Rey grande*. Ita, s. expungentes, *amamo nos* pronunciamus, non autem *amamos nos*, aliquando totum alterum vocabulum includimus.

m^o in altero tamen vtetes, vt *Dria se & decir seia, dariale & darleia*. Ita in flectendo declinando, contrahendo, coniungendo alia infinita aurium tantum voluptati inseruientes exhibem^o. Ita in lingua latina, de qua noster in primis sermo institutus est, multa sunt abijcienda vitandaque; vocabula, non quod propria, quod vltitata, quod vetera & natia non sunt sed quod auribus iucunda non sunt, quarum (vt ait Cicero) est superbum iudicium. Ex his multa ipse in extremo oratore notauit. Hanc autem verborum vastitatem & offensiuam nonnunquam parit inclinatio, vt celicola, amanda, insanie, archipirata, non absona & absurda sunt, at celicolarum, amandarum, insaniarum, archipiratarum, horrida videtur. Nec etiam auris latina liberè hos casus audit, contemplantur, duorum virorum, trium virorum, sextertiorum numerum, facum, à face, nucum, à nucupicum, à pice, nostratium, vestratium, sobolum, amarorum ab amore, cornuum, luctuum, genuum specierum, progenierum, peculij, Vergilij, Laurentij, Didonis, Calistonis. Poematibus, manui, gustui speciei, progeniei speciebus, & huiusmodi sexcenta, quae non vltus causa, sed aurium latinus homo non vlturpat. Quorum multa ex grammaticorum praecipis cognoscuntur, nam multa referunt in heteroclitia, quod illis numerus singulariter, aut pluraliter, aut casus vnus, plures vltunt. Sed melius iudicantur ex assidua bonorum auctorum lectione, qua quidem imbibitur animo mos ille antiquus, quo aures horum verborum vastitatem & absurditatem sentiunt. Idem in verborum coniugatione animaduertentur. Nam

absona & insuauia sunt. Amabitis, amaeratis, amaremini, amaminor, amaremur, formidabar, verecundabar, cuperemur, legimior, audirere audiremini, & alia similia. Hac de causa Cicero veteres dixisse testat, pro duello bellum, pro diuis bis, pro axilla ala, pro vexillo velum, pro taxillo talum, pro paxillo, palum, pro si audez sodes, pro si vis sis, pro ais ne, ain, pro non quirere, nequire, pro magis velle malle, pro non velle nolle, pro non scire nescire, pro post meridianum po meridianum, pro medidie meridie, pro abfugit aufugit, pro abfer aufert, pro abmouit amouit, pro abstulit abstulit. Cum illis dicitur, cum nobis non dicitur, sed nobiscum. Ex eo est mecum, tecum, non cum me & cum te. Sic pro Deum dicunt, non pro deorum. Trium virum non virorum, sextertium numerum, non numerum, in hercule, non me hercules. Noti sunt nauis & nari, quibus si praeponeatur in, suauius visum est ignoti, ignari & ignari dicere, quam vt veritas postulabat. Ex vltu dicunt, sed non ex re. sed è republica. Ex etiam & re praepositiones, primam adiuncti verbi vocalem commutabit exegit, refecit, retulit, reddidit, ita etiam in his subegit, sustulit. Ita etiam insipientem, non insipientem iniquum, non in aequum, tricapitem, non tricapitem, cocisum, non cocisum. Haec à me longius forte dicta sunt, quam opus esset de his rebus non disputanti. Tantum vt probe, quod dixi loquentium voces sicut & canentium aures natura modulari. Quod si indocta consuetudo tam est artifex suauitatis, quid ab ipsa tandem arte & doctrina efflagitari putamus? Quare teretes & religiosae sunt primam aures faciendae assidua elegantissimorum librorum lectione, deinde earum iudicium con-

consuetudine inherenti non est negligenda. Alia vero verba refutantur, non quod noua inusitata, impropria & absconsa sunt sed quod sordida. Cuiusmodi sunt, quae res sordidas proprie significant, a quibus, ut oculos amoueres, ita & aures amouendas. Quae vitare debet orator, neque ad has sordes deijcere maiestatem ac dignitatem orationis, quam ut puram & conditam oportet esse ita nitidam & verecundam, & sic ad audientium aures accommodata, ut eas neque vasto neque sordido verbo offendant. Tamen sordidis & obscenis verbis uti coguntur medici, & qui de re rustica disserunt necessitate quadam rei subiectae adducti, bucolici poetae raro, lyrici aliquando epigrammatici sepius. Ex vitij autem verborum virtutes cognoscuntur. Quidquid enim in omni sermone atque lingua non est improprium inusitatum, barbarum obscenum, & aegre castum est purum vulgatum, & suaue. Nihil in hac verborum oppositione interfectum est, de quo in habendo, delectum, quarendum sit.

C. 4. De verbis sublimibus & humilibus grauibus & leuibus.

Scendimus quae verba probanda & admittenda sunt, & quae reprobanda & vitanda. Est & alia verborum consideratio non ad vlla refutanda, sed ad bene accommodanda & pro dignitate collocanda. Nam varijs verbis variè oratio commutatur, & diuersae illius formae distinguuntur. Alias enim attollenda, alias deprimenda est oratio, aliud sermo postulat familiaris, aliud oratio de Deo de virtute de republica. De ligenda igitur verba sunt vnicuique orationis generi accommodata. Grandè igitur & amplà oratione efficiunt

Verborum virtutes

Quomodo sint bene accommodanda verba.

sublimia & grauia verba, tenuè vero & abiectà humilia & leuia. Sublimia sunt & ardua verba, quae res sublimes dignitate & amplitudine praeditas declarant, ut Deus imperator, gubernator, regnator, rex omnipotens, Iesus Christus, diuinus Apostolus, Euangelista, Propheta, Angelus, sacrosancta Virgo mater Dei, ecclesia catholica. Nomina etiam propria praestantissimorum virorum ut Paulus, Petrus, Ioannes, Augustinus, Hieronymus, Alexander, Caesar, Carolus, Achilles, Hector, Hercules, Cicero, Demostenes, Roma, Carthago, Italia, Hispania, Gallia, Germania, Graecia, Romanorum, Graecorum Medorum & Chaldaeorum imperium & id genus alia multa. Quibus accedunt virtutum & scientiarum nomina, Prudentia, Iustitia, Fortitudo, Temperantia, Sapientia, iuris prudentia, discretio & eloquendi facultas, gloria, fama, triumphus, splendidi vestitus ut togae praetextae paludamentum. Colorum, ut purpura, murex croceum, armorum, lorica, galea, torax, hasta, lancea, gladius, ensis. Nauium, birremis, triremis. Aedificiorum, domus, templum, aedes, curiae, capitulum. Animalium nobilium, tygris, leo, vrsa, elephatus, equus, aquila. Elementorum, terra, aqua, aer, ignis, coelum, lumen, sol, luna, stellae, astra, tempestas, ventus, fulmen, pluuia, aurum, argentum gemmae. Ita & in verbis regere, moderari, gubernare, orare, iudicare, contemplari, sacrificare, pugnare, vincere, sapere, florere, cohortari, docere imperare, iubere, & alia innumerabilia. Grauia vero verba sunt quae maiore rerum pondere & amplificata ratione efferuntur. Ut grauius dicitur vnda quam aqua, procella quam ventus, charitas quam amor, saxum quam lapis, Angustus quam breuis, rapidus quam celer,

Sublimia verba.

Grauia verba.

grandèus quam senex, dapes quam cibaria, religio quam observatio, promeritus quam meritus, moles quam magnitudo, ruina quam casus, ingens quam magnus, directus quam captus, rapina quam furtum, latro quam fur, fraus quam dolus, satur quam plenus, formido quam metus, imber quam pluuia, luxus quam apparatus, insomnis quam vigil, stridor quam sonitus, ruunt quam eunt, obstupuit quam miratus est intorqueo, quam iacio, effragito quam peto, quatio quam moueo. Grauia per se sunt in cestum, flagitium, scelus, peculatus, sacrilegium, perduellio, proditio, parricidium, amentia, furor, infania, praedo, pirata, carnifex, necare, satagere deperire, formidare, exhorrescere. In comparationum gradibus est grauitas & sublimitas quaedam, aut acerbior, acerbissimus, acrior, acerrimus, grauior, grauius, crudelior, crudelissimus. Apposita etiam rem augent pondusque habent, & incrementum tunc cum dicimus grande crimen, nefariam libidinem nequitiam singularem. Humilia vero verba sunt quibus res humiles significantur proptereaque sicut in graui oratione repudiatur, ita in tenui collocantur. Quare multa eorum exempla suppeditant bucolici, satyrici poetae, & qui res rusticas explanant, nonnulla comedi, etiam qui familiares epistolas conscribunt. Huius igitur rationis sunt capella, viburna, caseus, arbusta, casa, tugurium, hibiscus, mulctra, mulget, lycisca, vitula, myricae, corylus, saluunca, paliurus, cicuta, arundo, callamus, auena, fistula. Sunt etiam sublimibus, & humilibus grauibus, & leuibus intermedia quaedam, quae ad utranque partem accommodari possunt, ut res, homo, cura, familia,

Grauibus verbis abundant tragici, & heroci poetae.

mulier, nemo, nullus, hic, meus, tuus, noster, vester, est, stat, mouetur, potest.

Cap. 5. De ratione cognoscendi verba ex literis.

Haec tenus verborum delectum explicuimus ex rebus, quas significant. Nunc ex literis quibus scribuntur, & proferuntur. Quae verba faciunt sonantia, exilia, gradia, parua, volubilia, tarda, lenia, aspera. Vnde redditur oratio iucunda, tristis, plena, tenuis, grandis, minuta, lenta, volubilis, suavis, aspera: Sonantiora vero vocabula sunt, vel propter maiorem literarum sonum, vel propter longius syllabarum tempus. Magis autem sonat vocalis, quae apertiore profertur ore: amplior enim spiritus efflat. Quare, A, est omnium vocalium sonantius deinde, O, postea, E, & ultimo loco, I, & V, A, ergo per se clare sonat, clarius si repetatur, ac clarius si tertio & quarto eodem verbo ponatur. Ut sonat ars, ad iam, mars, pars, stat. Tamen plenius, arca, arcas, chara, grata, amat, sanat. Adhuc tamen plenius resonat, amabat, arcana, affata, lampada, pallada, barbara, parabat, amara, captarat. Illustrius etiam quatuor syllabis auditur. At istius, & reliquarum omnium vocalium sonus augetur aspiratione, ut magis sonorum est, A, in hamo quam amo, accentu, ut clarius est in dato quam in circumdato. Productione ut in palma, quam in palude, in matre quam patre. Diphthongo ut in fraude, quam in fraxino. Istius literae vis elucet in illa Ciceronis dictione. Iste quod argenti placuit inuastit: quae mancipia voluit abduxit: vina caeteraque; quae in Asia facillime comparantur.

Ratio ex literis cognoscendi verba.

A

R tur

O
 tur, quæ ille relinquerat asportavit, reliqua vendidit, pecuniam exegit. Et in illa Vergilij, At nunc horrètia Martis, Arma virumq; cano. Adeò vt Perſius id Vergilij, ſpumofum eſ, ſe notauerit, quod non eſſe credo, niſi propter a, & m, frequenter poli- ta. Illud videtur ſanius. At regina graui, iam dudum ſaucia cura. Ad- uocat & ramis vaſtisq; molaribus inſtat. O verò vis ſentitur in his vo- cibus vos, nos, hos, ros, bos, Tros, nò. Sed in his eſt ſonãtor, quibus duo cõſona ſubſequentur, vt nox, mors, fors, frons, ſons, mons, pons. Exilius eſt in fine, vt eo, ſto, flo, pro. In voca- bulis plurium ſyllabarum magis ſe fundit, vt in his vocibus cognof- ces, mores, flores, hordeum, hor- reo, noſtra, nobis, monſtrum, fermofum, odor, ſapor, orator, corpora, confirmationes. Eius am- plitudinem hi verſus demonſtrãt. Tantæ molis erat Romanam con- dere gentem. Luctantes ventos tempeſtatesq; ſonoras. Plenam re- duunt, o, & a, orationem, ſi in ea miſ- ceãtur. Improbe amor quid nò mor- talia pectora cogis. Anna vides to- to properari lictore circum. Sola viri, molles, aditus, & tempora nò- ras. I Soror, atque hoſtem ſuplex affare ſuperbum.

E
 E. verò ſonus apparet in his, eſt, det, ter, ſed ſtet vocalius efficitur eadem ratione, qua & aliã diphtõgo, vt in his, æs, præſ, fæx, hæc, & productio- ne rex, lex, des, ſtes, res, ſex. Eminet in hac Ciceronis oratione. Cuncti ad me publicè ſæpe venerũt, vt ſua rum fortunã omnium cauſam de- ſenſionemq; ſuſciperent: me ſæpe eſſe pollicitũ, ſæpe aſtendiſſe dice- bant. Si quod tẽpus accidiffet, quo tempore aliquid à me requirerẽt,

cõmodiſcorum me non de futurũ. E breuis multum in dictione ſluit, vt in his, tepet, leget, reget. Vt in hoc verſu pacatũque reget patrijs virtutibus orbem. Lucunda verò va- rietate, a, o, e, dictionẽ moderantur. Vt in illa Ciceronis, tam autem eras ex cors, vt tota in oratione tecum ipſe pugnares, vt non modo non co- hærentia interſe diceres, ſed maxi- mè diſiuncta atque contraria, vt nò tanta me cum quanta tecum tibi- eſſet contentio. Et in illa Maro- nis, Mecumque fouebit Romanos rerum dominos gentemque toga- tam. I. perſe exilis eſt ac tenuis vt in his verbis, bis, his, eis, is, id, lis, nix, pix, quis, ſis, it, vis, vit, cinis. Domina- tur in illo Ciceronis ſermone. Sepe enim venit ad aures meas te idem iſtud nimis crebrò dicere ſatis te ti- bi vixiſſe. Credo, ſed tum id audirẽ ſi tibi ſoli viueres, aut ſi tibi etiã ſo- li natus eſſes. Et in illis verſibus, Cre- dimus? An qui amant, ipſi ſibi ſom- nia fingunt. Frigidus, ò pueri fugitẽ hinc latet anguis in herba. Dic qui- buſin terris. Inſcripti nomina regũ. V ſonum etiam reddit exiguum, vt in his, mus, thus, ſus, plus, fumus, mutus, ludus. Eminet in illo Vergi- liano. Exiguus mus, ſub terris po- ſuit domos, atq; horrea fecit. Et in illo Horatij, Parturient montes, naſ- cetur ridiculus mus. Reliquæ literæ ſunt conſonantes, quæ diuidũtur in ſemiuocales & mutas. Semiuocales vocaliores ſunt, quã mutæ. Hæc verò ſunt ſemiuocales, l, m, n, r, s, x, z, quæ præter, m, abſonè in oratione frequẽ- tantur, iſtæ verò mutæ, b, c, d, f, g, p, q, t, ex quibus quædam craſæ ſũt, ſi ſubſequatur, h, quæ ſunt, ch, ph, th, quæ alijs literis ſcribuntur à Græcis nam per, ch, ſcribunt, & pro, ph, &

I

V

pro

Grandia
verba.

pro, th, & Ex his, b, d, g, clarius in au- rem cadunt. Verba ergo diligenda ſunt propria, vſitata, caſta, & quæ optime ſonent.

Gradia verò verba exiſtimantur vel ex multitudine ſyllabarum, ex quibus coagmentantur, vel ex mul- to tempore, quò proferuntur. Vt vnum verbum alio grandius eſſe di- catur, quòd id ſuperat multitu- dine ſyllabarum, vt muſarum gran- dius eſt, quã muſis, vel multitu- tudine temporis, vt mater, quã pater grandius eſt, vel vtroque. Non eſt autem idem grande, quòd ſonorum, vt ex vtriuſque explicatio- ne cognofcitur. Tum quædam ſunt exilia, ſed grandia ſyllabarum mul- titudine, vt inimicitia, vitiligines. Alia verò ſonantia ſunt, & grandia ſimul, vt iactatus, albanus, moroſa, fortuna. Eſt autem quædam in vo- cabulis magnitudo conſideranda ex multis ſyllabis, & multo tempo- re nata, vt celebritas, formatur, ar- chipirata, balneatores, conſirmaue- tur, collocauerunt, colloqueban- tur, innumerabilis, irremediabilis, am- plificationes, conduplicationes, de- liberationibus, interrogationibus. Huiuſmodi vocabula potiùs aſſerũt orationi tarditatem & inflationem quandam, quã dignitatem & au- ſtoritatem vllam. Quare non ſunt frequentãda, neq; etiam continuã- da, vt non dicerem, dictatores dimi- cauerunt, ſed aliquid paruum eiſin- terijcerem. Dictatores quibuſdam prælijs dimicauerunt, vel variè dimi- cauerunt. Quæ verò grandia & exi- lia ſunt nimis efluunt, & quaſi rapiunt orationẽ: vt relegere, potueri- mus, voluerimus, patefaciet, reperie- mus, recubuerimus. Parua verò ſunt aut temporis breuitate, vt fragilis,

aut ſyllabarum paucitate, vt res eſt, aut breuitate, & paucitate ſimul, vt vir, ſit Deus grauis. Parua exte- nuant orationem, vt Phormione, Terentij, ſed quid tu es triftis? Ego ne? neſcis quo in metu, & quanto in periculo ſint? Quid iſtuc eſt? Scies, in me omnis ſpes eſt mihi, ſa- tin ſic eſt? Non quid ſic propemo- dum. Quid ſi ſic? ſat eſt. Hem iſtuc ſerua. In his ergo verborum gene- ribus magnopere oportet animad- uertere quid deceat. Cauendum ne continuentur grandiora, aut minutiora. Veruntamen parua ſer- mo exilis, grandia ampla dictio fre- quentiùs poſtulat. De verbis verò volubilibus, & tardis ſatis doctè ex- pedite diſputauit Strebæus, cuius nos veſtigia ſequemur. Tarditas igitur eſt in verbis triplici de cauſa, vel productione, vel proceritate, vel coagmentatione. Productione quidem, quia ſyllaba longa duplo tardior eſt breui. Vnde illa tardior eſt oratio, quæ pluribus longis de- tinctur. Vt illa Craſi clauſtinis conſilij nos opugnauit. Et illa Ver- gilij. Hos tota armenta ſequuntur. A tergo & longum per valles paſ- citur agmen, Durante & voſmet rebus ſeruate ſecundis, Triginta magnos voluendis menſibus or- bes, Imperio explebit. E contra- rio verò illa volubilis eſt oratio, quæ multa breuitate fertur ſylla- barum. Vt illa Vergilij. Conſtitit hic, arcumque manu celeresque ſagittas. Corripuit, ſidus quæ tela gerebat Achates. Et Ouidij. Pan- ditur interea domus omnipoten- tis olympi.

Tarda ver-
ba.

Proceritate verò retardatur ora- tio, quòd habeat verba multarum ſyllabarum. Huiuſmodi enim ver-

R 2 ba

ba sua natura tarda sunt. Nam licet si breues omnes sint in præcepto feratur, & multa celeritate fluat oratio. Tamē quia spiritu vno sine vlla intermissione profertur, anima magis elaborare, & impediri videtur. Licet enim voluerimus expeditius pronūcietur, quā opera mea. Quod illud vno impetu dicatur, quod vno accētū, hæc verò duobus, quod duo sint accentus. Tamen facilius hoc enūciatur, quod labor diuidatur, quā illud, quo vnus in longū protrahitur spiritus. Quare duo, aut plura verba, quā vnus totidem & æqualium syllabarū plus subsultant & minus firmant orationem. Ob eamque rem minus idonea sunt clausula. Vt suauis illa clausula cadit in aures. Qualis quisque futurus sit patefaciet initium, quā hæc ex totidem breuibus. Patientia facit vt leue gerat quis onus humeris. Si verò alia vocabulo inestatur mora, vt præterquam, quod polysyllabum sit, syllabas longas habeat, quo plures habet, tardius sit. Apparet autem in hac Ciceronis oratione. Immitabantur illi continuo Cybiritici canes, qui inuestigabant & perscrutabantur omnia. Hæc verò tardiora ad res graues ponderandas, & langorem exprimendū libentius vsurpant poetæ, vt Chara deūm soboles magnum iouis in cremētum. Constitit atque oculis phrygia agmina circumspexit, & illud Horatij. Diuisit medium fortissima Tyndaridarum. Coagmentatio verò vocabulum tardius efficit eum vocalium concursio, aut consonantium asperitas hiulcam, & asperam prononciationem reddunt. Hiulcam in his. Machaō, Aonius, Amphiararaus, Menelaus, Laomedon, Meli-

begus, dici. Asperā verò in his, diphthongus constantia, direxti, arctauit, abstrusus, in extricabilis, arctas, nostras abstulit, monstrum, bacillum. Longum igitur temporis interuallum, vocum moles & difficilis earū cōcursio retardat prononciationē. Contrā verò breue temporis interuallum, vocū mediocritas, & præfa concursio volubile, & rotundum quodammodo dicendi genus efficiunt. Verba verò quæ sunt vnus, aut alterius syllabæ, si continuētur subsilit oratio, nec sicut flumen alueo pronō fluit, sed sicut riuus per saxa. Aliud tamen alijs locis est decorum, in cuius cognitione vis oratoris consistit. Aspera etiam & lenia verba reddunt ipsæ literæ, quibus proferuntur. Sed sicut non eisdem omnino literis omnes vtuntur lingue ita neque eadem delectantur literarū coagmentatione. Quædam enim lingue eum amant literarū cōcursum qui non modo gratus nō est hominibus alterius lingue, sed vix ab illis proferri potest. Hinc fit, vt quivni lingue sunt assueti difficilē aliam pronūciēt. Quamobrem prius cognoscendus est gētis ac terræ domesticus natiuusque sonus, quā bene possit de vocum asperitate & lenitate iudicari. Vocales omnes suavi suaves, & lenes sunt, quod propter ipsas cæteræ literæ sunt comparatæ ab ipsisque vim & dignitatē accipiunt. Vocaliū autem concursum non multum querit, neque multum etiam fugit latina lingua. Nam suauiter latini audiunt meus, meo, doceo, audio, creo, doceam, fio, sicbam, coeo potius quā coneo, cohortor potius quā conhortor. Vitat tamen in illis huic, cui, dii, dijs, dein, prodein, de est. Nam contrahūt & monosyllaba faciunt

Aspera verba.

faciunt. Et semianimis tetrasyllabum habetur. Præhédere trisyllabū sicut & peculi. Ionicis autem placet vocaliū cōtinuatio. sonoraque illis est & ampla. Et hac de causa in versibus grauibus & sonantibus vtitur Homerus ionicis verbis. Castellanis nostris nonnunquam ita placet vocaliū continuatio, vt tres aliquādo sine vlla consonante coniungāt que verba alterius lingue homines difficile pronūciant, vt *spaciatis*, aliquando tamē eas vehemēter vitāt. Sic vt alterā omnino eximant, nam *aprender*, & non *aprehender*. Et in variatū vocum coagmentatione alterā omnino prononciatione tollūt. Vt *dicesito*, pronūciāt minime verò. *Dice esto*, & id genus infinita. Ex consonantibus autem R. principio & in medio si geminetur, aut alteri adiungatur consonanti latinis aures, sine dubitatione aspera & acerba est. Vt in his rapina, horreo, arua, fragifera ardet, frustra. Iratis autem & minantibus cōgrua est. In medio vero posita verbi, & in fine nō est in suauis, vt amor, ore. Vt illa dictio. Ex eius ore melle dulcior fluebat oratio. Et facilis descēsus auerni sed reuocare gradum superasque eadere ad auras. Hoc opus & labor est. X. horridum est quocunque loco ponatur, Xantus, Xantipus, lex, pax, dixit, luxit. Reliquæ omnes consonantes quocunque loco ponantur suauiter audiuntur. Sed suauis. l. m. p. s. z. Componendi verò vsus ostendit, quarū consonantium concursus gratior sit. Nam latini dicūt comburo, non conburo, commito non conmito, compono non conpono. Quare lenius. m. quā n. cohæret cum. b. m. p. ita dicunt colligo, non conlego, colluceo non

conluceo, corrado non conrado, conoperio nō conoperio, illino, non inlino. Pronūciāt itē aufert nō abfer affert frequentius quā adfert, alluo, non adluo, annuo, non adnuo, appono nō adpono, acquiro, nō adquiro, asigno, non adsigno, ascribo non ad scribo, attulit non adtulit, & huius generis multa. Ita etiam ignotus ignauus, irriguus, irritus, ammouit, nō abmouit, abegit, nō absegit, abstulit non abtulit, erigit nō exrigit, abcessit, non abcessit, eluo non exluo. tranat non tranfnat, traducit non transducit, trāsfert non transfert, dirumpit non dirumpit. Item differo non disfero, disungo non diungo, dispono non dipono, diduco nō disduco, diripio nō diripio. Ex hac in compositione mutationis varietate facili cognoscitur, quæ consonantes, quibus congruæ, & apte sint. N. ante alias vt demonstratum est mutatur, ante. c. d. q. s. t. nunquam mutatur: quare suauiter cum his coniungitur, vt concilium, tundo, condo, anquiro, mōs, insons, sunt, amāt.

Cap. 6. De verbis assumptis.

Simplicia verba partiti sumus in propria & assumpta. Hactenus egimus de proprijs sequitur, vt de assumptis tractemus. Assumpta sunt. Quibus ab vsitata verborum significatione receditur atque in aliam rationem cum quadā venustate oratio confertur. Ex quo illæ verborū exornationes existunt, quæ à græcis tropi nominantur. Qui longè varia ratione à rhetoribus distribuuntur & declarantur. Nam alij plures alij pauciores ponunt. Disperseq, nullaq, via tractantur. Ita verò à nobis in vnam rationem

Vnde trahantur simplicium verborum exornationes.

Quae exornationes simplices ex similitudine ducuntur.

Metaphora quid.

cogentur, si locos, ex quibus ducantur demonstramus. Quare magnum eis lumen attulisse putamus, ut intelligantur & memoria teneantur. Trahuntur autem huiusmodi simplicium verborum exornationes, vel ex his, quae cum aliquo conferuntur vel ex contrariis vel ex adiunctis. Ea verò, quae cum aliquo conferuntur, aut similia sunt, aut dissimilia. Ex similibus ducitur Metaphora, catachresis, metalepsis, hyperbole, onomatopoeia. Libentius verbis graecis vror, quòd visitiora sint vnicuique, tamen latinum vocabulum subiiciemus. Metaphora, quam translationem Cicero nominat, est, cum verbum in quandam rem transferatur ex alia: quòd propter similitudinem rectè videtur posse transferri. In eo verò à similitudine discrepat, quod in similitudine fit comparatio, in metaphora verò non, sed simile ponitur loco sui similis. Ut similitudo est cum dico, quempiam, ut leonem aggressum fuisse, metaphora cum ipsum leonem fuisse dico. Hic autem tropus latissimè patet, quòd ex rebus infinitis aliqua similitudo sumi potest. Nam ut à diuinis ordiatur, Deus transfertur ad homines. Ut P. Lentulus, cuius ego patrem Deum, ac parentem statuo fortunae nominis mei. Et Deus nobis haec otia fecit. Ignis, natura nobis paruos igniculos dedit. Sulpitius qui in eadem inuidiae flamma fuisset. Agnosco veteris vestigia flammæ. Aer tranquilla & serena frons. Consilium vultu tegit ac spem fronte serenat. Aqua, Quem gurgitem, quã voraginem, quid cum non absorbere animo, quid non haurire cogita-

tionem, cuius sanguinem non bibere cenferis?

Quae bella exhausta canebat, Terra inuitatas vias indagare tritas relinquere. Et longa sulcant vada salsa carinæ. Res inanimæ. Quantam fenestram ad nequitiam patefeceris. Domus, officina nequitiae, diuersorium flagitiorum omnium. Stirpes, Gratia, non virtutis specie, sed ætatis flore collecta. Non solum ramos amputare miseriarum, sed radicum fibras euellere. Animalia homines, Parietes tibi gratias agere gestiunt. Suadentque cadentia sidera somnos. Oceanum interea surgens aurora reliquit. Lupi, penitus cauae plangoribus ædes, terminis vlulant canes, latrant quidam oratores non loquuntur. Serpentes, Cui serperet in vrbe infinitum malum. Aues, Homo volitans gloriæ cupiditate. Vulpes, Quid ille gannit. Equi, Sic ad vltius hanc orationem adhinnit, ut non magis virtutis, sed auctorem libidinis à se illum inuentum arbitretur. Apes, Noli aculeos orationis meae, qui recõditi sunt excusos arbitrari. Afferit autem multas vtilitates orationi translationis. Aliquando enim necessitudinis causa transferrimus, quia vocabulum aliud non est. Necessitudine ducti rustici dicunt gemmam in vitibus, & gemmare vites, sitire segetes letasque esse, fructusque laborare, luxuriam esse in herbis: nosque hominem durum, & asperum vocamus. Nam desunt nomina propria quibus haec nominemus. Rei ante oculos ponendae causa, sic. Hic Italiam tumultus expergefecit terrore subito. Ita incensum ira, lapsum errore, Breuitatis causa sic, Reces aduentus exercitus, subito ciuitatem extin-

Quas affectat orationi vtilitates translationis.

Geor. 3.

extingit. Et telum manu fugit: imprudentia teli emissi breuius proprijs verbis exponi non potest, quam est vno significata translatione. Augendi causa sic. Nullus mæror & calamitas istius explere inimicitias & nefariam faturare crudelitatem potuit. Sic dicimus inflammatum cupiditate, grauior etiam est ardor, quam cupiditas, ignis & vulnus quam amor, nudus quam inops, germanus quam similis, cæcus quam ignarus, ardere quam amare inuestigare quam querere, contendere quam ire, euolare quam abire, acerbitas quam malum, inflammatum quam comotus, terribissimus quam crudelissimus. Minuendi causa sic, Magno se predicat auxilio fuisse, quia paululum in rebus difficilimis aspirauit, obsecrationis vitandae causa sic, cuius mater quotidiana nis nuptijs delectatur. Hoc faciunt nimio ne luxu obtusior vsus. Sit genitali aruo, & sulcos obliuet inertes. Ornandi causa sic. Aliquando reip. rationes, quae malitia nocentem exaruerant, virtute optimatum reuirtunt. Sic dicimus lumen orationis & generis claritatem, concionum procellas, eloquentiae flumen. Clodiu vocat Cicero fontem, segetem, ac materiam gloriæ Milonis, Lumine & sublimitatem afferit orationi metaphora, cum rebus sensu vacanti- bus actionem quandam & sensus impetum præstamus. Ut pontem in dignatus Araxes. Et illud Ciceronis. Quid enim tuus ille Tubero districtus in acie Pharsalica gladius agebat: cuius latus ille mucro petebat? qui sensus erat armorum tuorum? Veritas vocem miserit: oratum etiam afferit illa Vergilij translatio

ferrumque armare veneno. Nam armare veneno & ferrum armare duplex est translatio. Illud autem valde hornat & honestat orationem, quae translationem & similitudinem adhibet, ut continetur & terminetur oratio verbis translatis ex ea similitudine, qua illustratur sic. Ut hirundines æstiuo tempore præsto sunt frigore pulsæ decedunt. Ita falsi amici sereno vitæ tempore adsunt: Simul atque fortuna inmutata est, deuolant omnes. Et illud quod fretum, quem Euripum tot motus, tantas tam varias habere creditis agitationes, comutationes, fluctus, quantas perturbationes, & quãtos æstus habet oratio comitorum. Et in Vaticanum. An verò parum putas inuestigatas esse à nobis labe imperij tui, strages prouintiarum, quas quidem nos non vestigijs odorantes in gressus tuos, sed rotis volutationibus corporis & cubilibus persecuti sumus. Mi Dolabella libentius omnis meas, si modo sunt aliquae meae laudes, ad te transfuderim, quã aliqua partem auferim, ex tuis. Hanc verborum continuationem & rerum seriem non seruare vitiat orationem, ut cum maxime. Ut si ab incedio ordiatur & in ruinam exeat: Non debet esse frequens in oratione metaphora. Nam tædiu parit & orationem obscurat. Siquidem accedere videtur ad allegoriam & ænigma. Cauenda est in hoc genere maximè dissimilitudo. Quare non rectè dixisse videtur Ennius cœli ingentes fornices. Nec enim in cœlo fornices similitudo inesse potest. Videndum etiam est ne longè ducatur similitudo. Ut syrtim patrimonij, scopulum libentius dixerim. Carybdim bonorum

voraginem potius. Nam facilius ea, quæ visa sunt, quam ea, quæ audiuntur mentis oculis capiuntur. Sunt etiam illæ duræ metaphoræ & longè petitæ capitis niues & illa Horatii: Iupiter hybernas cana niue conspuat Alpes. Translationem dicunt pudenter esse oportere. Quam obrem vehementer fugienda est turpitudine earum rerum, ex quibus petita est similitudo. Quare non vult Cicero dici, morte Africani castatam esse rem publicam, nec stercus curiæ Glauciam. Nec maiores, quæ res postulat, ut tempestas comestationis, aut minores, comestatio tempestatis. Ne sint humiles translationes, ut faxea verruca, ne sordidæ. Nam licet Quintilianus sentiat rectè Ciceronem dixisse. Sentinam reipub. ut hominum sceditatem declararet, non probat illud veteris oratoris. Persecuisti reipub. vomicas. Aliquando duriorem translationem mollire licet, preposito verbo. Ut si quis Catone mortuo pupilum senatum, quis relictum esse diceret Paulo Durius: aliquanto mitius est, si diceret, ut ita dicam, pupilum. Facilis enim esse debet, & lenis translatio ut deducta fuisse, in alienum locum, non irruisse videatur. In hoc tamen genere maior libertas poetis, quam oratoribus concessa est. Non enim Quintilianus dicere patitur oratorem, pastorem populorum, ut Homerus in imperatore dixit, neque volucres pennis remigare, ut Vergilius in Dalo, & apibus non inscièter utitur. Ac de translatione satis.

Cap. 7. De alijs tropis qui ex similibi ducuntur

Sunt & alij tropi affines metaphoræ: nã ex simili etiã ducuntur. Catachresis (quam abusionem Cicero nominat) est quæ verbo simili & propinquo, pro certo & proprio abutitur. Ut equum diuina Palladis arte. AEdificant, propriè ædificatur domus per abusionem equus, parricida quoque dicitur matris, & fratris interfector. Sic vires breues dicimus, propriè debiles, statura parua pro humili, longum consilium pro sapiente, oratio magna, paucus sermo. Vergilius visæ canes vlulare per urbem, visæ pro auditis. Terent. Matris vox visa est Philomenæ audisse vocem pueri, visus est vagientis audire vocem, visus fuit modo militis. In eo vero Quintilianus catachresim à metaphora differre putat, quod catachresis est, ubi nomen aliud defuit, metaphora ubi fuit. Sed hæc differentia ipsius Quintiliani testimonio confutatur. Ex eius enim sententia diximus, metaphoram aliquando necessitudinis causa adhiberi, quia proprium vocabulum deest, ut rustici dicunt, gemmare vites, lætas segetes quia verbum aliud non suppetit. Quare catachresis in eo quod figura est, quæ ex re simili trahitur, nihil à metaphora differt. Si verò proprium nomen fratris interfectoris inducere putas, cum parricidam nominas, abuteris nomine parricida, ita cum equum ædificare dicis, & alia omnia vocabula quæ metaphora præstat. Itaq; catachresis & abusio refertur, non ad figuratum, sed ad proprium nomen. Similis huius est metalepsis, quæ tropus est ex alio aliud ad deducens, ac velut viam præstans: ut post aliquot mea regna videns mirabor aristas.

Catachresis quid

Metalepsis quid.

Arif-

Hyperbole quid.

Arif-
Aristæ pro annis, quia ex arif-
tibus ad segetes, ex his ad ætates,
deindeque ad annos. Et speluncis
abdedit atris, ex atris intelligimus,
obscuris. Hyperbole, quæ Ciceroni
est superlatio, est tropus superans
veritatem alicuius augendi minuē-
dive causa. Qui similitudinem etiã
sequitur, licet à comparatione separatus
nonnunquam sumatur, sic, si
concordiam retinebimus in ciuitate
imperij magnitudinem solis or-
tu atque occasu metiemur, Geminique
minantur in cælum scopuli.
fimitur cum comparatione: sic cor-
pore niueum candorem aspectu igneum
candorem assequatur, Cuius ore sermo
melle dulcior profuebat. Tātus erat
in armis splendor, ut solis fulgor
obscurior videretur. Crēdas inatte
reuullas cyclades. Fulminis ocyoralis.
Signis etiam quibusdam superferretur
oratio. Illa vel inta-
tæ segetis per summa volaret. Gramina,
nec teneras cursu læsisset aristas.
Exquisitam vocat hyperbolem
Quintilianus, quando vnum in quo
posset hyperbole consistere negatione
tollitur, ut maius aliquid ponatur,
& eo exquisitior, quo plura eiusmodi
tolluntur, ut Cicero in Antonium.
Quæ Charybdis tam vorax. Charybdis
dico, quæ si fuit, fuit animal vnum.
Oceanus medius fidius vix videtur
tot res, tam dissipatas, tam distantibus
in locis positas, tam citò abforuere
potuisse. Et Vergilius. Non sic quum
spumeus amnis exit, & oppositas euicit
gurgite moles. Fertur in arua furens
cumulo, camposque per omnes. Cum
stabilis armata trahit. Illam Pindari
vehementer laudat Quintilianus,
quæ Herculis impetum aduersus Me-
ropas describit. Non igni, nec ven-

tis, nec mari, sed fulmini dicit similem
fuisse, ut illa minora, hoc par est.
Hanc putat in Verrem imitatum
Ciceronem fuisse. Verfabatur in Sicilia
longo intervallo, non Dionysius ille,
nec Phalaris: tulit enim illa quondam
insula multos & crudeles tyrannos:
sed nouum quodam monstrum ex veteri
illa immanitate, quæ in eisdem versata
locis dicitur. Non enim Charybdis tam
infestam, neque Scyllam nauibus, quã
istum in eodem freto fuisse arbitror.
Nec minus ornate ad minuendum
accommodatur. Vix osibus hærent.
Et illud Ciceronis in quodam ioculari
libello, quod Citat Quintilianus. Fundum
Varro vocat, quem possim mittere
funda. Ni tamen exciderit qua causa
funda patet. Fit & vnicuique verbo
superlatio, & ob eam rem ad verba
simplicia pertinet. Ut illud Vergilij,
quo turbine torqueat hastam, turbine
posuit pro impetu. Huius etiam generis
sunt, hæc, Perij, nullus sum, occidi,
actum est, exanimatus sum pro turbato,
cæsus pro læso, latro pro improbo,
solitudo pro paucitate, latro pro improbo,
gladiator pro audaci, parricida pro
sicario scelus pro homine malo fera
pro crudeli. Pestis, portentum, monstrum
pro nocente, veterator pro callido,
bestia pro stolido, pirata pro fure,
perditus pro vitioso. Innummerabilis,
infinite, pro multo, mille pro multis.
In hyperbole illud oportet animaduertere,
quod licet ita res non se habeat,
ut verbis significatur mendacio tamen
non fallit. Nã tunc commodè infertur,
cum res de qua sermo est vitatum &
naturalem modum excedit, neque certis
& expressis verbis quia non est
deklarari potest, conceditur, ut ultra

R 5 • potius

Allegoria.

potius, quam citra consistat oratio, sic igitur ultra fides hyperbole, non tamē ultra modum. Allegoria quoniam semper aliquid enunciat, vno simplici verbo non conficitur. Tamen quia ex multis constat translationibus alio loco cōmodē explicari non potest, sic Cicero, neque fuit tam timidus, ut qui in maximis turbinibus nauē reipub. gubernasset, frontis tuæ nubeculam, aut collegæ tui contaminatum spiritum pertimescerē, alios ego vidi ventos, alias prospexi animo procellas. Et loquens de cede Cæsaris si meus stylus esset, ut dicitur, totam fabulam confecissem. Et Oratius de repub. dixit. O nauis referent in mare te noui. Fluctus? o quid agis tu fortiter occupa portum. Et illa Catilinae vox. Incendium meum ruina restinguam. & Verg. Sed nos immensum spacijs confecimus æquor. Et illud de Tiberio lutū sanguine maceratum, pro fordido & crudeli. Et illud veteris prouerbij vino vendibili suspensa hedera nihil est opus. Omnia carminibus vestrum seruasse Menalcam. Menalcas pro Vergilio. Et illud Ciceronis hoc miror enim querorque quemquam hominem ita pessundare alterum verbis velle, ut etiam nauem perforer, in qua ipse nauiget. Splendidum & illustre putat Quintilianus effecti genus orationis. Si ex similitudine, allegoria & translatione permisceatur, ut pro Milone. Equidem ceteras tempestates & procellas in illis duntaxat fluctibus cōcionum, semper Miloni putavi esse subeundas. Nisi dixisset concionum fluctus, esset allegoria, sed ita dicēs eam cum translatione & similitudine miscuit. Ad hoc pertinent illa exempla, quae

posuimus in metaphora. Quod fretum quem Euripum, tor motus &c. Et illud in Vatium, An verò parum putas in vestigatas esse à nobis, &c. Quare hic etiam est repetendum & vehementer obseruandum illud quod in metaphora dedimus præceptum de verborum continuatione, & rerum serie seruanda. Vulgaris etiam sermo vititur allegoria. Nam ad eam pertinent pedem conferre, iugulum petere & sanguinem mittere. *Ænigma* est obscurior allegoria. Cuiusmodi est illud Vergilij, Dic quibus in terris & eris mihi magnus Apollo, Treis pateat Cæli spatium nō amplius vlnas. Et illud, quod Cicero dicit de Verre vulgo iactari. Negabant (ait) ius tam nequam esse Verrinum. Sacerdotem execrabantur, qui Verrem tam nequam reliquisset, & illud de niue & glacie, Mater me genuit, eadē mox gignitur ex me. Abundat sacrosancta scriptura enigmatis. *Onomatopœia* trahitur etiam ex simili, sed longè diuersa ratione, quam alia. Nam alijs res est similis rei, nominatione verò, sic enim à Cicerone nominatur, nomen ipsum rem, quam significat, imitat. Est enim *Onomatopœia*, quum ei rei cui idoneum nomen non est, eam nosmet idoneo verbo nominamus, aut imitationis, aut significationis causa. Imitationis, ut veteres latinirū dere, & vagire, & mugire, & murmurare, & sibillare appellauerunt. Significandę rei causa, ut postquam iste in repub. fecit impetum, fragor ciuitatis in primis est auditus. Sed imitationis causa non conuenit in latina lingua facere aut nouare, verba quòd eius vsus non sit vulgaris, significandę verò rei causa decorum est poetis præ-

Ænigma.

Onomatopœia quid.

sertim, ut illud Vergilij de ventis, Qua data porta ruunt, & terras turbine perflant. Incubere mari totumque à sedibus imis, Vnà Eurufque Norusque ruunt.

Cap. 3. De tropis qui ducuntur ex dissimilibus.

Tropi ducuntur ex non similibus.

Synecdoche quid.

Diximus tropos, qui ducuntur ex ijs, qui cum aliquo conferuntur vel duci ex similibus vel dissimilibus disputamus de ijs, qui ducuntur ex similibus deinceps agemus de ijs, qui trahuntur ex non similibus. Horum vna forma est *Synecdoche*, quam vocat Cicero intellectionem. Quæ est cū res tota de parte cognoscitur aut de toto pars. De parte totum, ut tectū pro domo, sic, Quo in tectum te recepes. Vos in vestra tecta discedite. Vergilius, In terea Æneas socios de pupibus altis, Pontibus exponit, & Ararim Parthus bibit aut Germania Tygrim. Non ille te nuptiales tibiæ eius matrimonij commonebant. Vno tibiæ signo omnis sanctimonia nuptiarum significatur. Sic ex forma genus intelligitur, quia generis pars est, ut Home rus pro poeta, Cicero pro oratore, aut eleganti latino, Verg. Dentesque Sabellicus exacuit sus, pro quouis sue. Poculaque inuentis Acheloia miscuit vis. Acheloia pocula pro aqua. Sic carina pro nauis, mucro pro gladio. Sic vnus pro pluribus, ut Romanus prælio victor, id est Romani. Hostis habet muros, & armato milite complent. Poeno fuit Hispanus auxilio. De toto pars intelligitur. Qua forma grauius vsus est Cicero in Verrem, Nego in Sicilia tota tam locuplete, tam veteri

provincia, tot oppidis, tot familijs tam copiosis vllum argenteum vas, vllū Corinthium aut Deliacum fuisse: nego vllam gemmam aut margaritam fuisse, aut quicquam ex auro aut ebore factum. Signum vllum æneum, marmoreū, eburneum: nego vllam picturam, neque in tabulis neque textilem fuisse, quin quæsierit, inspexerit, quod placitum sit, abstulerit. Partem Verres abstulerat. Tamen id amplius amplificat dicens, Quū dico nihil istum huiusmodi rerum in tota prouinciā reliquisse latinē me scitote non accusatorie loqui. Aut si ei, qui vestitum & ornatum sumptuosum ostendet, dicatur ostentas diuitias & locupletes copias iactas. Sic genus pro specie ponitur Verg. Prædamque ex vnguibus ales proiecit fluuio. Ales pro aquila. Et in septimo Verg. Quadrupedem pro ceruo dixit, & alibi pro equo. Pluralis etiam numerus hoc tropo ponitur pro singulari, ut Cicero de se solo dicit, populo imposuimus & oratores visi sumus, Terent. etiam numero mutato dicit, Istarum meretricū contumelias & Cicero Curios, Fabritios, Quintos, Maximos Virgil. Talia coniugia & tales celebrant hymenæos. Agregium veneris genus & rex ipse Latinus. Liberius hac figura ut docet Quintilianus vititur poema, quam prosa. Nam prosa, ut mucronē pro gladio, & tectū pro domo recipiet: ita non pupim, pro nauis, neque abietem pro tabellis. Et ut pro gladio ferrum, ita non pro equo, neque pro ceruo quadrupedē. Illa tamē numerorū mutatio valet in oratione soluta, ut est à nobis Ciceronis testimonio probatum, & plena consuetudo est, quotidiani sermonis huiusmodi.

Metonymia quid.

modi tropi. Alius huius ita similis tropus, ut à quibusdam non distinguatur, est metonymia vel hypallage quam Cicero denominationem vocat. Quæ à rebus propinquis verbum trahit vel orationem qua posita intelligi res, quæ non suo vocabulo sit appellata. Fir autem vel eum causæ nomen transfertur ad effectum. Ut Cic. quos amisimus ciues, eos Martis vis perculit, non ira victoriæ Mars pro bello. Sic vario Marte pugnatum esse latinè dicit. Et Vulcanus pro igne Venus pro coitu. Vergil. Cererem corruptam vndis, idest fruges. Terent. Sine Cerere & Baccho friget Venus, idest, Sine pane & vino. Licentiùs tamen dicitur Quintilianus, quam orationis solutæ severitas ferat. Sic etiam dicitur Martem fatigant, idest bellum poscunt. Sus Mineruam, idest sus artificem. Lacerat musam, idest abutitur disciplinis. Et pingui Minerva aliquid agere dicimus. Vel cum causæ nomen effectui datur, Oratius Pallida mors equo pulsat pede pauperum tabernas regumque turres. Pallida quia pallidos efficit. Sic tristisq; senectus, ut Verg. ait, quia tristes facit, desidiosam autem quia desidiosos facit, frigus pigrum quia pigros efficit. Sic ex eo quod continet id, quod continetur consuetudo recipit quotidiani sermonis, ut bene moratæ vrbes sæculum fælix, poculum epotum. Ut etiam Cicero, primùm igitur in hanc rem testem totam Siciliam citabo, idest Siculos. Et testis est Hispania quæ plurimos hostes ab hoc prostratos superatosque vidit. Et Vergil. illa incluta Roma. Imperium terris animos æquabit olimpo Roma pro Romanis. Et Cicero ab exilio reportatus fuisset

se dicit humeris Italiæ, idest ab Italiis. Et armis Italia non posse vinci, neque Græcia disciplinis. At verò contra ut id quod continet pro id, quod continetur, raro quis audet, nisi poeta, ait Quintilianus, sic dixit Verg. Iam proximus ardet Vcalegonis, idest Vcalegonis domus. Nisi ita intelligatur ut à possessore res possessa nominetur, sic hominem deuorari dicimus, cuius patrimonium consumitur, & ab Anibale cæsa fuisse apud Cænas sexaginta millia. Adiuunctum etiã ponitur pro subiecto, ut à Cicero. Quas res luxuries in flagitijs, crudelitas in supplicijs, auaritia in rapinis, superbia in contumelijs efficere potuisset, eas omnes sese hoc vno pretore pertulisse. Luxuries pro luxurioso, crudelitas pro crudeli. Et alio loco, Non mihi vnus homo improbus opprimendus sed ipsa improbitas extingueda. Ex hac parte pugnat pudor, illinc petulantia, hinc pudicitia, illinc stuprum. Et à Terent. Scelus quem nam hic laudat. Scelus pro scelesto. Dicitur etiam sacrilegium deprehensum pro sacrilego. Innumerabiles denique dicendi modi ex hac figura & Synecdoche trahuntur.

Cap. 9. De tropis petitis ex rebus adiunctis.

Hactenus de his tropis, qui ex eis, qui cum alio conferuntur: nunc de his, qui ex adiunctis petuntur. Ex ijs vnus est periphrasis, quæ Cicero est Circuitio, quæ est oratio rem simplicem assumptam diuisione circumscribens. Ut Scipionis prouidentia Cartaginis opes fregit, simplex fuit Scipio & Cartago. Præterquam, quod afferat

Periphrasis quid.

hic

hic tropus orationi grauitatem & sublimitatem, aliquando necessitate inducitur ad rem dictu deformem operiendam, ut Salust. Ad requisita naturæ. Et Liuius, Vestigia viri alieni Calatine sunt in lecto tuo, id est vir alius mecum concubuit. Ornatum verò parit & dignitatem apud poetas frequentissimè ut Vergil. Tempus erat quo primæ quies mortalibus ægris. Incipit, & dono diuum gratissima serpit. Et postera phebæa lustrabat lampade terras. Humentæque aurora polo dimouerat vmbra. Et diuum pater atque hominum rex. Et cæli qui sydera torquet pro ioue. Vera iouis proles, Pro Hercule Romanæ conditor arcis pro Romulo. Philosophorum princeps pro Aristotele. Huic finitima est Antonomasia, qua nomen commune rei singulari tribuimus, ut in ea re excellentiam significemus. Sic poeta, pro Homero Philosophus, pro Arist. orator, pro Cicero, sic, Vergil. t. halamo quæ fixa reliquit Impius. Impius, pro Aenea. Et vigilas ne Deum gens, maioris est momenti quàm vigilas ne Aeneas? & pro Cluentio. Nubit genero socrus, accusat filium mater. Leuius esset, Nubit Melino Sasia, eadē Cluentium accusat. Et stetit soleatus prætor muliercula nixus in littore Magis accusatorum id, quæ stetit soleatus Verres. Epitheton in tropis numeratur à Quintiliano pertinere ad assumpta verba. Nam quando proprium nomē non est, quo rei grauitatem, quam animo concipimus, significemus, ad epitheta confugimus ut nostram notionem expleamus. Quare & pōdus orationi præstant. Sic cum dicimus, mirificum artificium, grande crimen va-

stum gurgitem, lectum adolescentem, hominem teterrimum nefariam libidinem, nequitiam singularem, summam vim, insignem virum immania pocula, graues iniurias & alia infinita. Poetæ verò solutior est in epithetis licentia. Nam licet vim nullam verbo addant, si tantum eis conueniat, non reprehenduntur. Quare licet eis dicere dentes albos, niuem candidam, humida vina. In prosa verò si nihil efficiant non probantur: efficiunt autem si leuius est quod sine illis enunciat, qualia sunt, O scelus abominandum, o deformem libidinem, & cætera. Exornant maximè si ex alijs tropis sumantur, ut ex translatione, cupiditas effrenata ex metonymia turpis egestas. Si verò sit oratio omnino epithetis destituta nuda & in compta est. Si multis oneretur, longa & impedita.

Cap. 10. De tropis qui ex contrarijs ducuntur.

Ex contrarijs duo tantum tropi ducuntur, Ironia & antiphrasis. Ironiam Cicero permutationem nominat, quæ est oratio, qua vnum contrarium alio significatur, ut ó bone vir de nequam. Et si quis hominem prodigum & luxuriosum illudens parcum & diligentem appellet. Et si quem impium, qui patrem veruerat Aeneas vocemus, in temperatum & adulerum Hippolytum nominemus, Cic in Clodium integritas tua te purgavit (mihi crede) pudor eripuit, vita antea cæta seruauit. Et pro Quinctio. Credamus hoc Sext. Næuium, Cuius caput oppugnet eius vitæ pepercisse. Et in Pisonē, Tu scilicet homo

Ex contrarijs tropis

Ironia quid


homo religiosus & sanctus, cū es-
interrogatus, quid sentire de meo
consulatu grauis auctor Calatinus,
credo aliquis. Et philipp. O præcla-
rum custodem ouium (vt aiunt) lu-
pum. Vergilius. Egregiam verò lau-
dem & spolia ampla refertis. Tuque
puerque tuus: magnum & memo-
rabile nomen. Vna dolo diuū si
femina victa duorum est. Et me que
timoris Argue tu Drance quando
tot Cædis aceruos. Teucrorum tua
dextera dedit. Ad Ironiam reducū-
tur sarcasmos, qui est hostilis irrisio
& astismus, qui est vrbāū dictum,
quos leuiter tangit Quintilianus &
alij rhetores merito prætermittunt.
Antiphrasis est nomen rei ex con-
traria ratione factū. Vt parca, quod

Antiphrasis.

minime parcant, lucus quod non
luceat, bellum quod non bonum.

Hyperbaton quem Cicero nomi-
nat traiectionem non pertinet ad
verba simplicia, nullum enim per se
verbum inuertit. Sed verborum col-
locatorum perturbat ordinem. Vt,
Hoc vobis deos immortales arbi-
tror dedisse virtute pro vestra. Insta-
bilis in istum plurimum fortuna va-
luit. Omnes inuidiose eripuit tibi be-
ne viuendi casus facultates. Quare
potius spectat ad verborum col-
locationem, de qua mox age-
mus, quā ad tropos ver-
borum simplicium,
de quibus, ha-
tenus.

†



DIDACIA STVNICA
EREMITÆ AVGVSTINIANI RHETO-
ricæ Liber secundus.

Cap. I. De verbis collocatis.



rationem decla-
randi & verbis expri-
mendi menti sensa
doceremus, verba in
simplicia & colloca-
ta diuisimus. Libro superiori de sim-
plicibus disputauimus. Deinceps de
collocatis verba faciemus. Colloca-
ta ergo verba sunt duorum aut plu-
rium verborū continuatio. Vt idem
sit quod apud dialecticos oratio,
quam nunc rhetoricè tractabimus
vt antè dialecticè. In oratione verò
aut considerantur verba ex quibus
componitur aut res, quas significat.
Primū ex verbis eam ponderemus,
deinde ex rebus. Quod attinet ad
verba eius quinque lumina, & orna-
menta sunt, vt dilucida sit, id est vt
planam animi notionē faciat cuius
deklarandæ causa comparata est,
non enim munere suo fungitur, si
obscura sit. Vt breuis id est plura ver-
ba non habeat, quā, quæ necessa-
ria sunt ad menti explicationem
nullique rei nisi vt dilucidè dicatur
inseruiat. Vt probabilis, id est neni-
mis compra & expolita sit. Sed au-
thoritas sit & pondus in verbis. Et
sententias habeat, vel graues, vel ap-
tas hominum moribus, vt illustris
sit id est verba grauitate delecta in
ea ponantur & figurarum lumine
distincta. Et ipsa sua compositione
imitantia actionem & motum re-
rum, in quibus versantur, ita vt res
iplas pene ante oculos constituat.

Lumina
quinque o-
rationis.

Vt suauis, id est primū elegans &
quæ predita sit verborum iucundi-
tate sonantium & lenium. Deinde
ipsa eorum coniunctione neque as-
peros habeat concursus, neque dis-
iunctos atque hiantes. Sitque non
longo anfractu circūscripta, sed ad
spiritum vocis apto. His ornamen-
tis, si instructa fuerit oratio, omnia
eius vitia fugiet & virtutes omnes
consequetur, in quibus numeran-
dis nonnulli graues quidem auctores
non breuem, qualem postulamus,
sed satis longam orationem consu-
munt. Superuacaneum verò & im-
peritum duco orationis vitia nume-
rare, cū modis infinitis de via re-
cta declinare liceat. Nunc oportet
explanare quibusnam rebus hæc
dicendi lumina & quasi virtutes cō-
parabimus. Comparantur autem
vfu & proprietate collocatorū, ver-
borum, eorumque figura, coagmen-
tatione, cōcinitate & numero. Dein-
ceps de singulis differemus.

Cap. 2. De verborum collocatorū
vfu & proprietate.

Sicut simplicia verba propria
& vlitata diximus esse debe-
re ita & collocata. Et in his
quā in illis longè maiorem esse
difficultatem ex eo cognoscitur,
quod infantuli multo prius tempo-
re

re propria simplicia proferunt quā collocata. Prius patrem matrem, quā meum patrem & matrem dicunt. Ante non solum pedibus incedunt, sed etiam currunt brachia tollunt, manibus aliqui administrant, quā aliquid veri, vel falsi enunciare sciant. Sexto vix anno pauca verba continuare possunt, nisi quæ memoriter complexi sunt. Est enim difficillimum in vnaquaque lingua aptè, ut ipsius natura fert verba verbis annectere. Nec sine multo usu & assidua observatione eorum, qui emendatè loquuntur vel scribunt cōparari potest, sine quo friget omnis & inanis est eloquentia, non aliter quā si barbaris & alienis verbis vteretur. Quod si ratio componendorum verborum natiuæ & domesticæ linguæ difficilè tenetur, quid de peregrina dicam & aliena cuiusmodi latina est? Tamen, Tanta est huius sæculi stulticia: ut multi homines quod grammaticæ latinæ præcepta didicerint, & nonnullas Terentij, Vergilij, & Ciceronis pagellas audierint exponere: tres denique vel quatuor annos latino sermone studuerint, latinè tamen non dubitant de multis grauissimisque rebus disputare, discipulisque prælegere, scribunt, libros faciunt, diuulgant. Et obeam rem Latinos esse autumant, quod verba simplicia latina sint. Sed cum eorum collocatio, non latina sit siquidem huius rei profus rudes sunt & ignari sed, vnusquisque linguæ suæ collocationem sequatur. Non minus eorum sermo ad vnius cuiusque linguam quā ad latinam pertinere videtur. Non enim minus quæuis lingua sua collo-

cata, quā sua simplicia verba exigit. Tum longè aliud est grāmaticæ præcepta, quā linguam scire. Multi. n. grāmatici omnia latini sermonis grāmaticæ præcepta libris suis tradunt, tamen latinè non loquuntur neque scribunt. Longè etiam aliud est auctorem quempiam intelligere, quā ipsum imitari dicendo. Proprietas ergo verborum collocatorum in quacunque lingua reliqui eius cultus & elegantia fundamentum est: eam verò quæ est latini sermonis, qui nobis his præceptis exponendis propositus est modis infinitis barbaris & ineptis indocti confundunt & obruunt. Nam dictitant odio habere aliquem, non odium habere in aliquem vel alicuius: Vigilat in morte, non speculantur, è monte, aciem ordinant, non instruunt, Tentat frangere aciem, non conatur aciem prærumpere: Dimisit suos milites, non dimisit copias, impediuit comeatum, non interclusit: victu carebat exercitus, non re frumentaria. Duxit vineas non egit. Primi in consilio, non consilij principes. Reportarunt prædas, non egerunt. Milites monuit non cohortatus est: signum fecit, non dedit. Renouauit prælium non redintegrauit vel restituit, lōgius iuit non prodijt: redierunt milites, non receperunt se: Misi equites sine sarcinis, non equites expediti: Fecit prælium non commisit: Dedit se ut seruiret: non tradidit se in seruitutem: Dedit illis ducem legatum non præfecit legatum: Misi ad succurrendum non misi subsidio: Fecerunt vim, non impetum. Magnis vijs contendit non magnis itineribus. Opidum egressi sunt contra hostem

*Proprietas
verborum
collocatorum
reliqui cultus & elegantia in
quacunque
lingue fun
damentum*

hostem non eruptionem fecerunt. Ad faciendum pontem ligna secabat, non materiam: Reportauit, quæ acceperat in legatione non renunciauit legationem: Tempus assignatum, non constitutum. Perdidit oportunitatem, non amisit occasionem. Infiniti denique, & innumerabiles sunt imperitorum hominum dicendi modi, sed hæc pauca exempli causa à me commemorata sunt, ut ex illis intelligatur adiunctorum verborum proprietas. Huius rei difficultatem, quæ maxima est nonnulli homines industrij, & de literis benemeriti leuare conati sunt. Alij libros conficientes de elegantia latinæ linguæ, alij in codices magnos referentes selectas ex probatis auctoribus locutiones. Quorū studium, & sollicitudinem licet alij contempnant, ego non possum animo grato non probare & magnopere comendare. Nisi tamen longa lectio & obseruatio bonorum auctorum adiungatur, inutilis horum virorum opera & labor erit ad emendatè purè & latinè loquendum & scribendum. Ita igitur hæc pars inuestiganda & obtinenda est. Sequitur alia quæ est verborum figura.

Cap. 3. De figura.

*Figura
quid.*

Figura est iucunda verborum collocatio à simplici re-etaque loquendi consuetudine deflexa. Quæ in eo iucunda est, quod sermonis quotidiani fastidium leuat, tum quod probabilem rationem sequens à via vulgari recedit. Id enim necessarium

est, ut non vitium, sed virtus orationis sit. In eoque à tropo differt, tum quod tropus verborum collocationem minimè postulet: tum quod figura constet sine mutatione significationis vocabuli, tropus autem non. Cum ergo figura sit oratio modo & ratione deflexa à recto communique loquendi genere: variè possunt eius esse formæ, ut varia hominum ingenia sunt. Quare licet omnes minime numeremus, non est vllum in doctrina peccatum. Quemadmodum in ea doctrina, quæ de animalibus est, licet aliqua animalis species prætermittitur. Illustres verò & peruagatas optimorum auctorum usu recensere. Fit ergo figura vel eiusdem verbi repetitione, vel similis, vel melioris, vel contrarij, vel ipso multorum verborum habitu.

Cap. 4. De figuris ex eiusdem verbi repetitione.

Repetitionem eiusdem verbi primùm prosequamur, quæ fit pluribus modis, primo si continenter ab vno eodemque verbo in diuersis orationibus principia sumantur Anaphora figura est Ciceroni repetitio. Sic, Vobis istud attribuendum est, vobis gratia habenda, vobis res ista erit honori. Item Scipio Numantiam sustulit, Scipio Carthaginem deleuit, Scipio pacem peperit, Scipio ciuitatem seruaui. Habet hæc figura multum venustatis grauitatis, celeritatis, & acrimoniæ. Quare apta esse videtur ad exornandam, &

Anaphora

S augen

augendam orationem. Venustas apparet, cum membris venustis, atque absolutis effertur. Sic Cicero, Testis est Italia, quam ille ipse victor L. Sylla huius virtute, atque subsidio confessus est liberatam. Testis est Sicilia, quam multis vndique cinctam periculis, non terrore belli, sed celeritate consilij explicauit. Testis est Africa, quæ magnis obsessa hostium copijs, eorum ipsorum sanguine redundauit. Grauitatem ostendit, si aptis adiungatur incisis. Hoc modo Cicero, Non avaritia ab instituto, cursu ad prædam aliquam deuocauit, non libido ad voluptatem, non amenitas ad delectationem, non nobilitas vrbis ad cognitionem, non denique labor ipse ad quietem. Sed illud pulchrius, & dignitate, & grauitate plenius, si dupliciter tractetur. Vt illa Ciceronis, Maiores nostri sæpe mercatoribus, atque nauicularioribus incuriosius tractatis bella gesserunt. Vos ciuium Romanorum tot millibus vno nuncio, atque vno tempore necatis, quo tandem animo esse debetis? Legati, quod erant appellati superbius, Corinthum patres nostri totius Græciæ lumen extinctum esse voluerunt: vos eum regem inultum esse patiemi, qui legatum populi Romani consularem virum vinculis ac verberibus, atque omni supplicio excruciatum necauit. Illi libertatem ciuium Romanorum imminutam non tulerunt: vos vitam ereptam negligentis. Ius legationis verbo violatum illi persecuti sunt vos legatum omni supplicio interfectum relinquentis. Celeritatem significat si vno

verbo concludatur. Vt Cicero, Hunc hominem, tam audacem, tam nefarium, tam nocentem, nunquam accusasset Habitus. Et sic, Quem nemo congressu, nemo additu, nemo suffragio, nemo ciuitate, nemo luce dignum putat. Item ille, Ille Iupiter restitit, ille capitolium, ille hæc templa, ille hanc urbem, ille nos omnes saluos esse voluit. Et ad Quintum fratrem. Præclarum est summo cum imperio fuisse in Asia triennium sic, vt nullum te signum, nulla pictura, nullum vas, nulla vestis, nullum mancipium, nulla forma cuiusquam, nulla conditio pecuniæ, quibus rebus abunda t ista prouincia, ab summa integritate continentiaque deduxerit. Acer autem eris si interrogatione exeat oratio. Hoc modo Cicero, Quis enim illo aut nobilitate, aut probitate, aut optimarum artium studio, aut innocentia, aut vilo laudis genere præstantior? Sed acrior, si membra singula vel incisa interrogatione finiantur. Membra hoc modo Tu in forum prodire? tu lucem conspiceret? tu in horum conspectum venire conaris? Audes verbum facere? audes quidquam ab istis petere? audes supplicium deprecari? Quid est, quod possis defendere? Quid est, quod audes postulare? Quid est, quod tibi putes concedi oportere? Non iusiurandum reliquisti? Non amicos prodidisti? Non parenti manus intulisti? Non denique in omni de decore volutatus es? Incissa Cicero terminauit sic, Nihil ne te nocturnum præsidium palatij? nihil vrbis vigiliæ? nihil timor populi? nihil con-

consensus bonorum omnium? nihil hic munitissimum habendi senatus locus? nihil horum oravultusque mouerunt? Grauitatem & dignitatem cum acrimonia Cicero coniungit, hoc modo, Quid enim est tam populare, quam pax? quam non modò ij quibus natura sensum dedit, sed etiam cæca, atque agri mihi lætari videntur. Quid tam populare, quam libertas? quam non solum ab hominibus, verum etiam à bestijs expeti, atque omnibus rebus anteponi videris. Quid tam populare, quam otium? quod ita iucundum est, vt & vos, & maiores vestri, & fortissimus quisque vir maximos labores suscipiendos putet, vt aliquando in otio possit esse: præsertim cum imperio, ac dignitate.

Epistrophe.

Si verò non primum verbum repetamus: sed ad extremum continenter reuertamur Epistrophe est, vel conuersio, vt à Cicerone vocatur. Hoc modo Pænos populus Romanus iusticia vicit, armis vicit, liberalitate vicit. Item ex quo tempore concordia de ciuitate sublata est, libertas sublata est, fides sublata est, amicitia sublata est. Item. C. Lelius homo nouus erat, ingeniosus erat, doctus erat, bonis viris, & studiosus amicus erat, ergo in ciuitate primus erat. Item, Nam cum istos, vt absoluant rogas, vt peticerent rogas, vt existimationem negligant rogas, vt leges populi Roman. tuæ libidini largiantur rogas. In Vati. Quum ego legem de ambitu tulerim ex senatus consulto tulerim. Philippi. 2. Doletis tres exercitus populi Rom. inter-

fectos? interfecit Antonius. Desideratis clarissimos ciues? eos quoque eripuit nobis Antonius. Auctoritas huius ordinis afflicta est? afflixit Antonius. Item pecuniam petit, Num denique? veruntamen petit. Si verò sæpius idem primum verbum repetatur, & ad idem postremum simul reuertamur symploce, vel complexio est. Hoc modo qui sunt, qui sædera sæpe ruperunt? Carthaginenses. Qui sunt, qui crudele bellum in Italia gesserunt? Carthaginenses, qui sunt qui Italiam deformaerunt? Carthaginenses. Qui sunt, qui sibi postulant ignoscere? Carthaginenses. Vide ergo quid conueniat eos impetrare. Item, Quem senatus damnarit quem populus Rom. damnarit, quem omnium existimatio damnarit, cum vos sententijs vestris absoluetis? Item, Quis legem tulit? Rullus. Quis maiorem populi partem suffragijs priuauit? Rullus, Quis comitijs præfuit? idem Rullus. Item, Quis eos postulauit? Appius, Quis produxit? Appius. Est etiam symploce, si verbum idem in principio, & sine orationis ponatur hoc modo. Multi graues dolores inuenti parentibus & propinquis multi. Vergil. 6. Cessas inuota precesque Tros ait, Ænea cessas. Item. 1. Multa super Priamum rogitans, super Hectore multa. Hæ tres figuræ, ex eiusdem verbi repetitione ductæ ornatum grauitatem & acrimoniam orationi conferunt possuntque semel iterum, & tertio eadem oratione poni. Sunt etiam aliæ ex eadem repetitione ductæ, quas si semel, aut rarò adhibueris exornant. Sin autem

Symploce.

*Epanalep-
sis vel ana-
diplosis.*

crebro puerili oratione delectari videberis. Huiusmodi est epanalepsis conduplicatio, quæ est cum oratione amplificationis eiusdem, aut plurium verborum iteratio. Eiusdem verbi amplificationis causa, ut vos, vos appello fortissimi viri. Crux, crux inquam infelici & misero commiserationis causa, ut Aspiciate aspiciate iudices squallorem Vergil. Ah Corydon Corydon, quæ te dementia cæpit & E-glo. 5. Deus Deus ille Menalca. Est, Et disuncta eiusdem verbi repetitio: Cicer. viues & viuius non ad deponendam, sed ad confirmandam audaciam. Vergil. Maria vndique & vndique cælum. Idem aliquando verbum, quod fuit vltimum præcedentis membri est initium venuste sequentis. Vergil. Pietides vos hæc facietis maxima Gallo, Gallo cuius amor tantum mihi crescit in horas. Et Cicer. Hic tamen viuit, viuit? imo etiam in senatum venit. Respondet etiam primum verbum vltimo. Multi & graues dolores inuenti parentibus, & propinquis multi. Respondent & media primis, ut Vergil. Te nemus Angitæ, vitrea te Fucinus vnda. Plura verba iterantur hoc modo. Commotus non est cum tibi mater pedes amplexaretur, non est commotus. Item, Nunc etiam audes in horum conspectum venire proditor patriæ, proditor inquam patriæ venire audes in horum conspectum. Illa verò mirifica est Ciceronis plurium verborum repetitio. Vestrum, iam hic factum deprehenditur. P. C. non meum, ac pulcherrimum quidem factum veruntamen dixi non meum, sed vestrum. Et in Verrem, Quid Cleo-

menes facere potuit? (non enim possum quenquam insimulare falso.) quid vnquam magnopere potuit Cleomenes facere? Et pro domo sua, sed excitatus (dicam ipso audente, quod sensu & sentio) excitatus inquam aliquando Cn. Pompeij nimium diu reconditus & penitus abstrusus dolor. Et Philippi. bona (miserum me) consumptis enim lachrymis, tamen infixus animo hæret dolor, bona (inquam) Cn. Pompeij acerbissimæ voci subiecta præconis. Et in Verrem, Hæc nauis onusta ex præda Siciliensi: cum ipsa quoque esset ex præda. Huic figuræ proximè accedit alia, quæ Ploce dicitur, Quæ est eorundem verborum apta commutatio. Ut Crasus erat elegantium parcissimus. Scæuola parcorum elegantissimus. Item Sulpitius erat iurisperitorum eloquentissimus. Et eloquentium iuris peritissimus. Item pro Cluentio, ut sine inuidia culpa plectatur, & sine culpa inuidia ponatur. Vergil. Crudelis tu quoque mater, crudelis mater magis, an puer improbus ille? Improbus ille puer, crudelis tu quoque mater. Nec est huius dissimilis, quam Cicero commutationem nominat. Cum duæ sententiæ inter se discrepantes ex traiectione, ita conferuntur, ut à priori posterior, contraria priori proficiatur, hoc modo, Esse oportet ut viuas, non viuere ut edas. Ea re poemata non facio, quia cuiusmodi volo non possum, cuiusmodi possum nolo. Item, quæ de illo dicuntur, dici non possunt: quæ dici possunt, non dicuntur. Item si poema loquens pictura est: pictura tacitum

Placa.

Commutatio.

Syneciosis.

ma debet esse. Item quia stultus es, ea re taces, non tamen, quia taces, ea re stultus es. Ad hanc referendum puto, illud Domitij pro Cloantilla, Mulier rerum omnium imperita, & in omnibus rebus infelix. Nec ea etiam ab hac differre videtur, quam quidam Syneciosim appellant, quæ res duas diuersas eisdem vocabulis coniungit, hoc modo. Tam deest auaro, quod habet, quam quod non habet. In figuris quas eiusdem verbi repetitio exhibet, numeratur, & gradatio, quæ dicitur climax, qua non antè ad consequens verbum descenditur, quam ad superius consensum est hoc modo, Nec hæc dixi quidem, sed nec scripsi quidem: sed nec obij legationem, nec obij quidem, sed nec persuasi Thebanis, nec persuasi quidem. Item non ergo magis pecuniarum repetundarum, quam maiestatis, nec maiestatis magis, quam Plautiæ legis. Neque Plautiæ legis magis, quam ambitus, nec ambitus magis, quam omnium legum iudicia perierunt. Item Seneca, Ioue propagatus est, ut perhibent Tantalus. Ex Tantalus Pelops, ex Pelope autem Sacus. Atreus qui nostrum porro propagat genus. Item, Nam quæ reliquæ spes manet liberatis? si illis & quodlibet licet, & quod licet possunt, & quod possunt audent, & quod audent faciunt, & quod faciunt vobis molestum non est. Item, non sensu hoc, & non suasi, neque suasi, & non ipse statim facere cæpi: neque facere cæpi & non perfici: neque perfeci & non probaui. Item Africano industria virtutem, virtus gloriam, gloria æmulos com-

parauit. Item, imperium Græciæ fuit apud Athenienses, Atheniensium potiri sunt Spartiata, Spartiata superauere Thebani, Thebanos Macedones vicerunt: qui ad imperium Græciæ breui tempore adiunxerunt Asiam bello subactam. Item Cicer. pro Milone, Neque verò se populo solum, sed etiam senatui tradit, neque senatui modo, sed publicis præsijs & armis. Neque ijs tantum verum etiam potestati, cui senatus totam rempub. omnem Italiæ pubem, cuncta populi Romani arma commiserat. Item pro Sext. Roscio Amerino, in vrbe luxuries creatur ex luxuria auaritia existat necesse est, ex auaritia erumpit audacia. Ad has etiam repetitionis figuras pertinet figura, quæ apud Ciceronem est, quædam annominationis species. Quintilianus tamen Epanodon, & regressionem appellat, quæ posita est in casuum mutatione. Sic, Alexander Macedo summo labore animum ad virtutes à pueritia confirmauit. Alexandri virtutes per orbem terræ cum laude & gloria vulgatae sunt. Alexandrum omnes maximè metuerunt. Item plurimum dilexerunt. Alexandro si vita data longior esset oceanum Macedonem gloria transuolasset. Item magnus est labor dicendi magna res est. Item, Pater hic tuus? patrem hunc appellas? patris tu huius filius es? Item, Cic. Tu es ille (inquit) quo senatus carere non potuit? quem boni luxerunt? quem respublica desiderauit: quo restituto Senatus auctoritatem restitutam putabamus, quam primum adueniens prodidisti. Item idem, Homines prope contentem iudicio libera-

uerunt: hominibus iniuria tui stupri in ipsos dolori non fuit. Homines tibi arma, alij in me, alij post illum iniuctum ciuem dederunt: hominum beneficia prorsus concedo tibi ac maiora non esse querenda. Item pro Archia. Pleni sunt omnes libri plenæ sapientium voces, plena exemplorum vetustas. Est & alia elegans regressio forma, cum repetit ea, quæ proposuerat & diuidit. Iphitus, & Pelias mecum, quorum Iphitus æuo. Iam grauior, Pelias, & vulnere tardus Vliſi. Diuidit etiam repetitione hoc modo, Principum dignitas erat pene par: non par fortasse eorum, qui sequebantur. Huius affinis est tractatio, quæ est concinna eiusdem verbi repetitio. Sic, Qui nihil habet in vita iucundius vita, is cum virtute vitam non potest colere. Item cum tu hominem appellas, qui si fuisset homo, nunquam tam crudeliter vitam hominis perdidisset. Diuitias sine diuitum esse: tu verò virtutem præfert diuitijs. Nam si voles diuitias cum virtute comparare, vix satis idoneæ tibi videbuntur diuitiæ, quæ virtutis pedisequæ sunt. Eandem hanc quidam esse putant, quam eam quæ polyptoton Græci vocant, quæ est eiusdem verbi repetitio alijs & alijs grammaticis attributis. C. Agr. 2. deducuntur coloniæ: quo quorum hominum? in quæ loca? Pro Cælio Ipsius autem veneni, quæ ratio fingitur? vbi quæsitum est? Quem admodum paratum? quo pacto? cui? quo in loco traditum? Vergilius, Quo deinde ruis? quo prorripis? inquit: Quem fugis, aut quis te nostris complexibus arceat in Verrem. 7. Certus locus, certa

lex, certum tribunal, quo hoc reseruatur. Numeri mutantur à Vergil. 4. Eadem me ad fata vocasses. Idem. Ambas ferro dolor, atque eadem hora tulisset.

Cap. 5. De figuris ductis ex verbo simili.

Etimus de figuris, quæ proficiuntur ex iteratione eiusdem verbi, nunc eas figuris exponamus, quas parit verbi similitudo. Quæ vel in significatione, vel in voce consistit. Similis significatione facit Synonymia, quæ est cum verba idem significatio congregantur, hoc modo. Quæro ab inimicis sint ne hæc inuestigata, comperta, patefacta, sublata, delata, extincta per me? Tria hæc posteriora similia sunt. Item Cic. in Catilinam. Perge quo cepisti, egredere aliquando ex vrbe, patet portæ, proficiscere, & a loco. Abijt, excessit, erupit, euasit. Item, Perturbatio istum mentis, & quædam scelerum offusa caligo, & ardentes furtarum faces excitarunt. Item illa in Pisonem illustrior. Nolite inquit putare patres conscripti, Vt in scena videtis homines consceleratos impulsu deorum terri furiarum rædis ardentibus. Sua quæque fraus, suum facinus, suum scelus, sua audacia de sanitate ac mente deturbat. Hæ sunt impiorum furia, hæ flamæ, hæ faces. Ego te non ve cordè, non furiosum, non mentecaptum, nõ tragico illo Oreste, aut Athamante dementiorè putem. Huius etiam generis est interpretatio, quæ cõmutat verbû, ponitque

Interpretatio quid.

Quid tractationis forma.

Paranomasia quid.

nitque aliud, quod idem valeat. Sic rempub. radicitus euertisti ciuitatē funditus deiecisti. Item patrem nefariè verberasti, parenti manus nefariè intulisti. Sin autem similitudo in voce posita sit, si eadem prorsus est vox, sed diuersa significans, vt ambigua sit. Oritur quædam figura, quam Cicero refert ad tractationis formas, hoc pacto, Cur eam rem tam studiose curas, quæ multas tibi dabit curas. Item veniam ad vos, si mihi senatus det veniam. Item amari iucundum est, si cures nequid inſit amari. Hinc ductum fuit illud acutum epigramma in Nerone quod refert Suetonius. Quis neget Aeneæ magna de stirpe Nerone. Sustulit hic matrem, sustulit ille patrem. Acute hæc figura Proculeius dixit, Qui cum quereretur de filio, quod is mortem suam spectaret, & ille respondisset se verò non expectare. Imo iniquit rogo expectes. Sin autem ex eisdem literis verbum non constet, sed ex aliquibus, oritur primò paranomasia, & Annominatio Ciceroni quæ est cum ad idem verbum acceditur cõmutatione vnius literæ, aut literarû aut ad res dissimiles similia verba accommodantur. Multis autem & varijs modis conficitur. Vel atenuatione & complexione vnius literæ sic, Hic qui se magnificè iactat, & ostentat venit à te antequam Romam venit. Vel contraria ratione. Hi, quos homines alea vincit ferro statim vincit. Productione eiusdem literæ, vt auium dulcedo ducit ad auium. Breuitate eiusdem literæ. Sic, Hic tamen videtur honoris cupidus non tantum curiam diligit, quantum Curiam. Fuit autem Curia meretrix. Addendis li-

teris hoc modo. Hic sibi posset temperare, nisi amor mallet obtemperare. Item sic pro Cluentio in hac calamitosa fama, quasi in aliqua perniciosissima flamma, & in Verrem. Vt audendum proiectus, sic paratus ad audiendum. Demendis litteris hoc pacto. Si lenones, tanquam leones vitasset, vitæ se tradidisset. Transferendis litteris hoc modo. Videte iudices, vtrum homini nauo, an vano credere malitis. Item nolo esse laudator, ne videar adulator. Commutandis diligere oportet, quem velis diligere. Item de Respon. Arusp. non modò vincere, sed etiam vincere oportet. Item Philippi. 3. En cur magister eius ex aratore orator factus sit. Sed hoc totum genus non placet Quintiliano, & pueriliter potius ludentis, quam grauius orantis esse putat, quare vitare potius quàm imitari monet. Similiter & illud. Demus operam Quirites, ne omnino patres conscripti circumscripsi putentur. Sed aliquando his dicendi rationibus vsus est Cicero grauisimus orator, vt ex nonnullis eius orationibus, quas iam citauimus ostendimus. Ex eius tamen & Quintiliani grauisimis testimonijs cognoscitur per raro, huiusmodi flores esse in oratione spargendas pro oratione loci, temporis, & personæ. Vt res alioqui leuis sententiarum pondere impleatur. Ita eleganter Quintilianus poni putat ad rerum distinguendam proprietatem. Vt hanc reipubl. pestem paulisper reprimi, non in perpetuum comprimere posse. Et quæ præpositionibus in contrarium mutantur. Sic, Non emissus ex vrbe, sed immissus in vrbe esse videatur. Grauius

etiam & acrius quod nō modo figura, sed etiam sententia valet: hoc pacto. Emit morte immortalitatem. Illud leuius. Non Pisonum sed pistorum. Rarō euenit sed vehementer venit. Illud acutum in eum, qui legationi immoraturum se dixerat. Deindeque vix paucis diebus insumptis re infecta redierat, Non exigo uti immoreris legationi, immoriare. Nam valet sensus & figura in re, non captata sed oblata. Sunt etiā annominations, aliæ quæ non habent tam propinquam in verbis similitudinem, tamen dissimiles non sunt. Huiusmodi est hoc. Quid veniam, qui sum quare veniam, quem in simulem, cui prosum, quem postulem, breui cognocetis. Illud, Quare facit, ut hoc exemplum, non ad repetitionem sed ad annominationem referatur. Huius etiam generis est illud poetæ. Puppelque tuæ pubesque tuorum. Et non tam spes laudanda, quam res est. Et quæ consonant extremis syllabis. Non verbis, sed armis. Aliud est genus apud Ciceronem cum plura nomina casibus immutatis hoc modo faciunt annominationem. Tiberium Gracum rempub. administrantem indigna prohibuit nex, diutiùs in ea commorari. C. Graccho similiter ocioso oblata est, quæ virum reipub. amantissimum subito, desinu ciuitatis eripuit. Saturninum fide captum, malorum perfidia per scelus vita priuauit. Tuus ò Druse sanguis domesticos parietes, & vultum parentis asperit. Sulpicio, cui paulo antè omnia concedebant, non modò viuere sed etiam sepelire prohibuerunt. In figuris, quæ petuntur ex verborum similitudine, numerantur similiter cadens & similiter

desinens. Similiter cadens figura est cum plura vel nomina vel verba eisdem casibus elata in oratione ponuntur. Ut hominem laudas egenam virtutis, abundantem felicitatis. Item cuius omnis in pecunia spes est, eius à sapientia est animus remotus. Item diligentia comparat diuitias, negligentia corrumpit animum. Et tamen cum ita viuit, neminem præ se ducit hominē. Item Cicero ac primum quanta innocentia debent esse imperatores: quanta deinde omnibus in rebus temperantia: quanta felicitate: quāto ingenio: quāta humanitate: Item Hunc ego non diligam, non admirer: non omni ratione defendendum putem? Item pro Milo. Non modò ad salutem eius extinguendam, sed etiam gloriam per tales viros in fringendam. Item vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia. Fit etiam singulis verbis ut, Hæc cubat, dolet, piget, pudet. Et abiit, excessit erupit, euasit. Similiter desinens est, cum similes sunt verborum exitus. Itaque similiter cadens ex inclinatione ponderatur, hæc tantum ex fine exituque verborum quacunque ex causa contingat. Ut turpiter audes facere nequiter studes dicere. Item viuis inuidiosè, delinquis studiosè, loqueris odiosè. Item audacter territas, humiliter placas. Cic. Itaque non sum prædicaturus, Quiritis, quantas ille res domi, militiæque terra marique quātaque felicitate gesserit. Ut eius semper voluntatibus non modo ciues assenserint, sed etiam venti tempestatesque obsecundarint.

Similiter cadens, & similiter desinens.

Cap.

Cap. 6. De figuris petitis, vel ex melioris verbi positione, vel contrarij vel ex ipso verbo rum habitu.

Epanarthosis quid.

Melioris verbi positio eam facit figuram, quam correctionem Cicero, græci Epanarthosin vocant, quæ tollit verbum quod dictum est & pro eo magis idoneum ponit. Sic, Quod si iste suos hospites rogasset, in o inuisset modo, hoc facile perficeret. Item, Nam postquam isti vicerunt atque adeo victi sunt, eam quomodo victoriam appellē, quæ victoribus plus calamitatis, quam boni diderit. Item, O virtutis comes inuidia, quæ bonos insequitur plerunque, atque adeo infectaris. Item, Cic. Atq; hæc ciues, ciues inquam, si hoc eos appellari nomine fas est, de patria sua & cogitant & cogitauerunt. Item idem in Ver. Non enim furem, sed raptorem: nō adulterum sed expugnatorem pudicitia, non sacrilegum, sed hostem sacrorum religionumque: non sicarium, sed crudelissimum carnificem ciuium, sociorumque in vestrum iudicium adduximus. Item pro Milone. Est enim iudices hæc non scripta sed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipsa arripimus, hausimus & expressimus: ad quā nō docti, sed facti, non instituti, sed imbuti sumus. Pro Quint. O hominem fortunatū, qui huiusmodi nuntios, seu potius pegafos habeat. Pro Celio. Nisi mihi intercederent inimicitia cum istius mulieris viro, fratrem volui dicere semper hic erro. Pro Ligario Celsit auctoritati amplissimi viri

vel potius paruit. Ex contrario verbo oritur alia figura quam contentionem Cicero, Græci antitheton nominant. Quæ fit quando ex verbis contrarijs oratio cōficitur. Hoc pacto habet assentatio iucūda principia, eadem exitus amarissimos affert. Item inimicis te placabilem, amicis in exorabilem præbes. Item in otio tumultuaris, in tumultu solus es otiosus. In refrigerissima calles, in feruentissima friges. Tacitō cum opus est clamas: cum loqui cōuenit obmutescis. Ades, abesse vis, abes reuerti cupis, in pace bellum queritas, in bello pacem desideras. In concione de virtute loqueris, in prælio per ignauiam tubæ sonitum perferre non potes. Aliquando singula singulis opponuntur, Sic vicit pudorem libido, timorem audacia. Et bina binis ut non nostri ingenij, vestri auxilij est. Et sententia, Sentētijs dominetur in concionibus, taceat in iudicijs. Commodissimèque accommodatur ad distinctionem faciendam hoc modo. Odit populū Romanus priuatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit. Item, Quod in tempore mali fuit, nihil obit, quin quod in causa boni fuit proficit. Aptè etiam cadit in illam figuram, quam cōmutationē nominauimus. Ut & sine inuidia culpa plectatur, & sine culpa inuidia puniatur. Et Cic. pro Sexto Roscio. Et enim cum artifex huiusmodi sit. Vt solus dignus videatur esse, qui scenam introeat, tum vir huiusmodi sit, ut solus videatur dignus, qui eam non accedat. Arguta aliquādo sententia redditur contrarijs verbis. Hoc pacto. Si consul Antonius, Brutus hostis. Si conseruator reipub. Brutus hostis Antonius. Item Cice-

Antithetō quid.

S 5 ro

ro bene quam meritā esse autumas, dicis male mereri. Item id quod scis prodest; nihil id, quod nescis obest. Singula singulis collata vehemētia & acrimoniā orationi addunt. Sic Cicero. Antonij igitur promissa cruenta, tetra, scelerata, dijs hominibusque iniusta nec diuturna neque salutaria. Nostra contra honesta, integra, gloriosa, plena letitiae, plena pietatis. Nec necesse est ea, quae sic conferuntur (ut ait Quintilianus) omnia esse vera contraria, sed conferri sicut aduersa. Quare nonnunquam cum alijs miscetur contraria, ut Cicero. Quamobrem mihi ridicule est visus, esse in constans, qui eundem & lederes & laudares. Et virum optimum & hominem improbissimum esse diceres: eundem tu & honoris causa appellabas, & virum primarium esse dicebas. Et socium fraudasse arguebas. De hoc ut existimabas predicabas, Chereae arbitrata causam agebas. Hanc figuram vehementer orationem exornare ex eo cognosci licet, quod eam rhetores adeo frequentent ut a fatiricis ex ea rodantur, & maledico dente carpantur. Quod demonstrat illud Persij. Crimina raris. Librat in antithecis. Doctas posuisse figuras, Laudatur. Ex ipso orationis habitu & verborum collocatione nascuntur hae figurae, Disiunctio, coniunctio, membrum, articulus, compar, Disiunctio est cum eorum de quibus dicimus vnumquodque certo concluditur verbo, hoc pacto populus Rom. Numantiam deleuit, Cartiginem sustulit, Corinthum disiecit, Fregellas euerit. Nihil Numantinis vires corporis auxiliatae sunt, nihil Carthaginensibus scientia rei militaris adiumento fuit: nihil Corinthijs erudita

Disiunctio quid.

caliditas praesidij tulit: nihil Fregellanis morum & sermonum societas opitulata est. Item Cicero. Me autem quid pudeat, qui tot annos, ita viuo (Iudices) ut ab illis nullo me vnquam tempore aut commodum aut ocium meum abstraxerit, aut voluptas auocarit, aut denique somnus retardarit. Item, Homerum, Colophonij ciuem esse dicunt suum, Chij suum vendicant, Salaminijs repetant. Smyrni vero esse suum confirmant. Coniunctio quam Quintilianus nominat ^{supra γρηγοριου} est cum vnū ad verbum plures sententiae referuntur, quarum vnaeque desideraret illud si sola poneretur. Id accidit vel praeposito verbo ex quo caetera pendant. Sic deflorescit formae dignitas aut morbo, aut vetustate. Item Cicero. Vincit timorem libido, pudorem audacia, rationem amentia. Aut illato quo plura contineantur. Ut morbo aut vetustate formae dignitas deflorescit. Item Cicero. neque enim is es Catilina ut te pudor vnquam a turpitudine, aut metus a periculo aut ratio a furore reuouauerit. Aut medium est priora & sequentia iungens ut formae dignitas aut morbo deflorescit aut vetustate. Membrum est orationis pars breuiter expedita, quae aliam orationis partem sibi adiungi postulat. Hoc pacto. Et inimico proderas, & amicum ledebas. Primum illud membrum. Et inimico proderas, alterum desiderare videtur. Ex duobus autem membris haec potest exornatio constare, sed commodissima illa & absolutissima est, quae ex tribus constat hoc modo. Et inimico proderas & amicum ledebas, & tibi ipsi non consulabas. Item, Nec reipublicae consularisti? nec amicis profuisti? nec inimicis resti-

Coniunctio quid.

Membrum quid.

restitisti. Item Cicero. subiectos prope iam ignes circumdatosque restinximus. Idem gladios in Rempublica districatos retudimus, mucronesque eorum a iugulis vestris reiecimus. Plura etiam quam tria membra congregratur sic Cicero. Gallos accersuit, seruitia concitauit, Catilinam euocauit, attribuit nos Cethego, caeteros ciues interficiendos Gabinio, vrbem inflammandam Caisio, totam Italiam vastandam diripiendamque Catilinae. Articulus est, cum singula verba interuallis distinguuntur. Cetera oratione hoc modo. Acrimonia vultu, voce, aduersarios perteruisti. Item inimicos inuidia, iniurijs potetia, perfidia sustulisti. Item Cicero. Denique aequitas, temperantia, fortitudo, prudentia, virtutes omnes certant cum iniquitate, cum luxuria, cum ignauia, cum temeritate, cum vitijs omnibus. Compar est cum oratio habet in se membra, quae constant ex pari numero syllabarum. Id autem cognoscendum est non numeratione nostra, sed vsu & exercitatione facultatis. In quo genere vsu venire potest, ut licet par non sit numerus syllabarum, tamen esse videatur, quia in vno membro plures syllabae sunt, in altero longiores atque pleniores. Ita ut temporum multitudo syllabarum multitudinem assequatur, & exaequet. Hoc pacto. In praelio mortem pater optebat, domi filius nutias comparabat: haec omnia graues casus administrabant. Item illi fortuna felicitatem dedit, huic industria virtutem comparauit. Item Cicero, Bellum extrema hyeme apparauit, in eunte vere suscepit, media aestate conficit. Item, Hoc vero quis ferre possit inertes homines fortissimis infidia

Articulus quid.

Compar quid.

ri: stultissimos prudentissimis: ebrios sobrijs? dormientes vigilantibus? qui mihi acubantes in conuiujs, complexi mulieres impudicas, vino languidi, confecti cibo, fertis redimiti, vnguentis oblitati, de bilitati stupris, eructant sermonibus suis caetera bonorum atque vrbis incendia. In hoc exemplo licet omnia membra non sint inter se aequalia, tamen quae, quibus sint comparanda, non est difficile iudicare. De omnibus autem his figuris quae ex ipso orationis habitu & verborum dispositione ducuntur. Iterum nobis est differendum cum concinitatem tractemus quae in his & in contentione & similiter cadentibus & desinentibus toto posita est. Sequitur ut de coagmentatione verba faciamus.

Cap. 7. De coagmentatione.

Coagmentatio est mollis & leuis in oratione verborum structura. Ita ut verba verbis coniungantur, quae non asperos habeant concursus neque disiunctos atque hiantes, sed auribus iucundos & lenes. Hoc modo. Et si vereor iudices, ne turpe sit pro fortissimo viro dicere incipienti timere. Leuiter omnia illa coheret si, ue, or, iu, ces, ne & alia, quae sequuntur. Est igitur coagmentatio tota expendenda ex syllabis & literis, ex quibus verba constant, non ex rebus, quas significant. Quare nec consequens nec consentaneum illud praecipuum est, quod multi rhetores de coagmentatione dant Quintilianum sequentes, ne fortiori iungatur quod leuius est, ut sacrilego, fur, aut larro ni petulans. Tum ordo rerum naturalis seruetur. Ut viros & foeminas diem

Coagmentatio quid.

diem ac noctem, ortum & occasum dicamus potius quam è contrario. Nam hoc ad rerum potius, quam verborum collocatione spectat, de qua in sequenti libro dicturi sumus. Hoc autem de verbis collocatis auctorum esse polliciti sumus. Illud autem in coagmentatione primum animaduertendum est eam non propter necessitudinem sed propter ornatum & dicendi suauitatem inuentam esse. Quemadmodum domum & vestes necessitas attulit, accuratior tamen earum cultus & elegantia voluptas. Quare veteres Latini & Graeci parum coagmentationis verborumque collocationis studio fuerunt. Quod ea de causa dico ut intelligatur nullum esse de coagmentatione tam firmum & certum praeceptum, quod non sit à prestantissimo quoque rhetore, qui plus in verbis collocandis laborauerit violatum. Itaque cum de barbaris exempli causa & inuitatis vocabulis loquebamur, precipiebamus quid suscipiendum & quid vitandum esset: hoc verò loco tradimus quod melius sit & ex cultius, ita ut contrarium non abijciendum omnino sit & repudiandum. Multa in libro primo dixi cum de verbis simplicibus disputarem, quae ad hunc locum possent quadrare, tamen repetenda non sunt literis sed memoria. Monosyllaba verò dicit Quintilianus male in oratione continuari, & eo detentius, si exilia sint. Tamen ea continuauit in primo libro de Oratore Cicero. Id nisi hic in tuo regno essemus. Alia etiam quae de verbis sonantibus & grandibus temporum & syllabarum multitudine diximus praetermitto & sigillatim ad literarum concursum accedo. Id enim

hoc loco agimus ut omnia verba leniter & suauiter in oratione concurrant. In coagmentatione verborum ergo aut concurrunt vocales, aut consonantes, aut vocalis, & consonans. Principio de vocalium concursu disseramus. Quem omnes linguarum (ut mea fert opinio) vitandam curant. Nam Graecis id adeo curae est, ut in scribendo mutila & decurtata antecedentia vocabula ponantur & in pronuntiatione confundantur cum sequentibus, ne laboreat & hiet oratio duorum vocalium concursu nam *κατα κινου* scribunt non *κατα κινου πειθο* *επιθε* *πονη* *πειρα* & in pronuntiatione bina tanquam si unum esset verbum miscentur. Hebraea verò, & Caldaea lingua ad id cauent, ut ne contingere possit, nullum eorum vocabulum à vocali incipiat, A Castellanis verò nostris facile patet pronuntiatione collidi vel vitium prioris vocabuli vel primam sequentis ut ea valeat quae suauis sonantior est, nam dicimus, *hombrehonrado*, non *hombre honrado*, *tienne muchachura*, dicimus non *mucha echura*. Latinos verò hanc vocalium concursionem magno studio vitasse indicant eorum poetae, qui synaesthesiae semper vtuntur, quae facit ut vna litera pro duobus audiat. Atque aliae mentia Romae dici voluit. Non atque alia. In oratore Cicero protestimonio dicit, Quod quidem Latina lingua sic obseruat nemo ut tam rusticus sit, qui vocalis nolit coniungere. Tamen urbanissimus Cicero in hac ipsa oratione id cum facile potuisset, noluit tam vitare, posset enim dicere ut nemo tam rusticus maluit tamen dicere nemo ut tam rusticus. Ut intelligamus quod initio diximus has praecipue

nes

nes constantes & perpetuas non esse. Sed melius & venustius est, ut hoc vitium fugiamus. Vocales autem alias sonantiores alias exiliores esse diximus, sonantiores sunt a. & o. exiliores. e. i. v. Si sonantiores vna cum alia concurrat, vastior hiatus efficitur & maius vitium est. Ut si diceremus magna obseruantia est multo auro multo odore. Tamen id vitij non vitauit Cicero in Miloniana, dixit enim & in concione paulo ante ab accusatoribus. Et alio loco certe haec in illa causa summa omnia fuerunt. Praesertim cum tot essent circa hastam illam, qui alia omnia auderent. Interstitit etiam magis & laborat oratio, si literae sonantiores longae sint & cohaerant. Tamen Cicero dixit in eadem pro Milone. Vulgi magno impedimento, ac muliebri & delicato ancillarum puerorumque comitatu. Milonem occisum esse, etiam ex ipso Clodio audirent. Est tamen omnibus vocalibus, siue sint sonorae, siue exiles commune praecipuum. Si eadem vocales concurrant, ita ut eadem vocalis sit finis prioris & principium sequentis. Quia non mutatur oris in pronuntiatione habitus minus laborat oratio, & exiguum parit offensionem. Ut. P. Nasica, aut Lucius Opatius. Non hominis occidendi causa habuisse telum iudicaretur. Est illa causa à nobis acta in senatu. Ut ignoratione tua ad hominis miseriam abuterer. Iudicium culpa atque dedecore. Ita de ceteris vocalibus subiiciemus exempla. Ut de e. Negat intueri lucem fas esse ei. Tu hodie egeres, nos liberi essemus. Breui tempore esse perituram. Magnificenim Seruius Sulpitius. Optimi ciues, si idem prouidissent. De. i.

Sed qui istuc tibi venit in mentem; Quam multi, qui cum à te nemini ignoscivissent, impedirent clementiam tuam. Non acuendi ingenij causa declamitas. Nisi illis, quos videmus, gladijs concideres. Cum te vitro mihi idem deferente. De. o. obsecrabo obtestaborque vos iudices. Lex esse cum telo hominis occidendi causa vetat. Magna laus meoque iudicio omnium maxima. De. v. Tu vnus adolescens vniuersum ordinem de salute reipublicae prohibuisti. Erat tui viuendum latronum ritu, ut tantum haberet, quantum rapere potuisset. Aulus Gellius etiam notauit hoc concurrenti genus frequenter doctiores vsurpasse. Si verò sonantiores vocales. a. & o. cum alijs exilioribus concurrant. Est haec generalis praecipuum omnia complectens. Si sonantiores sint & aliae sequantur, aspera est & ingrata concursio. Nam excitatio eorum sono non nihil sequentes obscurantur, aures autem initium verbi volunt percipere. Sin autem exiles praecedat minus asper & hiulcus est concursus. Quia facilius patiuntur aures comprimere vocabuli finem, quam principium. Asperitas autem augetur si longae concurrant, imminuitur autem si breues. Ex hac praecipuum cognoscitur. a. e. non bene sonare, & ob eam rem eas raro Cicero copulauit, copulauit tamen. Et socijs gratissima esset eius integritas & fides. Ipse in eadem Africa esse voluit. De salute populi Romani extimescebat, in qua etiam sua inclusam esse videbat. E. verò & A. Ut minus dissona, ita saepius apud bonos auctores cohaerent. Voluntate ad ea arma profectus sum. A & I. magis esse hiulca intelligitur. Tamen non omnino eas Cicero fugit.

Aspera vocalium concursio quatuor.

Ut

I.A. Vt diligentia inimici inuestigatum est. In prouincia pacatissima ita fegessit. I & A. suauius committuntur. Vt Cice. Nos domi petimus posttrati ad pedes. Cum mihi apud te locus sit pro altero deprecandi. Doctet etia posita preceptio. O. in suauiter in. E. incidere contra vero non ita insuauiter, vt, Laudem adolescentis propinqui existimo etiam ad meum aliquem fructum redundare. Suauius omnium rerum vna reprehensio est. Ita obijcias licet qua voles saepe. Sumas frangit infirmatque opes. Intelligitur etiam. O & I. si comitantur absona esse e contrario vero non ita dissonare. Vt, Rapiuntur homines in hac iudicia ex omni non modo inuidia, &c. Nec vero id hominum quisquam, &c. Tã graui onere tributorum. Ego cui omnium ciuium liberalitas. Ita A. v. & e contrario. Vt Cicero si vniuersa (vt dixi) prouincia loqui posset. Mitius autem hoc eiusdem erat difficili ascensu atque arduo. Sic o. & u. Vt in loco vberi. Collego uas, & ingressu hominum. Exiles autem vocales, si congregiuntur, exiliter hiant nec valde absonę sunt. Vt si mihi vnus est accusandus propemodum manere in instituto meo videor. Id mihi erat aduersarium maximè.

**O.E. con-
cursus.**

**A.V. con-
cursus.**

**O.V. con-
cursus.**

**I.V. con-
cursus.**

E.I.

I.V.

E.V.

V.I.

Tamen si vtrūque esse arbitror perspicuum. Tamē de vtroque dicam. Hoc si tu inimicus eius factum negabis. In eadem prouincia tu ipse fecisti. Fugienda vero est in bene coagmentata dictione tenuium vocalium multitudo. Vt autem totum hoc preceptum de vocalium concursu & eius vsus melius intelligatur animaduertenda est Ciceronis & Quintiliani de hac re sententia. Habet (inquit) Cicero ille tanquam

hiatus e concursu vocalium, molle quiddam, & quod indicet non in gratam negligentiam de re hominis magis, quam de verbis laborantis. Non tamen id (Quintilianus ait) vitium ingens expauescendum est. Ac nescio an negligentia in hoc an sollicitudo sit peior. Inhibeat enim necesse est hic metus impetum dcedi & a potioribus auertat. Quare vt negligentia est hoc pati, ita humilitatis vbiq; perhorrescere. Nimosq; non immerito in hac cura putant omnes Isocratem secutos precipueq; Theopompum. At Demostenes & Cicero modicè respererunt in hanc partē. Nã & coeutes literę (quę sinalepha dicitur) etiã leniorem faciunt orationem, quam si omnia verba suo sine claudantur. Et nonnunquam huiusmodi etiam decent, faciuntque ampliora quedã, Hęc præstantissimi viri. Sed prudētis esse iudicio optimis assuefieri in ocio præsertim cum exercetur stylus.

Cap. 8. De coagmentatione consonantium.

Consonantes verò aliarum labijs coeuntibus pronuntiantur, cuiusmodi sunt .b.f.m.p. & v. consonans. Alię non labiorum opera, sed post dentium septum pronuntiantur eę sunt reliquę omnes quibus Latini, Gręci, & Castellani vtuntur. i. c.d.g. h.i.n.q.r. s. t.x.z.y. consonans. Aliarum verò sunt quę ante dentium septum ipsis faucibus proferuntur. Quę sunt Hebręis & Chaldęis & Arabibus familiares. Quę vix ab alijs quibus natiarum non sunt proferri possunt tamē Chaldej & Hebręi eas valde frequentant, quare

Coagmentatio consonantium.

quare videntur illis esse suauiores atque sonorę. Nos tamen de latinis, vt propositum est loquamur. Quibus illarum consonantes literę suauiores sunt, quę presis labijs proferuntur. Quare si sapius iterentur in dictione suauem & auribus iucundam strukturam efficiunt. Leniter etiam & molliter in coagmentatione congregiuntur, vt apud Vergil. Errantes hederas passim cum baccare tellus, Fundet. Manet alta mente repostum Iudicium Paridis? Omnes vt tecum meritis pro talibus annos Exigat. Nimborum in patriam loca futuribus austris Æoliam venit. Italiani fato profugus Lauinaque venit Littora. Et apud Ciceronē. Domo est egressus, non modo nullum ad bellum, sed ne ad minimam quidem suspicionem belli. Omnium Marcellorum meum pectus memoria effodit. Ne istius quidem laudis ita sum cupidus, vt alijs præreptam velim. Victoriam fortuna tuam esse totam & propriam fatum. Literę verò, quę sine labiorum adiumento dentibus proferuntur, licet acerbę non sint aliquanto sunt asperiores, Quare si sese in oratione dent non magnopere vitandę sunt, neque si non occurrant quærendę. Eoque lenior fiet oratio, quo magis alijs admisceantur. Hoc modo. Quę res in ciuitate duę plurimū possunt hæc contra nos ambę faciunt hoc tempore summa gratia & eloquentia. Hęc verò non tam lenis est. Inuitus audiui satis te diu vel naturę vixisse, vel glorię. Satis si ita vis, naturę fortasse: addo etiam si placet glorię. Illa verò dulcior, Domuisti gentes immanitate barbaras, multitudine innummerabiles, locis infinitas, & omni copiarum genere abundantes.

Non ita dulce quod sequitur. Tamen ea vicisti, quę naturam & conditionē vt vicini possent habebant. Suauis ille vergil. versus, Vi superū, seuæ memorem Iunonis ob iram. Non tam ille suauis? Ne castris iungant certa est sententia Turno. Est tamen animaduertendum lenius in collocactione coniungi literę dentium inter se quã cum alijs labiorum. Si enim inter se cohæreant minus os laborat quod eodem eius habitata pronuncientur, extra dentium septum sine labiorum coitione. Si verò vel incurrant vel occurrant alijs, oris habitus est mutandus, quia præmenda sunt & separanda labia. Vt apud Vergilium, Nil mea carmina curas asperius est nil mea. Quam apud eundem? Sol qui terrarum flammis opera omnia lustras, illud inquam sol, qui, & alio loco sol tibi signa dabit, & illud terrarum flammis, quia eadem oris figura extrema litera prioris, & prima sequentis exprimitur, concinnius confluit. Ita, Hæret lateri letalis arido. Blandius quã. Num lumina flexit? Num lachrymas victus dedit? Et ita in alijs facile iudicabis. Ex hoc intelligo vnam quancūq; consonantem lenius & blandius coniungi cum sui similem quã cum alia, Vt per varios sternit casus? Inque sinus scindit sese vnda reductos molliora sunt quã, Ad nos vix tenuis famę perlabitur aura. Ipsa Iouis rapidum iaculata e nubibus ignem. Hoc tantū de consonantibus literis dicam. b. prius mollius cum. I consonanti sequenti conuenire, quã cum alia dentium litera. Vt ab ioue principium musę. Tum. R. parum suauem & iucundam esse literam? Quare qui suauis esse voluerit eam non frequen-

quentabit. Orationi verò, quæ in re dura & aspera verfabitur, aptior est & collocationi & medijs vocibus. Minus autem aspera & acerba est antè mutas & ante. I. &. V. consonantes. Eius asperitatem videre licet illo versu, Vir bonus & prudens totū se explorat ad vnguem. Maior rerū nascitur ordo, Ingratis offerte irrise periclis. Ramo frondēte pependit. Vt autem venusta sit & suavis coagmentatio fugienda est eiusdem literæ crebra repetitio. Quod interdū vltimè cum ab eadem litera plura verba initium sumant. Vt, Cauum conuersa cuspide montem, laxis laterum compagibus omnes. Veniet lustris labentibus ætas hoc metuens molemque & montes insuper altos imposuit. Vasto cum murmure montis. Incute vim ventis. Et ut Cicero, Tanta illa consuetudo Celij cum Clodia. Et, Hæc causa ad testes tota traducta est. Et in qua lustra libidines luxuries, sacrosantum nihil potest esse, nisi quod per populum plebemve sancitū est. Cuius tres triūphi testes essent totū orbem terrarum nostro imperio teneri. Nam vitio vacat cum eadem litera sepius inculcatur. Vt ego quātum ei debeam, alio loco ostēdam. Ad mulieris libidines & delicias deposcitur. Manent immota tuorū. Fatā tibi. Quæ te tā læta tulerunt. Scēcula, Sed quid opus teneras morda ci radere verò Auriculas. Videndū etiam est in coagmentatione vocabulum initiū ducat ab eius literis, quæ prioris erant vltimæ aut vltimis similes. Quod erratum in Ciccone notauit Quintilianus. Res inuisæ vltimæ sunt Brute & in carmine O fortunatam natam me consule Romam. Huius generis est. Nonnulli litera-

ti ac studijs dediti. Loricam manu valida lacerare reuulsam. Sibila lambebant linguis. Hamani nihil à me alienum puro. Similia sunt hæc Italianam læti. Latiumque petamus. Quippe ferant rapidi secum verrantque per auras. Vnda dehiscēs. Terrā in terfluctus aperit. Nihil est quod dicta retractent, portus, insule, littora. Huius seculi labes. Teterriam mortē obiret. Id videtur Vergilius fugisse cum dixit, Impulerat ferro argolicas fædare latebras. Aptius errat significationi lacerare, sed ineptius compositioni. In hoc autem genere maxime vitandum est vitium illud cacophaton, quod fit quando ex verborum coagmentatione aliquod verbum resultat, quod obscenum habet intellectum. Hoc modo Vergilius, Iunat ire dorica castra. Et Treis adeo incertos circa caligine soles. Erramus pelago. Ca & ca si annectas emerget ca ca fordidum verbum alui proluuicæ significans. Et numerum cum nauibus æquat. Cū na obscænum est verbum, quod ad pudenda refertur. Quod ut veteres effagerēt, dixerunt nobiscum ne dicerent cum nobis. Hæc igitur sunt cōmisiones vitandæ arcu lethifero, me iecurasit, Hispanicum nomē mare lybicum nusquam quietum. Vitantur autem verbi interpositione ut Cicero, cum isto Nauio familiariter viuit. Vt cum ipsi nihil alteri scientes incōmodarint. Cum hoc nouæ litis genus intenderet, cum absentis nomen reciperetur. Cū te nos non opinione dubia sed tuis vestigijs persequamur. Cum is non solum Capuam venisset. Tamen id vitij excidet aliquādo solertissimo & elegantissimo latino. Vt in quarta Philippica. Itaque cum supplicatio-

nes

nes iustissimas ex his literis, quæ recitate sunt decernere debeamus, Seruiliusque decreuerit, augebo omnino numerum dierum, præsertim cum non vni, sed tribus ducibus sint decernendæ. Et in tertio de oratore, Is, qui hæc, quæ nos nunc quærimus, tractarent, agerent, docerent, Cum nomine appellaretur vno, &c. Illa verò coagmentatio, & iūctura aspera, & acerba est, in qua multæ consonantes innectuntur, ut hiemus grauis, fons clarus, pons fractus, ingēs stridor, vrbs præclara. Illa verò præstantissima est structura, qua consonans & vocalis cōmittitur: quæ fluens & rotunda nominatur, quod nulla re pronunciantis spiritus hæreat, sed tanquam flumē prono feratur alueo, quod aptissimè verba de verbis cadant dicitur, & quadrata, quod æquabilis sit verborum commissura, neque vllū aures sentiant hiatū. Vt, Titere tu patulæ recubās sub tegmine fagi. Nos patriæ fines & dulcia linquimus arua. Sæpe sinistra caua prædixit ab ilice cornix. Vulnus alit venis & cæco carpitur igni. Tuus ò Rogina quid optes. Explorare labor mihi iusta capescere fas est. Et Cicero, Quæ res in ciuitate duæ plurimum possunt, hæc contra nos ambæ faciunt hoc tempore. Summa gratia & eloquentia. Pauca mihi vidētur esse de prouinciæ dignitate, vetustate utilitate dicenda. Populo Romano iucūda suburbanitas est huiusce prouinciæ. Ex consonantibus autem excipitur. M. quæ vastè & hiulcè præpositum in vocalē incurrit quamobrè eliditur à poetis. Vt multum ille terris, monstrum horrendum ingens, cui quot sunt corpore plumæ. Cum igitur satis aperte verborum com-

missuras exposuerimus, felicissimus ille sermo debet haberi in quo rectus sit verborum ordo verbaque sua sponte fluentia leues, atque suaves habeant iuncturas, numerumque opportunè cadentem, de quo mox dicemus. Sin autem id non contingat. Rectus verborum ordo relinquendus est verbaque sunt traijcienda quo leniter cohereant, & numerosè cadant. Quam quidem traiectionem, ita facere oportet, ut oblata potius, quàm de industria quærita esse videatur, & de coagmentatione satis.

Cap. 9. De concinnitate.

Am verò de concinnitate disceramus, qua aliud instrumentum continetur, quo magis ac magis orationem pingere & expolire possimus. In eo verò concinnitas à coagmentatione differt, quod coagmentatio consistit, ut elimet verborum iuncturas, sic, ut nihil subsultet nihil hiet, sed quoad eius fieri possit leniter & suauiter verba cohæreunt. Concinnitas verò in eo tota sita est, ut partes dictionis apte alijs partibus respondeant. Respondent verò vel pari numero syllabarum, vel simili verborum exitu, vel contraria contrarijs. Itaque quatuor verborum figuris tota concinnitas conflatur compari similiter cadenti, & desinenti, & antitheto, de quibus iam egimus. Compar autē, quod fit æquali numero reddendo syllabarum expenditur, ut dixi, non rationis numeratione, sed aurium delectatione, quæ duo membra inter se referri sentiunt, quæ par-

Concinnitas

T rum

rum quantitate discrepant. Sicut versibus delectantur, quæ in eandem prope mensuram cadunt. Sed in eodem maxime à versu discrepat, quod in oratione non quaesitum & affectatum, ut in versu, sed oblatum, atque secutum oportet esse numerum, hoc pacto. Non avaritia ab instituto cursu ad prædam aliquam reuocauit, non libido ad voluptatem, non amenitas ad delectationem, non nobilitas urbis ad cognitionem. Item, ut eius semper voluntatibus non modo ciues assenserint, socij obtemperarint hostes obedierint, sed etiam venti tempestatesque obsecundarint. Item seruatum esse plurimi cupiunt, seruare soli vos potestis. Partes autem orationis quæ se inter se respondent aliæ paræ, aliæ mediocres, aliæ magnæ sunt. Item aliæ pares, aliæ impares, in quo genere minores minoribus, maiores maioribus comparantur. Paræ sunt sic. Gallos accersit, seruitia cõcitauit, Catilinam euocauit, attribuit nos Cethego, ceteros ciues interficiendos Gabinio, urbem inflammandam Cæsio, Totam Italiam vastandam diripiendamque Catilinæ. Posteriora membra longius produxit, quod non tantum id sententia, sed etiam compositio postulabat. Partes autem sunt mediocres hoc modo. Subiectos prope iam ignes circumdatosque restinximus, ijdemque gladios in rempub. districtos retudimus, mucronesque eorum à iugulis vestris reiecimus. Maiores autem partes sunt ut Michridatem insolita inflammatum victoria continuit, & Tigranem magnis copijs minitantem Asiæ retardauit. Miscentur pares, & impares partes, hoc modo. Cuius ea stultitia est,

ut ea nemo hominem, ea vis, ut nemo foeminam, ea crudelitas, ut nemo matrem appellare possit. Exornatur autem maxime compar si membra similiter cadant, vel desinant, ut in primo & secundo exemplo. Simili vero exitu respondent membra membris vel quod similibus syllabis finiantur, vel quod similis sit inclinationis casus. Nec tantum ex fine membri deprehenduntur, sed etiam ex Quintiliani sententia respondet, vel prima primis, vel medijs, vel extremis, vel etiam per mutatis his, ut media primis, & summa medijs accommodentur, & quocumque modo accommodari poterunt. Referuntur autem membra & exitu & casu simili hoc pacto, Bellum in Africa maximum confecit, victorem exercitum deportauit. Item ille Deos Deorum spolijs ornare noluit, hic ornamenta Mineræ virginis in meretriciam domum transtulit. Quod est etiam Antitheton. Item, Ergo & mihi meæ pristinae vitæ consuetudinem. C. Cæsar interclusam aperuisti, & his omnibus ad bene de omni repub. sperandum, quasi signum aliquod dedisti. Item, At animum vincere, iracundiam cohibere, victoriam temperare aduersarium nobilitate, ingenio, & virtute præstantem, non modo extollere iacentem, sed etiam amplificare eius pristinam dignitatem: hæc qui faciat, non ego eum cum sumis viris comparo, sed simillimum deo iudico. Item nemo tum nouitati inuidebat, nemo virtutem non honorabat. Item, Is enim profecto mortem attulit, qui causa mortis fuit. Item, Magnifice Seruius Sulpitius maiorum continentiam diligebat, huius sæculi info-

insolentiam vituperabat. Item, Nam & in hoc ordine integrare, multa de pace dixi, & in ipso bello etiam cum capitis mei periculo sensi. Item, Quid hic victor non audebit, qui nullam adeptus victoriam tanta scelera post Cæsaris interitum fecerit? Resertam eius domum exhausserit, hortos compilarit? ad se omnia ex his ornamenta transtulerit? Cædis & incendiorum causam quaesierit ex funere? Duabus, aut tribus senatus consultis è repub. benefactis, reliquas res ad lucrum, prædamque reuocavit? vendiderit immunitate ciuitates liberauerit? prouincias vnuerfas ex imperij populi Romani iure sustulerit? exules reduxerit? falsas leges. C. Cæsaris nomine, & falsa decreta in æs incidenda, & in capitolio figenda curauerit? earumque rerum omnium domesticum mercatum instituerit? Populo Romano leges imposuerit? armis & præsidijs populum Romanum, & magistratus foro excluderit? senatum stipauerit armatis? armatos in cella concordia, cum senatum haberet, incluserit? ad legiones Brundisium concurrerit, ex his optime sentientes centuriones iugulauerit? cum exercitu Romam sit ad interitum nostrum, & ad dispersionem urbis venire conatus? Accusant ij qui fortunas huius inuaserunt: causam dicit is cui propter calamitatem nihil reliquerunt. Ex hac exemplorum varietate facile cognosci potest, quam varie se inter se membra similiter desinentia, ex diuersa parte respondeant. Similis est inclinationis casus hoc modo. Quum hæc ita sint, statuite quid vos tempora reipub. de armatis hominibus, quid illius

confessio dei, quid nostra decisio de equitate quid ratio interdicti de iure admoneant, ut iudicetis. Si referas illa de vi de æquitate, de iure eundem tantum casum reperies. Si verò illa confessio, decisio, ratio non idem casus modo, sed etiam similiter desinens. Item, hoc nam comoditati ingenium, grauitati ætas libertati tempora sunt impedimento. In ingenium, ætas similis casus. Comoditati, grauitati, libertati etiam similiter desinens. Respondent vel prima primis, vel medijs, vel extremis, vel permutatis, hoc modo. Si quantum in agro locisq; desertis audacia potest, tantum in foro, atq; iudicijs impudetiua valeret: non minus in causa cederet. A Cecinna Sexti Ebutij impudentia, quam cum in vi facienda cessit audacia. Vide ubi sedeant hæc, quæ se inter ipsa respondent agro foro, locis desertis, iudicijs audacia impudentia vi facienda. Et paulo post Quasi verò non eò libetius tum audacia cesserimus, quò nunc impudentia facilius resisteremus. Item non minus laborat. A Cecinna, ne summo iure egisse, quam ne certum ius non obtinuisse videatur. Item. Hic non ad populi Romani laudem, sed ad iudicum crudelitatem videtur esse seruatus. Item, Maximas tibi omnes gratias agimus. C. Cæsar, maiores etiam habemus. Similiter cadentia concinniores etiam versus reddunt & eos vehementer expoliunt, Aspera tum positus mitescent sæcula bellis, Bina manu lato crispans hastilia ferro, Cui mater media sese tulit obuia sylua. Respondent etiam contraria contrarijs. Valde verò concinne & eleganter si paria paribus referantur, & similiter cadentia sint hoc modo. Ex

hac enim parte pudor pugnat, illinc petulatia: hinc pietas, illinc scelus, hinc constantia, illinc furor, hinc honestas, illinc turpitudine: hinc continentia, illinc libido. Denique equitas temperantia, fortitudo, prudentia, virtutes omnes certant cum iniquitate, cum luxuria, cum ignavia, cum temeritate, cum vitijs omnibus. Postremo copia cum egestate, bona ratio cum perdita, mens sana cum amentia, bona denique spes cum omnium rerum desperatione configit. Item, Hic vester hostis vestram rem publicam oppugnat, ipse habet nullam. Senatium id est orbis terrarum consilium delere gestit, ipse consilium publicum nullum habet. Aerarium vestrum exhaustum, suum non habet. Nam concordiam civium qui habere potest, nullam qui habet civitatem? Pacis verò quæ potest cum eo esse ratio, in quo est incredibilis crudelitas, fides nulla? Antequam verò ad numerum accedamus, qui est extrema pars, qua dictionem perfici diximus est animadvertendum sola concinnitate sine numero orationem esse numerosam. Quod membra, quæ inter se conferuntur, certa quadam mensura oporteat definiri. Nam si nimis longa sint tollitur concinnitatis ratio, licet paria sint & similiter definita & contraria referantur. Sicut enim de cõpari diximus non intelligentia numerante, sed aurium sensu & voluptate ponderari, ita de alijs concinnitatis membris, quæ inter se conferuntur est intelligendum. Ex hoc ergo numero, qui in aurium mensuram cadit, licet nulla pedum habeatur ratio, dicitur oratio numerosa. Sicut etiam Cicero in oratore dixit: Sed omnis nec claudicã, nec quasi fluctuans,

& æqualiter constanterque ingrediens numerosa habetur oratio. Atque id in dicendo numerosum putatur, non quod totum constat enumeris, sed quod ad numeros proxime accedit. Quo etiam difficilius est oratione uti quã versibus: quod in illis certa quædam & definita lex est, quam sequi sit necesse: in dicendo autem nihil est propositum, nisi aut ne immoderata, aut angusta, aut dissoluta, aut fluens sit oratio. Neque non sunt in ea tanquam tibicini percussorum modi: sed univèrsa comprehensio, & species orationis clausa & terminata est. Quod voluptate aurium iudicatur. hac tenus Cicero. Nunc de illo numero, qui pedibus metitur verba faciamus.

Cap. 10. De numero.

Numerus ut Philoxenus musicus ait est temporum ordo, vel ut Plato motuum ordo quod idem est, non enim tempus constat sine motu, nec motus sine tempore, tempus enim est mensura motus, & motus mensura temporis, ut physica docent. Ordo verò iste est proportio, quam habet motus ad motum, aut tempus ad tempus. Ut sit unum alteri, vel par, vel duplum, vel triplum, vel sexcuplum alia ve ratione inter se comparentur. Qui numerus, vel consistit in motu, vel in sono. Ut in motu eo, quem saltantes efficiunt. In sono verò est, vel in eo, qui cãtu, & neruis redditur, in quo graua cum acutis temperata varios æquabiliter concentus efficiunt, vel in eo sono, in quo nulla grauis & acuti consideratio est, sed vno tenore fluit, ut, tympanis ac zimbalis, in qui

Numerus quid.

in quibus omnis sonorum varietas ex celeri vel tardo, non ex graui & acuto sono proficiscitur. Is autem est numerus oratorius de quo nunc volumus disputare, qui in omnium sermone & oratione versatur, qui legis & breuibus syllabis redditur. Quem ad rhetoricam pertinere putato, quæ in eo cernitur, ut doceat suam lenem, & sonantem orationem componere. Licet multi graues & docti auctores hanc musicæ potius partem esse tradant. Tamen alij non minus graues & eruditi viri hæc numerant in rhetoricis præceptis. Id tamen habeatur pro certo hanc rhetoricæ partem non logicæ, sicut alias, sed musicæ esse subiectam. Huius enim artis principia in musica demonstrantur. Quod multi rhetores non animadvertentes licet multa ingerant nunquam satis hanc partem explicant. Nos autem à capite & à fonte hanc tractationem deducentes facile quidquid ad poetam, & oratorem attinet aperiemus. Nam utriusque munus rhetori ac dialectico exponendum existimo. Ut ergo tempus ordinem explanemus, quæ in oratione ponuntur, brevissimum eius tempus querendum est: quod aliorum mensura sit, & eorum ordinem & proportionem ostendat. Quemadmodum ex vno, quod est numeri principium quod Græci vocant *αριθμος*, omnes eius formæ distinguuntur & numeri cum numeris comparantur. Ita & in hoc numero, qui à Græcis *ῥυθμὸς* nominatur aliquod est eius principium inuestigandum, quo eius reliquæ species separentur & rationes conferantur. Tale verò principium aliud esse non potest, quã syllaba brevis: siquidem nullum breuius tempus, sermone & oratione cog-

Rhetoricæ pars quæ de numeris agit subijcitur musica

noscamus, quã quod breui syllaba efferenda traducitur. Quamobrem unum tempus consumere ponimus estque principium numeri quæ querimus. Sicut unum est principium numeri, quo res numeramus. Syllabæ igitur breui unum tempus, longæ verò duo tempora damus. Itaque si brevis syllaba cum longa confertur duplo longior est. Sed temporum ordinem in loquendo non tenemus: si brevis syllaba nunc, deinde longo intervallo longa pronuntiatur, ut in hoc verbo amant. Si a proferamus deincepsque longa interposita mora manet. Non enim ita loqui & internos communicare consuecimus. Ut igitur huc temporum ordinem explicemus præter principium regula & mensura quædam statuenda est, quæ iusta debitaque dictionis intervallo distinguantur. Nulla verò aptior & oportunior excogitari potest: quàm ea, quæ in harmonia musicæ utuntur, quàm plausum nominant, vulgo vero Compasum. Qui in duas partes diuiditur, una quæ tempus capit, quod datur manus leuationi, altera, quæ positioni. Græca huius rei vocabula visitatio sunt *αῖσι* leuatio, *ῥησι* positio. Ut igitur *αῖσι* & *ῥησι*, omnis armonia in cantu & fidibus dirigitur, ita & omnis dicendi suauitas, & numerosa concinnitas. Est tamen maximè notanda differentia, quæ plausus armonicus à numero se iungitur. Nam plausus armonicus unum eundemque seruat tenorem in arsi & thesi. Numerosus verò longè diuersum. Contingit enim aliquando ut plus temporis ponatur in arsi, quàm in thesi: aliquando è contrario, ut maius in

Syllabæ breui numeri elocutionis principium

thesi, quam arsi, aliquando par in
utraque. Et ex comparatione tem-
poris quod tribuitur arsi cum eo,
quod thesi oritur temporum ordo,
qui lenitate vel accerbitatem in di-
ctione facit. Hunc verò varium di-
uersumque tenorē plausus, qui tem-
porum indicat ordinem rhetores &
musici partiuntur in pedes. Quod
his quasi pedibus progrediatur pro-
currat & insilat oratio. Sicut dixit
Oratius. Nempe in composito dixi
pede currere versus Lucilli. Est ergo
pes certa sonorum constitutio
temporibus ac numero variata. Pedes
autem omnes idoneos, vel numeris
alligatæ, vel solutæ dictioni existi-
mat Arist. in tertio artis rhetoricæ
libro sumendos esse, vel ex æqua,
vel ex dupla, vel ex sexcupla pro-
portione arsis ad thesim. Quem his
verbis in oratore sequitur Cicero,
Nullus est igitur numerus extra poe-
ticos, propterea quod definita sunt
genera numerorū. Nam omnis talis
est, ut vnus sit de tribus. Pes enim, qui
adhibetur ad numeros partitur in
tria, ut necesse sit partē pedis æqua-
lem esse alteri parti, aut altero tanto
aut sesqui maiorem. Duæ partes, in
quas hic Cicero pedē partitur, sunt
eæ, quæ spectant ad arsim & thesim.
Quæ ita vult Cic. inter se cõparari
in quocunque pede diuidendo, ut
æqua, aut dupla, aut sesqui altera
proportio sit. Cui sceteticæ subscribit
Terentianus præstabilis, & insignis
huius artis auctor his verbis, Aut e-
nim quantum est in arsi, tantū erit
tempus in thesi. Altera aut simpli-
vicissim tempore duplum dabit. Sex-
cuplo vel vnauincet alterius singu-
lum. Quidquid istis discrepabit, ab-
sonū redet melos. Hos etiam aucto-
res sequitur, D. P. Augustinus, qui

Quid pes in
numero.

Ex qua pro-
portione
omnes pe-
des sint su-
mendi.

de hac re sicut de alijs doctissimè
& acutissimè scripsit. Sed hi aucto-
res doctissimi, & alij, quos ego vidi,
de hac re differentes causam nõ ex-
ponunt non solū, cur alias propor-
tiones rejiciant verū etiam cur has
probare decreuerint. Reddenda ta-
men causa est. Nam de rebus his nõ
auctoritate docemur, ut de grāmari-
cis, sed vera rerū ratione. Huius au-
tem rei causa ex musica ducenda est.
In qua docetur tres esse perfectissi-
mos concentus, vel ut musici vulga-
res loquuntur consonantias. Vnus
quando soni pari eademq; conten-
tione mituntur, quem vnisonum
vocant, alius quum diapason, vel
octaua sonus sonū superat. Tertius
quum diapente, quem quintam vo-
cant. Ad hos omnes perfecti concen-
tus reuocantur, & his includuntur.
Quod si par & vnisonus concentus
sit, æqualis est proportio. Sin autem
diapason, aut octaua distent, propor-
tio dupla est, ut ex arismetica musi-
ci necessaria ratione demonstrat. Sin
autem diapente, vel quinta inter se
differant, sexcupla proportio vel
sesqui altera est, ut ab eisdem ex arif-
meticis aperte & necessariò mon-
stratur. Ex quo facile intelligitur,
quum auctores grauissimi tantum
equalē, duplam, sexcuplam propor-
tionem in pedibus probāt, probare
tantū vel e qualem sonum, vel dia-
pason, vel diapente distātem. Iacta
etiam sunt ex hac doctrina funda-
mentæ firmissima ad cognoscen-
dum, vtrum vera nec ne sit horum
auctorum sententia ex ea parte, qua
pedes alios contemnunt, qui hæc
triplici proportione non continean-
tū. Pedes autem quidā musici nu-
merant ex temporum modo col-
latione. Sed ea numeratio non per-
tinet

tinere ad institutum nostrum non
enim eos sonos tractamus, quos ner-
ui fides, & timpana referūt, sed eos
tantū, quos voces loquentium effi-
ciūt. Quare ex collatione syllabarū
eos potius explicabimus. In quo
D. P. Augustinum sequemur, qui
quāuis de musica disserat, alios pe-

2 Pyrrhichius √√ fuga
Iambus √ - parens
Trochæus - √ meta
Spondeus - - astas
3 Tribrachus √√√ matula
Dactilus - √√ Mænalus
Amphibrachus √ - √ carina
Anapæstus √√ - Eratō
Bachus √ - - Achates
Creticus vel amphimacrus - √ - Insule
Palimbachus - - √ natura
Molofus, qui & Criticus - - - Æneas
4 Proceleusmaticus √√√√ auicula
Pæon primus - √√√ legitimus

Omnes igitur pedes octo sunt &
viginti quatuor disyllabi, octo trisyl-
labi, sexdecim quadri syllabi. Iā eo-
rū inter se ordo exponendus est. Nul-
lus autē pes minus quàm duas sylla-
bas & duo tēpora potest habere, Nā
licet vna syllaba longa duo tēpora
postulet pedē tamē per se nõ potest
efficere. Quia syllaba vna in cantu
quidē potest in sermone verò mini-
me: in arsim & in thesim diuidi po-
test, minimus igitur pes erit pyrrhi-
chius. In pedibus autem disponen-
dis & ordine suo collocandis id est
animaduertendum, ut ille pes ante-
cedat, qui proprius ad vnū accedit
quod est pedum omnique numeri
principium. Quare priorem sedem
sibi vendicant bisyllabi, quàm alij
& trisyllabi quàm quadrisyllabi. In
bisyllabis Pirrhichium primū esse

des præter hos non tangit. Ea ergo
serie, qua eos. D. P. August. conecit
à nobis hic colligabuntur & nume-
rabuntur, quod ut breuius, fiat loco
productæ syllabæ rectam loco verò,
breuis incuruā ponemus. Series autē
est, & ordo norandus ad ea facilius
tenenda, quæ postea dicemus.

Pæon secundus √ - √√ Colonia
Pæon. 3. √√ - √ Menedemus
Pæon. 4. √√√ - celeritas
Ionicus à minore √√ - - Diomedes
Ionicus à maiore - - √√ Lunonius
Ditambus √ - √ - propinquitas
Dichoræus - √ - √ cantilena
Antipæstus √ - - √ Saloninus
Choriambus - √√ - parueram
Epitritus. 1. √ - - - sacerdotes
Epitritus. 2. - √ - - conditores
Epitritus. 3. - - √ - Demosthenes
Epitritus. 4. - - - √ Fesceninus
Dispondæus - - - - oratores.

oportet, quod eius prima pars sit syl-
laba breuis, quæ est ipsum vnū, ut
exposuimus. In hoc pede æquali est
proportione arsis ad thesim. Hanc
autē æqualitatem quoad eius fieri
potest in pedibus secundis retinen-
da est. Pyrrhichiiū proximè sequitur
Iambus, cuius prima pars breuis syl-
laba est. Quæ, secunda altero tanto
maior est, quare duplā habent par-
tes proportionem. Nõ enim potest
in partes quæ minus inter se distēt se-
cari. Ex hoc facile cognoscitur, cur
in vltima sede bisyllaborum spon-
deus ponatur, quod longius alijs bi-
syllabis à principio, quod est vnū,
recedat, quatuor enim tempora cõ-
sumit & ei⁹ vna pars alteri parti est
æqualis. Ex his principijs planè de-
claratur reliquorū pedū ordo & di-
uisio. Nā in trisyllabis Tribrachus in

Pedes quor
sunt.

quadrifyllabis proceleumaticus minus alijs abfunt ab vno. In trifyllabis etiam dactilus prior est anapesto quia licet vterque in equas partes diuidatur, prima tamen dactili pars est vna syllaba longa, quæ vicinior est vno, quam duæ breues anapesti. Iam verò tractemus, vtrum ex alia quam ex illa triplici proportione pedes ducantur Amphibrachus enim quomocumque diuidatur tripla se proportione partes respondent. Et ob eam rem plane à. D. P. Augustino repudiatur sed eum Diomedes grammaticus & alij non contentendi auctores admittunt. Et à Cicerone, licet ei in oratore locum non relinquat in clausulis vsurpatur vel præcedente spondeo vt rectè locutus. Vel trochæo, vt veterum morem iudiciorum requirit. Et ingressum iam in bellum videbam. Tum alij pedes quos illa tripartita proportio præstat, probantur, quod tandem ad illos tres, quos exposuimus, dulcissimos concentus reuocantur. At tripla proportio perfectum etiam exhibet concentum quem vocat duodecimam, quomodo si alij placent pedes, hic potest displicere? Sed forte. D. P. Augustino displicuit, quod nullo metro aptatum ab vilo poeta vidit. Sed Ausonius poeta eum sapphicis versibus aptat his verbis, Sunt & quos generat puella sappho, Quos primos rigit Hippius secundus: Vt claudit choriambum Amphibrachus. Nonnulli etiam illum Oratij versum, Iam satis terris inuis atque diræ, amphibracho claudi putant atque diræ. Age verò nullus, Epitritus ad illam trinam proportionem spectat. Nam quomocumque quatuor epitriti distribuatur partes sescqui tertiam habent proportionem.

De his tamen. D. P. Augustinus dicit eos poetas aspernari. Et oratores libentissimè complecti. Contra quam princeps orator, vt narrauimus, docuit, qui rationes alias præter illas tres respuebat in pedibus. Sunt tamen hæc eius clausulæ epitriti conclusæ. Epitriti primi, Apud eos quia me auxilium petierunt: Quo animos testium retardarent. Omnes meæ curæ cogitationesque laborant. Cæteri fructus vitæ relinquendi. Secundi, Si qui istum iurati sua sententia liberarunt. Qui vltro citroque nauigarent. Vbi noui iudices erunt constituti. Vt ad illos honores peruenirent. Tertij, Amplius centum Romani cognoscerent. Lacrymantisque defenderent. Non enim me tuo, ne tu illi successeas. Nullæ leges nulla iura custodiunt. Quartus, Summo studio potentissimorum hominum defendatur. Pecuniam publicam. C. Carboni datam auerisse. Iudices in hunc reum confedistis. Quam in duobus clarissimis religiosissimisque templis expilauit. Plane igitur ex Ciceronis vsu. D. P. Augustini sententia comprobatur. Nec epitritum aspernatur Horatius poeta primo libro, Nam in illo carmine Lydia dic, per omnes te deos oro sybarim: primum & vltimum opinantur nonnulli choriambos, secundum bachium tertium epitritum secundum. Sed si ad Musicam rationem reuocetur difficilius explicatur. Nam, Epitritorum partes sescqui tertiam habent proportionem. Quæ respōdet diatesaron. De qua est magna controuersia vtrum concentum & consonantiam efficiat, Nam Musici, qui in actione versantur, eam concinnè sonare negant. Verum enim verò Musici qui versantur in cognitione

tionem, contendunt concinnitatem habere. Citanturque loci, quibus ea Pratici peritissimi pro consonantia vtuntur. Sed antequam ab hoc de pedibus sermone discedamus oportet explorare vtrum sint pedes quinque syllabarum admittendi. Nam Cicero, Dochimum vehementer laudat e breui, & duabus longis breui & longa vt Reipublicæ. Ad eò vt iterari vetet, quod continuatus numerum apertum & nimis insignem efficiat. Alijs placet orthius è quinque syllabis breuibus, vt philosophia. Alij probant Hegemoscolium è tribus syllabis breuibus longa & breui, vt faciliora. Alij laudant Pyrrhichianapestum, ex Pyrrhichio & anapesto coagmentatum, vt muliebritas, ex quatuor breuibus & longa. Admittunt alij Ditrochæum, ex duobus Trochæis, siue Tribachis compositum. Quare sex syllabarum breuium, vt philosophia. Sed isti eam tradunt doctrinam, cuius rationem & modum nullo pacto possunt exponere. Nam vel pedes ex numero tantum vel ex syllabis distinguunt. Si ex numero, ad rhetoricam rationem diximus iam nihil pertinere. Quare nihil est quod syllabarum mentionem faciant. Sin autem ex syllabis. Cum breui possit longa succedere: nihil enim est in loquendi ratione quod impediatur. Sicut pedem efferunt sex breuium syllabarum non debent alium sex longarum repudiare. Deindeque pari ratione viginti quatuor breuium nam pro qualibet longa duæ breues poni possunt. Eisdemque vestigijs ad quadraginta & octo syllabas perueniemus: ac deinde neque exitus neque finis vllus reperietur. Quare modus ille quo. D. P. Aug. hanc artem

comprehendit, in quadrumque redegit, mihi placet, quia viam aliam certiorè non reperio. Vt quoniã pes ex duabus saltem syllabis minimè constare debet, quæ quatuor pedes modò reddere possunt. Vt ex pedum quam posuimus dinumeratione cognoscitur, maior autè quatuor habet tempora, vt spondeus. Quod si vna syllaba adiungatur octo pedes componi ostendimus, maiorque sex habet tempora vt Molofus. Si duæ, decem & sex & maior octo temporum. Quoniam ergo per quatuor in hac arte fere semper progreditur, hoc numero persistendum est, vt maior pes sit quatuor syllabarum & octo temporum, at deinde vt maius metrum sit octo pedum. Illi verò pedes, quibus quidam delectari diximus vel quinque vel sex syllabarum, facile ostendetur ex his quos numerabimus componi, vt dochimus compositus sit ex iambo & amphimacro, & Orthius ex pyrrhichio & tribracho.

Cap. I I. De numero.

Numerum iam definiuimus, qui ex pedibus nascitur, Sicut enim tempus est pedis principium, ita pes est numeri principium, & vt tempus, vnum pedem non efficit ita neque vnus pes numerum: sed multos hoc est duos saltem oportet esse pedes vt numerus censetur. In eoque numerum imitatur, quo res numeramus, vt sicut vnum non est numerus sed numeri principium, ita vnus pes non est numerus sed numeri principium, & sicut finis & exitus numeri semel constituti reperiri non potest: nullus enim est numerus cui alius addi

Qua mensura pes compositum sit concludendum.

Numerus quid.

Pedū similitudo ex qua ve consideretur.

non potest. Ita & numero, de quo loquimur nullus finis præscribi potest. Nam pedibus alij & alij pedes adiungi possunt. Neque numerus sua natura impedimento est, quo minus pyrrhichij & alij pedes sine fine procedant. Tantummodo est hic modus seruandus, vt si varij pedes misceantur, congruant inter se neque varia ratione componantur. Vt autem melius intelligamus, qui pedes cum quibus miscendi sint, oportet scire, quæ nam structura pedes similes efficiat. Si enim inter pedes non sit similitudo in numero rectè non cohærent, eorum autem similitudo cōsideratur velex paribus temporibus, simili plausu, & ex ordine vel dignitate. Dissimiles autem & inimici pedes erunt si horum aliquid desit. Itaq; Iambus, & choræus equalia tempora postulāt: tria enim tempora vterque consumit. Quare ex hac parte similes sunt: differunt tamen plausu. Nam Iambus à simplo, choræus à duplo incipit, vterque cum tribracho conuenit temporibus & plausu. Nam tria tribrachus habet tempora & à simplo vel duplo eius potest inchoari plausus. Differt tñ ab eis ordine & dignitate. Nam dignio res sunt & priore loco reponuntur Iābus & Choræus, quàm tribrachus, simpliciores enim sunt quòd ex duabus syllabis, Tribrach⁹ autem ex tribus. Simpliciores verò quosq; priores esse, quòd proprius ad principium accedunt, diximus. Dignitate tamen & ordine posterior pes potest concinnè cum illis temperari, qui sunt priores, si cæteris rebus similes sint temporibus & plausu. Quare si numerus ex pyrrhichio coagmentetur potest quidem per numeri leges in infinitum pro-

tendi. Nullus tamen pes alius ingeri potest: quia licet cæteri sint dignitate posteriores, nullus tamen ei est æqualis temporibus & plausu. Sed exempli gratia numerum proferamus decem pyrrhichiorū, vt quam leniter fluat videamus. Velut aqua fluit, ita celer & agilis homo citò perit. Cum Iambico verò numero artificiosè tātū, vt diximus Tribrach⁹ confundi potest. Iambicus ergo numerus erit, si verus illi, Fafelus ille, quem videtis hospites. Alios ei Iambos addam⁹. Vt ad est celer Fafelus, quem videtis hospites Sabinus est. Quem numerum facilè ferri videmus, vt est loquētium sermo. Hinc numero Tribrachū admiscuit Oratius illo versu, Libet iacere modo sub antiqua ilice. Chorei numeri exemplum erit. Veritate facta cuncta quæ mouentur hoc in orbe, quæ videtis. Hunc pedem Aristoteles esse dixit saltationibus aptum. Solus Tribrachus cum eo potest temperari. Tribracho verò prouoluto numero nullus alius pes adiungi potest. Nam licet alij eum temporibus & plausu imitentur, vt Iambus & Choræus sunt eò serie priores. Quare ex illis potius, quàm ex Tribracho numerus diceretur. Tribracho ergo numerus hic fertur Fugite bona fragilia, nec amet homo quod erit in homine leue, fugibile, fluidum. Ex dictis intelligitur inseri posse numero spondaico Dactilus, Anapestus & Proceleusmaticus. Quia plausu & temporibus pares sunt & ordine posteriores. Spondeis hic numerus currit. Solus liber vere ac non falso securam vitam viuit, cum Dactilo, & Anapesto temperatur illo versu vergilij, Fluuiorum rex Eridanus eā posque per omnes. Dactilum sequi potest

potest Anapestus & Proceleusmaticus. Dactilici numeri exemplum sit. Sat tua cuique dies breue & irreparabile tempus & irremeabile. Cōtinuatur etiam in numeris Anapestus, Vt Sua cuiq; dies breue & irreparabile tempus, & irremeabile stat. Cui solus Proceleusmaticus potest copulari. De Amphibracho diximus, quanta sit interviro doctos controuersia eo tamen numero incitari potest. Vt Amore, timore odioque carere. Et iniqua fugabit, atque videbitis optima semper. Cū eo Proceleusmaticus temperari posse quidam opinātur, quibus non assentior, Nam licet temporibus non differat & dignitate sequatur: plausu tamen longè differt non enim longa syllaba vna in arsum potest & thesim diuidi. Bachio solo pede hic numerus fertur, Amica quiete impudici carebunt, amorem fugantes quieti manebunt Deo iubilantes. Bachio rectè accommodari possunt Creticus pæones primus secundus & quartus. Currit etiā numerus Palimbachio, vt Bacchare lætare presente Frontone: cui omnes pæones præter secundū cōgruunt. In puris etiam Creticis hic numerus positus est, Iuppiter maximus rex Deum ductus est. Cretico apti sunt dicta de causa pedes omnes quinque repporum, qui illum sequuntur, qui sunt Bacchius Palimbacchius, Pæon primus, secundus, tertius, quartus. Pæo primus & quartus ei miscentur, vt in his verbis Ambrosia ponitur patinulis aureis, Pæon verò tertius, His moderata sumito. Ex vnoque per se pæone numerus constat. Et prioribus coniunguntur posteriores. Vis vnus cuiusque suauitafque cursus in verbis repetitis, aptis vnici-

que Pæoni considerari potest. Vt, Pæonis primi si quater repetatur vel amplius, desinite, secundi Potentia, tertij moderata, quarti facilitas. Egimus de numeris quos pedes reddunt duorum, trium, quatuor & quinque temporum. Ex his facilè expedimus, quæ ad numeros attinent, qui ex pedibus fluunt senorum temporum & septenorum. Qui enim sex tempora traducunt Moloso, vterq; Ionicus, Diiamb⁹, Ditrocheus Antispast⁹, Coriābus, Quos omnes inter se cōuenire & amicos esse probat Augustinus sensu & ratione. Sensus, quòd isti versus Terentiani, qui nobis nunc pro numero sunt, nihil aures offendunt, sed leniter fluunt, At consona, quæ sunt nisi vocalibus aptes: Pars dimidium vocis opus proferet ex se, Pars muta soni cōprimet ora molientium. Illis sonus obscurior impeditiorque, Vt cunque tamen promitur ore semiclusio. Duo tamen priores versus solis Ionicis fluunt. Tres verò inferiores cū Dichoræis temperantur. Item hi sunt versus suaues. Volo tandem tibi parcas, labor est in chartis, Et apertum ire per auras animum permittas. Placet hoc: nam sapienter remittere interdum, Aciem rebus agendis decet intentam. Duo tamen superiores Ionico à minore coagmetantur, duobus verò inferioribus Diiābus admiscetur. Deinde si omnes senarum syllabarum pedes coniungantur leniter & suauiter se inter se succedunt. Iucundumque numerū reddunt, vt pro Moloso virtutes, pro Ionico à minore moderatas, pro Choriambo percipies, pro Ionico à maiore concedere, pro Diiambo benignitas, pro Dichoreo ciuitafque, pro Andipasto volent iusta. Co-

nectan

nectantur, deinde hæc omnia verba virtutes moderatas percipies, concedere benignitas, ciuitasque volent iusta. Terque si id repetatur, nulla tamen parte aures aliquid asperum & acerbum sentiēt. Sensus igitur docent omnes senorum temporū pedes apte posse misceri. Rationi tamen obstat, quod non omnibus eadē sint plausus interualla. Nam in Moloso & vtroque Ionico dupla ratione distant arsis & thesis, in reliquis æqua. Dicit tamen diuus Augustinus, quia mediū lateribus est æquale in senorum temporum pedibus, cum quocunque latere cōcinne & quadratē copulari. Cum autem ad quodcunque latus inclinet æqualiter ad vtramque partē diuidi posse videtur. Ex quo quidam colligi putat, mediam & in teriectam syllabam longam exempli causa, Molosi ad arsim & thesim posse pertinere. Quod si id verum est, ex vna syllaba lōga pes potest constare, quod omnes auctores, & ipse, qui illud collexit, negāt. Sed intelligit D.P. Augustinus nō multum differre plausum ab æqua ratione, quoniam medium est vtrique lateri æquale. Porro septenorū temporum pedes sunt Epitriti. Primus autem & secundus, vt temporibus sunt parēs, ita plausu similes, vterque enim à tribus temporibus incipit, quare rectē cohærent. Idem dico de tertio & quarto: nam vterque à quatuor temporibus incoatur, & tribus concluditur. De his Epitritis nonnulla iam diximus, quæ his possunt accommodari. Sequitur octo temporum pes, qui vt temporibus & plausu ab omnibus differt, & est omnibus posterior ordine, ita cum eo pes alius confundi, & tē

perari non potest. Et hætenus de numero.

Cap. 12. De metro & versu.

IAm verò de metro differamus, quod nihil aliud est, quam numerus certo sine conclusus, ad quem vt fuerit peruentum, iterum ad caput est redeundum. Itaque in hoc à numero differit, quod numero nullus est, vt diximus præscriptus terminus, metrum verò sua natura terminum requirit. Vt ergo totam eius naturam teneamus, terminos eius oportet comprehendere, maximum & minimum, quibus tota eius longitudo concludatur. Quoniam verò quodcunque metrum est numerus, non autem omnis numerus metrum. Numerusque maior, vt exposuimus, pede sit, pes enim numerus non est, sed numeri principium, necesse est numerum esse maiorem pede. Duos ergo saltem minimum metrum pedes habebit, maximum verò quadruplicato minori numero vult D. P. August. definiri, vt in illa sua quaterna progressionē persistat. Scio Mariū, Victorinum & alios ad decem vsque pedes metrum producere. Sed D. P. August. sententiā mihi magis probatur, cuius doctrinam, quod quadratior & absolutior sit, hætenus secuti sumus. Est etiam animaduertendum, quod sicut ex vnoquoque pede numerus existit, ita & metrum existere potest, septemque quicunque pes metri formas reddere potest, sicut septies pedem numerus variari potest à duobus vsque ad octo. Minimum igitur metrum ex duobus pyrrichijs conficietur, quatuorque tempora trāsmittet, quod

Metrum,
& versus,
quid.

proxi-

Innumera
bilia me-
trorum ge-
nera.

proximè maius fuerit, tres pedes & tempora sex habebit, & ita deinceps vsque ad octo pedes, & tempora decem & sex. Idemque in omnibus pedibus vsu veniet. Ex quo intelligitur illud esse verum, quod his verbis D. P. August. enunciat, sane arbitror iā te intelligere innumera-bilia genera esse metrorū, quæ quingenta quadraginta septem inueniuntur, cum & de silentijs, non nisi finalibus exempla essent data, & nulla pedum commistio facta esset, & nulla solutio longarum in duas breues, quæ pedem ultra syllabas quatuor porrigeret. At si adhibita omnium silentiorum interpositione, & omni solutio longarum colligeres numerum, tantus existet, vt nomen eius fortasse non suppetat. Quod hic dicit D. P. Aug. de pedum commistione facile intelligi potest ex ijs, quæ diximus capite superiori de pedum amicitia, & suauiter temperatione. Quod autem de silentio dicit, ita interpretandum est. Contingit aliquando, vt pes misceatur pedi, non amico, tamen suauiter oratio fluit, tum quod pedi deest, vt alterius amicitiam assequatur, silentio compensandum est, antequam ad caput redeatur, vt in illis metris, quæ D. affert Aug. Ite igitur Camenæ Fonticolæ puellæ, Quæ canitis sub antris Melifluos honores, Cui simile est illud Oratij, Lidia dic per omnes. Primus tamen pes est Choriambus, secundus Bachius temporibus dissimiles, non deberent igitur confundi. Quia tamen iocundè dictio cadit in aures, & plus vno pede habet, à metro nō est aliena: quare tempus vnum, quod Bachio deest, vt par Choriambo sit, silentio sup-

pleatur, antequam sequens metrum inchoetur. Quod idē est, ac si vna breuis adderetur syllaba, vt si dicerem. Ite igitur Camenæ vel. Quod si Bachij loco poneretur spondeus sic, Ite igitur musæ, duorum temporum silentium adhibendum erat. Quid si Pyrrichius hoc modo, ite igitur citò, quatuor, tempora silere oportebat. Quis igitur modus silentio statuendus est, vt quoties opus sit, silentio uti, nec minus vno tempore, nec plus quatuor silcamus, vt illa per quatuor progressio teneatur cuius in huiusmodi numero rationē duximus. Et quia nec illa, vel arsis, vel thesis, plura quā duo tempora traducit. Age verò silere possumus, nō solum in fine, sed etiam in versus medio. Sicut non modo in principio, sed in medio syllabæ adiungi possunt, & ob eam rem dixit D. P. August. cum de silentijs, non nisi in finalibus exempla essent. Si tempora igitur silentium suppleat, fit, vt minus quā duos pedes, plus tamen quā vnum metrum possit habere. Itaque quoties, vel canitur, vel pronunciat oratio certo sine terminata, quæ suauiter audiatur, licet ad pedes duos non producat, dum sit maior pede, quia tempora silentio præteruehentur, quæ alter pes desiderat, in metris numerabitur. Versus autē est metri species, nihil enim versus est, quod nō sit metrum, licet multa metra sint, quæ versus non habentur. Nam præterquam, quod versus certum exigit pedum numerum, sicut metrum in duas partes debet esse diuisum. Nā versus esse definitur metrum, in duo membra certa ratione dimensa partitum. Primum ipsa artificiosa partitio gratiam & ornamentum affert.

*Versus quo
modo sit fa-
cienda par-
titio.*

affert. Sicut pedis in arsim, & the-
sim diuisio ipsum pedem illustrat.
In partitione verò faciendæ hæc le-
ges sunt ex Augustini doctrina
seruandæ. Prima ne in partes æ-
quas diuidatur. Si enim ita diuide-
retur, si sæpe versus repeteretur,
nulla esset inter principium, &
finem versus distinctio. Vt si ver-
sus ille Vergilij, Cornua velata-
rum obuertimus anthenarum. Ita
seccaretur, Cornua velatarum: ver-
timus antenarum, si sæpe iteretur
inter finem & principium, distin-
gui non posset, existimari enim pos-
set ita versus esse cõpositum, verti-
mus antenarum cornua velatarum.
Aperta igitur debet esse differen-
tia inter membrum principij, & me-
dij versus. Quæ differentia non ali-
de sumi potest, quã ex eo quod vna
pars sit breuior alia. Cuius breuita-
tis ea nota sit, quòd extrema ver-
sus pars semipede finiatur. Quare
vitiosam eam esse diuisionem arbitra-
tur D. P. Aug. cuius secunda pars
pares haberet semipedes, nam ple-
no pede concludi videbitur. Se-
cunda lex sit, vt quàm proximè ad
æqualitatem accedatur, dum ad ip-
sam non perueniatur. Nam intole-
rabilis ea esset diuisio, cuius partes
multum essent dispares, vt si versus
proximè dictus ita diuideretur, Cor-
nua velatarum obuertimus antena-
rum. Has leges passim obseruare vide-
bimus magnum illum poetam Ver-
gilium, Nam senarios illos suos ver-
sus in quinque & septem semipedes
dispertit, vt Arma virumq; cano, pri-
mum verbum Troiæ, qui primus ab o-
ris, secundum item Italiam fato, pro-
fugus lauinaque venit, Litora mul-
tum ille, terris iactatus & alto, Vi su-
perum fauæ memorè Iunonis ob irã,

*Qua ratio-
ne sit exa-
metri men-
sura faci-
da.*

Itẽ & Conticuere omnes, intentiq;
ora tenebant. Itẽ, At Regina gra-
ui, iam dudum saucia cura. Preci-
pitque D. P. Aug. ne praua vulgi
grammaticorum inueterata cõsue-
tudine deterreamur, quominus il-
los non Dactilis, sed Anapestis, &
Spondeis metiamur, vt planius hæc
diuisio in versibus huiusmodi appa-
reat, ita vt in principio & fine car-
minis semipedes seponantur hoc
modo, At semipes mauium Anape-
stus, q; cano Anapestus Troiæ spon-
deus, qui prius spondeus mus ab o Ana-
peustus ris semipes Item in illo versu
examinando, Mæcenas atavis edite
regibus, cū ita seceretur, Mæcenas ata-
uis, edite regibus. Animaduertendū
est, si ad pedes quatuor temporū exi-
gat vt sint Spondeus, Dactilus & se-
mipes in primo membro, in secundo
verò duo Dactili, confectus erit cõ-
tra legem. Nam primo membro quin-
que semipedes erunt, secundo
quatuor, at statutum est, ne pares
numero sint semipedes secun-
di membri, ne plenè pede clau-
di videatur. Quare senorum tem-
porum pedibus ponderari debet,
vt primo duæ longæ separentur,
Mæce deinde sequatur Choriambus
nas atavis, deinde alius Choriambus
edite re, tandemque semipede
ex duabus breuibus terminetur, gi-
bus, quæ quidem cum alijs duabus
longis in principio sepositis pedem
integrum complent senorum tem-
porum. Cum ergo certa finis nota
cõstet, timendū nõ est, licet nullies
repetat ne finis in principium cõuer-
tatur. Illud etiã considerandū est ex
D. P. August. disciplina, Poetas in ver-
sibus cõficiendis eos pedes repudial-
se, qui ex sexcupla ratione ducunt
vt Amphimachros, Bachios, Palim-
bachios

*Ad quor-
tempora pro-
trahi ver-
sus potest.*

bachios, Pæones, & alios, & illos ser-
uasse, qui ex pari vel dupla profici-
cuntur, vt pyrrhichios, Iambos, Core-
os, Spondeos, Dactilos, Anapestos,
Tribachos. Tum licet metrum octo
pedes admittat, versus tamẽ ultra
triginta duo tempora protrahi non
patitur. Ac denique aptè hæc tota
concludetur oratio, cum D. P. Aug.
dicente, vt ergo hunc sermonem a-
liquando concludamus, visum est,
cum metra tamen penè innumerabi-
lia, versus tamen esse non posse,
nisi duobus membris sibimet con-
ciantatis, aut totidem semipedibus,
sed non conuertibiliter terminatis,
Vt est, Mæcenas Atavis edite regi-
bus. Aut dispari numero etiam se-
mipedum, aliqua tamen æqualitate
coniunctis, vt sunt quatuor & tres,
aut quinque & tres, vel quinque &
septem, aut octo & septem, vel sep-
tem & nouem. A pleno autem pe-
de Trocharius, vt est optimus bea-
tus ille, qui procul negotijs, potest
incipere: terminari autem nisi non
pleno prorsus non potest, & a non
pleno potest versus exordiri, Vt est,
vir optimus beatus ille, qui procul
negotijs. Sed ij nõ pleni pedes, siue
integros semipedes habeant. Vt in
Dactylicis, & Anapestis, siue minus-
quam dimidium pedem, sicut in il-
lo Choriambico duæ vltimæ breues.
Mæcenas Atavis edite regibus. Siue
plusquam dimidium, vt in eius
capite duæ primæ longæ, aut in fine
alterius Choriambici Bacchius cu-
ius exemplum est, Te domus Euan-
dria, te celsa sedes Latini; omnes au-
tem ij non plenipedes, semipedes
nuncupatur. Hęc D. P. Augustinus.
Ex his, quæ hæcenus à me exposita
sunt satis explicari puto vniuersam
viam, atq; doctrinam poeseos, qua-

tenus rhetoricã attingit. Nam quæ
attinent ad dialecticam, in dialecti-
cis persecutus sum. Varia verò car-
minum genera, quibus varij poetae
sunt delectati nõ artis esse puto nu-
merare, sed historiarum, qua propter ea
grammaticæ relinquo. Nemo tamẽ
dubitat, quin omnium præstantis-
simum carmen sit senarium, quòd
in exametrum, & trimetrum Iambi-
cum partitur. Ex his omnia serè ver-
suum genera à poetis usurpata, vel
additione, vel detractone deducun-
tur. Hoc etiam tantum ad extremum
adiungam has leges, atque præcep-
ta licet sint non ex hominum aucto-
ritate, sed ex ipsa rerum natura opti-
maque ratione sumpta, tamen non
firma & perpetua esse apud poetas,
qui vias alias, quàm ipsa natura do-
cet suo ingenio nixi sequuntur. Pre-
sertim illa, quæ docuimus de amiciorum
pedum coniunctione. Nam poe-
tae, aliquando pedes temporibus &
plausu dispares temperant. Nam in
trimetro Iambico Archilochio Spon-
deum & Iambum miscet illum ex
æqua hoc verò ex dupla ratione pe-
titum. Quod ob eam rem Horatius
factum esse dicit, vt maiori grauitate
Spondeo Iambicus fluat. Ita in Pha-
leutico & Saphico carmine Dactilum
& Spondeum cum choreo confun-
dunt. Sed vt parum id syncerum &
simplex est, ita minus ad naturam
accommodatum. Iam ad orationem
solutam proficiscamur.

Cap. 13. De soluta oratione.

Soluta oratio est, quæ non cer-
tis ac perpetuis est alligata nu-
meris, sed varijs distinguitur.
Quam distinctionem, vt melius ex-
plicemus considerandum est, totam
solu-

*Soluta ora-
tio quid.*

Soluta oratio in tres dividitur partes.

solutam orationem in tres diuisam esse partes, incisum, quod & coma dicitur membrum, quod est colon & clausulam. Quintilianus incisum & membri distinctionem ex sensu sumit, ut incisum esse definiat, sensum non expleto numero conclusum, vel membri partem. Cicero tamen non ex sensu, sed ex eo, quod ex alio inciso vel membro pendeat, sibi que adiungi postulet membrum, & incisum explicuit. Nam membrum ad Herenium (inquit) appellatur res breuiter absoluta sine totius sententiæ administratione, quæ denuo alio membro orationis excipitur. Articulus dicitur, cum singula verba interuallis distinguuntur cæsa oratione. Sed si hæc vera sunt, si quis illud asserat veteris pro uerbij amicorū omnia sunt communia, Dionisius in Chorinto, cognosce te ipsum. Nec mēbra neque incisa erunt. Nā sententiam exprimunt absolute, & ex alio membro vel inciso non pedent. Quod si nec membra, neque incisa sunt, erunt clausulæ. Sed quis hæc clausulas esse putauit? Alij ex syllabarum numero incisum & membrū cognoscendum esse opinantur, itaque Ciceronem existimasse credunt, quod in oratore dicat. Nā in ijs, quibus, ut pugionibus uti oportet, breuitas facit ipsa breuiore pedes, sepe enim singulis utendum est, plerūque binis utriusque ad di, pedis pars potest, non fere ternis amplius. Ex quibus uerbis colligunt, Ciceronē significasse usque ad septē semipedes incisum progredi posse & ex hoc incisum cognoscendum esse. Cui sententiæ Hermogenē subscripsisse uerisimile est. Non enim aliam incisum definitionem tradit. Nisi quod à duabus tribus quatuor

quinque, & sex syllabis procurrat. Sed ex syllabis materia potius eius, quam forma declaratur, neque certa aliqua ostenditur incisum cognoscendi ratio. Etenim sepius licet quinque, vel septem vel octo syllabas numeremus, tamen incisum, non complebitur, quia desunt alia uerba eodem pertinētia, ut in principio orationis pro Milone illa duo uerba. Et si vereor, quinque syllabas habet, tamen incisum nondum sunt, quia deest aliud uerbum cum illis duobus copulandum, Iudices. Et in oratione pro Cælio. Si quis iudices forte nunc, octo syllabæ sunt, tamen aliquid inciso deest. Ex numero syllabarum, ergo incisum ratio non explanatur. Ut ergo nos hanc rationem planam faciamus, considerandum est, incisum & membrum vel orationis ornamenta esse, vel eius partes: si ornamenta sint, uno membro, vel uno inciso minime ornatur oratio, quare ornamentum, & figura non erit. Recte igitur de membro, & inciso, ut ornamenta sunt, Cicero dixit, de membro, quod alio denuo orationis membro excipitur, de inciso, quod singula uerba interuallis distinguuntur cæsa oratione. Ut autē partes orationis sunt incisum & membrū, non ad alia membra & incisa referuntur, sed unum quodque se ipso contentum est, quā obrem incisa & illa sunt, Amicorū omnia communia, cognosce te ipsum & alia huiusmodi. Animaduertendum etiam, sicut prius constat, poetas quam oratores numeros inuenisse, ita & incisa & membra, ex uersu ad prosam translata sunt. Membra ergo in quæ uersum diuisum esse diximus partes etiam esse orationis solutæ rhetores uoluerunt.

Incisum, membrum in quo differunt.

runt, Incisa uero membrorum esse partes. Et sicut syllabis & semipedibus illi uersus partes distinxerunt. Ita & nos has orationis partes distinguemus. In hoc tamen à poetis discrepabimus. Quod poetæ certa uersus parte subsistunt, ut eam à sequenti separent & apte uersum incidant. Licet nulla subsistat sententia. Ut apud Vergilium Italiam fato, incisum uel cæsuræ est, licet nullum habeat intellectum. At oratores non intersistunt, & quasi respirant, nisi aliquid significantes, vel numerantes. Quamquam de causa Quintilianus inquit incisum esse sensum, non expleto numero conclusum, sed simultum procurrat minime incisum erit, licet sensum habeat non expleto numero conclusum. Quare Cicero dicit sæpe singulis pedibus utendum est, & cætera eius, quæ proximè retulimus. Incisum ergo declarat particulam orationis spiritu pronunciantis interruptam, & sine alijs debilem, & mancam, ut pote, quæ nec planè sensum, nec numerum habeat perfectum, sed eo prolato ad reliqua festinet oratio. Et procurrere potest ab uno, usque ad quatuordecim tempora. Nam si Cicero attribuit septem semipedes eosque Spondes esse uiridocli suspicantur, quare quatuordecim tempora consumere potest. In una uero syllaba positum est, ut interrogans & uirgens Cicero Erucium ait, exhereditauit ne? non, quo monosyllabo incisum perficitur. In singulis uerbis statuit comata Cicero. Ut, Depressam, cæcam, iacentem domum, pluris quam te, &c. Inimicos inuidia, iniurijs, potentia, perfidia sustulisti. In binis & ternis uerbis ut domus tibi deerat? at habebas,

pecunia superabat? at egebas. Item illud Crassi, quod citat ipse Cicero. Missos faciant patronos ipsi prodeant. Sunt etiam undecim temporum incisa multa apud Ciceronē. Ut, Ea multitudo quæ erat? sunt & duodecim, ut, Quid queso eius intererat? Sunt & tredecim, ut fateor me sectorem esse. Sunt quatuordecim, ut, Quid hic incredibilis cursus? Ex his iam planum fit quid membrum sit. Non enim puto ab inciso distingui, quod membri sensus magis perfectus sit, magisque numeris conclusus, ut Quintilianus existimat. Neque ex hac parte illud quisquam poterit ab inciso separare. Sed in eo tantum differunt, quod incisum breuius, membrum uero longius sua ratione sit. Sic ut membri principium sit, ubi incisum est finis. Membrum ergo non habebitur nisi duodecim saltem tempora transigat & iusta eius magnitudo, usque ad quatuor & viginti tempora sicut senarius uersus progreditur. Nam Cicero in oratore de comprehensione loquens quatuor eius membra, quatuor exametris comparat. Potest tamen esse longius & iustam magnitudinem aliquando superare. Cum autem finitima & vicina sint incisum & membrum, circa uicinia sua denomine contendunt. Ut maximum incisum membrum interdum uocetur, minimum uero membrum incisum. Aliquando uero incisum membri pars est, aliquandoque ipsum membrum alterius longioris & congruentem magnitudinem excedentis. Ut in hoc Ciceronis circuitu, Si auctoritas patronorum in iudicijs ualeret, ab amplissimis uiris L. Cornelij causa defensa est: si uis aperitissimis:

Membrū quid.

mis: si ingenia ab eloquentissimis: si studia ab amicissimis, & cum beneficijs cum Cornelio, tum maxime familiaritate coniunctis. In quo circuitu quinque membra coagmentantur. Primi membri aliud membrum est pars, aliorum incisa partes sunt. Sunt tamen nonnulla membra nullis incisis diuisa, sed continenti ductu ad finem vsque feruntur hoc modo Cicero, Verres ne habebit domi suæ candela brum Iouis Opt. Max. gemmis auroque perfectum? Item cur clandestinis consilijs nos oppugnant? Item, O portentum in vltimas terras exportandum. Incisa verò si frequententur, arida fit oratio, & dissipata, vt scopæ dissolutæ videantur. Sin autem membra continentur, circumfluit, & plus iusto redundat compositio. Quare prudenter membra sunt cum incisis temperanda. Vt si multa membra iterentur à nonnullis deinde incisis excipiantur. Vt in Miloniana primo ingressu Cicero membris profluit, tanquam sedatus amnis. Et si vereor iudices, ne turpe sit pro fortissimo viro dicere incipienti timere. Minimeque deceat cum T. Annius Milo ipse magis de salute Rei pub. quam de sua perturbetur, me parem animi magnitudinem ad eius causam afferre non posse. Deinde incisis vehementius fertur. Tamen hæc noui iudicij noua forma terret oculos, qui quocumque inciderent, veterem consuetudinem fori, & pristinum morem iudiciorum minimè vident. Non enim corona confusus vester cinctus est, vt solebat, non vsitata frequentia stipati sumus. Concinnè & coagmentatè multa incisa vno

vel altero membro terminantur: hoc modo. Publicam dilapidabat pecuniam, ærarium exhauriebat, minuebat vectigalia, donauit ciuitates, ex commentario, dictaturam gerebat, leges imponebat, prohibebat dictatorem creari legibus, senatus consultis ipse repugnabat in senatu. Prouincias omnes vnus concupierat. Aliquando totus orationis circuitus è membris constat. Hoc pacto. Tum ciues Romani, qui Lampfaci negociabantur, concurrunt, orant Lampfacenos, vt grauius apud eos nomen legationis, quàm iniuria legati putaretur. Sese intelligere hominem illum esse impurum, ac nefarium. Sed quoniam nec perfecisset, quod conatus esset, nec futurus esset Lampfaci, postea, leuius eorum peccatū fore, si homini scelerato pepercissent, quàm si legato non pepercissent. Aliquādo etiam totus completur incisis. Hoc modo Non enim potest dicere, cū seditio nem sedare vellem, quum frumentum imperarem, quum stipedium cogere, quum aliquid denique reip. Causa gererè, quod acrius imperaui, q̄ animaduerti, quod minatus sum. Ac de membris & incisis hætenus.

Cap. 14. De clausula.

Sequitur vt de clausula dicamus. Quæ pars sicut est alijs magis necessaria, ita min⁹ est à plerisque auctoribus explicata. Non enim hoc genus diuidunt, & eius formas exponunt, sed omnes clausulas vno periodi nomine comprehendunt. Nam periodum Cicero quæ omnes ferè sequuntur: tum ambitum, tum circuitum tum comprehensionem, aut continuationem,

*Clausula
diffinitur
& diuiditur.*

aut.

aut circūscriptionem vocabit. Quare multa nomina in eadem re dici multi auctores putarunt, cum magna rerum sit differentia. Sed nos facile rem difficilem & necessariam exemplis explanabimus. Est ergo clausula numero, & sensu perfecta oratio, cuius omnes partes aliunde non pendeant. Hæc distribuitur in comprehensionem, & ambitum, quem Græci periodum nominant. Comprehensio partitur in simplicem propositionem & spiritus continuationem. Licet omnia fere ista nomina in eodem genere à Cicerone & alijs dicantur, ne tamen verba innouemus ad species singillatim accommodanda sunt. Simplex propositio est, quæ membris vel incisis rem dicendam perse enunciat ac veluti narrat. Hoc pacto animaduerti iudices, omnem accusatoris orationem in duas diuisam esse partes. Quarum altera mihi niti & magnopere considerare videbatur inuidia inueterata, &c. Itē, Stetit soleatus prætor populi Romani, cum pallio purpureo, tunica talari, muliercula nixus in littore. Item, Antequam de republica. P. C. dicam ea, quæ dicenda hoc tempore arbitror, exponam vobis consilium & profectionis, & reuersionis meæ. Incisis etiam hac ratione clauditur. Vt depressam, cæcam, iacentem domum pluris quam te, & quæ fortunæ tuas æstimasti. Spiritus continuationis est clausula ex membris & incisis confecta, eò vsque prouecta quò spiritus dicentis produci potest. Differtq; magnitudine tantum à simplici propositione, sicut membrum ab inciso hoc modo. Tantæ ne tuæ Verres libidines erunt, vt eas capere ac sustinere non prouin

ciæ populi Romani, non nationes exteræ possint. Itane quod videris, quod concupiueris, quod cogitaris nisi ad nutum tuum præsto fuerit, nisi libidini tuæ cupiditati que paruerit, immittentur homines, expugnabuntur domus, ciuitates non modo pacatæ verum etiam sociorum, atque amicorum ad vim, atq; arma confugient, vt à se, atque à liberis suis legati populi Romani scelus, atque libidinem propulsare possint? Item, Si quis iudices fortè nunc adsit ignarus legum iudiciorum consuetudinis nostræ, miretur profectò, quæ sit tanta atrocitas huiusce causæ, quod diebus festis ludisque publicis omnibus negotijs forensibus intermissis vnum hoc iudicium exercentur: nec dubitet, quin tanti facinoris reus arguatur, vt eo neglecto ciuitas stare non possit. Item, Quid, quod salus sociorum summum in periculum ac discrimen versatur? Regno pulsus est Ariobarzanes Rex, sociusque populi Rom. atque amicus: imminet duo reges toti Asiæ non solum vobis inimicissimi, sed etiam vestris socijs, atque amicis: ciuitates autem omnes iuncta Asia, atque Græcia vestrum auxilium expectare propter periculi magnitudinem coguntur: imperatorem à vobis certum deponere, cum præsertim vos alium miseritis, neque audent, neque se id facere summo sine periculo posse arbitrantur: vident & sentiunt hoc idem, quod & vos, vnum virum esse, in quo summa sint omnia, & cum prope esse, quo etiam carent ægrius, cuius aduentu ipso, atque nomine, tamen ille ad maritimum bellum ven-

V 2 rit,

rit, tamen imperus hostium repressos esse intelligunt, ac retardatos. Item, Quum autem hic de rheda reiecta penula desilisset, seque aeri animo defenderet illi, qui erant cum Clodio gladijs eductis, partim recurrere ad rhedam, ut a tergo Milonem adorirentur: partim, quod hunc iam interfectum putarent cedere incipiunt eius seruos, qui post erant, ex quibus, qui animo fideli in dominum erant, & praesentes fuerunt, partim occisi sunt, partim cum ad rhedam pugnari viderent, domino succurrere prohiberentur, Milonem occisum esse etiam ex ipso Clodio audirent, fecerunt id serui Milonis (dicam enim non diriuandi criminis causa, sed ut factum est) neque imperante, neque sciente, neque praesente domino, quod suos quisque seruos in tali re facere voluisset. Hæc de comprehensione, nunc de ambitu, vel periodo loquamur. Est autem ambitus clausula qua & verba verbis, & res rebus quodam circuitu respondent. Hic potest vno membro explicari raro tamè apud auctores inuenitur. Ut illustris oratio metibus lumen affert. Lumen enim & illustris inter se referuntur. Sed tales duos ambitus vna circumscriptione, Cicero in primo de oratore eleganter copulauit. Tibi frater, neque hortanti deero, neque roganti: nam neque auctoritate quicquam apud me plus, quam tu valere potest, neque voluntate. Similis ille est, Boni viri, turpitudine non su & delicto suo, non aliorum iniuria commouentur. Est & bimembris, cum vnum membrum responderet alteri hoc modo nam si quis spei non multum collocarit in casu,

Periodus
quid.

quid est quod ei magnopere casus obesse possit. Itè, Is enim profecto mortem attulit, qui causa mortis fuit. Item grati fumus in eius morte decoranda, cui nullam aliam gratiam referre iam possumus. Item, Vitæ ratio est in virtute ponenda, quod cætera casu non ratione contingant. Item, Hanc epistolam. P. C. non quo illum dignum putarem recitavi: sed ut confessionibus ipsius omnia patefacta eius paricidia videretis. Ex tribus etiam membris constat. Hoc pacto, Ergo hoc vestro consilio, & gratia perfecistis, ut & mihi summa facultas ad accusandum daretur, & iudicibus libera potestas ad credendum. Item, Postremo nisi illum dii immortales in eam mentem impulissent, ut homo effeminatus fortissimum virum conaretur occidere, hodie rempub. nullam haberemus. Item, Tantus enim est splendor in laude vera, tanta in magnitudine animi, & consilij dignitas, ut hæc a virtute donata, cætera a virtute commodata esse videantur. Item. Ac de hac quidem diuina atque immortalis laude Bruti filebo, quæ gratissima memoria omnium ciuium inclusa, nondum auctoritate publica testata est. Item, Etenim cum legatio ipsa mortis causa fuisset, eius monumentum extare voluerunt, ut in bellis periculosis obirent homines legationis munus audacius. Pulchrior tamen est, & perfectior ambitus ex partibus quatuor, quæ membra dicimus, ut & aures impleat, & ne breuior sit, quam satis sit, neque longior: ne breuitas aureis defraudasse, neque longitudo obrudisse videatur. Hoc pacto. Si quantum

in

in agris locisque desertis audacia, potest, tantum in foro atque iudicij impudentia valeret, non minus in causa cederet. A Cecina, Sexti Ebutij impudentiæ, quam tum in vi facienda cedit audaciæ. Conflatur autem è curtioribus, & longioribus membris. Curtiora sunt hoc pacto. Quasi verò aut in iudicio possit idem improbitas quod in vi confidentia, aut non eò libentius tum audaciæ cesserimus, quò nunc impudentiæ facilius obulteremus. Item quòd si Danais datum erat oraculum, non posse capi Troiã sine Philotectæ sagitis, hæc autem nihil aliud fecerunt, nisi Alexandrum perculerunt, hunc extinguere, id nimirum capi fuit Troiam. Hæc iusta magnitudine sunt, Ego cum Tribunus plebis republica oppressa me senatui dedissem, quem extinctum acceperam: equitibus Romanis, quorum vires erant debiles, bonis viris, qui omnem auctoritatem Clodianis armis abiecerant: mihi vnquam bonorum praesidium defuturum putarem? Productiora membra sunt, quæ sequuntur. Quæ fama non idcirco solum emanarat, quòd iste certe statuerat, ac deliberauerat non adesse, verum etiam quòd nemo quemquam tam audacem, tam amentem, tam impudentem fore arbitrabatur, qui tam nefarijs criminibus, tam multis testibus euictus, ora iudicum aspiceret, aut os suum populo Romano ostendere auderet. Nonnunquamque periodus quinque partibus constat, hoc modo, videte igitur quã iniquè accidat, quia res indigna sit, ideo turpem existimationem sequi, quia turpis existimatio sequatur, ideo re in-

dignam non vendicari. Porrigitur etiã longius periodus, ut proximè ad comprehensionem accedat, ut hæc, Posteaquam victoria constituta est, ab armisq; recessimus, cum proscriverentur homines, atq; ex omni regione caperentur ij, qui aduersarij fuisse putabantur. Erat ille Romæ frequens, atq; in foro & in ore omnium quotidie versabatur, magis, ut exultare victoria nobilium videretur, quam timere nequid ex ea calamitate sibi acciderat. In componenda periodo, illud primum considerandum est, illam acriorem & magis rotundam esse, in qua reditio breuior est, quam propositio, ut, Cuius singularem prudentiam admiramur, eius stultitiam timemus? Item vos tanti conseruatores populi, tanti sceleris ultores non modo honoribus nullis afficietis, sed ad supplicium rapi etiam patiemi. Si verò longior sit reditio, grauior etiam est ambitus, sic, Ille paludes siccare voluit, hic totam Italiã moderato homini diuidendã dedit. Item, Eius igitur mortis sedetis ultores, cuius vitã, si putetis per vos restitui posse, nolitis. Et de eius nece lata questio est, qui si eadẽ lege reuiuiscere possent, lata lex nunquã esset. Aliquando par pari reditur, & est quadrata periodus hoc pacto, Forsitam vix conuenire videtur, quem ipsum hominem cuperent euertere, eius igitur simulacrumque seruare. Deinde illud est etiam magnopere obseruandum in quadranda non modo periodo, sed etiã comprehensione, quod doctissimè Cicero, & Quintil. præcipiunt. Ne longiora aut breuiora membra, & spacia sint, sed perfectu, & moderata. Quod aures, vel animus

V 3 aurium

aurium nuntio cognoscit: quia naturalem quādam in se continet vocum omnium mensuram. Itaque & mutila sentit quādam, & quasi decurtata, quibus tanquam debito fraudetur, offenditur. Productiora alia & immoderatiū excurrentia: in quibus magis etiam aures ipsæ fastidiunt. Quādam etiam paucioribus verbis satis plena videntur alia vel pluribus breuia & decurtata. Aliquando licet sensus in clausula finitus sit, aliquid tamen desideratur, ut illud in Verrem, Nemi nem vestrum ignorare arbitror iudices hunc per hosce dies sermonē vulgi, atque hanc opinionem populi Romani fuisse C. Verrem altera actione responsurum non esse, nec ad iudicium affuturum, cur satis nō fuit sermonem vulgi fuisse? Cur sit apta compositio? Cur aures sine illa geminatione contentæ non sunt. Item illud animaduerti iudices omnem accusatoris orationem in duas diuisam esse partes. Quarū altera mihi niti & magnopere confidere videbatur inuidia inueterata. Cur sine iteratione illa & magnopere confidere mutilū spacium videtur? De his igitur rebus nulla certa perpetuaque præceptio cōstitui potest. Sed sunt omnia ad aurium sensum vel iudicium referenda. Vtemur autem ambitū commodissimè tripartitò in sententia, in contrario & conclusione. In sententia hoc modo, Ei non multum potest obesse fortuna, qui nihil spei infortuna collocauit, In contrario hoc modo. Nam si quis spei non multum collocarit in casu, quid est, quod ei magnopere casus obesse possit? In conclusione hoc pacto. Quod si in eos plurimum fortuna

potest, qui suas rationes omnes in casum contulerunt, non sunt omnia cōmittenda fortunæ ne magnā nimis in nos habeat dominationē

Cap. 15. De numero oratorio.

Oratorius autem numerus idem est, qui & poeticus ex eisdem enim pedibus uterque constat. In eo autem differunt, quod poeticus numerus eisdē, aut similibus gaudet eodemque plausu cōtinuari vult. Oratorius autem diuersos amat pedes varioque plausu ferri. Quod dissimulare cupiat delectationis aucupium, quadrandæque orationis industriam. Ex quo intelligitur difficilior esse numerus poeticus, quā oratorius, contra quā nonnulli docti viri putant. Facilius enim se offerunt varij diuersique pedes, quā similes certa lege definiti. Tum in eo discrepant, quod id, quod est in oratione numerosū nō semper numero fiat: sed nonnunquam, ut declarauit, aut concinnitate, aut constructione verborum. Ut autem facilius exponamus quam rationē oratores sequantur in pedibus conquirendis. Animaduertendum est breues syllabas celerem, & volubilem, longas tardā & lentam, natura sua dictionem facere. Quare ut moderata & temperata sit breuibus, & longis est tanquam purpura miscenda. Deinde quod spiritus pronunciantis procliuus progreditur à longa in breuē quā è contrario, quod illic labi hic verò adrepere discendo videatur. Quamobrē pedes illi suauiores & leniores sunt oranti, qui à longis in breues procedūt, quā qui è contrario. Quare dulcior est Choręus, Iambō

Temperata oratio breuib⁹ est & longis miscenda.

Dacti-

Dactilus, Anapesto. Quamuis ergo oēs pedes, quos notauimus, quadrēt in orationem solutam, tamen alius alio meliūs. Locus etiam eorū est in omni parte verborum, sed alius alio aptior. Quo enim locus aptior est, & magis propatulus, aptior est ad pedem reponendum. Quia igitur aures semper extrema quæque expectant, aptiora sunt extrema loca clausularum imprimis, deinde membrorum & incisorū, si ab extremis discedamus, nulla magis conspicua & opportuna sunt quā prima quod aureis incipiant excitari. Ac tandem media ne fatigata extremis succedant. Sed cum in his locis pedes requiro, non loquor de vno pede modo adiungo, quod minimū sit proximum superiorem, sepe etiā tertium. Pedes ergo notemus primum qui in exitu, deinde qui in principio, ac tandem qui in medio iucundius audiantur. Dichoręus præclare cadit, ut Asianus appellaretur, quod rhetores Asiani eo fere semper clauserint comprehensiones & ambitus. Quem pedem Cicero vehementer laudat, ut eo C. Carbone, totius cōcionis clamorē excitasse narret, reprehendit tñ sæpe repeti, quod in oratione nihil tā vitiosum, quā quod semper est idem. Cui optimè præponitur Creticus. Aduentum & comitatum cū exercitu, & victoria conferatis Dactilus quā præclarum esset exteris gentibus imperare. Spondeus. Det operam, ut admittatur in alicuius istorum Tusculanum. Pænan vel Anapestus. Nutricem plebis Romanæ Siciliam nominauit. Ut denique sedes ac domicilia collocare. Rectè concludunt etiam Creticus & Spōdeus. Quæ maxime laboraret. Me

potissimum esse delectum, Dichoręus, & Molofus. Plerique minime timendum fuisse senserunt. Tamen ad hanc causam non sine aliqua spe & cogitatione venerunt, Dactilus & Molofus, In balneum te ducere cæperunt, leniūs & minūs grauius Tribachus & Molofus, Tamen sunt alia maiora, quidnam noui facinoris afferet? Creticus est etiā extremis verbis aptus, Clasis & commeatus multum iubant Amphimacrus, atq; ipse cogitans sentio, qui & duplicatur. In communionem tuorum temporum contuli. Et triplicatur, Facere enim probus adolescens periculose, quā perpeti turpiter maluit. Præit Amphimacro suauiter Iambus, Fit eim pes ille quinq; syllabarū, quem valde Cicero laudat, sed nimis iterari vetat, ne apertū numerū faciat, Eos Martis vis perculit, nō ira victorię, Ad reijciēdos iudices venimus. Eos in iudicādo nimium sui iuris sententięque cognosceret. Nimum est Cicero delectabatur in sine Pænan & Spōdeo, ut illa testatur eius sæpe repetita clausula. Esse videatur. Diu multūq; Brutē dubitauit, Noua quęstio cōstitueretur. Maximus est fructus iucunditasque sapienti, ut finis aliquando iudiciaria controuersię constitueretur. Pænan præter ceteros pedes Aristoteles laudat, quod vnus pes ex dictis sit, ex quo versus non conficiatur, mollissimumque numerū esse ait Cicero. Ex populi Romani suffragijs eripite. Horum nos hominū sectā, atq; institutū prosequimur. Ex sua sede ac domo sustulerit. Dispōdeus præcurrēte Choręo laudatur licet perse tardus sit. In monumentis maiorū suorum sit interfectus, Consulatum Miloni eripi

Quibus pedibus Cicero vehementer delectatur.

non posse vitam posse. Aliquando præponitur iambus, Sed etiam gloriam per tales viros infringendam. Gloriam libens agnouisset. Me con-
sule declarauit. Sed enarrare. C. Cæsar res tuas gestas possit. Aliquando & Spondeus præcarrit, Victorij illustratæ sunt. Hodierno die te ipsum vicisti. Reprehendunt nonnulli Dactilo & Spōdeo clausulam terminari, quod finis sit apertus ex metri. Hos irridet Trapezunzius nisi cognitus & manifestus sit alicuius ex metri finis. Ciceroque aliquando hoc sine vitur. Hæc tãta virtus ex hac vrbe expelletur, ex terminabit & eijcietur? Omnes in me meosq; redundant ex illo fonte dolores. Nunquã tamen verbis extenuabo. Si tamen tertius à fine sit Iambus, magis est probata compositio. Imperatorum penuriam commemorabit. Dactilus in extremo loco frequens est Cretico præueniente. Erunt enim Cretici duo nihil enim refert ex optimorum auctorum sententia, utrum breuis sit an longa, sicut in versu vltima syllaba. Nec ad consilium casus admittitur. Belli desidio distractus à fratribus. Hic magis stratus à populo summa ambitione contenditur. Bachius aptè cadit in sine, quod ex Dichoreo probatur, quem Bachius imitatur, si nihil refert breuis ne an longa sit extrema syllaba. Naturam & conditionem, ut vinei possent habebant. Non enim causæ sunt inter se, sed victoriæ comparandæ. Cum igitur pedes omnes dulces possint efficere exitus incisorum, membrorum, ambituum & comprehensio-
num in primis quos hætenus numeravi. Principia etiam præputula loca esse diximus, & ne statim quasi

inuestibulo offendat oratio. Ampli-
macrus est principijs accommodatissimus. Neminem vestrum ignorare arbitror iudices. Pzanes primus & vltimus, At beneficio sum vsus tuo. Leuia sunt hæc in hoc reo crimina. His adiunge Dichoreum. Non enim potest ea natura, Et Bachium, vchabatur in essedo Tribunus plebis. Et Palimbachium. At quanta merces rhetori data est. Nō in suavis est Dactilus. Omnia præteribo, quæ mihi, &c. Et Anapeustus. Patior iudices & non moleste ferō. Molofus, Est idem Verres, qui fuit semper. Doctimus, Catenas habebat hospes tuus. Sicut autem carminis finis notissimus in exitu vituperatur sententiæ: sic & eius initium in principio. Numeri verò medijs idonei, ne claudicet, sed constanter feratur oratio & media vtrique fini respondeant, sunt Pzanes omnes. Nam volubile & afluente dictionem faciunt, quippe qui plures breues syllabas habeant cū longa. Hoc modo. Vincat aliquando cupiditas voluptasque rationem, dummodo illa in hoc genere præscriptio moderatioque teneatur. Multi Pzanes possunt in hac breui oratione numerari. Item fieri non potest ut animus libidini deditus, amore, desiderio, cupiditate, sæpe nimia copia, in opia etiam nonnunquam impeditus, hoc quicquid est, quod nos facimus indicendo non modo agendo verum etiam cogitando sustinere possit. Hic etiam multos Pzanes ex longa & tribus breuib; reperire licet. Dactilus etiã consentaneus est orationis cursui. Ut, Intellego, quã scopuloso difficilique in loco verser. Nam quum omnis arrogantia odiosa est: tum illa ingenij, atque

atque eloquentiæ multò molestissima. Inueteravit enim iam opinio perniciosa reipub. vobisque periculosa, quæ non modo Romæ, sed & apud exterarum nationum sermone percrebuit. His iudicijs quæ nunc sunt, pecuniosum hominem, quamuis sit nocēs neminem posse damnari. Cretici frequentes stabilitatem & dignitatem orationi præstant. Hoc modo. Ego, qui, sicut omnes sciunt in foro iniudicijsque ita verser, ut eiusdem ætatis, aut nemo aut pauci plures causas defenderint & qui omne tempus, quod mihi ab amicorum negotijs datur, in his studijs laboribusque consumant, quò paratior ad vsum forensem, promptiorque esse possim. Tamen ita Deos mihi velim propitios, ut quum illi temporis mihi venit in mentē, quodie citato reo, mihi dicendum sit, non solum commoueor animo, sed etiam toto corpore perhorresco. Anapesti non sunt in medio frequē tandi, quod non firmam, sed quasi resilientem orationē efficiat, quod difficilior pronunciantis spiritus à breuib; in longas proficiatur. Firmiores sunt Spondei, ac proinde Bachij, & Molofi. Ut, Nemo quenquam tam audacem, tam amētem, tam impudētem fore arbitrabatur, qui tam nefarijs criminibus, tam multis testibus euctus, ora iudicū aspiceret, aut os suum populo Romano ostendere auderet. Est idē Verres, qui fuit semper, ut ad audēdum proiectus, sic paratus ad audiendū. Præsto est, respōdet, defenditur. Ne hoc sibi reliqui fecit, ut in rebus turpissimus: quum manifesto teneatur, si reticeat & absit: tamen impudentiæ suæ pudentem exitum quæsiisse videatur. Cicero in oratore

Iambus ait, frequentissimus est in ijs, quæ demisso, atq; humili sermone dicuntur. Sed numeri aptantur orationi non tam syllabis numerandis, atque metiendis, quàm assidua lectione eorum auctorum, qui numerosē scripserunt præsertim Cicero nis. Tum numerosē structuræ verborum pro se quisque studendo. In quo primum cauere debet ne minutos numeros sequens concidat delumbetque sententias. Quod ut vsu venit cum cæsim membratimque dicitur nulla interposita comprehensione, hoc modo, Magna res est amicitia. Amicus est alter ipse, illi conuenit tecum, par est animæ tuæ gaudenti aridet, mærentem solatur, sua communicat, tua non expetit, non expoliat, fortunatum comitatur infelicem, quod odisti, non amat, quod amas, non odit, quod cupis, illi cordi est, quod reijcis non admittit. Ciceroque arguit Hegesiam quendam, qui fere semper hoc dicendi genere sine vlla circumscriptione utebatur. Sunt, qui inculcent inania verba quasi complementa numerorum, ut ipse ipsa, ipsum, ille, quidem, certè, sanè profectò, hercle, loquitur, dicitque, facit & agit, taceret & sileret, doct⁹ eruditusque. Quidam etiam naturalem deserunt verborum ordinem, in quo manendum esse diximus quantum artificiosa compositio patitur, summouentesque verba de loco suo in alienum traiciunt, quò numeros, quos quærun, aucupent fluatque melius & voluatur oratio. Alij numeros mutare nesciunt, sed eadem fere modulatione verba cadunt in aures tanquam si versus dicitarent. Quod est vitium maximè vitandum illud autem ante oculos

*Cauendum
ne minutos
numeros se
quatur.*

componentis semper versari oportet, non numeris solum, sed coagmentatione modulate orationem volui, ita ut quamvis aptissimus numerus sit inuentus, si aptus non fuerit vocalium, & consonantium concursus numerus totus obruatur neque auribus sit iucundus. Contra vero licet numerus, tam idoneus non sit, si tamen concinne sonantes vocales, & consonantes habeat delectatione non fraudauit. Ut membrum illud. C. Car bonis de quo Cicero in oratore testatur concione in clamorem excitasse, Patris dictum sapiens temeritas filij comprobauit. Quod Dichoro illo comprobauit factum esse putat. Nam si verborum ordo immutetur, ut sit comprobauit filij temeritas. Iam nihil erit. Etsi temeritas ex tribus breuibus & longa constet, qui Pæan quartus est numerus ab Aristotele maximè in extremis comendatus. Ego verò mihi persuadeo non Dichoro solum membrum illud fuisse admirabile, sed etiam coagmentatione consonantium, atque vocalium sonantium. Habet enim consonantes, m, p, b, & vocales, o, o, & a, quas omnium maximè sonoras esse diximus. Nihil autem est si verba illo modo mutantur. Quia vocales succedunt exiles, & minutæ, i, i, e, e, i, & consonantes ab icetæ, f, l, t, r. Nam licet idem nume-

rus retineatur: si tamen tantum vocales in alias magis sonantes mutantur non ita forte ad nihilum recidet. Ut si diceres filij comprobauit calamitas. Iam verò numerus & dictionis cursus languescit multis longis syllabis excitatur autem breuibus interpositis. Claudicat si pedes diuersi plausus crebrius aut non oportune misceantur, firmabitur & stabilis fiet æquabilitate pedum, hoc est, qui eodem plausu progrediantur. Ex his facile intelligetur illa Ciceronis verba in oratore, quibus paucis hæc omnia comprehendit dicens. Quæ vitia qui fugerit, ut neque verbum ita traiiciat, ut de industria factum intelligatur, neque inferciens verba quasi rimas expleat, nec minutos numeros sequens cõcidat delumbetque sententias, nec sine vlla commutatione in eodem semper versetur genere numerorum, is omnia fere vitia vitauerit. Libro verò primo de verbis, simplicibus egimus hoc verò secundo de collocatis, atque coniunctis superest tantum, ut de rebus in oratione componendis verba faciamus. Sed quoniam satis huius voluminis magnitudo creuit, commodius in tertio libro de his rebus deinceps exponemus.



DIDA-

DIDACI ASTVNICA
EREMITÆ AVGVSTINIANI RHETORICÆ Liber tertius.

CAP. I. De figuris sententiarum.



Rincipio superioris libri monui in oratione verbisq; collocatis, aut verba ex quibus constat, aut res quas significat esse considerandas totoq; illo libro de verborum collocacone tractavi, hoc autem quo pacto res illustrandæ & illuminandæ sunt explicabo. Id autem sit vel rerum figura, vel ipso filo, & totius orationis ductu. Rerum siue sententiarum figura est quam ipsa rerum dispositio orationi præstat dignitatem & ornamentum. In eo verò verborum & sententiarum figuræ conueniunt, quod utraque à simplici vulgarique loquendi ratione artificiosè recedit. In eo verò maximè discrepant, quod verborum figura, in verborum apta mutatione cernitur, rerum autem in congruenti rerum commutatione versatur. Ut simpliciter, & sine figura, ita hæc res explicatur. Tu hoc facinus fecisti: eisdem verbis figuratè dicitur. Tu hoc facinus fecisti: res tamen immutatur & alia pro alia ponitur interrogatio pro affirmatione. In hoc ergo facile cognoscetur, utrum rerum an verborum figura sit. Nam si eadem re manente sola verborum commutatione tollitur. Verborum figura est. Sin autem licet verba omni ratione flectantur, eiusdem tamen rei significatio sit, relinquatur, non verborum, sed

Figura sententiarum quid.

In quo discrepant & conueniant verborum & sententiarum figura

rerum figura. Sicut autem oratio magis rebus, quam verbis auditorem tenet. Ita maiora sunt, & grauiora rerum, quam verborum ornamenta. De quibus ita Cicero in oratore loquitur. Sed sententiarum ornamenta maiora sunt: quibus quia frequentissimè Demostenes utitur, sunt qui putent eius eloquentiam maximè esse laudabilem. Et verò nullus fere ab eo locus sine quadam confirmatione sententiæ dicitur: nec aliud quicquam est dicere nisi omnes aut certè plerasque aliqua specie illuminare sententias: quas cum tu optimè Brute teneas, quid attinet nominibus uti, aut exemplis? tantummodo notetur locus. Sic igitur dicit ille, quem expetimus, ut verset sæpe multis modis eandem & vnam rem & hereat in eadem commoreturque sententia. Sæpe etiam ut extenuet aliquid. Sæpe ut irideat, ut declinet à proposito, deflectatque sententiam, ut proponat quid dicturus sit: ut cum transegerit, iam aliquid definiat, ut se ipso reuocet, ut quod dixit iteret, ut argumentum ratione concludat, ut interrogando vrgeat, ut rursus quasi ad interrogata sibi ipse respondeat: ut contra ac dicat accipi, & sentiri velit, ut addubitet quid potius, aut quomodo dicat: ut diuidat in partes, ut aliquid relinquat ac negligat ut ante præmunit, ut in eo ipso in quo reprehendatur culpam in aduersa-

uerfa-

uerfariū conferat, vt ſæpe cum ijs qui audiunt, nonnunquam etiam cum aduerfario quaſi deliberet, vt hominum ſermones moreſque deſcribat, vt muta quaſdam eloquentia inducat, vt ab eo, quod agitur, auertat animos: vt ſæpe in hilaritatem, riſum ve conuertat vt ante occupet, quod putat opponi, vt comparet ſimilitudines, vt vtatur exemplis, vt aliud alij tribuens diſpertiat, vt interpellatorē coerceat, vt aliquid reticere ſe dicat, vt denūciat, quid caueat, vt liberius quid audiat, vt naſcatur etiam, vt obiurgat aliquando, vt deprecetur, vt ſupplicet, vt medeatur, vt à propoſito declinet aliquantulum, vt optet, vt exerceatur, vt fiat ijs, apud quos dicit familiaris. Atque alias etiam dicendi quaſi virtutes ſequatur breuitatem, ſi res petet. Sæpe etiam rem dicendo ſubijciat oculis, ſæpe ſupra feret, quam fieri poſſit. Singnificatio ſæpe erit maior, quam oratio, ſæpe hilaritas, ſæpe vitæ, naturarumque imitatio. Hoc in genere, nam quaſi ſyluam vides, omnis eluceat, oportet eloquentiæ magnitudo, ſed hæc niſi collocata & quaſi ſtructa nexa verbis ad eam laudem quam volumus, aſpirare non poſſunt. Huius verò ſyluæ loca quæ Cicero breuiſſime notauit, definitionibus & exemplis patefaciam.

Cap. 2. De figurarum capitibus.

Capita ſententiarum.

Ad ſex verò capita, & quaſi fontes omnes, ſententiarū figuras commodè putò reuocari poſſe. Vt ducantur vel ex dicentis, vel auditoris, vel abſentis perſona, vel ex rebus iſtis, quas ver-

ſat oratio. Ex dicente ſumitur addubitatio, quæ eſt ſignificatio animi ſuſpenſi, ſolliciti, & conſilium quaerentis hoc modo. Cicero quid primum quaerit? Quod? Aut à quibus conſilium petam? Deorum ne immortalium? Populi ne Romani? Veſtram ne, qui ſummam poteſtatē habetis, hoc tempore fidem implorem? Itē. Quid agam iudices? Quod accuſationis meæ rationem conferam? Quo me vertam? ad omnes enim impetus, quaſi murus quidam boni nomen Imperatoris opponitur. Item, Gratuler ne tibi, an potius reipub. nondum planè conſtitui. In tanta rerum dicendarū multitudine à qua potiffimum exordiar proſus ignoro. Ver. Eu quid agam? Rurſus ne procos irriſa priores, Experiari? Nomadumque petam connubia ſupplex, Quos ego ſum toties iam dedignata maritos? Iliacas igitur claſſes, atque vltima Teucrum luſſa ſequat? Item, Heu quæ nunc tellus (inquit) quæ me æquora poſſunt Accipere? Aut quid iam miſero mihi denique reſtat? Quid agam? Aut quæ iam ſatis ima dehifcat Terramih? Item, Quid loquor, aut vbi ſum, quæ mentem inſania mutat? Et Catullus in Argonautis fuit in hoc genere copioſus, apud quem Medea ita loquitur. Nā quo me referam, quali ſpe perdita nitat? Idæos ne petam montes à gurgite lato, Diſcurrrens pontum truculentum, vbi diuidet æquor: An patris auxilium ſperem, quemue ipſa reliqui, Reſperſum iuuenem fraternacæde ſecuta: Coniugis an ſido conſoler memet amore. Qui fugit lentos incuruans gurgite remos? Apud Senecam autem hoc modo. At quo remittis? Phasim & Colcos petam, Patri-

Ad dubitatio quid.

Patriumque regnum, quæque fraternus cruor, Perſudit arua, quas peti terras iubes? Quæ maria moſtras? ponitici fauces freti? Per quas reuerti nobiles regum manus, Adulterum ſecuta per ſimplegades, Paruā ne Iolcō Teſſala an Tempe petam? Quæſcunque aperui tibi vias, clauſi mihi. Quo me remittis? Per contando enim omnia, quæ in re triſtitia & mala inſunt exagitantur ipſe, vt apud Verg. Omnipetens genitor tanto me crimine dignum, Duxiſti? & tales voluiſti expendere poenas? Quo feror, vnde abij, quæ me fuga queq; ve reducet? Laurentes ne iterum muros, aut caſtra videbo. Aliquando irati animi ſignificationem habet hoc modo Verg. Et quiſquā numen Iunonis adoret? Item, Non arma expedient totaque ex vrbe ſequentur: Item, Quouſque tandem abutere Catilina patientia noſtra? quandiu nos etiam feror iſte tuus cludet? Quem ad finem ſeſe effrenata Iactabit audacia. Nihil ne te noſturnum præſidium Palatii, nihil vrbis vigilæ, nihil timor populi, nihil conſenſus bonorum omnium, nihil hic munitiffimus habendi ſenatus locus, nihil horum ora vultusque mouerunt? Patere tua conſilia non ſentis? conſtrictam iam omnium horum conſcientia teneri cōiurationem tuam non vides? quid proxima quid ſuperiori nocte egeris, vbi fueris, quos conuocaueris, quid conſilij caperis, quem noſtrū ignoret arbitraris? Concinna & grauis illa eſt addubitatio, que cum numerata ſunt ea, que obſunt cauſæ aduerſariorum confirmat ſuperiorem orationem hoc modo. Cū igitur hac omnia faceres diceres, ad miniſtrares, vtrum animos ſociorū

à republica remouebas, & alienabas an non? Et vtrum aliquem exornari oportuit, qui iſta prohiberet, ac fieri non ſineret an non? Exclamatio eſt: que conſicit ſignificationem doloris per hominis, aut rei cuiuſpiam cōpellationem hoc modo, Te nunc alloquor Africane cuius mortui quoque nomen ſplendori ac decori eſt ciuitati. Tui claſſiffimi nepotes ſuo ſanguine abluerunt inimicorum crudelitatem. Item, O perſidioſæ Fregellæ, quam facilè ſcelere veſtro contabuiffis: vt cuius nitor vrbis Italiam nuper illuſtrauit, eius nunc vix fundamentorum reliquæ maneat. Item bonorum inſidiatores latrocinio vitam innocentiffimi cuiuſque petiſtis: tantam ne ex iniquitate iudiciorum veſtris calumnijs aſſumitis facultatem? Item Cic. O tēpora, o mores! ſenatus hoc inteligit conſul vidit, hic tamen viuuit: viuuit? imo verò etiam in ſenatum venit, ſit publici conſilij particeps: notat & deſignat oculis ad cædem vnumquenque noſtrum. Item, O miſerum me conſumptis enim lachrimis inſixus tamen peſtori hæret dolor. Item de Bruto loquens à ciuem natum reip. memorem ſui nominis, imitatoremq; maiorum. Item, O admirabilem impudētiam, audaciā, temeritatem. Item, O perturbatam rationem, à libidinem reſrenandam, à conſilia diſſoluta, atq; perdita. Item, O rem incredibilem, à cupiditatem inconfideratā. Item, O fruſtra ſuſcepti mei labores, à ſpes fallaces, à cogitationes inanes meæ. Vtimur hac figura & in illuſione hoc modo. Cicero. O præclarum interpretem, iuris auctorē, antiquitatis correctorem, atque emendam noſtræ ciuitatis. Item, O præclarum

clarum custodem ouium (vt aiunt) lupum. Apta etiam est admirationi. O clementiam admirabilem, atque omni laude, prædicatione, literis, monumentisque decorandam. Item Verg. Quid non mortalia pectora cogis, Auri sacra fames. Habet & cōmiserationem, vt, O spectaculū miserum, atque acerbū: o magnū atque intolerandum dolorem. Vtitur etiam particulis pro, heu, eheu. Verg. Heu varum ignaræ mentes. Item Verg. En quò discordia ciues Perduxit miseros, en quis consecui magis agros. Huius finitima est acclamatio quæ extremas clausulas elegantissimè ornare solet. Vt Verg. Tantæ molis erat Romanam condere gentē. Item, Improbe amor quid non mortalia pectora cogis. Exclamatione si raro & loco, & pro rei magnitudine vtetur, varijs modis auditoris animum cōmouebimus.

Optatio.

Optatio desiderij significationem facit hoc modo. Cic. Vtinam Quirites virorum fortium, atque innocētium tantam copiam haberetis, vt hæc deliberatio vobis difficilis esset quem nam potissimū tantis rebus, ac tanto bello præficiendum putaretis. Item, Dij faxint, vt meus collega vir fortissimus hoc Catilinæ nefarium latracinium armatus opprimat. Item, Vtinam aliquando dolor populi Romani pariat, quod iam diu parturit. Item, Vtinam mihi facultatē causa cōcederet, vt possem hoc prædicare. C. Rabirij manu Saturninum hostem populi Romani esse interfectum. Item Verg. En erit vnquam. Ille dies mihi cum liceat tua dicere facta? En erit vt liceat totum mihi ferre per orbem Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno? Ad hanc figuram spectat saluta-

tio. Vt Verg. Salue satis mihi debita tellus. Et imprecatio hoc modo. Cic. Dij te perdant fugitiue. Ita non modo nequam & improbus, sed factuosus & amens es.

Ratiocinatio est quum à nobis rationem poscimus & reddimus hoc pacto, Maiores nostri si quam vnus peccati mulierem damna bant, simplici iudicio multorum maleficiorum conuictam putabant. Quo pacto? quoniam quam impudicam iudicant, eam beneficij quoque damnatam existimabant. Quid ita? quia necesse est eam quæ suū corpus ad dixerit turpissimæ cupiditati, timere per multos. Quos istos? virum patres ceteros, ad quos videt sui decōris infamiam pertinere. Quid postea? quos tantopere timeat eos necesse est, vt quoque modo possit beneficio pctat. Cur? quia nulla potest honesta ratio retinere eam, quæ magnitudo peccati facit timidam intemperatiam, audacem, natura muliebri inconsideratam. Quid beneficij damnatam? quid? putabant impudicam quoq; necessario. Quare? quia nulla facilius ad id maleficium causa, quam turpis amor & intemperans libido commouere potuit: cum cuius animus mulieris esset corruptus eius corpus castum esse non putarint. Quid in viris? idem ne obseruabant minime. Quid ita? quia viros ad vnumquodque maleficium singulæ cupiditates impellunt: mulieres ad omnia maleficia cupiditas vna ducit. Item, Bene maiores nostri hoc comparauerunt, vt neminem regem, quem armis ex-pissent vita priuarēt. Quid ita? quia quam nobis facultatem fortuna didisset, iniquum erat eorum supplicio consumere, quos eadē fortuna paulo

Ratiocinatio.

paulo ante in amplissimo statu collocarat. Quid quæ exercitū contradixit, desino meminisse: quid ita quia viri fortis est, qui de victoria contendant, eos hostes putare: qui victi sunt, eos homines iudicare, vt post bellum fortitudo minuere, pacem humanitas augere. At ille, si viciisset, nū idem fecisset? Non profecto tam sapiens fuisset. Quid igitur ei parcis? Quia talem stultitiam contemnere, non imitari consueuit. Quæ figura auditoris animum redit attentum, & venustate sermonis, & rationum expectatione. Item ita tractatur. Quid est tam nouum, quam adolescentulum priuatum, difficili reipu. tempore, exercitum cōficere? Confecit, huic præesse, præfuit, rem optimè ductū suo gere-re: Gessit. Item, Apud quem igitur hæc dico, nempe apud eum, qui cum hoc sciret, tamen antequam me videret, reipub. dedit. Item, Mittis iniussu prætoris, quo consilio? Iussurum sciebas? Quid? Cum iussisset, tum mittere non poteras? Itē ita redditur ad propositum, Vocat, veniendum poscit, dandum: eijcit, abeundum, minatur, extimescendum. Item, Pater dat filix, prohibes leges sinunt, tamen te interponis. Huius similis est subiectio. Quæ reijcimus rationes oblatas, & eam aliquando subijmus, quæ magis nobis profutura sit, & aduersarijs obfutura, hoc pacto, Quæro igitur vnde iste tam pecuniosus factus sit. Amplum patrimonium relictum est? At patris bona venierunt, hæreditas aliqua obuenit? Non potest dici, sed etiam à necessarijs omnibus exheredatus est. Premium aliquod ex lite, aut iudicio cepit, non modo id non facit, sed etiam insu-

subiectio.

per ipse grandi spōsione victus est. Ergo si his rationibus locupletatus non est, sicut omnes videtis, aut isti domi nascitur aurum: aut vnde licitum non est, pecunias accipit. Item Sæpe iudices animaduerti multos aliqua ex honesta re, quam ne inimici quidem criminari possent, sibi præsidium petere, quorum nihil potest aduersarius facere. Nam vtrum ad patris eius virtutem confugiet? at eum vos iurati capite damnastis. An ad suam reuertetur antiquam vitam alicubi honestè tractaram? Nam hic quidem ante oculos vestros quomodo vixerit, scitis omnes. An cognatos suos enumerabit, quibus vos conueniat commoueri? At hi quidem nulli sunt. Amicos perferet? At nemo est qui sibi non putet, turpe istius amicum nominari. Item credo inimicum, quem nocentem putabas, in iudicium adduxisti? Non: Nam indēmnatum necasti. Leges, quæ id facere prohibent, veritus est? At ne scriptas quidem iudicasti, cum ipse te veteris amicitix commune faceret, commotus es? At nihilo minus sed etiam studiosus occidisti: Quid eum tibi pueri ad pedes voluptarentur, misericordia motus es? At eorum patrem sepultura quoque prohibuisti. Habet acrimoniam, & grauitatem hæc exornatio ad refellenda aduersoriorum argumenta, & excusationes infringendas. Possimus etiam subiectionem ad nostram quoque personā referre, hoc modo. Nam quid me facere conueniret, cū à tanta multitudine Gallorum circumfederer? An dimicarent? At cum parua manu tum prodiremus, locū quoque inimicissimū habebamus. Sederē in castris: At neque

subi

subsidium, quod expectarem habebamus: neque erat, quo vitam produceremus. Castra relinquerem? At obsidebamur. Vitam militum negligere? At ea videbar eos accepisse conditione, ut quoad possem incolumes patriæ, & parentibus conservare. Hostium conditionem repudiarem? At salus antiquior est militum, quam impedimentorum. Item sic, Quo se miser verteret? Domumne? Ut eam imaginem clarissimi viri parentis sui, quâ paucis antè diebus laureatam in sua gratulatione conspexit, eandem deformatam ignominia, lugentemque videat? An ad matrem, quæ misera modo consulem osculata filium suum, nunc cruciatur, & sollicita est, ne eundem paulo post spoliatum omnidignitate conspiciat? Ibit igitur in exilium miser? Quo? Ad Orientis ne partes? In quibus legatus fuit, exercitus duxit, res maximas gessit? At habet magnum dolorem, unde cum honore discesseris, eodem cum ignominia reverti. Item Quid tandem impedit te: mos ne maiorum? At per sæpe priuati in hac repub. perniciosos ciues morte multarunt. An leges, quæ de ciuium Romanorum rogatæ sunt? At nunquam in hac vrbe, qui à republica defecerunt, ciuium iura tenuerunt. An inuidiam posteritatis times? Preclare populo Romano refers gratiam, qui te hominem per te cognitum nulla commendatione maiorum, tam mature ad summum imperium per omnes honorum gradus extulit. Item, Domus tibi deerrat, at habebas, pecunia superabat? At egebas. Huic est affinis exornationi præsumptio, quæ & prolepsis dicitur, qua præoccupamus ea, quæ nobis obijci possunt: habetur exordijs apta exornatio. Sic Cicero diuinatione in Verrem, Si quis vestrum iudices aut eorum, qui adsunt forte miratur, me qui tot annos in causis, iudicijque publicis ita sum versatus, ut defenderim multos, læserim neminem, subito nunc mutata voluntate ad accusandum descendere. Is si mei consilij causam, rationemque cognouerit, vna & id, quod facio, probabit, & in hac causa profecto neminem mihi esse præponendum actorem putabit. Cui Questor in Sicilia fuisse iudices &c. Item pro Sex. Roscio Amerino. Credo ego vos iudices mirari quid sit: quod cum tot summi oratores, hominesque nobilissimi sedeant, ego potissimum surrexerim, is qui neque, grate, neque, ingenio, neque, auctoritate sum cum his, qui se deant comparandus. Omnes enim hi, quos videtis adesse in hac causa, iniuriam nouo scelere conflata, putant oportere defendi: defendere ipsi propter iniquitatem temporum non audent. Ita fit, ut adsum propterea quod officium sequuntur, taceant autem id circo, quia periculum metuunt &c. Item pro Cælio, si quis iudices forte nunc adit ignarus legum, iudiciorum, consuetudinis nostræ, miretur profecto, quæ sit tanta atrocitas huiusmodi causæ, quæ diebus festis, ludisque publicis, omnibus negotijs forensibus intermissis, vnum hoc iudicium exerceatur: nec dubitet, quin tanti facinoris reus arguatur, ut eo neglecto ciuitas stare non possit. Idem cum audiat, &c. Item pro Milone. Esi vereor iudices, ne turpe sit, pro fortissimo viro dicere incipientem, timere, minimeque dicat cum T. Annio

Præsumptio
Prolepsis.

Annio Milo ipse magis de reipub. salute, quam de sua perturbetur me ad eius causam parem animi magnitudinem afferre non posse: tamē hæc noui iudicij noua forma terret oculos: qui quocunque inciderint veterem consuetudinē fore, & pristinum morem iudiciorum minime vident. Adhibetur etiam, & in alijs partibus orationis, ut pro lege Manilia. Requiretur fortasse nunc quemadmodum (cum hæc ita sint) reliquum possit esse magnum bellum. Item pro Cælio, Dicit aliquis hæc igitur est tua disciplina? Sic tu instituis adulescentes? Item act. 7. Noui locum video, vbi se iactaturus sit Hortensius, belli pericula, tempora reipub. Imperatorem penuriam commemorabit, tū deprecabitur a vobis, tum etiam pro iure suo contendet, ne patiamini talem Imperatorem Populo Roma. &c.

Concessio.

Concessio est, cum facile patimur id, quod stat a nobis, & aduersarijs nocet, quæ ducitur etiam ex aduersariorum persona. Cui. verum id tibi concedo, ut prætereas, quæ cum taces, nulla esse concedis, act. 7. Sit sacrilegus, sit fur, sit flagitiorum omnium, vitiu, nique princeps: at est bonus Imperator. Item, si quid est, quod indagatis, quanquam iniquum est, tamen consume sanè. Itē lateant libidines eius illæ tenebrosæ, quas fronte & supercilio, non pudore & temperantia cõtegebat. Item licet impune per me patietes in adolescentia perfoderis, vicinos compilaris, matrem verberaris, habeat hoc præmium tua indignitas, ut adolescentiæ turpitudine obcuritate & sordibus tuis obtegatur. Item, Leuia sunt hæc in hoc reo crimina: metum virgatum. Nauar-

chus nobilissimæ ciuitatis prætor redemit: humanum. Alius ne condemnatur, pecuniam dedit, vitatum est. Non vult populus Romanus obsoletis criminibus accusari Verrem, noua postulat, inaudita desiderat, non de prætoris Sicilia, sed de crudelissimo tyranno fieri iudicium arbitrat. Item Verg. Esto egram nulli quondam flexere mariti. Tractatur etiam sic, ut multa aduersario concedamus, deinde aliquid ingeramus, quod omnia concessa labefactet hoc modo, Esto sane fueris illi aliquando amicus, eodem vsus præceptore, in vno, eodemque versatus contubernio, iidem studijs addictus, secretorum denique omnium conscius. An non hoc vno facinore a te turpiter perpetrato, tota inter vos gratia rescindi potuit. Apparet non nunquam in hac exornatione apertior ironia hoc pacto. Cicero, Litemus igitur Lentulo, parentemus Cethego, reuocemus erectos: nimis pietatis, & summi amoris in patriam, vicissim nos poenas, si Dijs placet sufferamus. Præcisio est, cum dicitur quibusdam, quod ceptum est dicitur, relinquatur in audientium iudicio; hoc pacto, Mihi tecum præcertatio non est, ideo quod populus Ro. mei nolo dicere, ne cui fortasse arrogans videar: te autem sæpe ignominia dignum putauit. Itē tu ista nunc audes dicere? Qui nuper alienæ domui, non ausum dicere, ne cum te digna dixerō, me indignum quippiam dixisse, videar. Variæ commotiones animorum hac figura significantur, vel iræ, ut Vergil. Quos ego, sed motos præstat componere fluctus, vel sollicitudinis; & quasi religionis

Præcisio.
Apostrophe.

ligionis. An huius ille legis, quam Clodius à se inuentam gloriatus, mentionem facere ausus esset, viuo Milone, ne dicam consule? De nostrum enim omnium non audeo totum dicere, vel pudoris atque modestiæ, hoc modo. Hac pecunia iubet, agros emi, quò deducamini: non consueui homines appellare asperius, Quirites, nisi lacertus. Qua præcissione modestè significat decem virorum bona augeri, publica minui. Tractatur etiam sic. Nimis urgeo commoueri videtur adulescens ad me reuertar. Item Sed transeo ad alia. Diminutio est, quando quod est in nobis, egregium, vel in ijs, quos defendimus attenuatur oratione, ne arrogantes esse videamur, sic. Nam hoc pro meo iure iudices, dico, me labore & industria certasse, vt disciplinam militarem non in postremis tenerent. Ad inuidiam vitandam, & laudem componendam. Melius ita dicitur, quàm si dixisset, vt optimè tenerem. Item, Vtrum igitur auaritiæ causa, aut egestatis accessit ad malefium? Auaritiæ? At largissimus fuit in amicos, quod signum liberalitatis est, quæ contraria auaritiæ est. Egestatis? At huic quidem pater nolo nimium dicere, non tenuissimum patrimonium reliquit. Hic etiam cautum est ne magnum aut maximū diceretur. Ita in causis sæpe Cicero eloquentiam & ingenium suum dimiuit aduersarijsque cedit, & facillè primas dat. Pro Quintio, Quæ res in ciuitate duæ plurimum possunt, hæc contra nos ambæ faciunt hoc tempore, summa gratia & eloquentia. Quarum alteram. C. Aquili

Diminutio.

li vereor, alteram metuo. Eloquentia Qu. Hortensij ne me dicendo impediatur, non nihil commoueor. gratia Sex. Neuij ne P. Quintio noceat, id verò non mediocriter pertimesco. Neq; hoc tantopere querendū videret, hæc summa in illis esse si in nobis essent saltem mediocria. Verum ita se res habet, vt ego, qui neque vsu satis, & ingenio parum possum cum patrono disertissimo comparar. P. Quintius, cui tenues opes, nullæ facultates, exiguæ amicorum copix sunt, cum aduersario gratiosissimo contendat, & post pauca. Nam quo minus ingenio possum subsidio mihi diligentiam comparauit: quæ quanta sit, nisi tempus & spacium datum sit, intelligi non potest. Item pro Sex. Roscio. Credo ego vos iudices, mirari, quid sit, quod, cum tot summi oratores hominesque nobilissimi sedent, ego potissimum surrexerim, is qui neque ætate, neque ingenio, neq; auctoritate, sum cum his, qui sedent, comparandus.

Cap. 3. De figuris sententiarum petitis, vel ab auditoribus, vel ab absentibus.

Alia duo erant figurarum capita, vel auditores, vel ab absentibus, de quibus deinceps agemus. Auerfio est auersus ab auditoribus, vel recto cursu sermo ad rem aliam, vel ad Deum, act. 7. in Ver. Nūc te Iupiter optime Maxi. pro domo sua, O Quinte Catulle patrem ne appellem? An filium? negabas fas esse duos consules esse in hac ciuitate inimicos reip. At incertam personā, Verg. Exoriar aliquis nostris ex ossibus vltor. Qui

Auerfio, a postscripta.

Qui face Dardanos ferroque fecare colonos. Ad seipsum, Vergil. Quin morere, vt merita es ferroque auerte dolorem, vel ad aliquem præsentem, vt illa fere tota est prima in Catilinam & pro domo sua. In Catilinam, Serui me hercle meis sine isto pacto metuerent, vt te metuant omnes ciues tui, domum meam relinquentem putarem: tu tibi urbem non arbitraris? Etsi me meis ciuibus iniuria suspectum tam grauitur, atque offensum viderem, carere me aspectu ciuium, quàm infestis oculis omnium conspici mallet. Tu cum scientia scelerum tuorum agnosces odium omnium iustum: & iam tibi diu debitum, dubitas quorum mentes sensusque vulneras, eorum aspectum præsentiamque vitare: Si te parentes timerent, atque odissent tui, neque eos vlla ratione placare posses: vt opinor ab eorum oculis aliquo concederes. Nunc te patria, quæ communis est omnium nostrum parens, odit ac metuit: & iam diu te nihil iudicat, nisi de patricidio suo cogitare: huius tu neque auctoritatem verebere, neque iudicium sequere, neque vim pertimesces. Item pro domo sua Omitam ordinem dicendi meum respondebo hominis furiosi non orationi quæ illi vt non potest, sed conuitio, &c. Ac primum illud à te homine vesano & furioso requiro, quæ te tanta pæna tuorum scelerum flagitiorumque vexet, vt hos tales viros, qui non solum consilijs suis, sed etiam specie ipsa dignitatem reip. sustinent, quòd ego in sententia dicenda salutem ciuium cum honore G. Pompeij coniugerim mihi esse iratos, & aliud de summa hoc tēpo

re religione senturos, ac me absente senserint, arbitrere? Pro Ligario, Habes igitur Tubero, quod est accusatori maximè optandum, consentem reum, sed tamen ita consentem, se in ea parte fuisse, qua virum omni laude dignum patrem tuum. Vel ad res inanimes, Vergil. Vos Coryli testes, & flumina Nymphis. Quod si auersio fiat cum consultatione, & deliberatione aliqua communicatio etiam dicitur pro Quint. Quæro abs te. C. Aquili, L. Lucuelle. P. Quintili. M. Marcelle Vadimonium mihi non obije quidam socius & affinis meus, non multum me fallit, si consulamini quid sitis responsuri. Pro Cæcinnâ. Te vt in hac magistro volo: quæro sit ne aliqua huius rei actio an nulla? Pro Rabirio Perd. Tu denique Labiene quid faceres tali re ac tempore? Cum ignauix ratio te in fugam, & latebras impelleret? Improbitas & furor. L. Saturnini in forum arcesseret. Cons. ad patriæ salutem ac libertatem vocarent? Quam tandem auctoritatem, aut quam vocem, cuius sectam sequi, cuius imperio parere potissimum velles? Pro domo sua, Fuiſti tu inquit apud pontifices superior: sed etiam quoniam te ad populum contulisti, sis inferior necesse est. Ita ne verò? quod in imperita multitudine est viciosissimum varietas, & in constantia, & crebra, tanquam tempestatum sic sententiarum commutatio, hoc tu ad hos transferas, quos ab inconstantia grauitas, à libidinosa sententia certum & definitum ius religionum, vetustas exemplorum, auctoritas literarum monumentorum que deterreret? Quod si cū precibus

Communicatio.

Deprecatio.

fiat auersio deprecatio vocatur. Pro Rabirio. Perd. Ab Ioue optimo maximo, ceteris que dijs immortalibus pacem ac veniam peto. Pro Milone, Vos Albani luci, atque tumuli, vosque inquam imploro atque obtestor: vosque Albanorum obrutarum factorum populi Romani sociarum & equalium. Quocirca te Capitoline, quem propter beneficia populi Romani optimum, propter vim, maximum nominavit, teque Iuno Regina, & te custos urbis Minerua, quae semper adiutrix consiliorum meorum, testis laborum extitisti, precor ac queso, vosque qui maximè me repetistis atque reuocastis: quorum de sedibus haec mihi proposita est contentio, patrij penates familiaresque, qui huic urbi & reipublicae praesides estis, vos obtestor, quorum ego à templis ac delubris pestiferam illam & nefariam flammam depulsi: teque vestra mater, cuius castissimas sacerdotes ab hominum amentia, furore & scelere defendi, cuiusque ignem illum sempiternum non sum passus, aut sanguine civium restinguere, aut cum totius urbis incendio commisceri. Item, Vergil. Vos o clarissima mundi Lumina, labentem caelo quae ducitis annum Liber & alma Ceres. Est & illa pro Deiotaro sine auersione deprecatio. Quamobrem hoc nos primum metui, C. Caesar per fidem & constantiam, & clementiam tuam libera, ne residere in te ullam partem iracundiae suspicemur. Per dexteram te istam oro, quam regi Deiotaro hospeshospiti porrexisti, istam dexteram non tam in bellis, & in praelijs, quam in promissis & fide firmiter. Licentia est libertatis, & audaciae significatio in aliqua re asperius dicenda. Hoc modo. Mi-

Licentia.

ramini Quirites, quod ab omnibus vestrae rationes deferantur, quod causam vestram nemo suscipiat, quod se nemo vestri defensorum profiteatur: id tribuite vestrae culpae, atque definite istud mirari, quid enim est quare non omnes istam rem fugere ac vitare debeant. Recordamini quos habueritis defensores: studia eorum vobis ante oculos ponite: deinde omnium exitus considerate: tum vobis veniet in mentem, ut verè dicam negligentia vestra, siue ignavia potius illos omnes ante oculos vestros trucidatos esse, inimicos eorum vestris suffragijs in amplissimum locum peruenisse. Item, Nam quid fuit iudices quare in sententijs ferendis dubitaueritis: aut istum hominem nefarium ampliaueritis? Non apertissimè res erant crimini datae? Non omnes haec testibus comprobatae? Non contra tenuiter, & nugatorie responsum? Hic vos veriti estis si primo eum condemnassetis ne crudeles existimarem: cum eam vitastis vituperationem quae à vobis longè erat abfutura, eam inuenistis, ut timidi atque ignavi putarem. Maximas & priuatas, & publicas calamitates accepistis cum etiam maiores impendere videantur, sedetis & oscitami. Luce noctem, nocte lucem expectatis. Aliquid quotidie acerbi, atque incommodi nunciatur. Et cum, cuius opera vobis, haec accidunt remoramini diutius & alitis ac reipublicae perniciem retinetis, quoad potestis in ciuitate. Itè Cicet. Iis ergo rebus. P. C. resistam vehementer atque acriter, neque patiar homines ea me consule expromere quae contra reipublicam cogitant. Cic. Ego

aurem non solum hoc loco dicam, ubi est dictum facillimum, sed in ipso se natu, in quo esse locus huic voci non videbatur, popularem me futurum consullem. Item, Adeste omnes animis, qui adestis corporibus: erigite mentes, auresque vestras, & me de inuidiosis rebus, ut ille putat dicentem attendite. Ego Consul, cum exercitus civium clandestino scelere conflatus crudelissimum, & luctuosissimum exitium patriae comparasset, incensione urbem, interitione ciues, vastitate Italiam, interitu rempublicam liberaui. Item, Quare dirumpatur licet ista furia, atque audiat haec ex me, quoniam laesissimis seruaui, ut consul togatus armatos vicerim. Priuatus Consulibus armatis cesserim. Item, Quantum poterò contendam, ut hoc populus Rom. exaudiat. Est & obiurgationibus commoda figura, ut Verg. Tanta ne vos generis tenuit fiducia vestra? Iam caelum terramque meo sine numine veteri, Misere & tantas audetis tollere molles. Quod autem nimium habebit acrimoniae laude mitigabitur: nam aliquid huiusmodi continuo licebit inferre. Hic ego virtutem vestram quaero, sapientiam delecto, veterem consuetudinem requiro. Est etiam duplex genus assimulatae, cuiusdam licentiae, vel quando obiurgamus eos, qui audiunt quomodo ipsi se capiunt obiurgari, vel quod scimus facile passuros, dicimus non veteri quomodo accipiant. Prioris huiusmodi sit exemplum. Nimium Quirites animis estis simplicibus, nimium creditis unicuique, existimatis vnumquemque eniti, ut perficiat, quae vobis pollicitus sit, erra-

tis, & frustra falsa spe iam diu detinemini, stultitia vestra est, quia quod erat in vestra potestate, ab alijs petere, quam ipsi sumere, maluistis. Alterius huiusmodi. Mihi cum isto iudices fuit amicitia, sed ista tamen amicitia (tamen verè, quomodo accepturi sitis, tamen dicam) vos me priuastis. Quid ita? Quia ut vobis essem probatus, eum, qui vos oppugnabat inimicum, quam amicum habere malui. Ab absentibus ducitur conformatio, vel prosopopoeia, quae est ficta personarum inductio, per quam res cuiuscunque generis vocem emittunt, vulgaris illa est & communis, qua poetae & historici vtuntur, ut Verg. inducit Iunonem, Neprunum, Vencrem, Iouem. Aeneam Didonem, & alios loquentes historici vero vel recta fronte, vel oblique loquentes personas inducunt: recta fronte, ut Leuius viros, de quibus narrat eorum nomine loquentes inducit. Polibi? autem oblique, quoniam ipse suo nomine eorum sermones commemorat, vtriusque prosopopoeia recta & oblique exemplum est planum in tertiae decadae lib. 3. Praeliu erat anceps, summa vi, & duces hortabatur, & milites pugnant, Marcellus victis ante die tertiam fugatis, ante paucos dies a Cumis, pulsus priore anno à Nola, ab eodem se duce, milite alio instare iubet. Non omnes esse in acie, praedantes vagari in agro, sed qui pugnet, marcere Campana luxuria, vino, scortis omnibusque lustris per totam huiusmodi confectus, abisse illam vim, videretque dilapsa esse robora corporum, animorumque, quibus Pirenei Alpiumque superata sunt iuga, reliquias illorum

Confirmatio prosopopoeia.

virorum vix arma membraque sustinentes pugnare. Capuam Anibali Cannas fuisse, ibi virtutem bellicam, ibi militarem disciplinam, ibi præteriti temporis famam, ibi spem futuri exitum. Cum hæc ex probando hosti Marcellus suorum militum animos erigeret. Anibal multo grauioribus probris increpabat. Arma signaque se aiebat. noscere quæ ad Trebiam, Trasymenumque, postremò ad Cannas viderit, habueritque, militem alium profectò se in hyberna Capuam duxisse aliud inde eduxisse. Legatum ne Romanum & legionis vnus, atque alæ magno certamine vix toleratis pugnam, quos binæ acies consulares nunquam sustinuerunt. Marcellus tyrone milite, ac Nolanis subsidijs multus nos iam iterum lacessit? Vbi ille meus miles est, qui erepto ex equo, C. Flaminio consuli caput abstulit? Vbi qui L. Paulum ad Cannas occidit ferrum nunc hebet? aut dexteræ torpent? an quid prodigij est aliud? qui pauci plures vincere soliti estis, num paucis plures vix restatis? Illa tamen insignior est exornatio, cum perpetua oratione dicens alium loquentem inducit. Hoc modo, Quod si nunc hæc vrbs inuictissima vocem emittat, non hoc pacto loquetur. Ego illa plurimis trophæis ornata, triumphis ditata certissimis, clarissimis locupletata victorijs, nunc vestris seditionibus ò ciues vexor, quã dolis malitiosa Cartago viribus probata Numantia, disciplinis erudita Corinthus labefactare non potuit eam patiemini nunc ab homunculis deterrimis proteri, atque conculcari. Item, Quod si nunc Lucius ille Brutus reuiuiscat, & hic

ante pedes vestros adsit nõ. hæc vteretur oratione. Ego reges eieci, vos tyrannos introducitis. Ego libertatē quæ non erat peperit, vos partam seruare non vultis. Ego capitis mei periculo patriam liberaui vos liberi sine periculo esse non curatis. Cicero pro Sex. Roscio. Patrem meum cum proscripius non esset iugulastis: occisum in numerum proscripius retulistis, me domo mea per vim expulistis. Item in diuinatione, Sicilia tota si vna voce loqueretur hoc diceret: quod auri, quod argenti, quod ornamentorū in meis vrbibus, sedibus, delubris fuit, quod in vnaquaque, re beneficio senatus populi que Rom. iuris habui, id tu mihi C. Verres eripuisti atque abstulisti. Quo nomine abs te sestertiū milies ex lege peto. Item, Si tibi Qu. Cæcili hoc Siculi diceret, Te non nouimus: nescimus quis: nunquam te antea vidimus: sine nos per eum nostras fortunas defendere, cuius sidus est nobis cognita. Item in Catilinam, Num te patria, quæ communis est omnium nostrum parens, odit ac metuit, & iam diu de te nihil iudicat, nisi de parricidio suo cogitare: huius tu neque auctoritatem verere, neque iudicium sequere, neque vim pertimesces? Quæ tecum Catilina sic agit, & quodammodo tacita loquitur, Nullum iam tot annos facinus extitit, nisi per te, nullum flagitium sine tibi vni multorum ciuium neces, tibi vexatio, direptioque sociorum impunita fuit ac libera, tu non solum ad negligendas leges, & quæstiones, verum etiam ad euertendas perfringendasque valuisti. Superiora illa, quamquam ferenda non fuerunt,

runt, tamen vt potui, tuli: nunc verò me totam esse in metu propter te vnum, quicquid increpauerit Catilinam timeri: nullum videri contra me consilium iniri posse, quod à tuo scelere abhorreat: non est ferendum. Quamobrem discede atque hunc mihi tumorem eripe: si verus ne opprimar: sin falsus tandem aliquando timere desinam. Item pro Cælio, Existat igitur ex hac familia aliquis, ac potissimum Cæcus ille. Mulier quid tibi cum Cælio? Quid cum homine adolescentulo? Quid cum alieno? Cur tam familiaris fuisti, vt aurum huic commodares, aut tam inimica, vt venenum timeres? non patrem tuum videras: non patruum, non auum, pro auum, atatum, audieras consules fuisse? &c. Sed ego tam grauem personam induxi.

Cop. 4. De figuris quæ sumuntur ex rebus ipsis.

Sententia quomodo tractatur.

EX rebus autem ipsis multæ figuræ sumuntur. Sententia oratio est de vita sumpta, quæ aut quid sit, aut quid esse oporteat in vita, breuiter ostendit: refertur autem ad personas, vel ad res, ad personas hoc modo, Difficile est primum virtutem reuereri, qui semper secunda fortuna sit visus. Item, Liber est is existimandus, qui nulli turpitudini seruit. Item, Egēs eque est is, qui non satis habet, & is, cui nihil satis potest esse. Item, Princeps qui vult omnia scire, necesse habet multa ignoscere. Item, Tam deest auaro, quod habet, quàm quod nõ habet. Item refertur ad singulas personas. Vt apud Ouidium Medea dicit. Seruare potui perdere, an

possim rogas? Vehementius sic illa sententia dicitur, perdere facile prodesse difficile est. Item Cicero, Nihil habet Cæsar ne fortuna tua maius, quàm vt possis, nec natura melius, quàm vt velis seruare, quàm plurimos. Ad res autem referuntur sic, Optima viuendi ratio est eligenda, eam iucunda. consuetudo reddet. Item, Obsequium amicos, veritas odium parit. Item, Mors misera non est aditus ad mortem miser. Ornatio cum ex contrarijs valet, vt, Habeo, quem fugiam, quem sequar non habeo. Itē, Miser cum loqui non posset, tacere non poterat. Ea verò est egregia cum aliqua comparatione illustratur, hoc modo, Placent hæc ergo leges diligentissimæ pudoris custodes, decimas vxoribus dari, quartas meretricibus? Confirmantur nonnunquam sententiæ subiectione rationis hoc modo. Omnes bene viuendi rationes in virtute sunt collocandæ, propterea quod sola virtus in sua potestate est: omnia præter eam subiecta sunt fortunæ dominationi. Item, Qui fortunis alicuius inducti amicitiam eius secuti sunt: hi simul ac fortuna dilapsa est, deuolant omnes. Cum enim recessit ea res, quæ fuit consuetudinis causa, nihil superest quare possint in amicitia retineri. Duplices etiam efferuntur sententiæ sine subiectione rationis sic, Errat qui in prosperis rebus omnes impetus fortunæ se putant effugisse, sapienter cogitant, qui temporibus secundis casus aduersus reformidant. Cum ratione hoc modo: Qui adolescentium peccatis ignosci putat oportere, falluntur. Propterea quod ætas illa non est impedimēto bonis studijs: at hi sapienter faciunt,

Epiphonema.

qui adolescentes maximè castigat. Ut quibus virtutibus omnem vitā tueri possint, eas in ætate maturissima velint comparare. Aliquando sententia cum acclamatione extremæ clausulæ adiungitur & vocatur Epiphonema. Ut, Tantæ molis erat Romanā condere gentem. Item, Face re enim probus adolescens periculose, quàm perpeti turpiter maluit. Sententiæ si rarò interponantur multum pondus & ornamentum orationi afferunt. Si verò crebræ sint, præterquam quòd orationem dissoluunt, multas leues frigidæ & ineptas esse oportet. Dicentē etiam leuitatis arguunt quæ magis viuēdi præceptor, quàm rei actor esse videatur.

Amplificatio.

Amplificatio figura est, cum res verbis augetur: id autē fit quatuor modis in incremento cōparatione rationatione & cōgerie totidemque modis minutio cōtingit. In incrementū verò varijs rationibus exprimitur, vel quando rei nomen in aliud maius mutatur, ut cum eum, qui cæsus sit occisum, & cum qui improbus latronem. E contrario cum qui pulsauit attigisse, & qui vulnerauit læsisse dicimus. Vtriusque pariter exemplum est pro Cælio. Si vidua liberè, proterua petulanter, diues effusè, libidinosa meretricio more viueret, adulterum ego putarē, si quis hanc paulo liberius salutasset? Hoc autē genus increfcit apertius si verba ipsa quæ commutantur, & in quæ cōmutantur ponantur, & quasi conferantur hoc modo in Verrem, Non enim furem, sed raptorē, non adulterum, sed expugnatorem pudicitia: non sacrilegum, sed hostem sacrorū religionumque: non sicarium, sed crudelissimum carnificem ciuium sociorumque in vestrū iu-

Quatuor modis res amplificatur & minuitur.

diciū adduximus. Item pro Milone, Est hæc iudices non scripta, sed nata lex, quam non didicimus, accepimus, legimus, sed à natura ipsa arripuimus, hauimus expressimus, ad quam non docti, sed facti, non instituti, sed imbuti sumus. Afferunt incrementum contraria. Philip. 10. O spectaculum illud non modo hominibus, sed vndis ipsis & litoribus luctuosum, cedere patria seruatorem eius, manere in patria proditores. Item in Catilinā, Hoc verò quis ferre possit, inertes homines fortissimis insidiari stultissimos prudentissimis, ebriosos sobrijs, dormientes vigilantes. Item in Pisonem. Qui latrones, siquidem vos consules? qui prædones, qui hostes, qui proditores, qui tyranni nominabuntur? Magnum nomen est, magna species, magna dignitas, magna maiestas consulis, non capiunt angustia peccatoris tui: non recipit leuitas ista: non egestas animi: non infirmitas ingenij sustinet: non insolentia rerum secundarum tantam personam, tam grauem, tam seueram. Alia forma incrementi est cum grauioribus & grauioribus verbis, quasi gradibus, quibusdam crescit oratio. Hoc modo. Facinus est vincere ciuem Romanum, scelus verberare prope patridium necare, quid dicam in crucē tollere? Grauius est verberare, quàm vincere, in crucem tollere, quàm vincere. Illud tamen grauius cæteris quid dicam, quo significantur verba deficere ad tantum scelus nominandū. Eleganter etiam summo aliquid Vergilius adiecit. Quo pulchrior alter. Non fuit, excepto Laurentis corpore Turni. Illud etiam summum esse significatur, cui nihil addi posse dicitur. Ut, Matrem tuā occi-

occidisti quid amplius dicam? matrem tuam occidisti. Non tam aperte crescit oratio, sed fortè non leuius. Cum verba ita coagmentantur, ut semper priore grauius sequatur. Hoc modo, Cicero deuomitu Antonij. In cætu populi Romani, negocium publicum gerens, magister equitum, cui ructare turpe esset, is vomēs frustris, esculentis vinum redolentibus gremium suum & totum tribunal implebit. Comparatione verò aliquid amplificat hoc modo, P. Scipio pontifex maximus Tiberium Gracum mediocriter labefactantem statim reipub. priuatus interfecit. Catilinam verò orbem terræ cæde, atque incendijs vastare cupientem nos consules perferemus? Nam illa nimis antiqua præterea, quod Q. Seruilius Hala Sp. Melium nouis rebus studentem manu sua occidit. Ratiocinatione verò sic Cice. de Antonij vomitu. Tu (inquit) istis faucibus, istis lateribus, ista gladiatoria totius corporis firmitate. Ratiocinatione intelligitur, quantum vini Hippæ nuptijs Antonius hauserit, quòd illum coquere, & ferre non posset illa gladiatoria totius corporis firmitate. Vfus etiam est ratiocinatione Cicero, qua colligerent audientes quantum erat illud crimen, quod inferebatur. Cū diceret leuia sunt hæc in hoc reo crimina, metum virgarum Nauarchius nobilissimæ ciuitatis pretio redemit, humanū est, alius ne securi feriretur, pecuniam dedit, vfitatum est. Ac Vergilius ratiocinatione significat, quanta futura sit tempestas dicens. Cauum conuersa cuspidē montem, Impulit in latus, ac venti velut agmine facto. Qua data porta ruunt. Ratiocinan-

do cognoscitur etiam apud Vergilium quàm magnus fuerit Cyclops cuius manum truca pinus regebat. Item quanta illa lorica, quàm vix duo humeris connixi ferebāt, quantumque Demoleos, qui indutus eam cursu palantes Troas agebat. Item ratiocinatione Cicero Antonij luxuriam amplificat dicens. Conchyliatis Gn. Pompeij peristromatis, & seruatorum in cellis stratos lectos videres. Conchyliata peristromata, & Gn. Pompeij, & in cellis seruatorū nihil ultra dici potest. Congerie res amplificatur, vel cum multa verba idem significantia cogeruntur, hoc modo. Quid enim tuum ille Tubero districtus in acie Pharsalica gladius agebat? cuius latus ille mucro pererebat? qui sensus erat armorum tuorum? quæ tua mēs? oculi? manus? ardor animi? quid cupiebas? quid optabas. Multa etiam cuiusque generis argumēta hac ratione cōgeruntur? Multa etiā argumēta cuiusque generis hac forma in vnum locū conglombantur, hoc modo. Historia verò restis temporū, lux veritatis, vita memoriæ, magistra vitæ, nūcia vetustatis, qua vocē alia nisi oratoris immortalitati commendatur. Item, Ignari quid grauitas, quid integritas, quid magnitudo animi, quid denique virtus valeret, quæ in tempestate sua quieta est, & licet in tenebris, & pulsa loco manet tamē atque hæret in patria splendetque per se semper, nec alienis vnquam sordibus abolefcit. Item in Verrem. Constitue nihil opis esse in hac voce Ciuis Romanus sum, iam omnes prouincias, iam omnia regna, iam oēs liberas ciuitates, iam omnē orbem terrarū qui semper nostris hominibus maximè patuit, ciuibus Romanis ista

defensione præcluseris. Hæc etiam cogeris crescere solet verbis omnibus acrius, & acrius vrgentibus. Ut aderat ianitor carceris, carnifex prætoris, mors terrorq; sociorum, & ciuium Romanorum, licetor Sextius. Eadem est minuendi ratio. Nam totidem sunt ascendentibus, quot descendentibus gradus. Hic tamen est animaduertendū. Aliud esse locum amplificandi, aliud formā. Locus est, vnde trahitur argumentū, quo vel maius, vel minus aliquid conuenire vel non conuenire probatur, de quibus egimus in dialecticis. Sed argumenta inuenta his formis amplificandi eloqui & explicare potest dialecticus: quod Rhetoris est docere.

*Sustentatio
quomodo
tractetur.*

Sustentatio detinet auditorem suspensum, vt aliquid inferat incredibile. Hoc modo, Cicero in Verrem, Quid censetis: Furtum fortasse, aut prædā expectatis aliquā? nolite vsq; quaq; quidē querere. Et paulo post ait, Expectate facinus, quā vultis improbū vincam tamen expectationem omnium, nomine sceleris conditū, ad palū alligati, repente multis millibus hominum spectantibus soluti sunt. Itē, Est in imperio terror? patientur: est in aduentu sumptus? ferēt: imperabitur aliquid muneris, non recusabunt. Illud verō quantum est Quirites? qui aliquam in urbem, aut expectatus, vt hospes, aut repente, vt dominus venerit, Illū ipsum locum quo venerit, ipsam illam sedē hospitalem, in quam erit deductus publicam populi Rom. esse dicet. Item, Non illi decumarum imperia non bonorū disceptationes, non iniqua iudicia, non importunissimas istius libidines, non vim, non cōtumelias, quibus operti oppressiq; erāt

conquerebantur. Cæteris numen sacrorum vetustatem, fani religionē, istius audacissimi, & sceleratissimi supplicio expiari volebant. Item Mart. Mentitur qui te vitiosum Zoile dixit. Non vitiosus homo est Zoile, sed vitium. Res aliquando maior, in hac figura expectatur, & minor inducitur, hoc pacto Mart. Quod coniuuarius sine me tam sæpe luperce, Inueni noccam qua ratione tibi Irascar, licet vsque voces, mittasque rogesque. Quid facies? inquit, quid faciam? veniam.

*Correctio
quomodo
tractetur?*

Correctio est sententiæ emendatio. Differt autem ab illa, quæ verborum est, quod illa verbi est mutatio. Hæc sententiæ, hoc pacto Cicero pro Milone, Sed stulti sumus qui Drusum, qui Africanum, qui Pompeium, qui nos metipsos cum Clodio conferre audeamus. Item, Pro Deior. Vide quid intersit, & si inique Castorem cum Domitio comparo. Item, Italiam ornare, quam domum suam maluit: quamquam Italia ornata, domus ipsa mihi videtur ornatio. Transitio est quæ ostendit breuiter, quod dictum sit, proponit item breui, quod consequatur hoc modo. In patriam cuiusmodi fuerit, habetis, nunc in parentes qualis extiterit considerate. Item, Mea in istum beneficia cognoscitis: num quomodo iste mihi gratiam retulerit, accipite. Occupatio est cum dicimus nolle dicere id quod maximè dicimus: hoc modo. Nam de pueritia quidem tua, quā tu omni intemperantiæ addixisti. Dicerem, si hoc tempus idoneum putarem: nunc consulto relinquo. Et illud prætereo, quod rei militaris te in frequentem tradidisti, deinde quod iniuriarū satisfecisti,

Transitio.

*Occupatio
quomodo
tractetur.*

L. La.

L. Labeoni, nihil ad rem pertinere puto: horum nihil dico: reuertor ad illud, de quo iudicium est. Item Non dico te ab socijs pecunias accepisse: non sum in eo occupatus, quod ciuitates, regna, domos omnium depeculatus es, furta rapinas tuas: omnes tuas ommitto. Item Cicero in Rullum. Non queror diminutionem vectigalium, non flagitium huius iacturæ atque damni. Prætermitto illa, quæ nemo est, quin grauissimè & verissimè conqueri possit, nos caput patrimonij publici, pulcherrimam populi Romani possessionem, subsidium annonæ, horreum belli, sub signo claustrisq; reipub. positum vectigal seruare non potuisse: cum denique nos agrum P. Rullo concessisse, qui ager ipse per se & Syllanæ dominatio ni & Graccorum largitione restitisset, non dico hoc solū in repu. vectigal esse, quod amissis alijs remaneat intermissis nunquā quiescat, in nitentate pace in bello no obsolescat, militem sustentet, hostem non pertimescat, prætermitto omnem hanc orationem & concioni reseruo. De periculo salutis ac libertate loquor. Item, Omitto iurisdictionem in libera ciuitate cōtra leges, senatusq; consulta: cædes relinquo, libidines prætereo. Itē, In Pisonē omitto aurū coronarium, quod te diutissimè torfit, cum modo velles, modo nolles, mitto diplomata rota in prouincia passim data, mitto numerū nauium, summamque prædæ: mitto rationem exacti, imperatique frumenti: mitto ereptam libertatem populis ac singulis, qui erant affecti præmijs nominatim: quorum nihil est, quod non sit lege Iulia, ne fieri liceat, sancitum diligētes. Hæc

utilis est exornatio ad eas res significandas, quæ aut occultæ sunt, aut longæ, aut ignobiles, aut planæ, aut fieri non possunt, aut facile possunt, vel laudari, vel reprehendi. Permissio est, qua declaramus nos rem aliquam totam tradere alicuius voluntati, hoc modo. Quoniam omnibus rebus ereptis solū mihi superest animus & corpus, hæc ipsa quæ mihi de multis sola relicta sunt vobis, & vestræ condono potestati: Vos me, quo pacto vobis videtur, vtamini atque abutamini, licebit impune in me quicquid libet statuite, dicite, atque obtemperabo. Item, Sed ego iam iudices summum, ac legitimum meæ causæ ius omitto: vobis, quod æquissimum videatur, vt constituatis, permitto. Nō enim vereor, quin etiam si nouum sit vobis instituendum, libenter id, quod postulo propter vtilitatem communis consuetudinis sequamini. Item in Catil. Quid expectas? Proficiscere, nimum iam diu temperatorē illa tua Manliana castra desiderant. Item, Egredere cū importuna sceleratorum manu confer te in Manlium, concita perditos ciues, fecerunt te à bonis, infer patriæ bellum, exulta impio latrocinio. Hæc figura, licet res alias possit tractate, est tamen apta vehementer ad misericordiam commouendam. Distributio est, cum totum in suas partes diuiditur. Quæ exornatio dilatat, & illustrat vehementer orationem, hoc modo. Qui vestrum iudices nomen senatus diligit, hunc oderit necesse est, petulantissimè enim semper iste opugnauit Senatū. Qui questrem locum splendidissimum cupit esse in ciuitate, is oportet istū maximas pœnas dedisse velit, ne iste

*Permissio
quomodo
tractetur.*

*Distributio
quomodo
tractetur.*

iste sua turpitudine ordine honestissimo maculæ, atque dedecori sit. Qui parètes haberis, ostēdite istius supplicio vobis homines impios nō placere. Quibus liberi sunt statuite exemplum quantæ pænæ in ciuitate sint hominibus eiusmodi comparatæ. Item, Senatus officium est consilio ciuitatem iuuare. Magistratus officium est opera & diligentia consequi voluptatem senatus, populi officium est res optimas & homines idoneos maximè suis sententijs eligere & probare. Accusatoris officium est in ferre crimina. Defensoris diluere & propulsare. Testis est dicere quæ scierit, aut audierit. Quæ sitoris est vnumquemq; eorum in officio suo cōtinere. Quare. L. Casi si testem præterquam quod sciat, aut audierit, argumentari, & coniectura prosequi pateris, ius accusatoris, cum iure testimonij commiscebis, testis improbi cupiditatem confirmabis, reo duplicem defensionē parabis. Item, Cic. pro Roscio Amerino, Quid est tam cōmune, quàm spiritus vitæ: terra mortuis? mare fluctuantibus: litus ciecitis. Ita viuunt, dum possunt, vt animam de cælo ducere non queant, ita moriuntur, vt eorum ossa terra non tangat: ita iactantur fluctibus, vt nunquam abluantur: ita postremò eijciuntur, vt ne ad saxa quidem mortui conquiescant. Item, Talis est vir, vt nulla res sit tam difficilis, quàm ille nō consilio regere & integritate tueri, & virtute conficere possit. Item, Alexandro Macedoni, nec in deliberando consilium, nec in præliando virtus, nec in beneficio benignitas deerat. Nam cum res aliqua dubia accidisset, apparebat sapientissimus: cum autem confingendū esset

cum hostibus fortissimus, cum verò præmium dignis tribuendum liberalissimus. Item, Ego sum ille cōsul, cui non forum in quo omnis equitas cōtineretur: non campus consularibus auspicijs consecratus, non curia summum auxilium omnium gentium, non domus cōmune præfugium: non lectus ad quietem datus, non denique hæc sedes honoris sella Currulis vnquā vacua mortis periculo, atq; insidijs fuit. Item, Etenim erat Candelabrum eo splendore, qui ex clarissimis & plurimis gemmis esse debebat, ea varietate operum, vt ars certare videretur cū copia, ea magnitudine, vt intelligi posset, non ad hominum apparatus, sed ad amplissimi templi ornamentum esse factum. Item, Quid tam populare, quam pax? qua nō modo ij quibus natura sensum dedit, sed etiam recta, atque agri mihi lætari videntur: quid tam populare, quàm libertas? quam non solum ab hominibus, verum etiam à bestijs expeti atque omnibus rebus anteponi videtis. Hoc exornandi genere frequenter vitur Cicero. Descriptio est ex ijs quæ circumstant rei dilucida & grauis expositio hoc modo, Quod si istum iudices vestris sententijs liberaberitis statim sicut e cauea leo emisus, aut aliqua terribilissima belua soluta ex catenis volitabit, & vagabitur in foro acuens dentes multos in cuiusque fortunas, in omnes amicos, atque inimicos notos, atq; ignotos incurfans, aliorum famam depeculans, aliorum caput oppugnans, aliorum domum, atque omnem familiam perfringēs rempub. funditus labefactās. Quare iudices eijcite cum de ciuitate liberate omnes formidine, vobis denique ipsi

*Descriptio
quomodo
tractetur.*

confu

consulte. Nam si istum impunitū dimiseritis, in vos metipfos, mihi credite ferā & truculentā bestiam iudices immiseritis. Item, Nam si de hoc iudices grauem sententiam tuleritis, vno iudicio simul multos iugulaueritis. Grandis natu parens, ceteris spes senectutis omnis in huius adolescentia posita est, quare vel sit in vita manere non habebit: filij parui priuati parentis auxilio, ludibrio; & despectui paternis inimicis erunt. oppositi: tota domus huius indigna concidet calamitate. At inimici statim sanguinolenta palma, crudelissima victoria positi insultabunt in horum miseras, & superbia se simul & verbis intuehētur. Item, Nam neminem vestrum fugit, Quiritēs, capta vrbe quæ miseræ consequi soleant. Arma qui cōtra tulerint, statim crudelissimè trucidantur: ceteri qui possunt per etatem, & vires & laborem ferre, rapiuntur in seruitutem: qui non possunt, vita priuantur: vno denique, atque eodem tempore domus hostili flagrat incendio: & quos natura aut voluntas necessitudine, aut benevolentia coniunxerint, distrahuntur, liberi partim è gremijs parentum diripiuntur, partim in sinu iugulantur, partim ante pedes constuprantur. Nemo iudices est, qui possit rem consequi vrbe, nec ferre oratione magnitudinem calamitatis. Item, luxuriosum conuiuium planè Cicero describit sic. Videbar videre alios intrantes, alios verò exeuntes, quosdam ex vino vacillantes, quosdā potatione oscitantes. Humus erat immūda lutulenta vina coronis lagidulis & spinis cooperata piscium. Quid plus videret, qui intrasset ait Quintil. Itē, At verò te

inquilino, non enim domino perfonabant omnia vocibus ebriorum, natabant pauimenta vino, mdebant parietes, ingenii pueri cū meritorijs. scorta inter matres familias versabatur. Item Triumphus descriptio sic. Cic. in Pisonem. Quid tandem habet iste currus? Quid iuncti ante currum duces? Quid simulacra oppidorum? Quid aurum? Quid argentum? Quid legati in equis, atque tribuni? Quid clamor militū? Quid tota illa pompa? Inania sunt hæc, mihi crede, & delectamenta puerorū, captare plausus, vehi per vrbe, conspici velle. Item, Ego autem in qua ciuitate nihil valeret se natus, omnis esset impunitas, nulla iudicia, vis & ferrum in foro versarentur, cum priuati se parietum præsidio, non legum tuerentur, tribuni plebis vobis spectantibus vulnerarentur, ad magistratum domos cū ferro & fascibus iretur, Consulibus fasces frangerentur, templa Deorum immortalium incenderentur, rempub. nullam esse putauit. Hæc figura præter cæteras dilucidam & perspicuam orationem facit, quod virtutem eius maximam esse diximus. Huius affinis illa figura est, quàm Cicero imaginem Quintilianus hypotesim appellat, quæ rerum formam ita verbis exprimit vt cerni potius videatur. Quæ vitur vel laudis, vel vituperationis causa, laudis hoc pacto. Ibant in præliū corpore tauri validissimi, impetu leonis acerrimi similes. Vituperationis sic, Iste quotidie per forum medium tanquam iubatū draco serpit, dentibus aduncis, aspectu rabido, spiritu venenato, circumspectans huc & illuc, si quem reperiat, cui aliquid male faucibus afflaret, quem

Imago.

*Hypotesis
quomodo
tractetur.*

quem ore attingere, dentibus in se care lingua aspergere possit. Item Cicero in Verrem. Ipse inflammatus scelere ac furore in forum venit ardebant oculi, toto ex ore crudelitas emicabat. Exprimat item mirifice Cicero imaginem Clodij præturam ambientis. P. Clodius cum statuisset omni scelere in prætura vexare rempub. videretque ita tracta esse comitia anno superiore, vt non multos menses Præturam gerere posset: qui non honoris gradû spectaret, vt cæteri, sed & L. Paulû collegam effugere vellet, singulari virtute ciuem & annum integrû ad dilacerandam tempu. quæret: subito reliquit annum suum, seque in annum proximum transtulit, nõ religione aliqua, sed vt haberet, quod ipse dicebat, ad Præturam gerendam, hoc est ad euertendâ rempub. plenum annum, atq; integrû. Ocurrerat mancam ac debile Præturam suam futuram Consule Milone: cum porro summo consensu populi Rom. Consulem fieri videbat: contulit se ad eius competitor, sed ita totam vt petitionem ipse solus etiam inuitis illis gubernaret, tota vt comitia suis, vt dictabat humeris sustineret. Conuocabat tribus, se interponebat: coloniam nouam delectum perditissimorû scribebat ciuiû. Quanto ille plura miscbat, tanto hic magis in dies conualescebat. Vbi vidit homo ad omne facinus paratissimus fortissimû virum inimicissimum suum certissimum Consulem. Idque intelligit non solum sermonibus, sed etiam suffragijs populi Rom. sepe esse declaratum: palam agere cepit, & aperte dicere occidendum Milonem: seruos agrestes, & barbaros, quibus

siluas publicas de populatus erat Hetruriamque vexarat ex Appennino deduxerat, quos videbatis. Res erat minimè obscura: etenim palam dictabat consularum Miloni eripi nõ posse, vitâ posse. Significauit hoc sepe in senatu, dixit in cõcione. Itē in Vatini, Repente enim te, tanquã serpens è latibulis, oculis eminentibus, inflato collo, tumidis ceruicibus intulisti. Pulchra valde est illa Cælij in Antonium imago, qua nihil neque credibilius fingi, neque manifestius ostendi posse testatur Quintilianus. Namque ipsum offendunt temulento sopore profligatum, totis præcordijs stertentem, ructuosos spiritus geminare, præclarasque contubernaes ab omnibus spondeis transuersas incubare, & reliquas circumiacere passim, quæ tamē exanimatæ terrore, hostium aduentu percepto, excitare Antonium conabantur, nomen inclamabant, frustra ceruicibus tollebant, blandius alia ad aurem inuocabat, vehementius etiam nonnulla feriebat, quarum cum omnium vocem, tactumque noscitarer, proximæ cuiusque collû amplexu petebat, nec dormire excitatus, nec vigilare ebrius poterat: sed semisomno sopore inter manus centurionum concubinarumque iactabatur. Ad hæc etiam refertur, quam alij vocant Ethopiam qua mores alicuius personæ effinguntur, hoc modo Cicero in Rullû. Iam designatus alio vultu, alio vocis sono, alio incessu esse meditabatur vestitu obsoletiore, corpore in cultu, & horrido, capillatio quã ante barbaq; maiore, vt oculis & aspectu denũciare vim Tribunitiã & minitari reip. videretur. Huius generis est mimesis quã Cicero nota-

Ethopia.

Notatio.

Mimesis.

tatio-

tationem nominare videtur. Quærit cum alterius dicta vel facta imitando representamus. Vt si velim diuitiarum ostentatorem describere. Iste iudices, qui se dicit diuitem: primum nunc videte quo vultu nos intueatur: nonne vobis videtur dicere. Darem, si mihi molesti nõ essetis: cum verò sinistra mentû subleuat, existimat se gemmæ nitore, & aurum splendore, aspectus omnium perstringere. Cum puerû respicit hunc vnum, quem ego noui, vos non arbitror nouisse alio nomine appellat deinde alio, atque alio: Heus tu inquit veni Samnio, nequid isti barbari perturbent. Vt ignoti qui audiunt vnum putent eligi de multis: ei dicit in aurem, vt aut domi lectu li sternantur: aut ab Auunculo rogetur Ætiops, qui ad balneas veniat, aut Astureoni locus ante ostiû suum detur, aut aliquid fragile falsa corragium gloriæ comparetur. Deinde exclamat, vt omnes audiant: videte, vt diligenter enumeretur, si potest ante nocte, &c. notus est locus ad Herenium. Item Cicero pro Roscio Amerino, Operæpretium erat, si animaduertistis iudices, negligentiam eius in accusando considerare. Credo cum vidisset qui homines in huius subsellijs sederent, quæsisse num ille, aut ille defensurus esset: de me ne suspicatum quidem, quod antea causam publicam nullam dixerim. Postea quam inuenit neminem eorum, qui possunt & solent: ita negligens esse cepit, vt, cum in mentem veniret ei, resideret, deinde patiaretur, nonnunquam etiam puerum vocaret, credo cui cenam imperaret: prorsus vt vestro consensu, & hoc conuentu pro summa solitudine abuteretur. Perorauit ali-

quando, assedit. Surrexi ego, respicere visus est, quod non alius potius diceret. Cœpi dicere, vsque eo animaduerti iudices eum iocari, atque alias res agere, antequam Chrylogonum nominari, quem simul atque attigi statim homo se crexit, mirari visus est. Intelligi, quid eum pupugisset. Iterum ac tertio nominari. Postea homines cursare vltro & citro non destiterunt: credo: qui Chrylogono nunciarent esse aliquem in ciuitate, qui contra voluntatem eius dicere auderet. Item Terentius. Et fingunt quandam inter se nunc fallaciam. Ciuem Atticam esse hanc fuisse olim quidam fenex Mercator, nauem is fregit apud Andrum insulam, Is obiit mortem, ibi tum hanc eiecitam, Chrysidis, Patrem recepisse orbam paruam: fabulæ, Mihi quidem hercle non fit verisimile: atqui ipsis commentum placet. Ex ijs figuris conflatur alia quam Cicero ad Herenium, Demonstrationem vocat eiusque exemplum subijciam. Et eam esse dicit cum ita res verbis exprimitur, vt geri negotium & res ante oculos esse videatur. Idque fiet si ex consequentibus & circumstantibus rebus non recedatur hoc modo, Quod simul atque Gracchus perpexit fluctuare populum, verètem ne ipse auctoritate Senatus commotus à sententia desisteret: iubet aduocari concionem. Iste interea scelerè & malis cogitationibus redundans, euolat ex templo Iouis, & sudans oculis ardentibus, erecto capillo, contorta toga, cum pluribus alijs ire celerius cepit. Illi præco faciebat audientiam: hic subsellium quodam calce præmens dextra pedem defringit, & alios hoc idem iubet facere. Cû Gracchus Deos inciperet precau-

Demonstratio.

preca-

præcari: cursum isti impetum faciunt ex alijs; alijsque partibus conuolant, atque e populo vnus. Fuge inquit Tiberi, fuge: non vides, respice inquam. Deinde vaga multitudo subito timore perterrita fugere cepit. At iste spumans ex ore scelus, anhelans ex infimo pectore crudelitatem, contorquet brachium, & dubitanti Græcho quid esset, neq; tamen locum in quo constiterat relinquenti percutit tempus. Ille nulla voce delibans, insitam virtutem cecidit tacitus. Ille viri fortissimi miserando sanguine aspersus, quasi facinus præclarissimum fecisset, circumpectans. & hilari seclerata gratulantibus manum porrigenis in templum Iouis contulit se se. Frequentatio est, cum argumenta tota causa dispersa coguntur in vnum locum, hoc modo, A quo tandem abest iste vitio, quid est, iudices, cur velitis eum liberare? Sux pudicitiae proditor est, insidiator alienæ: cupidus intemperans, petulans, superbus, impius in parentes, ingratus in amicos, infestus in cognatos, in superiores contumax, in æquos, & pares fastidiosus, in inferiores crudelis, denique in omnes intolerabilis. Hæc exornatione commode illa argumenta explicantur, quæ per se non valent multitudine, tamen conglobata profunt sibi. Nolite igitur, iudices, nolite ea, quæ dixi, separatim spectare, sed omnia colligite, & conferre in vnum. Si & commodum ad istum ex morte illius veniebat, & vita est turpissima hominis, animus auarissimus, fortunæ familiaris rei attenuatissimæ, & res ista bono nemini præter istum fuit, nec, alius quisquam eque commode neq; iste alijs commodioribus rationibus facere potuit,

Frequentatio.

neq; præteritum quidquam est ab isto, quod opus fuerit ad maleficiū, neq; factum, quod opus non fuerit & cum locus idoneus maxime que situs, tum occasio agrediendi commoda, tempus adeundi opportunissimum spacium conficiendi longissimum sumptum est, non sine maxima occultandi & perficiendi maleficii spe & præterea antequam occisus homo is est, iste visus est in eoloco in quo occisio facta, solus. Paulo post in ipso loco maleficii vox illius, qui occidebatur audita est. Deinde post occisionem istum multa nocte domum redisse constat. Postera die titubanter, & inconstanter de occisione illius loquitur. Hæc partim testimonijs, partim quaestionibus, & argumentis, omnia comprobatur, & rumore populi, quæ ex argumentis naturæ necesse est esse verum: vestrum iudices est his vnum in locum collatis certamurere scientiam, non suspicionem maleficii. Nam vnum aliquid, aut alterum potest in istu casu cecidisse, supposito se, ut omnia inter se a primo ad postremum conueniant maleficia, necesse est casu non posse fieri. Vehemens hæc figura est, & in omni oratione adhibenda nonnunquam. Significatio, quæ & emphasis est, quæ plus in suspicionem relinquit, quæ in verbis ponit hoc modo, Noli Saturni nimirum populi frequentia fretum esse, multi iam ceteri Gracchi. Itæ Ci. pro Liga. Dicam plane C. Cæsar, quod sentio, si in hac tanta tua fortuna lentitas tanta non esset, quæ tu per te inquam obtines (intelligo quid loquar) acerbissimo luctu redudaret ista victoria. Per te inquam non per alios, quo significauit, ab alijs ad crudelitatem impelli. Item emphasi Verg. declarauit prodigiosam Cyclop. magnitudinem, iacuitque per an-

Significatio emphasis.

Aenci. 2. Ironia.

per antrum, Immensum. Et alio loco Demisum lapsi per funem. Et Pars ingentem formidine turpi, Scandunt rursum equum. Ironia differt ab illa, quæ in tropis numeratur, quæ illa in verbis, hæc in tota sententia consistit. Hoc pact. Ci. Nouum crimē. C. Cæsar, & antea huc diem in auditum propinquum meum ad te Q. Tubero detulit Q. Ligariū in Africa fuisse: idque C. Pansa præstati vir ingenio fratrem fortasse ea familiaritate, quæ est ei tecum ausus est cõfiteri. Itaque quo me veritatem nescio. Paratus. n. veneram, cum tu id neq; per te scire, neq; audire alium potuisses. Ut ignoracione tua ad hominis miseri salutem abuterer. Breuitas est oratio verbis ipsis tantummodo necessarijs expedita hoc pacto. Lemnum præteritis capit inde Tharsum præsidium reliquit: post verbum in Berhinia sustulit: inde pulsus Hælespontum, statim potitur Abydo. Itæ modo cõsul, quondam tribunus, deinde primus erat ciuitatis, tum proficiscitur in Asiam: deinde exul & hostis est dictus, post imperator, postremo cõsul factus est. Itæ illud Cæsar, veni, vidi, vici. Alij expolitionem numerant in figuris eamque esse dicunt cum in eodem loco manemus, & aliud atque aliud dicere videmur. Sed vel de eadem re dicimus vel eandem rem de re eadem, varijs argumentis quæ ex inueniendi arte petuntur, amplificanda est. Si verò eandem rem, varijs verborum & sententiarum figuris, variaque verborum copia exornata est. Quare nihil proprium expolitioni relinquitur, ac proinde specialis figura non est. Idem de cõmoratione dico, quæ est cum in loco firmissimo, qua tota causa continetur, manet diutius & eodem sæpius redditur. Similitudo verò & dissimilitudo ad inueniendi potius arte spectat, & ex

Breuitas.

locis argumentorum ducenda est. Nam quod sumi dicitur vel ornandi causa aut probandi, aut apertius dicendi, aut ante oculos ponendi, eisdem de causis alia accommodantur argumenta & figuris ornatur. Satis igitur ista sint de sententiarum figuris.

Cap. 5. De totius orationis ductu.

In huiusce libri principio docuit res in oratione tractari, vel figura vel ipso totius ductu atque filo: verba fecimus de figura, num de orationis filo disseramus. In quo tota difficultas consumitur in cognoscendo quid cuique opus sit, quid ve deceat. Sicut enim in vita ita in oratione nihil est difficilius quam quid deceat videre *περιου*, hoc Græci appellat, latini decorum. Est autem quid deceat oratori videndum, & in verbis & in sententijs. Non enim omnis dicentis ætas, honos, auctoritas, fortuna, nec verò locus, tempus, aut auditor omnis eodem tractandus est, aut verborum genere, aut sententiarum. Sic semper in omni parte orationis, sicut inuita quid deceat est considerandum. Quod est in personis positum & eorum qui dicunt, & eorum qui audiunt & in rebus ipsis de quibus agitur. Ut autem est Ethici docere quid in vita deceat, ita rhetoris quid in oratione. Quam enim est indecorum cum de stercidij apud vnum iudicem agas amplissimis uti verbis, atque sententijs ad populum autem de maiestate populi Romani submissè & subtiliter. Manifestum ergo est, & causas totas, & earum partes alia, atque alia esse oratione tractandas. Genera igitur hæc siue dictionis formas exquirere oportet ut ad personas, loca, tempora & res orationem orator accommodet. Quidam

Difficultas orationis consumitur in cognoscendo quid deceat

Y ergo

ergo nihil huius rei certi & explorati tradiderunt: sed innumerabiles esse dicunt dicendi formas. In quibus numerant epistolas varias panegyricos, laudationes, deliberationes, cōciones, causas iudicarias, annales, historias, fabulas, apologos, apophthegmata, annotationes, commentarios interpretationes, artium liberalium & illiberalium descriptiones, comedias, tragœdias, mimos, satyras, bucolica, georgica, epigrammata, epitaphia, nœnias, elegos, argumenta, sylvas, odas heroicas, & alia carmina generis diuersi. Contenduntque, tot esse dicendi vel scribendi species, quot sunt idonei, vel scriptores, vel oratores. Siquidem omnes idonei probantur nulli tamen sunt per omnia inter se similes. Sed hi rationem artis & scientiæ prorsus ignorant, cuius est res perse qui cōmunes, singulas non curare, quod nulla doctrina comprehendere possint. Sed in rebus singulis quaeritur aliquid cōmune, per quod ipsa subsistentia cadere possint. Nulli homines sunt per omnia similes tñ est vnū hominū genus: nulli equi, & est vnum equorum genus. Nam nullæ sunt tam diuersæ res quæ in aliqua re nō conueniāt. Idque ars illa inuestigat, quæ in rebus illis versatur. Cū ergo rhetor de dictione tractat variisque, sint dicendi modi aliquas species debet indagare communes, in quas tam diuersos cogat dicendi modos: vt illos oēs possit dicendo explicare. Nam si res singulas persequatur, nullus erit scribendi discendique modus. Alij ergo omnes dicendi modos ad certos quosdam redigunt, quibus omne oratoris decorum cōtineri putant. Horum princeps est Hermogenes, quæ sequutus est Trapezuntius & alij. Tradunt ergo hi

septē dicendi formas, quas Hermogenes ideas vocat claritatē, magnitudinē, venustatē, quam & pulchritudinem dicit celeritatē, affectionē veritatem, cui & abiurgationem adiungit, & grauitatē. Has res deinde octo rebus confici dicunt sententia, artificio, dictione, exornationibus, membris, collatione, clausula, & numero. Singula definiunt, quæ a nobis suis locis sunt explicata. Dictionis partes rursus numerat, vt nō translata, non aspera, nō ampla sit. Deinde ad magnitudinē accedunt, quæ sex formulis cōplectuntur dignitate, asperitate, acrimonia, illustri oratione vehementia, circunductione. Ego si quis hac doctrina, quod in oratione deceat fuerit cōsecutus, quo minus vtatur ea nō impedio. Sed mihi valde difficile videtur, & vix fieri posse credo. Quod omnia ita confusa sunt, & incerta: vt non videā quo pacto se possit oratio explicare & animi nostri sensa aperiri. Nam docere conantur quibus sententijs dictione artificio quibus exornationibus membris, collocatione, clausula & numero vnaqueque forma per se tractanda sit. At eadē exornatio & sententia, & alia cætera ad quancunq; formā ac cōmodari potest, aut ergo septies eadem repetenda sunt, aut nō satis planam sit vniuscuiusque formæ tractatio. Quis enim neget repetitionem, conuersionē, & complexionē & alias multas figuras in quancunq; dicendi formā cadere posse? idem de multis numeris de quocunq; genere collocationis & clausulæ. Iam verò istæ formæ nūquam in oratione separantur: sic vt vlla ostēdatur vna per se harū forma confecta. Id quod ipsi concedunt. Nam nullum exemplum orationis, ita compositæ profere

Hermogenes & Trapezuntij sententia de formis dicendi.

Hermogenes sententia de formis dicendi non probatur.

profereunt. Item iactant magnitudinem sine claritate esse non posse. Tum illos rogabo, vtum magnitudinis præcepta per se sufficiant ad magnam efficiendam orationē, an non sufficiunt, si sufficiunt potest igitur oratio magna sine perspicua inueniri, si alia sint magnitudinis alia perspicuitatis præcepta. Sin autē per se nō possunt reddere orationē magnam, sed adiungenda sunt claritatis documenta mutila ergo præcepta sunt magnitudinis. Hanc igitur viam tenebris oblitam desertā frondibus, & virgultis interclusam relinquamus, & eam quā parens eloquentiæ Cicero truit, & nobis ostēdit persequamur. Tria ergo proponit dicendi genera, quæ Græci characteres dicunt. Gracile, mediū, & plenum. Gracili venustatem, medio suauitatem, pleno amplitudinē tribuerunt. Hæc autem genera per se distingui inter se, & omnem dicendi rationem comprehendere facile patet. Nam res omnes oratori ad dicendum propositæ, aut humiles sunt, aut sublimes, aut ijs interiectæ: oratio verò rebus aptatur. Ergo aut submissa est, aut vehemens, aut intermedia. Item verba ipsa, aut sonantia, & ampla sunt, aut submissa, & exilia, aut mediocria, & temperata. Talē ergo esse necesse est dictionem ex illis coagmentatam. Item quæcunq; vox, vel acuta, vel grauis, vel media est. Quare rectē loquendi ars vnicuique submissiōni tenuitatem, clamori magnitudinem, mediocritati temperantiam accommodauit. Item eloquentes ipsi alij sunt ita graciles & tenues, & verbis, & sententijs, vt tritam vulgi consuetudinem superare nō videantur. Alij admirabiles sunt quod & sententia-

Tria esse dicendi genera.

rum dignitate, & rerum amplitudine cōmunem eruditorum eloquentiam antecedunt. Alij autem temperati sunt, & media procedunt via illis sublimiores & ornatiores, his autem præsiiores, & humiliores. Res ergo verba, & voces, & eloquentes ipsi demonstrant hanc nostram diuisionem certam, & aptam esse, a qua nec ipsi, qui sequuntur Hermogenem audent recedere. Sed tandē postquam eius viam persecuti sunt ad nostram redeunt. De his ergo characteribus, & dicendi generibus singillatim disseramus.

Cap. 6. De submissa dicendi figura.

Nunc primum quaeramus, quid decorum & indecorum sit tenui & subtili oratori. Sermo decet ei submissus, & humilis purus & latinus consuetudinem imitans, ab indelertis re plura quam opinione differens. Ita vt qui eum audiant illo modo cōfident se posse dicere. Nam orationis subtilitas, vt ait Cice. imitabilis illa quidē videtur existimari, sed nihil est experiēti minus. Sit ille tenuis orator elegans esse verbis vtatur, quā vti tatisimis translationibus, quā mollissimus, quibus frequētius, quā alijs tropis poterit vti. Nam hominū vulgus crebrius illis vtitur, vel ad docēdū, vel quia res nullū suum nomē habet. Nullū tamen verbum altiū transferat id quod in alia figura dicendi deceret. Texuntur hoc gracili filo partitiones hoc modo. Ostendam primo causam non fuisse cur a Prætorē postulare, vt bona P. Quintij possideres. Deinde ex edicto te possidere nō potuisse postremo nō possedisse. Sub eandē texturam

Præcepta submissæ dicendi figuræ.

ram cadūt definitiones vel descriptiones, hoc pacto. Nonne si verbum sequi volumus hoc intelligamus necesse est eū detrudi, cui manus afferant? Necesse est inquā, si ad verbū rē volumus attingere, neminē statū detrūsum, qui nō adhibita vi manu demorus & actus p̄ceps intelligat. Deiectus verō qui potest esse quisquā, nisi in inferiore locū de superiore motus? Item, Quid est enim tumultus, nisi perturbatio tanta, vt non maior timor oriatur. Item expositiones sic. Maiores nostri tumultum Italicum, quōd erat domesticus, tumultum Gallicū, quōd erat Italiae finitimū, pr̄terea nullū tumultum nominabant. In hac etiam figuram conferuntur interpretationes factorū librorū, & aliarū legum epistoliarum orationum, & id genus rerum. Ex hac etiā figura distinctio nes exeunt, vt aliud est iudicium aliud est arbitrium. Iudicium est pecunie certē, arbitriū incertē. Ad iudicium hoc modo venimus, vt totā litem, aut obtineamus aut omittamus: ad arbitriū hoc animo adimus vt neq; nihil, neq; tantū quantū postulauimus, cōsequamur. Ad eandē dicendi rationē referunt colloquia & leuiū rerum narrationes, hoc modo. Age verō quæ erat, aut qualis? Heus vbi Ruscio: Vbi Casca: Clodius insidias fecit Miloni: fecit, certa crux. Nullas fecit, sperata libertas. Quid hac quæstione certius? Leuioris narrationis hoc fit exemplū, Nā, vt forte hic in balneas venit, cæpit postquā perfusus est, defricari. Dein de vbi visū, vt in alueū descēderet, ecce tibi iste de trāsuerso: Heus, inquit, adolescēs pueri tui modō me pulsarūt, satisfacias oportet. Hic qui id c̄tatis ab ignoto pr̄ter cōsuetu-

dinem appellatus esset, erubuit. Iste clariūs eadem & alia dicere cæpit. Hic vix tandem inquit sine me cōsiderare. Tum verō iste cæpit voce clamare ista, quæ facillē cuius rubores eijcere posset. Ita petulans est, atque acer, vt ne ad solariū quidem idoneus, vt mihi videretur, sed penes scēnā, & in eiusmodi locis exercitatus sis. Conturbatus est adolescens nec mirum, cui etiam nunc pedagogi lites ad auriculas versarentur, imperito eiusmodi conuiciorum, vbi enim iste vidisset scurrā exhausto rubore, qui se putaret nihil habere, quod de existimatione perderet, vt omnia sine famæ detrimento facere posset: Itē illa pro Milone erit rei leuioris narratio. Milo autē cum in senatu fuisset, eo die, quoad fenatus dimissus est, domū venit, calc eos, & vestimenta mutauit. Paulisper dum se vxor (vt fit) cōparat commoratus est. In leuius autem narrationibus numerantur, & eæ, quæ iocantur, hoc pacto. Cū autem ver esse cæperat, cuius initiū iste, non à Fauonio, neque ab aliquo astro notabat, sed cū rosam viderat tunc incipere ver arbitrabatur dabat se labori atq; itineribus, in quibus vsq; eo se præbebat patientē, atq; impigrū, vt nemo vnquam sedentē in equo videret. Nā (vt mos fuit Bithyniæ regibus) leætica octoforo ferebant, in qua puluinus erat perlucidus Melitēsī rosa farct⁹, ipse autē coronā habebat vnā in capite, alterā in collo, reticulū ad nares sibi apponebat tenuissimoluo, minutis maculis plenū rosæ. Subtiles etiam argumentationes, quæ acutē probant acriter pugnant clamores & tragedias nō excitant, hac dicēdi ratione explanantur hoc modo. Patrem occidit Sextus

Ros.

Ros. qui homo? Adolescentulus corruptus, & ab hominibus nequā inductus? Annos natus magis quadraginta, ver⁹ videlicet sicarius, homo audax, & sepe in cæde versatus? At hoc ab excusatore ne dici quidem audistis. Has autem argumentationes, partitiones, definitiones, descriptiones, distinctiones, narrationes, quas numerauimus ob eā rem hoc genus pressum & enucleatū requirunt, quod nihil aliud volunt, quā puro gracili, & vsitato sermone demonstrari. Hac etiā de causa non nullæ exornationes hac explicatio ne gaudēt, vt exornatio sui, vel alterius hoc modo, Verum ita res se habet, vt ego qui neq; vsu satis & ingenio parū possum, cū patrono disertissimo cōparer. Alterius sic, Non quod ei deesset ingeniū, nam neq; parum facetus scurra Sex. Næuius neq; inhumanus præco est vnquā existimatus. Itē demonstratio cum quadam Ironia hoc modo. Sepe (vt fit) cū ipse cōfirmasset, cū statuisse de pecunia mentionē facere, cū paratus, meditat⁹, venisses, homo timidus virginali verecundia subito ipse te retinebas, excidebat repete oratio: cū cuperes appellare, non audebas, ne inuitus audiret. Id erat profecto. Subiectio hoc pacto. Appellandi tēpus non erat? At tecū an non plus vixit. In Gallia agi non potuit? At in prouincia ius dicebat, & Romæ iudicia fiebant. Item interrogationes, quæ non sint graues, & acerbe hoc modo. Quid enim nunc agit Sex. Næuius? qua de re controversa est, quod est hoc iudiciū, in quo iā bieniū versamur? Quid negotij gerit, in quo ille tot & tales viros defatigat? Ratiocinationes vrgētes Pecuniam petit. Nunc denique? Ve-

runtamen petit: Audiamus. De rationibus & controuersijs societatis vult diiudicari: Serō. Verū aliquando tamen, concedamus. Item transitiones hoc pacto. Docui quod primum pollicitus sum C. Aquili causam omnino cur postulare nō fuisset, quod neque pecunia debebatur: et si maxime deberetur cōmissum nihil esse, quare ad istam rationem perueniretur. Attende nunc ex edicto prætoris bona P. Quintij possidere nullo modo potuisse: Item distributio sic. Tres sunt res quantū ego existimare possum, quæ obtent hoc tempore Sexto Ros. crimen aduersariorum, & potētia & audacia. Criminis cōfectionē accusator Erucius suscepit: audatię partes Ros. sibi poposcerunt: Crylog. autē is qui plurimū potest potētia pugnat blāda quadā licentia. Quæso Erucij, vt hoc in bonā partē accipias, non enim exprobandi causa, sed commouendi gratia dicā. Si tibi fortuna nō dedit, vt patre certo nascere, ex quo intelligere posses, qui animus patrius in liberos esset: At natura certē dedit, vt humanitatis non parum haberes. Leuium argumentorum dissolutio, hoc modo. Nā illa opinor tu quoq; concedis leuia esse, atque inepta. Conuiuia cum patre non inibat, quippe qui ne opidum quidem nisi per raro veniret. Domū suam istum nō fere quisquā vocabat, nec mirū, qui neq; in vrbe veniret, neq; rure vocaturus esset. Verū hæc quoq; tu intelligis esse nugatoria. Secura cōcessio. Esto causam perferre nō potest, tamen statim viciisse debeo, tñ de meo iure decedā & tibi q; in alia causa nō cōcederē, in hac cōcedā frer⁹ hui⁹ innocētia. Omnibus denique figuris promif-

cuè poterit vti præter eas, quæ contentionem aliquam & clamorem requirunt. Illas etiam sententiarum exornationes assumat, quæ non erunt vehementer illustres, Quare acutus hic fugiet paria paribus relata & similiter conclusa, eodemque pacto cadentia & immutatione literæ qua quæritur venustates: ne elaborata cōcinnitas, & quodam aucupium delectationis appareat. Non aceruatim multa frequentans vna cōplexione deuinciet. Non faciet remp. loquentem, neque ab inferis mortuos excitabit. Poterit tamen vti leuiorū personarū confirmationibus, vt apud Ciceronem fratris Clodij, Quid tumultuaris soror? quid infanis? quid clamore exorta, & verbis paruam rem magnā facis? Vicinum adolescentulū aspexisti, candor huius te & proceritas vultus oculique perpulerunt. Sepius videre voluisti, fuisi nonnunquā in iisdem hortis visa nobilis mulier. Illum filium familias patre parco ac tenaci habere tuis copijs deuinctū non potes, & quæ sequitur. Verba verbis coagmētare nō multū laboreat. Si fortē lenis & fluēs compositio succurrat illam non recuset. Hiantes vocales & rixantes consonantes, cū concurrūt, facillē patiatur. Habet enim ille tanquam hiatus concursu vocalium molle quidam & quod indicet non ingratam negligentiam de re hominis magis, quā de verbis laborantis. Nam eius modi compositionem Cicero amplexus est. Simul, atque ego in Sicilia veni mutatus est. Venerat ad eum illo viduo Letilius quidam homo nō alienus à literis. Itaq; eo iste tabellario semper vsus est is epistolas complures attulerat. In his vnam domo, quæ totū immu-

taret hominem. Repete cepit diceret, se omnia Verris causa velle, sibi cum eo amicitiam cognationemq; esse. Est hic hiatus è vocalium concursu, & paulò post aspera cōmisura consonantium Erant, qui putarent Letilium legatum à Verre venisse, qui gratiam, amicitiam cognationemq; cōmemoraret. Ex rota supellectili oratoria nihil magis huic, enucleato placet, quā acutè crebræq; sententiæ, quæ præter cætera ornāmēta hūc charactere illustrāt. Ipsæq; sententiæ hac ratione potius, quā alia volunt efferri. Cuius rei nullum afferri potest magis insigne & perspicuum exemplū, quā parabola Salomonis, quæ hoc dicendi genere oēs exprimūtur. Hoc etiam charactere dictionis iacient mittenturq; ridicula, & sales asperguntur ij, quibus orator vti cōmodè potest. Vt est illud Cic. O hominē fortunatū, qui huiusmodi nuncios, seu potius pegafos habeat. In gracili figura nō circumducet orator longas illas cōprehensiones, quæ totū dicentis spiritū requirunt, vt vno impetu proferrantur. Sint breues circuitus si non semper plerunq; tamen. Numerorū vinculis ita eximatur, vt solum quodā consecetur non vagū tamē: vt liberè possit ingredi, non vt licet errare. Quare numerus eius tenuis sit, vt quem præstat Iābus, Pyrrhichius, Choresus, & Trochæus, nō frequententur ampliores numeri, qui in aures plena modulatione cadāt. Vt in hac oratione. Si me villic⁹ tuus solus deiecisset, non familia deiecisset, vt opinor, sed aliquis de familia. Rectē igitur diceret te restituisse. Quid. n. facilius est, quā probare ijs, qui latinè sciant in vno seruulo familiaris nomen non valere? Si

verò

verò ne habeas quidē seruū, præter eū, qui me deiecit, clames videlicet: si habeo familiā, familia mea fa-teor te esse deiectum. Ac denique sermo præsi, & summissi oratoris à vulgari, & peruagata hominum consuetudine non recedat, sit incorruptus, purus, proprius, dilucidus, compositus non nimia tractus circunductione, non friuolus, non clumbis & male coherēs. Quod est vehementer cauendum: nam qui in illa eleganti verborum attenuatione versari conantur, si illam non assequantur labūtur in aridum & exangue orationis genus cuiusmodi est hoc, Nam istic ad balneas accessit: ad hunc postea dixit. Hic tuus seruus me pulsauit. Postea dixit hic illi, considerabo. Post ille conuiuium fecit & magis, magisque præsentibus multis clamauit. Exilis & illiberalis est hic sermo, & valde dissimilis eius, quod querimus. Qui licet non plurimi sanguinis sit habeat tamen succum aliquem oportet. Vt etiam si illis maximis viribus careat sit, vt (ita dicam) integra valetudine. In sententijs autem quidquid humile & attenuatum ita est, vt re non excellat, neque ornatam, & acuratè compositam tractationem desideret, neque clamores petat, & excitationis vellet ad hanc humilem & gracilem dicendi formam totum exigendum & tractandum est. Ad hanc figuram spectant res familiares, quæ epistolis tractantur, & hūc charactere & loquendi stilum suis epistolis Cicero, & alij viri docti secuti sunt. Hic stylus mea quidem sententia decet sacerorum librorum interpretem. Pueriliter enim mihi in illorum expositione nonnulli vi-

dentur ostentare verborum copiam, & delectari in eloquentiæ pompa. Hoc charactere Seruius, & Donatus commentarijs suis aliquos libros illustrarunt. Hanc formam (vt mea fert opinio) postulant explicandi scientiæ omnes & artes tota denique philosophia, quam mirificè coluit omnibus suis libris Aristoteles obscuritate excepta. Omnibus tamen suis numeris absolutam Cicero in officijs expressit, in Catone maiore, in Lælio, in Academicis. Licet in officijs genus illud dicendi appelleret mediocre tamen ex ijs quæ diximus, & ad mediocre dicemus, humile potius esse cōstat. In alijs autem philosophiæ libris, præsertim in ijs, qui sunt de natura Deorum, superuacanea verborum copia aliquando delectatur. Hunc charactere elegantissimè Xenophon in Cirianabasi, & in economis persecutus est cuius ore merito dicitur mixta fuisse locuta. Hunc purissimū candorem Cæsar habuit suis commentarijs Cicero in hac parte, vt ego puto, vel equandus, vel præferendus. Hypochrates item ab hoc charactere non recessit. Quem Galenus Asiatica elocutione corruptus deseruit. Ex poematis subtilia sunt Bucolica, comædiæ, mimi, epigrammata, de leuibus rebus lyrica, & elega carmina. Tragici & heroei poetæ præsi aliquando sunt, seque ad viles res, & personas accommodāt. Ac de hoc genere non amplius, ad medium venio.

Cap. 6. De medio dicendi genere.

Temperatus character est vberius robustiusq; quā subtile, & submissius quā illud

Medij generis dicendi præcepta.

de quo iam dicitur amplissimum. In hunc omnia dicendi ornamenta conueniunt. Sunt frequentes translationes, quæ suauissimam hanc formam efficiunt, nisi cū longius fuerint petita, vsurpatur paria paribus relata similiter cadentia, similiterq; desinentia: relata ad idem verbum, & sæpius iterata ponuntur. Verborum constructio, tum coniunctionibus astringitur, tum dissolutionibus relaxatur: coagmentatio non aspera, & hians concursione vocalium, sed lenis, & fluens suauis verborum iunctione. Hac denique forma hoc genere toto potius suauitas & delectatio, quam vires & nerui expectantur, eius hoc erit exemplum. Quibus cum bellum gerimus. Iudices, videtur cum socijs, qui pro nobis pugna- re, & imperium nostrum nobiscū simul virtute, & industria conserua- re soliti sunt. Hi cū se & opes suas, & copiam necessariorum norunt: tum verò nihilominus propter propinquitatem, & omnium rerum societatem, quid in omnibus rebus populus Rom. possit, scire & aestima- re poterant. Hi cum deliberassent nobiscū bellum gerere, quæso, quæ res erat qua freti bellum suscipere conarentur: cum multo maximam sociorum partem in officio manere intelligerent. Cum sibi non multitudinem militum, non idoneos imperatores, non pecuniam publicam præsto esse viderent, non denique ullam rem, quæ res pertinet ad bellum administrandum. Si cum finitimis desinibus bellum gererent, si totum certamen in vno prælio positū putarent: tamen omnibus rebus instructiores, ac paratiores venirent, nedum illud imperium orbis terre cui imperio omnes gætes reges na-

tionem, partim vi, partim voluntate conseruerunt, cum aut armis, aut liberalitate à populo Romano superati essent, ad se transferre tantulis viribus conarentur. Quæret aliquis quid Fregellani, non sua sponte conati sunt? Eo quidem minus isti facile conarentur, quo illi, quemadmodum descissent, videbant. Nam rerum imperiti, qui vniuscuiusque rei de rebus antè gestis exempla petere non possunt. Ij per imprudentiam facile deducuntur in fraudem. At ij qui sciunt quid alijs acciderit, facile ex aliorum euentis suis rationibus possunt providere. Nulla igitur re inducti nulla spe freti arma sustulerunt? Quis hoc credat tantam amentiam quæquam tenuisse, vt imperium populi Rom. tentare aude- ret nullis copijs fretus. Ergo aliud fuisse necesse esse est quid aliud, quam id quod dico potest esse? Itè Cicero. Multas quidem. C. Cæsaribus virtutes magnas incredibilesq; cognoui, sed sunt cæteræ maioribus quasi theatris propositæ & pene populares, castris locum capere, exercitum instruere, expugnare vrbes, aciem hostium profligare, hanc vim frigorum, hyememque, quam nos vix huius vrbes rectis sustinemus, excipere, his ipsis diebus hostem persequi. Tum quum etiam seræ latibulis se tegant, atque omnia bella iure gentium conquiescant. Sunt ea quidem magna. Quis negat. Sed magnis excitata sunt præmijs ad memoriam hominum sempiternam. Quo minus admirandum est illum facere illa qui immortalitatem concupiuerit. Hæc mira laus est, quæ non poetarum carminibus, non audiunt monumentis celebratur, sed prudentium iudicio expenditur. Equi-

Equitem Romanum veterem amicum suum, studiosum, amatem, obseruatem sui, non libidine, non turpibus impenis cupiditatum, atque iacturis, sed experientia patrimonij amplificandi labentem excepit, corruere non sinit, sulit & sustinuit re fortuna fideque hodie sustinet: nec amicum prudentem corruere patitur: nec illius animi aciem perstringit splendor sui nominis, neq; mentis quasi luminibus officit altitudo fortunæ & gloriæ. Sint sanè illa magna quæ re vera magna sunt: de iudicio animi mei, vt volent quifque sentiat. Ego enim hanc in tantis opibus, tanta fortuna liberalitatem in suos, memoriam amicitia, reliquis virtutibus antepono. Quam quidè vos iudices in nouo genere bonitatem in vsitatam claris ac præpotentibus viris, non modo, non aspernari & refutare, sed complecti etiam, & augere debetis. In hoc medio caractere collocantur encomia & pa- negyrici, & omnia quæ sunt generis demonstratiui in quo potius suauitas elocutionis, quam oratoris vis & energia spectatur. Ex hoc genere profecta est tota illa pro Marcello Ciceronis oratio. Item illa pro lege Manilia in qua Pompeius ornatur ipso auctore Cicero: licet in amplissima potius figura alij versari putent. Sed mediū in hoc genere non est sicut punctum verum latius patet, & aliquando ad summum aliquando verò ad infimum inclinat. Hoc medium in historijs suis Linius, & Tucidides amarunt. Platoque, & Cicero in suis de philisophia dialogis potius meo iudicio perfecti sunt. Ex poematis tota Vergilij Georgica, & multas aliorum poetarum satiras ad hoc genus pleriq;

auctores accommodant. Huic generi cōsine est aliud vitiosum in quod incidunt, qui ad hoc perfectum licet conetur peruenire nō possunt. Quod est dissolutum sine neruis, & sine membris, huc fluctuat & illic, nec viriliter procedit, quod est huiusmodi. Socij nostri cum belligerare nobiscum vellent, profecto ratiocinati essent etiam, atque etiam, quid possent facere, si quidem sua sponte facerent, & non haberent hinc adiutores multo: & malos homines & audaces. Solent enim diu cogitare omnes, qui mala negotia volunt agere. Diffluit hic totus sermo, nec potest auditorem attentum tenere.

Cap. 7. De graui figura.

Tertius dicendi character est ille amplus, copiosus, grauis ornatus in quo vis omnis oratoris posita est. Eius enim est illa eloquentia, quam susciperent omnes, quam admirantur, quam se assequi posse desidunt, quæ tractat animos & permouet omni modo. Modo enim perfringit, modo irripit in sensus, inserit nouas opiniones euellit insitas, verum qui in alijs generibus non se exercuit, sed huic studet vni neque suam copiam cū alijs duabus figuris temperauerit ruinæ magnæ periculum subit, & potius est contemnendus, quam mirabilis reputandus. Qui enim nihil potest tranquille, nihil leniter, nihil partitè & distinctè dicere, præsertim cum causæ partim sint totæ eo modo, partim aliqua ex parte tractandæ: si is non præparatis auribus inflammare rem cæpit, furere apud sanos, & quasi inter sobrios bacchari vi-

Gravis figura præcepta.

molentus videtur. Hoc genus his præsertim luminibus decoratur, & in summam, illam quam cōmemorauimus amplitudinem assurgit repetitionibus eiusdem verbi, geminationibus, commorationibus, frequentationibus, demōstrationibus, distributionibus, cōfirmationibus, descriptionibus, contentionibus, exclamationibus, addubitationibus, subiectionibus, gradationibus, interpretationibus, permissionibus, circuitionibus, similiter cadentibus, similiter desinentibus, paribus relatis paribus dissolutionibus. In clausulis comprehensionis amat longiùs vno spiritu dicentis productas, aliàs incisum, aliàs mēbratim dicit, & in omnes se transmutat amplæ orationis species, asperat amat vocalium iuncturas, & hiantes vocalium cōmissiones non contēnit. In hoc figuræ genere hoc erit exemplum. Nam quis est vestrum, iudices, qui satis idoneam possit in eum pœnam excogitare, qui proderet hostibus patriam cogitare? Quod maleficium cum hoc genere comparari? Quod huic maleficio dignum supplicium potest inueniri? In ijs, qui violassent ingenuâ, matrem familias construpassent, pulsassent aliquem, aut postremo necassent: maxima supplicia maiores nostri consumpserunt: huic truculentissimo, ac nefario facinori singularem pœnam non reliquerūt. Atque in alijs maleficijs ad singulos, aut ad paucos ex alieno peccato iniuria peruenit: huius sceleris, qui sunt affines vno consilio vniuersis ciuibus atrocissimas calamitates machinantur. O feros animos: ò crudeles cogitationes: ò derelictos ab humanitate homines, quid agere ausi sunt, aut cogitare

potuerunt? Quo pacto hostes reuulsis maiorum se pulchris, deicctis manibus ouantes irruerent in ciuitatem? Quo modo Deum spoliatis tēplis, optimatibus trucidatis, alijs arreptis in seruitutem, matribus familias & ingenis sub hostilem libidinem subiectis, vrbs acerbissimo concidat incendio conflagrata? Qui se non putant id quod voluerint ad exitum perduxisse, nisi sanctissimæ patriæ miserandum scelerati viderint cinerem? Nequeo verbis consequi, iudices, in dignitatem reifed negligentius id fero, quia vos mei non indigetis. Vester enim vos animus amatissimus reipub. facile edocet, vt cum qui fortunâs omniū voluerit proderet, præcipitē perturbetis ex ea ciuitate, quam iste spurcissimorum hostium dominatu nefario voluerit obruere. Item illud Ciceronis in Verrem, Indignum hoc video videri omnibus, iudices, & id iam priore actione, quum hæc testes dicerēt intellexi. Retineri enim putatis oportere iura libertatis, non modò hic vbi tribuni plebis sunt, vbi cæteri magistratus, vbi plenum forum iudiciorū, vbi senatus auctoritas, vbi existimatio populi Rom. & frequentia, sed vbi cunq; terrarū ac gentium violatū ius ciuium Romanorum sit, statuitis id pertinere ad communem causam libertatis, & dignitatis. In externorum hominum & maleficiorum sceleratorumque, in prædonū hostiumq; custodias tu tantum numerum ciuiū Rom. includere ausus est? Nunquā ne tibi iudicij nunquam concionis, nunquam huius tantę frequentię, quæ nunc animo te iniquissimo infestissimoque intuetur, venit in mentem? Nunquam tibi populi Rom. absen-

absentis dignitas, nunquam species ipsa huiusmodi multitudinis in oculis animoq; versata est? nūquā te in horū cōspectū rediturū? nunquā in forum populi Rom. venturum, nunquam sub legum iudiciorumq; potestatem casurū esse putasti? His autem qui in hac figura versantur irrepit, nisi attendant, illa, quæ maxime vitanda est quæ sufflata cōmodè nominabitur. Nam vt bonā corporis habitudinem tumor nonnūquam imitatur, ita imperitis hominibus grauis illa ratio videtur, quæ turget, & inflata est hoc modo. Nā qui perduellionibus venditat patriam, non satis supplicij dederit, si præceps in Neptunias depulsus erit lacunas. Pannitet, igitur istum, qui montes belli fabricatus est campos sustulit pacis. Cognoscere igitur oportet dictionis tumorem ne grauitatis specie fallat. Hoc summo genere res suas tractant Epicū, & heroiici poetæ, vt Vergilius in libris Æneidos, & Homerus in Eliada, & Odyssæa, tragicū item. Oratores item eas per orationes, quibus animos auditorum commouere nituntur. Habemusq; speciem iam eloquentis quem nunquam vidit Antonius quem magno studio doctrinaque singulari inuestigabat Cicero, vt Bruto intelligenti & perito viro satis faceret. Tandemque eiusque speciem breuiter complexus est dicēs eum esse eloquentem, qui humilia subtiliter, & magna grauitate & mediocritate temperare potest dicere.

Cap. 8. Quomodo sint perpetuæ orationis partes componendæ.

Vt autem Rhetorica dialecticæ omnino respondeat, & altercationi parum eius

præcepta profunt, de perpetuæ orationis partibus differamus. Ac primum exordia pudica sint & modesta, quidquid est sublime & insolens tam in verbis, quàm in sententijs ammoueant. Nondum enim recepti sumus benignitate tantum & bona audientium gratia nitimur. Conciliatis animis & nostra oratione calentibus oportuniùs se hæc libertas insinuauit, sententiarum & grauitatis plurimum debet habere: & quæ pertinent ad dignitatem in se continere, hæc enim auditori oratorem multum commendant. Verborum splendorem, atque concinnitatem non multum curet, ne vlla suspitio nascatur apparationis & artificiosæ diligentię. Quæ fidem orationi & auctoritatem detrahunt. Temperata figura sæpius exprimuntur. Vt illud pro Marcello. Diurni silentij patres conscripti, quo erant his temporibus vsus non timore aliquo, sed partim dolore, partim verecundia finem hodiernus dies attulit. Idemque initium quæque vellem, quæque sentirem meo pristino more dicendi, tantam enim mansuetudinem tam in auditam inusitatamque clementiam, tantum in summa potestate rerum omnium modum tacitus nullo modo præteriri possum. Aliquando in accuto & submisso charactere ponuntur, præsertim si non nihil partitionis afferunt hoc pacto. Antequam de repub. P. Conscripti dicam ea quæ dicenda hoc tempore arbitror, exponam vobis breuiter consilium profectiois & reuersionis meę. Item, Quæ res in ciuitate duæ plurimum possunt hæc contra nos ambæ faciunt hoc tempore, summa gratia & eloquentia: quarum alteram. C. Aquili vereor, alte-

Quis sit eloquens.

Exordij eloquentis genus.

alteram metuo: eloquentia. Q. Hor-
 tensij, ne me dicendo impediatur nō
 nihil commoueor: gratia Sex. Neuij
 ne Quintio noceat, id verò non me
 diocriter pertimesco. Nec hoc tan-
 topere quærendum videretur, hæc
 summa in illis esse, si in nobis essent
 saltem mediocria. Verum ita res se
 habet, vt ego qui nec vsu satis, & in
 genio parum possum, cum patrono
 discretissimo comparer. Et P. Quin-
 tius cuius tenues opes, nullæ facul-
 tates, exiguæ amicorum copię sunt
 cum aduersario gratissimo conten-
 dat. Ad acrem & robustam dicendi
 formam nunquam ferè principia
 componuntur. Quare figura illæ sen-
 tentiarum quæ sublimē decent di-
 cendi genus auersiones, confirmatio-
 nes, exclamations, proemijs sunt
 alienæ. Tamen Cicero in Catilinā
 optima causa, & magno audientiu
 favore fidens ex abrupto ardenti di-
 cendi genere, & auersione vtens
 exorsus est. Quousque tandem abu-
 tere patientia nostra Catilina. Et
 Ouidius ex persona Aiæ exclamando
 incēpit, quod est sua natu-
 ra longè remotum ab exordio. Per-
 sonæ tamē & rei præsentis, ductum
 principiu fuit, valde consentaneū.
 Agimus pro Iupiter, inquit, Antera
 res causam & mecum confertur Vli-
 ses, &c. Etiam Cicero pro Ligario
 sermonem intulit in præmio auer-
 sum à iudice. Habes igitur Tubero
 quod est accusatori maximè optan-
 dum, confitentem reum. Sed tamē
 ita confitentem, se in ea parte fuisse
 qua virum omni laude dignum pa-
 trem tuum. Itaque prius de vobis
 delicto confiteamini necessario est,
 quam Ligarij vllam culpam repre-
 hendatis. Oratoris ergo prudentia
 hæc ars tota est gubernanda, neq;

certa & perpetua præcepta in ea
 studiose quærenda.

Narratio verò omnem capit or-
 natum, & omnia rhetoricæ præcep-
 ta in ea consumi possunt. Nam vel
 inueniendi magistri postulāt, vt di-
 lucida sit, quantum verò id postulet
 artificiu, quot artis ad hoc præcep-
 ta pertineant, secundo libro expo-
 suimus. Texitur autem narratio, vel
 enucleata figura, vt omnes ferè nar-
 rationes Cæsaris, & Xenophontis,
 vel tēperata, vt illa Ciceronis, Fuit
 apud Segestanos, ex ære simulacrū
 Dianæ, tum summa, atque antiquis-
 sima prædium religione, tum sin-
 gulari opera artificioque perfectū.
 Hoc translatum Carthaginem, lo-
 cum tantum hominesq; mutarat.
 Religionē quidem pristina conser-
 uabat. Nam propter eximia pul-
 chritudinem, etiam hostibus digna
 quam sanctissime colerent, videba-
 tur. Aliquot seculis post. P. Scipio
 bello punico tertio Carthaginem
 cepit, qua in victoria (videte homi-
 nis virtutem & diligentiam) vt &
 domesticis præclarissimæ virtutis
 exemplis gaudeatis. Et eo maiori
 odio dignam istius incredibilem au-
 daciam iudicetis: conuocatis siculis
 omnibus, quod diutissime, sæpissi-
 meque Siciliam vexatam à Cartha-
 ginensibus nouerat, iubet omnia
 conquiri sibi pollicetur magnæ cu-
 ræ fore, vt omnia ciuitatibus, quæ
 cuiusq; fuissent restituerentur. Sūt
 & alia plurimæ apud auctore eun-
 dem narrationes, quæ satis expressè
 imaginem representant intermediij
 characteris. Grandiloqui verò gene-
 ris illud est in Verrē valde perspi-
 cum exemplum. Ipse inflamatus
 scelere & furore in forum venit. Ar-
 debant oculi toto ex ore crudelitas
 emana

*Narratio-
 nis elocutio-
 nis genus.*

emanabat. Expectabat omnes quo
 tadem progressurus, aut quid nam
 acturus esset: quum repente homi-
 nem proripi, atque in foro medio
 nudari, ac deligari, & virgas expedi-
 re iubet. Clamabat ille miser se ciuē
 esse Romanum, municipem Cosa-
 num, meruisse cum. L. Precio splen-
 didissimo equite Romano, qui Pa-
 normi negotiaretur, ex quo hæc
 Verres scire posset. Tum iste se cō-
 perisse ait, eum speculari causa in
 Siciliam ab ducibus fugitiuorū esse
 missum: cuius rei neque index, neq;
 vestigium aliquod, neque suspicio
 cuiquā esset vlla. Deinde iubet vn-
 dique hominem proripi, vehemen-
 tissimèque verberari. Cædebat vir-
 gis in medio foro Mesanæ ciuis
 Romanus, iudices, quum interea
 nullus gemitus, nulla vox alia istius
 miseri inter dolorem crepitumque
 plagarum audiebatur, nisi hæc, ciuis
 Romanus sum. Hac se commemo-
 ratione ciuitatis omnia verbera de-
 pulsurum, cruciatumque à corpore
 deiecturum arbitrabatur. Is nō mo-
 do hoc non perfecit, vt virgarū vim
 deprecaretur: sed cum imploraret
 sæpius, vsurparētque nomen ciuita-
 tis, crux, crux inquam in felici &
 æruginoso, qui nunquam istam po-
 testatem viderat comparabatur. O
 nomē dulce libertatis, o ius eximiu
 nostrę ciuitatis, o lex Porcia, legesq;
 Sempronianæ, O grauiter desiderata,
 & aliquādo reddita plebi Romanæ
 Tribunitia potestas. Aliquandoque
 in media narratione ira concitus
 Cicero exclamat. Nubit genero so-
 crus, nullis auspicijs, nullis auctori-
 bus, funestis omnibus omnium. O
 mulieris incredibile scelus, & præ-
 ter hanc vnam in omniuita in audi-
 tum. O libidinem effrenatam, & in

domitam. O audaciam singularem.
 Non timuisse, si minus vim Deorū
 huminumq; famam, at illam ipsam
 noctem facēsque illas nuptiales: nō
 limen cubiculi? non cubile filię: nō
 parietes denique ipsos superiorum
 testes nuptiarū perfregit, ac postra-
 uit omnia cupiditate, ac furore. Vi-
 cit pudorem libido, timorem auda-
 cia, rationem amentia. In confirma-
 tione verò versant vniuersa huius
 artis præcepta: adeo vt si eius com-
 mentandæ ratio sigillatim esset ex-
 ponenda, denuo esset ars tota repe-
 tenda. Tantum trium figurarū qui-
 bus omnis alligatur dicendi præcep-
 tio exempla referat. Submissæ figu-
 ræ hoc erit exemplum. Cum volun-
 tas, & consilium, & sententia inter-
 dicti intelligatur impudēciam sum-
 mam, aut stulticiam singularem pu-
 tabimus, in verborum errore versa-
 ris, rem & causam, & vtilitatem cō-
 munem non relinquere solum, sed
 etiam prodere. An hoc dubium est,
 quin neque verborum tanta copia
 sit, non modo in nostra lingua, quæ
 dicitur esse inpos, sed ne in lingua
 quidem vllā, res vt omnes suis cer-
 tis, ac proprijs vocabulis nomine-
 tur: neque verò quicquam opus sit
 verbis, cum ea res cuius causa verba
 quæsitæ sint; intelligatur? Quæ lex,
 quod senatus consultum, quod ma-
 gistratus edictum, quod fœdus aut
 pactio quod (vt ad priuatas res re-
 deam) testamentum, quæ iudicia,
 aut stipulationes, aut pacti, aut cōn-
 uenti formula non infirmati, aut
 conuelli potest, si ad verba rem de-
 flectere velimus, consilium autem
 eorum, qui scripserūt, & rationem,
 & auctoritatem relinquamus? Ser-
 mo hercule & familiaris, & quoti-
 dianus nō cohærebit, si verba inter-

*Confirmatio-
 nis elocutio-
 nis ge-
 nus.*

nos aucupabimur. Deniq; imperiū domesticum nullum erit, si seruilis hoc nostris concesserimus, vt ad verba nobis obediunt, non ad id, quod ex verbis intelligi possit, obtemperent. Exemplis nunc vti, videri licet mihi necesse non est harum rerum omnium non occurrit vnicuique vestrum aliud alij in omni genere exemplum? quod testimonio sit, non ex verbis totum pendere ius, sed verba seruire hominum consilijs & auctoritatibus? Ornate & copiose. L. Crassus homo longe eloquentissimus, paulo antequam nos in forum venimus iudicio centum virali hanc sententiā defendit, & facile cum contra eum prudentissimus homo Quin. Mutius diceret probavit omnibus M. Curium, qui hæres constitutus esset, ita mortuo Postumo filio, cum filius non modo non mortuus, sed ne natus quidem esset hæredem esse oportere. Quid? Verbis satis, hoc cautum erat minime. Quæ res igitur valuit? Voluntas. Quæ si tacitis nobis intelligi possit, verbis omnino non vteremur, quia non potest verba reperta sunt, non quæ impedirēt, sed quæ indicarent voluntatem. Interiecti vero generis hoc sit exemplum in confirmatione. Ac ne illud quidem vobis negligendū est, quod mihi ego extremū proposueram, cum essem de belli genere dicturus, quod ad multorum bona civiū Ro. pertinet quorū vobis pro vestra sapientia Quiritibus habenda est ratio diligēter. Nā, & publicani homines honestissimi & ornatissimi suas rationes & copias in illā prouinciā contulerūt, quorū ipsorū per se res & fortunæ curæ vobis esse debēt. Etenim si vestigalia neruos esse reipub. semper duxi-

mus: eum certe ordinem, qui exercet illa, firmamentum cæterorum ordinū rectè esse dicemus. Deinde cæteris ex ordinibus homines nauis & industrij partim in Asia negotiatur, quibus vos absentibus consulere debetis: partim suas, & suorum in illa prouincia pecunias collocatas habent. Erit igitur humanitatis vestræ, magnū eorū civiū numerū calamitate prohibere, sapientiæ videre multorum calamitatem à reipub. seiunctam esse non posse. Aliquando rem omnem demonstravit orator, vehementer amplificat ardenti genere vtens, hoc modo Cic. in Verrē, Etenim si illud est tam flagitiosum (quod mihi omnium rerum turpissimum maximeq; nefarium videtur) ob rem iudicandam pecuniā accipere, pretio habere ad dictā fidem & religionē: quantum illud flagitiosus, improbius, indignus, cum à quo pecuniā ad absoluendū acceperis, cōdēnare, vt ne prædonū quidē prætor in fide retinenda consuetudinē cōseruaret. Scelus est, accipere ab reo, quantum magis ab accusatore? Quāto est sceleratius ab vtroq;? Fidē cum proposuisses venalē in prouincia, valuit apud te pl^o qui pecuniā maiore dedit. Cōcedo, forsitan aliquis aliquādo eiusmodi quippiā fecerit. Cū verò fidē ac religionem tuā alteri addictā pecunia accepta habueris, post eandē aduersarijs tradideris maiore pecunia vtrūq; salles? Et trades cui volles, & ei quem sefelleris, ne pecuniā quidē reddis? Quem mihi tu Bulbum, quē Stalcinū: quod vnquam huiusmodi monstrum, aut prodigium audiuimus, aut vidimus? Qui cum reo transigat post, cum accusatore decidat, honestos homines, qui causam nouerint ab-

Peroratio
nis eloquentia.

ableget, consilioque dimittat: ipse solus reum absolutum à quo pecuniam acceperit, condemnet, pecuniamque reddat: hic de capite libero iudicabit. Huic iudicialis tabella committetur, quam iste non modo cera, verum etiam sanguine, si visum erit, notabit. In peroratione vero omnia ad dignitatem & amplitudinem referuntur, vt ardens ad eos perueniat oratio, qui cæteris eius partibus incaluerunt, quare nulli orationis parti aptior est character ille robustus & copiosus quam perorationi. In duas partes eam in dialecticis distribuimus in enumerationem & animorum commotionem. Enumeratio est illa vehemens & acris Ciceronis in Verrem. Nunc te Iupiter optime max. cuius iste donum regale, dignum tuo pulcherrimo templo, dignum capitolio atque ista arce omnium nationum, dignum regio munere tibi factum ab regibus, tibi dicatum atque promissum, per nefarium scelus de regis manibus extorsit, cuius sanctissimum & pulcherrimum simulacrū Syraculis sustulit: teque Iuno Regina cuius duo fana duabus insulis posita sociorum, Melita & Sami sanctissima & antiquissima simili scelere omnibus donis, ornamentisque nudauit: teque Minerua, quam iste duobus in clarissimis & religiosissimis templis expilauit: Athenis, cum auri grande pondus Syraculis cum omnia præter textum, & parietes abstulit: teque Latona, & Apollo, & Diana, quorum iste Deli non fanum sed vt hominum opinio, & religio fert, sedem antiquam, diuinumque domicilium nocturno latrocinio, atque impetu compilauit: etiam te Apollo quem iste Chio sustulit, teque

etiam atque etiam Diana, quā Perge spoliavit, cuius simulacrum sanctissimum Segesta, bis apud Segestanos consecratum semel ipsorum religione, iterum P. Africani victoria tollendum asportandumque curauit: teque Mercuri, quem Verres in villa, & priuata aliqua palestra posuit. P. Africanus in vrbe sociorū & in gymnasium Tyndaritanorū iuuentutis illorum custodem & præfidē voluit esse: teque Hercules, quem iste Agrigenti nocte intempesta, seruiorum instructa, & comparata manu conuelleret ex suis sedibus, atque auferre conatus est: te sanctissima mater Idæa, quam apud Enguinus augustissimo, & religiosissimo in templo sic expoliata reliquit, vt nomen modo Africani, & vestigia violatæ religionis maneat, monumenta victoriae fanique ornamenta non extant: vosque omnium rerum forensium, consiliorum maximorum, legum iudiciorumque arbitri, & testes celeberrimo in loco Prætorij locati Castor & Pollux, quorum è templo questum sibi iste & prædam maximam improbilissime comparauit: omnesque Dij, qui vehiculis Thensarum solemnem cætus ludorum initis, quorum iste ad suum questum, non ad religionum dignitatem faciendum, exigendumque curauit: teque Ceres & libera, quarum sacra, sicut opinioniones hominum, ac religiones ferunt, longè maximis atque occultissimis cærimonijs continentur, à quibus initia vitæ, atque victus, legum morū, mansuetudinis, humanitatis exempla hominibus & ciuitatibus data, ac dispersita esse dicuntur: quarum sacra populus Romanus à Græcis ascita, & accepta tanta religione,

& pu-

& publicè & priuatim tuetur, non ut ab alijs huc allata, sed ut cæteris hinc tradita esse videantur: quæ ab isto vno sic polluta & violata sunt, ut simulachrū cæteris vnum, quod à viro nō modo tangi, sed ne aspici quidem fas fuit, è sacratio Catinæ conuellendum auertendumque curauerit, alterū autem Ennæ ex sua sede, ac domo sustulerit: quod erat tale ut homines, cum viderent, aut ipsam videre se Cererem, aut effigiem Cereris, non humana manu factam esse, sed cælo delapsam arbitraretur, vos etiam atque etiam imploro & appello sanctissimæ Deæ, quæ illos Ennenses lacus, lucosque colitis, cunctæque Siciliae, quæ mihi defendenda tradita est præsidetis: à quibus inuentis frugibus, & in orbē terrarum distributis, omnes gentes ac nationes vestri religione numinis continētur: Cæteros item Deos Deasque omnes imploro, atque obtestor, quorum templis & religionibus iste nefario quodam furore & audacia instinctus bellum sacrilegum semper, impiumque habuit inductum. Ut si in hoc reo, & in hac causa omnia mea consilia ad salutē sociorum, dignitatemque populi Rom. fidem meam spectauerunt: si nullam ad rem, nisi ad officium & veritatem omnes meæ curæ vigilie, cogitationesque laborarunt: quæ mea mens in suscipienda causa fuit fides in agenda eadem vestra in iudicanda sit, &c. Ad animos verò cōmouendos duo affectuum genera esse diximus in dialecticis vnum alterum *περί, κού. κού* hoc sit exemplum. Hoc onus si vos aliqua ex parte alleuabitis, seram, ut potero studio, & industria iudices: sin à vobis id quod non spero deferar, tamen

animo non deficiam, & id quod suscepi quoad potero, perferā. Quod si perferre non potero, opprimi me officij onere malo, quam id quod mihi cum fide semel impositū est, aut propter perfidiam abijcere, aut propter infirmitatem animi depone. *περί, κού* genus distribuitur in commiserationem, & indignationem. Commiserationis hoc pacto erit character. Vos vos appello fortissimi viri, qui multum pro rep. sanguinem effudistis, vos in viri, in cuius inuicti appello periculo, centuriones vosque milites vobis non modò inspectantibus, sed etiam armatis huic iudicio præsidentibus. Hæc tāta virtus ex vrbe expelletur ex terminabitur & eijcietur. Item quod in me tantum facinus admisi iudices, quum illa iudicia communis exitij indagari, patefecerit, protuli extinxi? quid me reducem esse voluistis? an ut spectante me expelleretur ij, per quos essem restitutus? Itē Sed ut omnium vel suspitioni, vel malevolentia, vel crudelitati satisfiat occultat pecuniam Posthumus, latent regis diuitia. Equis est ex tanto populo, qui bona. C. Rabirij Posthummi nummo sestertio sibi addici velit? Sed miserū me quanto hæc dixi cum dolore? Hem Posthume tu ne es Curiij filius. C. Rabirij, & iudicio & voluntate filius, natura sororis filius? Tu ne ille in omnes tuos liberalis? cuius multos bonitas locupletauit. Nihil profudisti, nihil vllam in libidinem contulisti. Tua Posthume nummo sestertio à me addicuntur: O meum miserum acerbumque præconium. At hoc etiam optat miser, ut cōdemnetur à vobis, ita bona veniant, ut solidū suum cuique soluarur. Nihil iam aliud

aliud nisi fidem curat, nec vos huic si iam obliuisci vestrae mansuetudinis volueritis, quicquā præterea potestis accipere. Indignationis verò sic. In externorū hominum, & maleficorum sceleratorumque, in prædonum hostiumque, custodias tu tantū numerum ciuium Romanorū includere ausus es? Nunquam ne tibi iudicij, nunquā concionis, nunquam huius tantæ frequentia, quæ nunc animo te iniquissimō infestissimoque, intuetur, venit in mētē? Nunquā tibi populi Rom. absentis dignitas, nūquam species ipsa huiuscemodi multitudinis in oculis animoque, versata est: nunquā te in horū conspectum rediturum, nunquam in forū populi Romani venturum nunquā sub legum iudiciorumque potestatem casurum esse putasti?

Cap. 9. De genere dicendi seruādo in philosophia historia & poesi.

VT autem rhetorica omnino cum dialectica comparatur aliquid oportet præcipere de dictione perpetua in philosophia tradēda, in historia scribēda & in poemate cōponendo. In historia præter ea, quæ in narratione diximus, illud adiungendū est breue & singulare Cicer. præceptū in libro secundo de oratore loquentis de historię ratione, Verborum autem (inquit) ratio, & genus orationis fufum atque tractum, & cū lenitate quadam æquabili profluens, sine hac iudiciali asperitate, & sine sententiarū forensium aculeis prosequendum est. Quod præceptum optimè tota sua historia Genophon declarat: Cæsar etiam si non nihil ei cogmentationis addideris. De philosophorū verò oratione ita in oratore loquitur. Lo-

quūtur cū doctis, quorū sedare animos malūt, quā incitare: siquidē de rebus placatis, ac minimè turbulētis docēdi causa, nō capiēdi, loquuntur: ut in eo ipso, quod delectationē aliquā dicēdo aucupētur, plus nonnullis, quā necesse sit facere videantur. Ergo ab hoc genere non difficile est hanc eloquentiā, de qua nun agitur secernere. Mollis est. n. oratio philosophorū, & vmbatilis, nec sententijs, neque verbis instructa populis, nec iūcta numeris, sed soluta liberius, nihil iratum habet, nihil inuidum, nihil atrox, nihil mirabile, nihil astutum: casta, verecunda, virgo incorrupta quodammodo. Itaque sermo potius, quā oratio dicitur. Cuius præcepti nullū puto magis perspicuum, & illustre exemplū reperiri posse, quā libri Ciceronis de officijs. Præter Aristot. nisi tanta ei⁹ obscuritate impediatur quis. Tamen suauitas cogmentationis & elegantia eius est admirabilis, ob eamque rem à Cicerone existimatus est omnium eloquentissimus. Licet aliquando Platonem excipiat, sed in hac parte, quæ attinet ad sermonem philosophi excipiendum non puto. Poetæ autē oratio quo ad eloquentiam attinet nulla re à rhetoris oratione differt, nisi quod numeris sit astrictior. Eisdē enim præceptis cōpositionis cogmentationis & figurarū tam verborū, quā rerū & tribus illis characteribus dirigitur, quod ut patēfieret in his rebus explicandis multa poetarū exēpla protulimus. Cōponendorū verò carminū rationem satis copiosè secundo libro declarauimus. Atque ita facile constat quo pacto rhetorica dialecticæ sit *περί, κού*.

Poete oratio.

Historia elocutio

DE MULTOIDEI LIBRO

De multoidei libro

De multoidei libro

De multoidei libro

De multoidei libro

De multoidei libro

De multoidei libro

De multoidei libro

De multoidei libro

De multoidei libro

De multoidei libro

De multoidei libro

De multoidei libro

De multoidei libro

De multoidei libro

De multoidei libro

De multoidei libro

De multoidei libro

De multoidei libro

De multoidei libro

De multoidei libro

De multoidei libro

DIDACI ASTVNICA

EREMITAE AVGVSTINIANI PHYSICAE

ca. libri vndecim, quibus vniuersa naturalis Philosophia perfecte & eleganter explicatur, lib. 1.

CAP. I. De subiecto Physicae.



Vperioribus sciē
cijs, quas hactē
nus tradidimus,
metaphysica, dia
lectica, rhetorica
in toto genere re
rum, vel notionum versati sumus:
iam ad illa decē rerū genera, in quē
res omnes in metaphysica partiti
sumus, accedētes discutiamus, quid
in illis sit contemplatione dignum
& quod acuratiorem sciētiā con
siderationem desideret. Primum
genus substantiam esse posuimus,
eamque in corporis participem &
expertem secauimus. In ea verō,
quē corporis est particeps tota phy
sica vel naturalis sciētia cernitur.
De qua nos deinceps disputabi
mus. In hoc tamen eius aditu, &
quasi ianua multi, nobis auctores
occurrunt minime concedentes
physicam in substantia corporis par
ticipem versari, sed subiectum, quod
tractat esse, vt quidam opinantur,
ens mobile, alij corpus mobile, a
lij corpus, quod sub sensum cadit,
alij ens naturale, longissimaeque de
hac re inter illos est disputatio:
sed quae non multam difficulta
tem habeat, & quae potius certan
di studio, quam veritatis amore in
stituta esse videatur. Nihil enim
discrepant, neque physicae partibus
neque eius progressu & doctrinae

Substantia
corporis
particeps
physicae sub
iectum.

ductu. Quid autem interest, an hoc
an illud genus sciētiā propositum
sit ad docendum, si quodcumque sit,
eandem omnino sciētiā, & ex
eisdem partibus coagmentatā sub
ministrat: Mihi verō commodius
esse videtur, vt physicae substantia
corporis particeps attribuatur, vt
ei sciētiā ex contraria parte respō
deat, quae in substantia corporis ex
parte posita est: vt toti⁹ philosophiae
ratio per res vniuersas, & earū quasi
formas procedat. Iā verō ens mobi
le non ita eodem modo explicare videt
physicae subiectum. Nam ens meta
physicae propositum nihil est, quod
in alia sciētia repetatur, tum illud
mobile difficile quidē est, & obscu
rū propter naturam motus, quae nō
est in prōptu sed recondita quadā
ratione cognoscitur. Mirro quod a
quibusdā philosophis esse negetur.
Ratio igit non est, eos quae ad phy
losophiā accedunt, primo eius adit⁹
vestibulo prohibere, quasi per cali
ginem eorum animi aciem praestrin
gentes. Hoc est in eos dico, qui ens
naturale physicae subiiciūt, quod dif
ficulter intelligatur, quid natura sit
rerum enim motu & statu declara
tur. In quo etiā illi reprehendi pos
sunt, qui motum physicae subiec
tum aestimant. Cur non etiam ex
statu vel quiete, cum non minus
physici sit considerare corporum
Z 2 statum

statum, quàm motum & motus potius ad statum, quàm è contrario status ad motum referatur. Iam verò ij, qui corpus mobile, vel subsensum cadens physicis proponunt minus consideratè mihi loqui videntur. Nam cum corpus natura, quod motu agitur & subsensum cadit complectatur perinde est ac si cum de homine sit agendum in homine ad ridendum apto versandum esse quis dicat. Substantiam ergo corporis participem tractabimus, quo sermone si pro dignitate habeatur in nullà eius parte naturalis scientia fraudabitur. Nihil enim ad hanc doctrinam spectat, quod substantia non sit corporis particeps, vel aliqua ratione ad eam referatur.

Cap. 2. De materia substantiæ corporis participis.

Cum autem ut in dialecticis docuimus ex causis vera rerum scientia procedat, rectè physica tractabuntur, si causas substantiæ corporis participis aperiamus. In quare fides sensibus habenda est. Perfectaque illa erit demonstratio, quæ ex principiis sensu cognitivis ducta fuerit. Cernimus autem res alias oriri, alias interire, alias commutari. Longèquè aliter de rerum ortu, quàm de interitu & commutatione de interituque, quàm de commutatione loquimur & putamus. Ortum enim rem quæ antè non erat existere ducim⁹, interitu verò funditus tolli, & extingui, commutatione verò, neq; rem, quæ non erat nasci, neque perire credimus. Nam quod Parmenides & Melissus, ut omnia unum esse defenderent, non patiebantur res oriri aut interire, sed tantum commutari concedebant per-

spicuitati & euidentiæ repugnabant. Quis enim non videt: non sentit: vel patre, vel auum suum, qui fuerat non esse, seque ipsum non semper fuisse, sed recenter esse natum. Eam tamen rem eos sefellisse suspicor. Quod eadem prope ratione in quotidiano sermone de ortu & interitu, quàm de commutatione loquimur. Sicut enim dicimus ex non albo fieri album, vel ex albo fieri non album, ita etiam ex non homine hominem fieri, & ex homine fieri non hominem. Quare quæ nos ortus & interitus vocamus commutationes potius esse videtur uniuersi. Quia si verbis non differat oratio quæ de ortu & interitu est ab ea quæ est de commutatione inuestigandum est quid re differant, ut plane hunc errorem refutemus. Querendum igitur est utrum ortu, ita tota res consistat, ut nihil antea illius fuerit, & interitu, ita extingatur, ut nihil eius supersit. An verò neq; rem omnino totam ortus afferat, neque interitus deleat. Quod autem ortus aliqua re nitat ex eo facile cognoscitur, quod alioqui ex nihilo res nascerentur, quod est valde à rerum natura alienum, nemo enim ex nihilo arborem procreari putat, sed ex semine. Ita animalia, & alias res viuentes & non viuentes. Item rem nullam in nihilum interire videmus, sed omnes in aliquam aliam. Ut homo non in nihilum, sed in cadaver occidit, & ita cætera animalia. Ignis non in nihilum, sed in aera abit, aer in aquam, aqua in terram & è contrario. Aliquid igitur semper ère, quæ intercidit relinquitur. Ità verò res aliæ mutantur & conuertuntur in alias, ut cibus in sanguinem, sanguis in carnem, terra aqua madida in arborem, quæ alitur ex illa, ignis, item in aera & alia huiusmodi.

Cur quidam res non ori-
ri, sed commu-
tari putant.

Ortus autem
qua re nitat.

iusmodi. Quod si nil eius rei, quæ perit, reliquum esset, non magis in vnam, quàm in aliam rem conuertispuitandum esset. Præterea ignis parat lignum, vel aliam rem calore, ut igne ex illo excitet. Aliquid igitur est in ligno, quod calore accipiat, & foueat, non autè huiusmodi munus præstat, forma ligni cum ille repugnet, & pro se resistat ei rei, quæ ligni speciè perdere molitur. Quod igitur accipit, & fouet calorem, non eueritur calore, quem amat, nec forma illa ignis quàm calor affert, labefactat, permanet ergo excitato igne. Tunc de ortu, & interitu, sicut de alijs mutationibus loquimur, sicut enim dicimus ex homine indocto fit doctus, & homo indoctus fit doctus, & de re non alba, vel nigra fit alba, vel res non alba vel nigra fit statua, & ex ère fit statua, vel ès fit statua. Ita etiam ex non homine fit homo, & non homo fit homo, & lignum fit ignis, vel ex ligno excitatur ignis. Quo quidem omnium loquentium consensu significatur similiter in ortu & interitu, sicut in mutatione subesse aliquid vtri termino commutationis. Vt ipsa veritas impulsu quodam nature mentè ad se omnium loquentium alliciat. Illud ergo, quod rerum interitu relinquitur & ortu non renouatur, est rerum materia. Quæ causa adeo manifesta est, ut omnes philosophi, qui de nature causis differuerunt, eam attigerint. Etenim ob eam rem Parmenides & Melissus omnia unum esse tradidit, quod res omnes ex vna prima corporis materia consistere cerneret, nec ad rerum formas oculos adiecit, ex quibus potius earum differentiæ cognoscitur. Materiam etiam adumbrabant, qui chaos, & confusam illam rerum congeriè natura

Quæ nã sit
rerum ma-
teria.

Cur quidam
omnia unum
esse credide-
runt.

lium rerum causam & principium esse statuere. Quæ doctrina ascribitur Anaximandro Milefio Taleto, Anaxagora & Hesiodo & alijs poetis, quod ex argumento Anaxagoræ intelligitur, quod fuisse ductum Aristoteles commemorat, quia nimirum ex nihilo nihil fit, quo nos in primis materiam scrutati sumus. Materiam etiam inuebant corpuscula illa indiuidua, ex quibus confusum illud acerrum constabat, quibus separatis in ordinemque descriptis Deum mundum instuxisse, & ornasse narrabant. Materiam etiam notabat Empedocles, cum totum illud chaos ad quatuor elementa redigebat, docens rerum omnium materiã, quatuor elementa esse. Materiam etiam ostendebat illi, qui trium aliquid elementorum subiectum, & propositum rerum omnium corpus, vel aliud, quod aere rarius, igne verò densius esse iactabant. In eaque re omnes isti philosophi reprehendendi & arguendi sunt, quod in rerum consideratione, ita materia moueatur, ut omnes causas ex altera parte collocatas vix minimi momenti instar habeant. Nam eius formæ, quæ per se rebus conuenit, nullam mentionem fecerunt: cum longè præstantior sit ad earum vires ponderandas & distinguendas, tantum eas formas, quæ non per se, sed per aliud in res cadunt, non nihil commemorarunt, densitate & raritate res ex illo primo principio, quodcumq; sit, separantes, atque gigantes distinguebant, ut re à re discrepare iudicaret, quod densiorem vel rariorem haberent materiam. Alij figura situ & ordine dumtaxat indiuidua illa corpuscula, discernentes, ex quibus chaos illud

immensum cōstatū erat? Res verò ex illo seiūgi atq; inter se cōstitui, exsu peratione & defectione, vt illa res sit caro, in quam plura corpuscula, quæ caro sint collata fuerint, illa ve rō, os in quam plures ossis partes cō fluxerint & ita in alijs. Qui quidem hac dicendi ratione vniuersam rerum rationem materiæ assignant, vt & illi, qui raritate, & dēsitare res infor mari arbitrantur. Itaq; mate riam esse rerum naturalium, præ terquam quod argumentis certifi simis à nobis demonstratum est, res etiam ita nota & testata est, vt multi philosophi, qui alias cau sas non cognouerant, hanc mini mē ignorarunt.

Multi phi losophi ma teriam esse rerum natu raliū cog noverunt.

Sed in tanta librōrū colluue, quā tam nunquam maiorem, quā his temporibus extitisse puto, exit pro ximis his diebus liber Frācisii Val lesij, quo prorsus materiam vllā esse negat, rerum naturalium formas tā tum cognoscit, quare valent in il lum omnia argumenta, quibus ma teriam esse probauimus. Ipse tamē argumentū illud, ex nihilo nihil fie ri explicari conatur, ita esse conce dens, quia quidquid fiat ex alia re perempta fit: ita vt ei succedat ni hil ex ea tamen accipiat, itaque ignis ex ligno gignitur, quod ligno tantū sublato, ignis succedat. At in alijs rebus nemo ita loquitur, vt ex alio aliquid fieri dicatur, quod in eius locum succedat. Non enim se dens ex sedēte fit, quod sub alterius sedem subeat, neq; magistratus ex magistratu efficitur, quod alicuius muneri alius succedat. Vnde ergo hæc noua loquendi ratio rerum na turalium vicistudini ac mutatio ni incesit? Iam verò cum ex ligno ignē fieri pronunciamus, aut illud,

Vallesius notat.

Ex vllam causam significat, aut nul lam. Si causam affert, ergo vel eius formā vel efficiētem vel finem vel materiam, non formam, quia lig num non est ignis forma, nec fi nē, non enim ignis ad lignum re fertur, quod euerit, & labefactat cum finis potius natura sua que ratur, nec etiam efficiēte, lignum siquidem non efficit ignem, nam efficiens formam suam in effectu exprimere molitur, at ligni forma deletur, nihil igitur lignum efficit. Materiā ergo illa dicendi ratio so nat. Ex ligno fit ignis. Est ergo ali qua rerū materia, cum ille loquēdi modus verus sit. Sin autem eo dicē di modo nulla causa declaratur, er gonon per se & vi sua hic ignis ex illo excitatur igni. Nam quod per se vique sua est, causam aliquam po nit. Aliter enim non per se, sed per aliud, non vi sua, sed aduentitia, & extraria vi esse diceretur. Non se cus ergo ex ligno fit ignis, quā ex cane vel culice, si tunc extingueretur, quod enim aduentitium est, & extrinsecum vbiq; valet. Præ terea si nulla materia est, nisi tantum forma nihil posset fieri aliud, non enim euenire potest, vt forma san guinis fiat forma carnis, aut vt panis forma, fiat forma sanguinis, aut vt ligni forma fiat ignis, ita ne que album potest fieri nigrum. De inde ipse Vallesius docet eo ipso lo co, res fieri naturæ tanquam instru mentis, vt ignis calore & aqua fri gore. Quid præstat rogo, igni gene rando calorē, quē ante lignum ab igne accepit, si lignum torum, & quidquid accidentis in ipso est, funditus tollitur ac deletur? Aut cur potius tunc ignis accenditur, quā alia res effici? Aut quo pacto hæ res

hæ res cōnectuntur, & inter se sunt aptæ, ignis, calor, calefactio ligni & alterius ignis generatio. Quæ series causarum sapienter explicari ex ista sententia non potest, sine dubitatio ne ergo absurda est & illa, vera, quæ rerū naturalium aliquam materiā ponit.

Cap. 3. Quid materia sit.

SEd magna difficultas est, quid nā materia sit naturalis, id est illa materia, quæ nec ortu re nouatur, nec interitu deletur. Nā illam materiam, quam afferebant illi philosophi, qui vel aquā, vel æ ra, vel ignē, vel aliquid in medio æ ris, vel ignis locatum, rerum princi pium esse dicebant, nihil ad eam, quam querimus materiā pertinet, Cum hæc singula aliquā per se for mam habeant, quæ non patietur, dum ipsa fuerit superstes aliam for mam in eadem materia capi. Quod enim ignis est, nec terra, nec arbor nec homo, nec alia essētia est, & ita in alijs tribus principijs. Materiam verò eā hoc loco expiscamur, quæ omni forma destituta sit, quæ vera il la substantia consistat. Item ignem extingui, æra & aquam absorbi vi demus. Non in nihilū, sed in aliquā rem corpora ista occidunt, illud igitur quod ab igne vel aqua profectū in rem aliam labitur, potius materia est, quā hoc loco odoratur, quā ignis, ær, vel aqua. Item illam mate riam querimus, cuius participes sint substantiæ omnes corporis partici pes. At aqua, ignis, vel ær nō est per se viq; sua in omnibus corporibus non igitur esse potest, quam indaga mus materiam. Quatuor denique elementa inter se pugnant, & alia ex alijs vltro citroque oriuntur, nul

Quam ma teriam que rit physi cas.

lum eorum igitur esse potest mate riam, quæ semper eadem in interitu est, & ortu ei⁹ rei, quæ succedit. Qui verò ad rudē illam & confusam cō gerie materiā naturæ reuocant, mi nus doctē & parū ad institutū natu ræ sermonē, accommodatē loquun tur. Non enim ortui, & interitui lo cū vllum relinquūt, sed tantū com mutationem admittunt, nā congre gatione res conformari, & dissipati one deleri contendunt, saluis illis semper & integris corpusculis indi uiduis, ex quibus vniuersitatē constare contendunt. Quis enim e quo animo audiet hominem, & aliud quodcunq; animal neq; interit se, neq; vnquam ortū fuisse. Aristo. autē rei fortē difficultati assentiens nihil in hac re certē & definitē pro ferre ausus est. Potius. n. dixit, quid non esset, quāquid materia esset. In septimo. n. metaphisico ait. Mate riā autē eā dico, quæ nec quid per se ipsam, neq; quantū, neq; aliud quid quam eorū dicitur, quibus id quod est diffinitur. Quare ipsam vltimū neq; quid, neq; aliud quidquā per se esse videtur, at neq; etiā negatio nes etenim hæc per accidens com petēt. In fine verò primi physici vi det voluisse materiā definire, & ei⁹ naturā declarare dicens, Dico mate riā primū subiectum vniuscuiusq;, ex quo fit aliquid, cum in sit, non se cundum accidens, & si corrumpitur aliquid, in hoc abibit primum. Sed hæc definitio non ex proprijs sumitur materiæ naturalis, quam in dagamus, sed ex communibus, vel toti materiæ generi, vel quæ sunt ei cum forma. Etenim subiectū esse ad omnem materiā spectat, es enim & marmor statuq; subiectū est, late res, lapides, & ligna, domus, corpus

Aristo. de materia se contia.

Cuiusque materia cōmnia.

candoris, mens scientiæ, animus virtutis, ita enim in totum genus materiæ conueniunt. Subiectum, potestas, receptaculum, Subiectum, Quod quidquid materiæ munere fungitur, formæ subest, materia enim refertur ad formam, quia eius sedes est. Potestas est, quia potest subesse & subijci formæ, & illam capere, receptaculum quod illam recipere & fouere queat. Commune verò materiæ cum formæ est, quod fiat aliquid ex eis nõ per aliud, sed per se. Illud tantum videtur esse proprium materiæ, quam perferuntur, ut sit eorum, quæ oriuntur primum subiectum, & vltimum in quod recidunt ea, quæ intereunt. Sed tota difficultas est, quid nam sit illud primum, quidque sit illud vltimum. Quare parum luminis Aristoteles attulisse videtur ad materiam rerum naturalium exquirendam. Temeritatem fortè fugiens, & summæ difficultati feruens. Nunc quid eius discipuli de hac re dicant consideremus. D. Thomas, Sotus, & alij dicunt materiam rerum naturalium, quam primam vocant, sua vi, atque natura puram esse potestatem ab omni actione vacuum. Ita horum iudicio, materia per se non est, sed esse potest per aliud, per formam scilicet, sed si materia sua vi vacat actione, sua vi vacat etiam natura, siquidem rei natura comparata est, ut consistat reque sit. Quod si naturam non habet. Neque subiectum, neque potestas, neque receptaculum, neque denique materia est. Vires enim rei statu eius nituntur. Quomodo fieri potest, ut in conuersionibus subsit vtrique formæ, quod per se nihil est? Si enim tantum per formam est, ergo simul atque forma, quæ succumbit desti-

Tho. & Soti de materia sententia.

tuitur ipsa etiam occidit, pellitur enim statu, quem obtinebat. At dicunt alia statim forma se ingerit per quam in eodem statu restituitur. Sed fieri nullo modo potest, ut idem omnino sit diuersis formis status. Sicut enim non idem est status hominis & cadaueris, ita neque materiæ hominis & cadaueris, si omni ipsa per se statu careat. Nam si accipit, ut sit à forma, ergo ut forma est, ita ipsa materia est: aliter autem est hominis, quam cadaueris forma, ergo aliter est materia, quæ subijcitur in homine, quam quæ in cadauere. Nihilque ipsa retinet per se, quo consistere, & suum statum trahi possit. Ergo sicut homo cõcidit, quia forma, per quam erat orbat. Ita & materia quod priuatur eadem forma, per quam modò exabat. At absurdissimum est, & à physicis alienum materiam euanescere, non esset enim materia. Nam eam esse posuimus, quæ sit cõtrariarum formarum subiectum in vnus ortu, & alterius introitu. Quare ego profus, non intelligo cur sibi graues auctores hanc sententiam persuadeant. Non enim ex Aristotele eam didicisse iactent, quod dixerit Arist. materiam esse potestatem. Nam materia, quæcumque illa sit sua vi potestatem dicit recipiendi formam, sicut subiectum potestatem recipiendi, quod in illum cadit, receptaculum recipiendi, illud ad quod refertur. Sed sicut subiecti & receptaculi aliquem esse oportet statum, ut subijciatur & capiat, ita & materiæ, ut afficiatur forma. His ergo argumentis vel alijs firmioribus quidam commoti docent materiam per se in se, quæ sunt, esse numeradam. Verum quid sit, quid eius ratio & natura sit non exponunt.

Materiam non esse substantiam. nunt. Sed tenuis illa scientia, & obscura est, quæ rem duntaxat esse ostendit, nihilque aliud de virtutibus eius & genere narrat. Alij ergo planè asseuerant illam esse substantiam, sed imperfectam. At nihil nisi per formam substantiam esse potest. Sicut enim omnes substantiæ species ex forma nominantur: ita & ipsum genus: si ergo materia substantia est, aliqua forma imbuta sit necesse est. Iam verò diximus in metaphysicis ob eam rem ex forma, & materia vnum fieri, quod illa sit actio, hæc verò potestas. Cui explicationi locus nullus relinquitur, si non nihil actionis in ipsa materia sit. Nec videtur exponi posse cur ex materia & forma vnum fiat, magis quam ex duabus alijs substantijs sociatis, aut denique cur magis vnum materia & forma fiat, quam homines vnus exercitus, aut grana vnus acerui. Huc accedit quod ea forma, quæ substantiæ iam consistenti additur accidens dicitur eius, & in eo forma accidens à forma substantiæ differt. Quod illa tributatur rei, quæ per se consistit & est: hæc verò minimè. Nec argumenta hæc satis dissoluunt ea, quam nonnulli adhibent: diuisione, ut id, quod est, aliud perfectum, aliud imperfectum sit. Vnde materiam imperfectam esse substantiam, non absurdum esse credunt. Nec id, quod rei imperfectæ vnum per se efficiat. Sed hoc potius est subterfugere ac verbis se defendere quam explicare argumentum. Nam imperfectum nominatur quid non per se, sed ex relatione ad perfectum. Nam per se & in genere suo quicquid est perfectum est. Sicut in Genesi scribitur, Vidit Deus cuncta, quæ fecerat & erant valde bona.

Ita per se formica est perfecta: sed imperfecta cum equo comparata. Equus cum homine, homo cum angelo, angelus cum Deo. Ita si materia verè est, & substantia verè, bona & perfecta est in genere suo, nihil enim est, quod bonum non sit. Nihil ergo attinet dicere rem imperfectam materiam esse, cum in omnibus ferè rebus id etiam dici possit. Superuacanea etiã est aliorum distinctio. Quod duplex sit rerum status, alius per quem sunt, & nihil esse de fieri alius per quem incerto & definito genere reponuntur. Materiamque esse dicunt illo tantum primo modo, rerum verò formas secundo modo. Nulla enim res existit, & à nihilo recedit, ratione aliqua extandi comuni, sed certa & definita. Quibus rationibus satis interclusa mihi esse videtur argumentorum fuga. Vna mihi superesse videtur euadendi via. Ut concedatur aliqua esse forma, qua materia substantia sit. Et ita esse imperfecta, ut perfici possit, alia quacunque forma, quo sit, ut cum ea coniungi, & vnã rem simul possint efficere. Sicut embrio cum certi animalis forma. Forma quidem embrionis facit, ut embrio substantia sit minimè tamen impedit, quo minus copuletur cum ea perfecti illius animalis forma cuius embrio est. Qua ratione videtur posse defendi quãdam formam, quam quidam volunt insitam esse materiæ, qua extenditur & dilatur. Sed hac non potest defendi substantiam materiam esse, nõ enim id minus ad substantiam spectat, non enim vi sua substantia extenditur & dilatur. Nec etiam hæc vna & eadem materiæ forma viam muniri potest ad formas contrarias. Sicut enim re-

Duplex via
explorandi
materiam.

pugnat vna via contendere ad ea loca, quæ è regione sunt. Ita vna ratione præparari ad contrarias formas. Nec etiam embrionis forma cū animalis perfecti forma coniungitur, sicut neque figura statuæ rudis, cū ea, quæ tota ex politione constat. Nō igitur hac via elabi possunt qui materiam substantiam esse contendunt. Duplicem autem viam explorandi materiam Arist. ostendit aliam ex vsu loquentium, aliam ex ijs quæ arte fabricantur. Ex loquentium vsu, vt ex albo fit nigrum, ex non homine fit homo. Ex quo colligi vult materiam semper priuationem sequi. Sed hæc via parum mihi videtur certa nō enim semper hac loquendi ratione materiæ modus, & conditio declaratur. Sed aliquando rerum series, & ordo. Vt ex die fit nox, non quod dies noctis materiam esse significetur: sed diem noctem sequi. Ita fortè declaratur in ortu hominē non homini succedere, & è contratio in interitu in mutatione verò album, nigro, & è contrario. Via verò quam demonstrant ea quæ artificiosa sunt, certior & directior mihi videtur esse. Circa quam primum animaduertendum est. Quod si res quæ artificio tractantur artificiose intereant, vel orientur vt pharmaca quæ sunt à pharmacopolis tum idem est de eorum materia iudicium, quod de illis quæ naturaliter orientur, & occidunt. Sin autē nihil occidat, sed artis forma imponatur, vt cū statua, domus, pictura subsellia fiunt. Tunc considerandum est, ad aliud genus semper formam, quam eius materiam pertinere. Nā lapides, ligna, & generis sunt substantiæ, domus autem & statua generis qualitatibus. Tum quod atti-

net ad artis rationem, artis materia antequam ab artifice versetur, est pura potestas, & omni forma destituta, non enim artificiosum quid nominatur, nisi aliquam habeat artis formam. Ita quod attinet ad naturam materia est mera potestas nisi ornatur aliqua naturæ forma, nec enim est naturale quidquam nisi ex forma. Et sicut si vna esset in materia expressa forma impediret aliam, & ob eam rem tollenda esset vt alijs locum relinqueret, nisi via esset & præparatio ad aliam, quæ per eam quæritur. Ita quacumque naturæ forma materia esset infecta, impedimento esset nisi deleretur, cæteris exprimendis, nisi via esset, & præparatio alterius qua totum opus naturæ dirigitur, vt de embrione diximus. Ex quo facile cognoscitur materiam substantiā esse nō posse. Est enim substantia res naturalis. Eodem accedit quod si substantia esset, non corporis esset expert, sed particeps, esset ergo corpus substantiæ. Duplex ergo corporis ratio in substantia inueniretur altera, quæ forma esset, & species substantiæ, altera verò, quæ forma & specie vacaret, quod est absurdissimum. Iam verò si materia substantia esset ex Aristot. doctrina, nunquam per se substantia nasceretur, sed per aliud semper, vt si ex homine vermis, vel pediculus fieret. Sua vi non fit animal, erat enim iam: ita si ex materia omnia fiunt naturalia, & est substantia, substantia per se nunquam fit, nam semper est, ac proinde corpus, vt colligi ostendi. Non igitur prima rerum naturalium materia substantia esse potest. Et sicut ars nulla eam materiā facit, in qua versatur, sed eam ponit, ita natura suā non

non gignit materiam ex qua operatur eius omnia extant, sed eam sumit aliunde factam. Quare materiam, quam scrutamur ea cōditiōne esse debet, vt neque oriatur, neque intereat vnquam. Si enim oriretur ex aliquo igitur. Positū enim est, ex nihilo nihil natura fieri. Materiæ ergo esset materia. Deindeque iterum rogarem, vtrum illa materiæ materia esset aliquando orta vel semper manserit. Eodemque argumento vrgens vel materias excutiam infinitas, vel tandem ad aliquam perueniam, quæ nunquam fuerit orta cuiusmodi eam esse dicimus de qua sermo est. Computata ergo ratione summam faciamus eorū quæ ad materiā rerū omnium naturalium spectare diximus. Est ergo re vera, & est actio, & pura potestas ad omnes formas substantiæ corporis participis capiendas, quarū omnium est subiectum & receptaculum. Non est autem substantia, nec res vlla naturalis, neque vllam habet per se formā, neque potest vllum ortum, aut interitum accipere. Vidē dum igitur est in quod hæc omnia cadant, & illud ingenuè rerum naturalium materiam primam esse dicamus, ne sicut alij auctores signis eius modò numerandis suspensos animos teneamus obscura & cæca expectatione rei inauditæ. Dico igitur hæc omnia signa in corpus quantitatis trina dimensione conclusum conuenire, videlicet, vt sit longum, latum & altum. Nam primum est pura potestas quæ difficilior videbatur esse conditio. Non enim substantia est, & singulas capere potest substantiæ formas. Est autem natura sua non forma vlla, quæ ad omnes penetret eius partes: sed quæ terminet, & de-

Quantitate
materiam
esse primā.

finiat lōgitudinem latitudinem, & altitudinē quæ per se postulat. Quæ cum varijs modis possint terminari varijs ipsū quātitatē corpus figuris circūscribi potest, ac proinde nulla in illud per se cadit, sed oēs per aliud. Nullā igit per se formā poscit. Quare sua natura potest ad oēs siue substantiæ siue accidētis species informari quod materiā maximè attingit. In qua re admirabilis apparet naturæ solertia. Quamobrē non est per se res naturalis, siquidem res naturalis existimatur, ex forma in primis substantiæ, qua cū corpus quantitatis per se vacet numerari non debet in rebus naturalibus, nisi vocabulo abutamur dicentes, quod sit materia rerum naturalium, rem esse naturalem. Iam verò non suscipit ortum, aut interitum. Nemo enim vnquam dixit ex non corpore fit corpus, aut è contratio. Tum quod interit (vt proximè declarauimus) non in quodcūque, sed in suum interit contrariū. Quā fieri autem potest, vt corpus in non corpus intereat? Quid enim est in rerum natura, quod corpore vacet, aut sine corpore sit. Cū substantiam corporis participem subiectū physicæ ostenderimus, quantitati etiam nihil est contrarium, quare nihil eam labefactare potest. Nec coniectura prospicimus, sed experti videmus, corporis quātitatē nunquam extinguī delerique, sed vel dissipari, atque fundi, vel contrahi, atque constipari, vt aqua si in terram occidat, eius quantitas contrahitur, sin autem in aera, funditur. Quod autem corpus quātitatē subiectum, & receptaculū sit omnium formarum. facile constat ex dictis. Ad eandem rationem accedit, quod nihil aliud in substantiæ corpo-

Materia nō
est res natū
ralis, nec o
ritur, nec oc
cidit.

corpo

corpore requiramus, nisi trinam illam dimensionem, & aliquam substantiæ speciem. Quid attinet vllā aliam latentem materiam fingere cuius ne minimam quidem vim experimur, sed quocunque munere quantitas fungitur, quod à materia desideramus. Tum quantitate substantiæ corpus extenditur, cernitur tangitur, & est vndique corporatū. Huc accedit, quod vel hominum vulgo pro explorato est res quò magis sunt materiæ particeps, eò magis esse tractabiles, aspectabiles & corporeas. Alienum igitur est eam materiam comminisci, quæ nec corporea sit, nec cerni, nec tangi, nec tractari vllō modo possit. Est ergo materia prima rerum naturalium per tot sæcula à tantis viris tãto studio quæ sita corpus quantitatis hoc est quãtitastripli dimensio distincta longitudine, latitudine, & altitudine. Hanc Plato tangere voluisse videtur cum magnū & paruum materiam esse dixit ac rerum principium. Hanc Auerrois, & alij desiderasse significat, cum materiæ quantitatem quandã insitam esse longã latã & altã docebat Auicena itẽ eam odorabatur, cum materiam innatam habere docebat quandam substantiæ formam cuius vi corpus quoddam esset non definitum, ex quo multa postea corpora componerentur. Scotus etiam eam appetebat cum viuentia ex corporata materia constitui tradebat. Aristoteles illam etiam optabat, cum dixit materiam, nec esse quantum, nec quale, nec quid. Non est enim quãtum sed quantitas quæ nulli rei alij adhærescat. Hanc denique materiæ rationem adumbravit Eucharistiæ sacrosanctæ sacramentum, qua non ita

difficilia sunt, quæ de illo credenda sunt. Cum sint difficillima, quæ ex ea materiæ ratione, quæ circumferretur concedenda sunt. Nam cum vermis, aut ignis, aut sanguis, aut alia quæcunque res ex sacramenti specie fit. Quia non est putandum materiã carere, dandum est ex nihilo materiã procreari, ac denique quoties sacramenti species in aliam rem conuertitur, quod millies quotidie accidit, toties portentū, & miraculū fieri maximū, nimirū creationẽ, ex nihilo. At dicunt id vsuuenit vi eius miraculi, quod consecratione factum fuit. At illud miraculum editum fuit verborum sacrosanctorum vi. Horum verò verborū vis in eorū prolacione posita est. Nam theologidocent, non confici sacramentum si lōgo interuallo materia adhibeatur, postquam verba prolata sunt. Quò magis eorum verborum vis non exprometur vno anno & fortẽ eò amplius postquam prolata sunt. Si contingat, vt sæpe contingere solet, sacramentum in ecclesijs pro infirmis asseruari. Tum illud in adiutum est vnum miraculum, aliud miraculum efficere. At hæc doctrina non incurrit in has difficultates, cū alia ex ea materia minime opus sit, neque ex nihilo procreatione, sed ipsa quantitas, quam relinqui videmus, materia sit rei postea orituræ. Sicut dum panis deest aliorum eius accidentium subiectum est. Quod si vi Dei opt. max. iterum panis forma rediret, & corpus illud quantitatis cum illis eius accidentibus informaret. Nihil amplius desideraretur quò verum esse panem putaremus. Quid igitur opus est latẽtem aliam & superuacaneam materiam excogitare præter illam, quæ sensibus

propo

proposita est, & illã de integro fieri postulare. At dicent, si nulla præter quantitatem materia in pane sit, nec consecratione tollatur, nõ erit facta consecratione transsubstantiatio, quam omnes ad vnum Ecclesiæ magistri docent. Sed longẽ difficilior illis huius argumenti dissolutio est. Nam si ob eam rem transsubstantiationem euenire intelligūt, quod materia, quam substantiam esse credunt tollatur, explicanda illis sunt ea argumenta, quibus substantiam non esse demonstrauimus, facileq; à nobis declinatur, quod obijciunt. Nam locum latissimū transsubstantiationi relinquimus. Recedit enim panis tota substantia, quæ in panis forma posita est, & succedit Christus totus non informans desertam materiam panis, vt in aliarum rerū ortu informari materia interitu spoliata solet, sed modo illo mirabili quãtitate illa panis & alijs accidentibus inclusus. Cum ergo quantitas & rerum materia non sit substantia numeratur à Concilio Tridentino in speciebus panis, sicut intelligunt etiam ij, qui aliam materiam esse panis confingunt, præter eam quantitatem, quã perscipiunt in sacramento esse. Sed arguet nos fortasse quispiam, & incommodò magno vrget, quod ex accidenti substantiam conficiamus, & accidens substantiæ partem esse ponamus. Nam quantitatem substantiæ corporis participis materiam, ac proinde cõpositi corporis partem statuimus, quantitas autem accidens est, nam nõ est substantia, res autem omnes in substantiam & accidens partiuntur. At si accidens quispiam nominare velit, quidquid non est substantia, de nomine non sumus solliciti, nomine-

tur ita quantitas. At si nominetur accidens, quod per se ad corpus cõpositum non pertinet, cum quantitas pertineat, nõ est accidens. Item si quod hæret in alio est accidens, quantitas non hæret, sed omnia potius corporis accidentia inhærent in illa, eisq; per quantitatem cõpositum dat stabilitatem atq; constantiam. Consistit autem quantitas in toto cõposito, sicut ipsa forma. Quare vt propius accedamus ad quantitatis naturam explicandã videtur esse quantitas in medio puri accidentis & substantiæ collocata, vt solertissimum & subtilissimū inuentum naturæ fuerit, ad res diuersissimas & diuuisissimas copulandas.

Cap. 4. De priuatione.

Arist. in rerum causis, atque principijs numerat priuationem, quòd materia sæpe declaretur nomine priuationẽ significante, vt ex non homine fiat homo, ex non albo fit album. Et quod priuatione fieri putet, vt materia appetat formam, & itã eam asciscat, At si priuatio principium & causa est, cum non sit efficiens nec finis, nec forma, ad materiam pertineat necesse est: idque Arist. significare videtur. Sed cum priuatio indicet tum subiectum aptum, tum negationem formæ, si principium est, vel ei conuenit, propterea quod aptum subiectum, vel quòd formæ negationem impottet, non quòd aptum subiectum dicat. Id enim ipsa materia præsefert. ex eo enim quòd materia est sua vi potestas etiam est, & subiectum aptum ad accipiendam formam. Id enim iam in materia per se conuenire ostendimus.

Priuationẽ nõ esse principium.

Quare

Quare priuatio adiuncta materiae nihil ei apponit, quod per se non habeat, nullius igitur rei est causa ex hac parte. Nec ex ea qua negationem dicit. Nam tum ipsa etiam negatio esset causa & in principijs naturalibus cum priuatione numeranda. Quod verò de appetitu dicit eius causa non semper conferenda est in priuationem. Nam vna quæq; res præ se videtur appetere id propter quod instituta est, quare potestas videtur actionis appetitum habere subiectum formæ materia item. Cum multis igitur nominibus materia propensa sit ad formam, nihil ad eam rem opera priuationis indiget. Non videtur igitur priuatio in principijs esse numeranda. Nam quod dicit sæpe nomine priuationis materiam significari. Parum attinet ad rem probandam verborum aut usus quod propria verba desint. Sed ego suspicor ea dicendi ratione, nimirum ex non homine fit homo, potius rerum successione, ut ex die fit nox quam rerum materiam significari. Præsertim quod illo modo leuiter, & improprie materia notatur. Non enim ex quocunq; non homine fit homo. Ex ligno enim licet sit non homo, non fit homo, sed ex embrione & alia materia comode præparata.

Cap. 5. De forma.

Nunc de forma differamus quæ trifariam vsurpatur: aut enim forma est quæ totam rei naturam amplectitur, ut animalitas (ut ita dicam) quæ animalis totam naturam declarat, ita & humanitas quæ hominis & hoc modo alia quæ forma vocatur ex cõparatione ad concretum quod ei substernitur sicut subiectum formæ, ut animalitas

ex animalis. De hac verò formæ ratione satis multa in metaphysicis egimus. Forma etiam dicitur ea differentia, quæ genus late diffusum contrahit in definitione. Genus. n. sua natura se habet vt materia. Sicut enim materiae potestas in eo sita est, vt varias formas possit accipere. Ita & genus varijs rerum differentijs, in varijs definitionibus copulari. Et sicut forma in angustum cogit materia potestatem, quod dum est in ipsa impedimento sit ei alias formas suscipere, ita & differentia generi cui coniungitur ad alias ipsum differentias patere non sinit. De hac etiã forma ratione locuti sumus in metaphysicis. Tertio modo dicitur forma ea, quæ est cõposita & coagmentata rei pars, quã nunc persequimur. Eam autem esse facile ex eo cognoscitur, quod demonstrauimus materiam esse. Nam materia cuncta propter formam queritur, & hoc eius præcipuus est vsus, vt forma afficiatur. Artis. n. materia non dicitur, nisi quod in ea ab artifice forma effingi potest. Ita & naturæ materia quod ad aliquam possit re naturalē informari. Tum si materia est necessaria propter rerum mutationes & cõuersiones, vt earum sit subiectum & via per quã ab vno mutationis termino ad alterum perueniatur, multo magis ipsi termini sunt necessarii propter quos obtinendos via excogitata est. Ipsa verò mutationum termini sunt formæ cõtrarie. Quare dubium non est quin formæ sint. Iam verò tanta rerum similitudo & dissimilitudo, quæ in vniuersitate cognoscitur. Ex forma sumit, sunt. n. res similes vel dissimiles inter se propter varias vel vnius modi formas. Vt homo est homini similis propter formam similem qua vterq; homo est ab equo

Forma esse naturalem

verò diuersus, quia equi ab hominis forma diuersa est. Nam materia vna & eadem est ferum omnium corporum. Præterea varijs, diuersis, multiplicibusque actus, in quos res diuersas videmus erumpere, varias esse formas indicant, e quibus proficiuntur. Est ergo forma ad ornandam materiam, ad rerum commutationem, ad distinguendas res, & coniungendas, ad earum diuersas actiones exprimendas. Quia verò materia potestas est, eius, actus est forma, qua receptaculum, eius complementum est forma, qua via eius terminus est forma. Est ergo forma vel actus, vel affectio, vel complementum, vel terminus simplex vnam rem vi sua cum materia constituens, suarumque per se actionum principium. Simplex autem esse dicimus, vt formam à tota re composita separemus, quæ licet actus, terminus, & complementum censeripotest: minimè tamen est simplex, sed copulatum, quod in duas res materiam & formam partiatur. Est autem forma non simplex omnino res, quod rem aliam sua vi desideret, materiam nimirum quod munere suo fungatur, quod autem ex alio pendet non est omnino in totumque simplex. Ponimus autem formam rem vnam cum materia constitutur: hoc enim cuiuscunq; materie, & cuiuscunq; formæ officium est: vt licet res sint diuersæ coniunctæ tamen non rerum acruum, sed rem simplicem, & vnam efficiant. In eo tamen differt substantiæ corporatæ forma ab alijs: quod cum materia copulata rem vnam sua vi constituat: alia verò formæ non suauis, sed per aliud nempe per substantiam res vna

Quid forma sit.

reddatur. Nam cetera formæ præter eam, quæ substantiæ est rei accedunt, quæ per se sit. Quare res per ipsas non est, sed per aliud. Addimus autem suarum per se actionum esse principium. Quod actionibus res varias esse similes, vel dissimiles inter se iudicamus: actiones autem quibus per se res inter se differunt, ab ea forma proficiuntur, quæ rem in specie sua ponit. Vt quod homo ratiocinetur, & intelligat ea formam præstat ei qua perfecte homo est, quod autem moueatur, & ambulet, quod dissiptet, vel cogat aspectum non per eam formam accedit, sed per aliam. Eam igitur substantiæ formam esse volumus, quæ actionum ipsius substantiæ per se causa est.

Sed inter recentes physicos vehementer dubitatur quo modo forma fiat in materia, quod illi dicunt, educatur ex materia potestate: varijsque diuersas rationes naturam in se suspicantur. Nam quidam quorum Durandus mentionem facit, opinantur quasdam esse potestates in materia, quarum opera diuersæ formæ in ea effingerentur, sed quid attinet has potestates materiae accomodare: si ipsa per se potest quascunq; formas accipere? Aut cur huiusmodi potestates magis subsidio sunt formæ exprimendæ, quam ipsa materia potestas. Iam verò materia coagmentata esset ex varijs formis, quod est absurdum. Nam cum illæ potestates non sint materia, oportet esse formas, & repugnantes inter se, cum formas repugnantes alliciant. Huc accedit, quod vel ille potestates sunt substantia vel accidens, si accidens, quid præstat, vt educatur forma. Non enim educimus ex accidentis, sed ex materia potesta

Quo pacto forma fiat in materia.

*Refellitur
Albertus.*

potestate. Si autem substantia sunt. Antequam igitur vlla substantiæ forma consequatur multiplex ipsa materia & varia substantia erit. Aliter autem id cõmentatur Albertus dicens rerũ omnium corporearũ essentias materiæ insitas esse, fieri verò, & de materiæ potestate exprimi putantur, cum vt re extet efficitur. Itaq; aliud essentiam, aliud existentiam rei esse arbitratur. Sed nos in metaphysicis ostendimus rei existentiam ab eius essentia nullo modo separari posse. Tum incredibile quidam & repugnans est essentiam esse tamen non existere. Præterea rerũ essentias inter se non dissidentes & repugnantes esse, quando vna eademque materia coniungatur existentiasque tantum discrepare. Nã res differentes ea de causa non coherent inter se, quod earum essentia discrepent & simul esse repugnent. Non quod ex eo, quod extent differre intelligantur. Alij multò absurdius exponunt dicentes formarum omnium incoationibus materiam imbutã esse natura sua, educi verò formæ, & extrahi dicuntur, quod intendantur & incrementum accipiant. Sed hoc stultissimum est, & ab omni substantiæ ratione alienum, vt eius formæ illud magis, & minus suscipiant, vt in metaphysicis demonstraui. Huc accedit, quod formæ quantumuis licet remissæ veræ formæ sunt, infinitæ igitur & veræ formæ simul in materia essent, quod omninò fieri non potest. Alij quò id explicent, quãdam formam materiæ attribuunt, quæ eam corporatam reddat. Nam dicunt fieri non posse materiam vllã exprimi, ni materia trifariam dilata sit. Hi acutiùs loquuntur, & ve-

ram materiæ, quam antè declarauimus, non nihil attingunt. In eo tamen peccat, quod aliam præter corpus quantitatis latetem materiam approbant, & absurdum esse opinantur, id esse fingere, cuius nullum indicium, nullum argumentum appareat. Er in eo etiam quòd quid ex materia & forma conflatum materiam rerum esse existimèt. Si enim latens illud, & corporea forma inclusum per se substantiæ formam non potest percipere, cur materia sit, cum eius vis in eo posita sit, vt formam possit accipere, formæque sit receptaculum. Auerois quãdam affert formam materiæ insitã, & innatam, quam nos nullo modo refutabimus, sed pro nostra parte defendemus. Hãc formã vocat ille varios & incertos quãtitatis fines, & terminos. Nam cum corpus quãtitatis materiam primam esse diximus, tribusq; terminis natura sua cõtrineatur, lógo, lato, & alto, hi termini varij sunt, sicut varia est & diuersa corporũ figura, atque circumscriptio, id ipsum ergo, quod corpũ quantitatis natura postulat, exigit & materiæ ratio. Postulat autem quãtitatis corpus, vt ad tres partes definiatur. Exigit etiam id primæ materiæ ratio. Habeat ergo necesse materia aliquam figurã. Quæ qualitas atque forma nulli substantiæ formæ impedimẽto esse potest. Cum quod singulæ accidat materiæ sicut & singulo corpori: tum quod ad eius interiora nõ penetrat vllò modo, sed extremos tantum eius fines attingat. Causa ergo efficiens (de qua mox dicemus) sicut alijs modis formæ effingendæ materiam præparat ita & eius figura de finienda. Sed oportet nunc declarare rationẽ, qua forma

Sotus notatur.

forma in materia fieri, aut de materiæ potestate exprimi dicatur, quandoquidem eas non probauimus, quæ ab ijs auctoribus circumferuntur, qui aliquid, vt id fiat, materiæ apponendum putant. Alij tamen nihil apponentes id ita explanant, vt Sotus, qui ait id esse formam, ita ex materia pendere, vt sine illa nec fingi & elici, neque vllò modo salua conseruari possit. Cumque hominis anima & forma perse possit sola consistere ex materia nõ educitur. Sed hoc pacto non declaratur modus, quẽ quærimus, sed aliquid potius eius effectus. Tum cum primũ à Deo animalia, & aliæ res factæ sunt, minime sunt ex materia petite earũ formæ, tamen totæ materia nitentur. Non igitur apta ista est propositæ dubitationis interpretatio. Alij ita describunt fieri formam in materia, vel ex eius educi potestate, vt sit, ea fieri actione, qua fit totum compositum. Anima verò rationis particeps, quia alia eget actione, quam ea, qua totum gignitur & producit, nam à Deo procreatur præter aliarum formarum naturam: ob eam rẽ non educitur è materiæ potestate. Sed formæ aliorum animalium sunt ea, qua totum, actione conformata, cum primum à Deo initio mundi animalia simul omnia confecta sunt, tamen nemo sapiens diceret è materiæ potestate genita fuisse. Præter hoc non minus anceps, & incertum relinquitur quid sit gigni quidpiam, ex vi, & potestate materiæ. Non enim minus sed multò plus totum ipsum quàm forma eius pars, è potestate materiæ gignitur. Si forma ergo istorum sententia, è materia profertur, quòd ea, qua totum effectio

ne extet. Totum quæro rursus quare è materia gigni, & conformari putetur. Aliã igitur est incundavia ad id explicandum, quæ quidem certa nec lóga est eis, qui simplicis sunt veritatis amici. Illud ergo in materia fingitur, & ex eius elicitur potestate, quod mouẽdo, vel afficiendo materiã fit. Vt statua ex æris, marmoris ve potestate trahit, quære vel marmore scindendo, mutandove ab artifice fingitur. Ita domus & alia quæcunq; artificiosa, sic etiam ab igne excitatur ignis in ligno. Et ignis materiam lignum esse ducimus, quòd lignum calefaciendo eruperit. Ita mundus non fuit ex vlla materiæ potestate petitus, sed ex nihilo factus, quòd nihil aliud, dum fieret, motum & affectum est. Homo præter cætera animalia ex limo terræ dicitur esse factus, quòd Deus limum terræ mouendo, vel aliquo modo tractando hominem conformauit, & ita Eua ex Adam costam fuit confecta, vterque igitur è materiæ potestate ab effectu operis absoluti remotissima vi præstantissimi effectoris fuit eductus, & expressus. Nam si Deus nihil limum, & costam immutando, opus absoluisset, non magis e limo & e costam formati dicerentur, quã ex alia quacunque re. Sed ex hac diffinitione operæpretium est docere, cur animus rationis particeps è materia formati & educi non possit, quod isti auctores non demonstrat, licet id moliri & vehemẽter conari videntur. Animaduertendum igitur est, tantum abesse vt motus & affectio materiæ aliquid proficiat ad rem excitandam materiæ expertem, vt potius ante se ducat rem materiã, quam materia vacantem,

Sotus notatur.

Animus rationis particeps, cur e materia forma non possit

A a effin-

effingendam & exprimendam esse. Nam vnus contrarij vis in altero potius euertendo, quā stabiliendo expromitur. Calor enim expellit potius, quā accersit frigus, candorque nigrorem, & ita alia quęcunq; contraria potius se inter se ammouent, quā euocant. Quod igitur materię vis cōmoueat, nihil attinet ad rē materia carentem, caret autem materia anim⁹ rationis particeps. Siqui dem res cōcipit vniuersas, quę sunt à ratione materię vehementer alienę. Non enim potest materia, nisi rei singulę suppeditari. Quare non potest materia motu suo ad animū rationis compotem, neq; ad vllam eius propriam actionem peruenire. Nequit igitur ex materię potestate effingi. Cumq; non possit homo aliter hominem gignere nisi materiā commouendo nunquam animā ex primeret, nisi vis accederet eius, qui nō ex aliquo quod est materię, sed ex nihilo res potest efficere. Quare rectē Arist. & alij philosophi senserunt animos hominū, quā ex parte intelligunt extrinsecus esse tractos, & haustos. Licet autē hactenus sæpe locutissimus de formę effictio ne, illud tamē pro certo & explorato habendum, quod in metaphysicis multis exposuimus, partes non gigni & effici, sed totum, partes vero totum sequi componere, & coagmentari. Ita tamen locuti sumus, vt planius formę rationem explicare mus. Sicut tamen potius statuam format artifex, quā statuam formam, ita potius homo, equus gignitur, nascitur, quā eorum formę.

Cap. 6. De causa efficiente.

Quatuor esse genera causarum diximus in metaphysicis de materia & forma, verba fecimus earumq; vires in rebus naturalibus ostēdimus, sequitur vt de efficiēte causa differamus. Ea vero est, vnde motus proficiscitur. Nam motu nūc pro genere vtimur amplectente mutationes & affectiones. Vt ignis vrens est causa efficiēs caloris. Ita homo gignit hominem, & sol illustrat aera. Diximus autem cū de forma loqueremur eam materię motu elici, huius motus principium, & causam efficientem appello. Quod genus causę licet sit manifestum & in medio positum, & apertum, quidam tamen Arabes vt auctor est Auerrois illud non vident & planē esse negant. Nam instant ignem verē & propriē minime vrere, aquam non refrigerare. Sed Deum optimum maximum igne pręsente vrere, aqua verō refrigerare. Quos philosophos Gabriel theologus secutus est. Sed hic rerū euidentię, & omnium sermonibus repugnare videtur. Videmus enim omnes & dicimus aquā effruescere quia ignis subijcitur, niueque aquā refrigerari cognoscimus. Item nonne faber & architectus domum edificant: statuas ne Lysippus phidias, & alij statuarij faciunt: Appelles ne pingebat Cicero orabat: An illis pręsētib; Deus hęc omnia administrabat? Item cur artificem non quemcunq; fortuito appellamus, sed quē artis pręcepta tenere videmus? Aut qua re artificem ab inscio distinguemus, aut alium esse alio magis peritum intelligemus, si nihil artifices vlli efficiunt? Item vtrum homo loquitur ambulat currit: An verō Deus homine pręsente

Efficiens causa quid

Efficientes causas quidam nō agnoscunt & confutatur.

hęc

hęc omnia pręstat? Iam verō cur alius alio melius canit, melius dicit, melius scribit, pingit & cęlat? Cur gelu, vel nix citius refrigerat aquā, si idem vbique Deus omnia per se facit? Planum quidem est has quęstiones nullo modo explicari posse, si vires causarū efficientium de medio tollantur. Age verō res vnaqueque est vt agat, quę enim otiosa est & nihil agens frustra & sine causa est Deoq;. Indignum esset, res eiusmodi facere, quę abhorrerēt ab hominis prudentia. Vt ergo Diuinę fuit bonitatis cum rebus, vt sint & existant communicare, ita vt efficere possent aliquid, atque pręstare. Secus enim merito posset vnusquisque quærere, quorsum hęc spectaret tam diuersa variaq; rerum multitudo. Superuacaneum enim est, quod vsum nullum habet. Tum res multę prępostere, & monstrōsę in rerum natura sunt alięq; meliores, alię vero deteriores. Quę reddi potest huius dissimilitudinis disparitque rationis causa, si vnum omnia eundemque perfectissimum & sapientissimum auctorem habēt. An vlla in Deum culpa, an vllum peccatum conferri potest? Sed dicunt isti frustra sunt alię causę efficientes, frustraque Deo opem & auxilium ferunt, cum omnia ipse per se possit efficere. At sicut non frustra vna cum Deo sunt, ita non frustra vna cum illo efficiunt. Inter nonnullos etiam phycos, & theologos disceptatur, vtrum accidens efficere possit substantiam? Innobilius nobiliorem rem quod incommodū esse putant. Vires enim sequuntur essentiam, quare non possunt esse vires pręstantiores essentia essent autem, si quod non est

essentia essentiam facere posset. At demonstrauimus substantię formā materię motu & agitatione, ex materia duci, mouetur autem accidentibus. Motus enim materię est ab vno termino ad aliū ferri, vt si fiat ex nigro candidum, vel ex frigido calidum. Mouetur autem, quia vnum accidens pellit aliud. Non verō pelleret nisi eius contrarium esset, & à sua natura alienum. Motus ergo omnis oritur in materia expugna contrariorum, substantię verō nihil est contrarium, quare ipsa per se sola nihil pugnat, neque agit, sed accidentia quę per se contraria sunt, per se pugnant & agunt. Accidentia verō per substantiam sunt, ergo per substantiam agunt, ergo magis substantia, quā accidens negotium gerit, cū vires omnes gerētibus subministrat. sicut potius pictor, quā penicillus pingit. Faber quā serra secat, arator, quā ararum sulcum imprimit. Substantia igitur substantiā effingit, tanquam perfecta & principalis causa, accidentia verō tanquam proximę, ministrę, & adiuuantes causę. Est etiam nonnulla inter aliquos phycos, & theologos controuersia, vtrum vnū contrariū expellat alterum tanquam forma, vel tanquam efficiens causa. Hoc est vtrū calor exēpli causa, fufus in aqua eijciat frigus, quia duo contraria simul esse non possunt, an verō quia calor sua vi frigus deturbet, & exire cogat. At calor effusus in aqua non est causa efficiēs, quia nō erat antē quā funderet, est ergo forma exterminans contrariam formam. Calor autē inclusus in igne aquam calfaciens est efficiens causa, caloris aquę, & frigoris eiectionis. Illa verō

Substantia per se nihil agit.

quæstio vtrum Deus causis efficien-
tibus ad sit, & ipse simul efficiat ad
theologica potius spectat ibique à
nobis Deo iuuantè si vita suppetat
disputabitur.

Cap. 7. De fine.

Sequitur vt de quarta causa di-
camus, vtrum in natura verfe-
tur. In quo id magnam affert
difficultatem, quòd finis cum mo-
uet, sæpe vera non est. Qui enim
ducit vxorem, vt filios suscipiat libe-
rorum desiderio fertur, licet liberi nõ
sint. Item qui edificat vt domũ con-
struat, à domo excitatur, licet non
sit. Quare vt diximus in metaphysi-
cis, vt quis agere propter finem cen-
scatur, oportet finem cognoscere.
In natura verò rerum de qua dispu-
tamus homo tantũ vim habet cog-
noscendi, reliqua igitur non agunt
propter finem, quem haud possunt
cognoscere. Tum qui finem persequi-
tur non solũ finem debet considera-
re, sed etiam qua ratione destinen-
tur ei, quæ ad ipsum referuntur. At
hoc vel nemo, vel pauci homines
omnino cognoscunt. Nedum ea quæ
sunt rationis expertia. Nam liberos
suscipere quærit homo, sed quis in-
telligit omnia, quæ natura præstat
ad eos procreandos, ad vitam perdu-
cendos & in vita tuendos. Quæ vt
perfectè teneantur longa & impli-
cata historia sectionis corporum ac
tota deniq; eorum natura compre-
hendenda est. Sicut architectus do-
mus rationem & singulas eius par-
tes cognoscit. Sciunt item homines
cibo, potione, & spiritu eorum vitã
teneri. Quo verò pacto his rebus vi-
ta sustentetur, quis nã affectus est?
Nemo ergo cognoscit fines omnes

quos natura præterdit, qui admirabi-
lem eius continuationem, & causarũ
seriem, vt aliæ ex alijs, & omnes in-
ter se aptæ, & colligatæ videantur
non cognouerit. Ob eamq; rem qui-
dam philosophi, de quibus narrat
Arist. omnia casu ac temere in rerũ
natura esse putarunt. Vt quod den-
tes priores accuti sint genitini verò
lati, ita contigisse, non quo illi ad di-
uidendum sciendumque cibum
apti sint, isti verò ad cõmanducan-
dum vtilis. Vel omnia in materiæ
necessitudinẽ conferebant. Vt ferra
potest secare, quia eius materiæ du-
ra est. Ita homo alia naturæ suæ mu-
nera præstare, quòd ea sit conditio
eius materiæ, ex qua constat. At ea
quæ natura constat, vel semper, vel
plerunq; eodẽ modo sunt, ea verò
quæ casu non item. Hominis enim
plerunq; ac ferè semper sicut & alia
animaliũ genera, & eorum mēbra,
ac corporum partes eodem pacto
conformantur, & coagmentantur.
Nõ ergo hæc in ijs esse possunt quæ
fortuna accidunt. Ad aliquem ergo
finem referantur necesse est. Præ-
terea quæ ita sunt, vt fierent si mēs
aliqua ratione sapientissima finis
alicuius causa faceret, cur ad finem
non referri putemus? Sed dicet for-
tè quispiam ea quæ fortuito contin-
gunt, aliquando ita vsuueniunt ac
si finis causa fierent, vt domo egres-
sus in forum veni, ibique amicum
affendi de quo non cogitabam. Si
cogitarẽ tamen, non aliter eum per-
quirerem, & inuenirem. At sic raro
& insolenter res eueniunt, vt dixi,
quæ verò è natura proficiuntur,
aut semper, aut saltem sæpe. Huc ac-
cedit quòd cum causæ multæ inter-
se, ita sunt aptæ & colligatæ, vt pri-
ma & quæ deinceps sequuntur ad
certum

Cur quidam
temere om-
nia natura
lia esse pu-
tarunt.

Natura o-
pera ad fine
re seruntur

certum aliquem finem, & exitum
semper deducatur, fortè & temere
tot causas esse semper colligatas,
verisimile non est. At ea, quæ natu-
ra sunt, ita se habet, vt à multis cau-
sis inter se aptis fiant, vt vnus nutri-
tionis, exempli gratia, cibus, stoma-
chus, iecur, cor, venæ, arteriæ cau-
sæ sunt inter se coherentes, non
igitur tot causas fortuito coniun-
gi credibile est, sed ad finem ali-
quem propositum referri. Iam ve-
rò quis aues videns nidõs construe-
re, non eos putet, ad oua parieda, &
pulos excludendos referri, cur igitur
à natura non referatur, quòd à
quocunq; viro prudẽte ad finem
refertur. Eodem accedit, q; ea, quæ
molit̃ ars fieri pater alicuius causa
fieri, sed ea, quæ natura efficit, si ar-
te fierent, non alia ratione fierent,
quã à natura conficiuntur. Ars enim
imitatur naturam. Tum q; alia ratio
ne consistere & seruari nõ possent:
Sicut enim ars, vt domum cõstruat
fundamenta iacit ita, & natura, vt
erigat arborem, radices agit. Tum si
natura domum ædificaret, à funda-
mentis incipiens, non alia ratione,
quã ars se gereret. Ergo si se inter
se ars & natura imitantur, sicut in
arte valet id, cuius causa fit, valet e-
tiam in natura. Nam eodem modo
inter se affecta sunt priora, & poste-
riora, tam in ijs, quæ arte quã in ijs,
quæ natura constant. Sed dicebant
illi philosophi, quibus naturæ opera
forte & temere euenire placebat,
Errat natura nonnunquã, & mon-
stra & prodigia fiunt, vt accidit ho-
mines & alia animalia vel plura, vel
pauciora mēbra habere, & alia figu-
ra formata, quã eorum natura postu-
lat. Non igitur ad finem ea, quæ fa-
cit spectat. At errat natura, quia ad

finem sibi propositum, nõ peruenit
neq; alio pacto eius errorẽ deprehẽ-
dimus. Error in ijs etiã versatur, quæ
ars suppetat. Nam grammaticus
nonnunquã non recte loquitur, &
architectus aliquando, vel non for-
ma fundamēta ponit, vel ad normã
parietem nõn dirigit. Quod si in ar-
te peccatur, quòd ea, quæ molitur
ab eo aberrant sine quã ad ipsã spe-
ctabat, profecto in ijs, quæ natura
sunt constituta idem valeat neces-
se est, vt monstrũ sit aberratio à nor-
ma & præscriptione naturæ, quæ si
nis erat naturæ, ad quem peruenire
nitebatur à quodam principio insi-
to continenter agitata.

Quod autem dicebant illi, posse,
quòd res ita naturæ se habeant, nõ
ad finis sed ad materiæ necessitatẽ
reuocari, ratio non est. Etenim ma-
teria neq; quæritur, neq; vnquã ne-
cessaria est, propter se ipsã, sed prop-
ter aliquẽ finem, vt nõ experimus,
ferram ferream propter se, sed ad se-
candũ. Nec lapides & ligna necessa-
ria sunt propter se, sed ad domũ æ-
dificandã. Licet. n. talis materia ser-
uata sit & domui necessaria, ex fine ra-
men huiusmodi necessitas iudica-
tur: quia si ex tali materia nõ essent,
neq; alia secare, neq; alia supelecti-
lẽ seruare, & nos tueri possent. Præte-
rea demonstratũ est, materiã per se,
viq; sua ad formã referri, & talẽ ma-
teriam ad talẽ formam. Omnis ergo
necessitudo, quæ sumitur ex ma-
teria ex fine æstimanda, & in finem
conferenda est. Finis ergo magna vis
est in ijs, quorũ status & origo è na-
tura proficiunt, & res aliquãdo non
alia, sed eadẽ est forma & finis. Sed
rogabit fortãlle quispiã quomo-
do finis causa sit, cum non sit,
quando agit. Quia licet quærat

quatenus est, vt diximus in metaphisicis, agit tamē non quatenus est, sed quatenus cognoscitur. Vt quia nouit architectus futuram domum lapides cogere, & ligna cedere iubet. Quare quod finis sit cognoscēdi principium, imitatur principia cognitionis & scientiæ. Sicut enim posito antecedenti sequitur consequens, ita vt posito sine ea cōsequuntur, quæ ad finē spectāt, vt si domus est, lapides & ligna sunt. Et sicut non quia tollitur antecedēs auferitur, & cōsequens: cum ex falsis, verum etiam sequatur: ita nō quia tollitur finis, locus nō reliquitur eis quæ ad finē pertinent, lapides, n. & ligna esse possunt, licet domus non sit. Illud autem absurdum est, quod in errorem impellebat illos philosophos, de quibus narrauimus, nō putare ad finē spectare, nisi quod mouet consultō & ex cognitione finis motum afferat. Sed potius existimandum aliquē esse naturę auctorem, eundemque sapientissimum. Egimus ergo de quatuor causarum generibus, qua ex parte ad naturā pertinent, qua verō ex parte alijs etiam rebus communia sunt in metaphisicis explanantur.

Cap. 8. De motu.

Quoniam autem corporeæ substantiæ causas exposuimus, sequitur vt eius affectiones, & effectus persequamur. Nihil autē magis substantiam corporatam attingit, quam motus. Nā omnes eius partes ita complectitur, vt nulla motu careat, ita vt totius physicæ disciplinę subiectū corpus, quod motu cietur, esse quidam iudicauerint. In quodcūque etiam corpus incidamus, motum eius in-

quirimus. Causas ipsas non nisi ex motu potuimus interpretari. Nam formam non nisi materię motu exprimi, efficientem causam principium esse motus definiuimus, motuque finem consequi. Omnis denique substantia corporis particeps ita cum motu implicata est, vt vix aliquid eius sine motu bene cognosci possit. Inuestigari igitur, & perscrutari oportet, motus rationem, vt latam & perpetuā totius naturę viam patefaciamus. Tamē est valde obscura & ignota. Nam cum sit diffinitione illustranda omnes eius partes difficiles habent explicatus. Genus enim latet: nam in illis decem rerum generibus, quibus in metaphisicis omnia rerum genera contineri significauimus, reperiri non potest. Per multa enim amplissima illa genera motus manat. Etenim sibi motū quantitatis vēdicat, cū res accrescūt, vel decrescūt. Et qualitas in remissione & intēctione, actio item & passio & vbi. Quo pacto ergo via illa genus suppeditebit, commune generibus diuersissimis. Illæ ergo amplissimæ rerū differtētiæ perlustrandæ animo sunt, in quas id quod est partiti sumus, antequam ad decem illa genera accederemus, atq; ex illis ad id quod queritur cōiectura capiēda. Vt ea, quæ sunt alia re, alia mente consistant, alia sunt vniuersa, alia verō singula, alia per se sunt, alia per aliud. Alia sunt actio, alia potestas, &c. Quidā motū ad fluxū referūt imperitē quidē mea scientia. Nā fluxus, motus, potius est species, quā genus. Est .n. proprie decurū eius, qui per locum motus est. Ad alios autem motus per tropum transfertur, & potius motum declarat prout ab agente

Qua via motus sit interpretanda definitio.

Toletus & Scotus.

Refellitur qui motum ex fluxu definiunt.

gente proficiscitur, quā prout suscipitur in eo, quod patitur. Ad quosdam verō ne translatione quidē accommodari potest. Quis enim in decretionem vel remissione fluxionem esse dicit: Tū quod patitur absurdē fluere putabitur. Hac etiam de causa neq; acquisitio genus erit, quod indagamus, neq; enim quod decreuit, diminuitur, vel remittitur quidquā acquirat, sed potius amittit, & abijcit, & quod calfacit nō adquirat sed potius quod calfit. Præterea non minus latet, & abdita est fluxionis, & acquisitionis ratio quā motus nihil igitur his generibus motus declaratur. Hūc accedit, q; genus & huiusmodi definitionē accommodatam oportet amplissimū esse, quo extrema ille genera comprehendat, per quæ motu manare diximus. Quare ex illis trahi debet diuisionibus, quibus metaphisicus totum id, quod est in duas partes distribuit. Quis autem vnquam metaphisicus id, quod est in fluxum, & non fluxum aut in acquisitionem & non acquisitionem partitus est. Neq; de hoc rerum genere in metaphisica vlla vnquam fuit disputatio. Alij motū esse definiūt diuersitatem vel inē qualitātē, vel id quod nullū est. Sed multa diuersa sunt, & inæqualia inter se, quæ tamen non mouentur. Res enim omnes, quæ suos sunt statū consecutę, nullo pulsu agitantur, tamen diuersę sunt inter se, quia earum est diuersa ratio. Quæ verō nulla sunt, moueri non possunt, nā motus est, & quod mouet est, nō ergo motus esse potest, q; nullū est. Alia ergo est ineunda via ad motum explicandum. Sed in ea re illud magnam affert difficultatem, quod motus nec planē est, nec plane nō est.

Motus non est diuersitas.

Cur difficultis motus explicatio sit.

Etenim esse rem terminus quidam esse putatur, ad quem ex eo, quod non erat, progressa est, vt esse calidum, esse frigidū, edificatū esse ex eo quod nec calidum, nec frigidū nec edificatum erat. Quod autem calefit sua vi calidum non est, neq; quod edificatur edificatum est. Nō igitur esse videtur, quod mouetur. Nec omnino nullum est, siquidem quod inchoat aliquo modo est, & quod mouetur vel ingredit, incipit moueri vel ingredi, & quod refrigerat, cępit refrigerari. Aliquid igitur inceptio est, & quod ordit aliquid est. Quod enim nusquam est, nunquam cępit. Cū igitur huiusmodi motus sit, difficile quidē est, quid sit inuenire. Sed illa diuisio in quā vniuersas res secavimus in metaphisicis, vt alię sint actū alię potestate, nō nihil nobis lucis subministrabit: sed illud tenebras offundit, quod neq; simpliciter motus est actus, nec simpliciter est potestas. Nam rerum actus eius status & quies est, quæ aliena est à motu, neq; .n. quod, quantum aut quale, aut substantia est mouetur. Quæ verō tantū esse possunt nō dū sunt, at motus est, nō igitur in ijs est, quæ modō vi & potestate sunt. Nec .n. quod augeri potest, augetur nec quod diminui diminuitur, neq; quod quantum aut quale esse potest, propterea mouet. Non igitur motus simplex natura est, sed habet aliquid admistū & dispar sui atq; dissimile, partimq; actio est, partim potestas. Quare illa, quæ diximus in metaphisicis de his rerū differentijs multū iuuabunt ad ea, quæ modō sumus dicaturi. Est ergo motus & actus eius rei quæ esse potest, qua ex parte potest. Vt calfactio est motus, quia est actus propter calorem, quæ aqua cale-

Motus definitio.

factione concepit, quē quidē concipere poterat: & est actus quatenus progreditur ad illum calorē quē vltra potest accipere. Quod si aliquid calorē aquē fuerit admixtum, neq; vltra progrediatur, non est motus. Quia licet actus sit calorē, quē continere potest: non tamen hoc ipso quod potest, sed hoc ipso quod iam est. Est ergo motus quid interiectū inter potestatem & actionem, ita vt à potestate profectū sit, & ad actionem nondū perueniret, & ob eam rem à quibusdam via fluxus & acquisitio nominatur. Sed his verbis cuiusmodi via, fluxus & acquisitio sit, motus denique naturā non declarat, sed illa quam posui ex Aristotelis sententia definitione. Cū dicimus, quā ex parte esse potest, significamus actionem nunquam potestate esse destituendam vicissimque neque ab actione potestate sed continuationem quandam esse oportere, vt aliq; ex alijs nexē omnes inter se apte & copulate esse videatur, vt motus partes inter se coherescat, & continuetur. Ita eius quod ædificari potest, quā ex parte ea est potestate præditum, actio ædificatio est. Et actio statuz, quæ in ære effingi potest hoc ipso, quod potest effectio statuz est. Ita actus eius, qui incedere potest, quā ex parte eam vim habet incessio est. Et ita saltatio, ambulatio, accretio, decretio, intensio, remissio, & alij motus facile explicari possunt. Quies autē est vacuitas à motu eius rei quæ moueri potest: quare ad res omnes pertinet naturales, sicut ipse motus. Quidam Aristotelem ita motū definisse putant. Actus rei quæ moueri potest quā ex parte eam vim habet. Sed non mihi placet illa definitio

in qua id quod definitur vsurpatur. Ex eoque etiam cognoscitur definitionē à nobis allatam veram & aptam esse, quod in alijs, quæ circumferuntur non nihil peccatur. Ad eodē vero motus admixtum habet actum potestati, vt non minus in genere potestatis possit reponi, quā in genere actus: & ita possimus totam definitionem inuerrere. Motus est potestas eius rei quæ actu est, quatenus actu est, vt calfactio est potestas ligni calidi, quatenus calidū est: non quatenus vim habet, vt ex eo fiat statua. Quā verborū inuersione apte cadenti planius motus intelligitur natura. Amplectitur autē vtraque definitio & motū eum, qui est actio & motum, qui est passio. Nam motus actio est actus eius, qui potest agere quā ex parte eam potestatem habet. Motus autem, qui est passio est actus eius, qui vim externā potest accipere quā ex parte eam habet potestatem. Fit autem vt qui agit simul etiam patiatur vicissimque quod patiatur, simul agat. Quare vsuuenit, vt agens & patiens quā si collato pede inter se de victoria cerrent. Nam quod motum affert, tactu perficit munus suum, quo vim accipit eius quod mouere conatur. Tum ipsa difficultas quā affert agenti patiens redundat in perpersionem agentis.

Cap. 9. De motu actionis & passionis.

Sed illa quæstio difficilior est vtum vno eodemque motu actio & passio compleatur, an diuersis? Vel vtum idem sit actus agentis, qui & patiens. Nam si motus idem est, idem etiam actus, quia motus est actus. At si idem est actus agen-

agentis & patiens idem erit agens, quod & patiens & actio, quod & passio. Quod est absurdissimum, cū vterque caput sit & extremum genus longè diuersorum generum, vt in metaphysicis docuimus. At motus non esse possunt diuersi actio & passio. Nam mobile & mouens in ijs sunt, quæ inter se comparantur, sicut pater & filius, & sicut quod facit, & quod fit. Ergo simul atq; vnū est alterum esse oportet, ergo eodē actu & motu quo mouile est & mouens erit & contra. Sicut vna eadēque via deorsum & sursum vehitur licet longè differat sursum & deorsum. Et eodem intervallo distat vnum à duobus, quo ab vno duo, licet longè diuersa proportionē sibi inter se respondeant. Ita licet actio & passio, quod motū affert, & quod motum fert, inter se differant, idem est vtriusque motus. Nam si duo diuersi motus essent, vt duo sunt termini inter quos vnus interiectus est motus. Vel vterque est in altero termino, vel facientis motus in eo, quod facit & accipiens in eo quod accipit. Vterque actus in altero sine esse non potest, nam is in quo esset duobus motibus eiusdem rationis simul ciceretur, quod fieri non potest. Non enim quod calefcit duos simul calores includit, neque quod calorem affert, duplicē calorem iniicit. Tum cur à suo loco & termino alter ab esset actus: vel accipientis ab accipiente, vel efficientis ab efficiente. Non ergo vterque actus, siue motus in altero sine collocari potest. Neque alter ad alterum accommodari quit. Nam si motus vllus caderet in agentem moueretur. Ergo quod motum affert in quatum tale motu ciceretur, & ita esset efficiens

idem motus actio & passio.

hoc ipso quod est efficiens, patiens, & actio quatenus actio esset passio. Quod est in ijsque fieri non possunt. Aut si non moueretur agens motu, qui in ipso est, vsu euenire posset, vt motus in rem aliquam caderet, quæ non moueretur. Quod ita est absurdum sicut, quod candor in aliquo hæreret corpore, quod non faceret cadidum. Vnus ergo & idem motus, quo cietur patiens, agens etiam agit. Sicut vna eademque disciplina, quam discipulus accipit magister docet & discipulus discit. Et sicut vna & eademque via proficiscitur Toletum, Matritum, & Matrito Toletum, ita eodem calore quo funditur in passio & ipsum patitur, & faciens facit. Nec rectè ex eo concluditur facientem esse patiens, aut actionē esse passionem. Licet enim sit idē motus alia tamē ratione est actio, & alia perpessio. Quā enim ex parte motus ab efficiente proficiscitur est actio, quā verò accipitur à passio est passio. Sicut consequens non est eundem magistrū esse, qui discipulum: licet eadem doctrina vterque constituatur. Nam hoc ipso quod proficiscitur à magistro magister fit. Hoc autem ipso, quod ad discipulum proficiscitur discipulus euadit. Sed vrgebit forte quispiā hac ratiocinatione. Iste motus est actio, & iste motus est passio; ergo actio est passio. Quāuis multi phisici & theologī de hoc argumento loquantur neminem vidi hætenus qui illud pro dignitate dissolueret: sed potius dum explicare conantur nonnullis erroribus implicatur. Dicunt enim non rectè, & ex lege concludi, quod (vt illorum verbis vtatur) ex identico antecedenti consequens inducitur formale. Sed cur hæc non

Difficile est motu explicatur argumentum.

it formalis iste motus est actio. Quod enim ducitur ex natura, ducitur & ex forma rei: at rei natura suggerit, ut motus sit actio. Nam & hæc est naturalis actio est motus, & passio est motus. Formale ergo illud est antecedens positæ ratiocinationis cū sit naturale, & rerum natura postulet, ut tam actio, quam passio sit motus, neque in toto Aristotele similem modum reperient dissoluenti argumentum. Facilis etiam illa est & vana explicatio, ad quam multi confugere solent, cum aliquo argumento implicantur, quod varia sit appellatio, sed quomodo varia cū utrobique substantiua non adiectiua nomina ponantur: quorum est attribuere substantiua significationem suam. Nisi forte intelligant illam de qua dixi formalem & identicū sensum. Præterea multi theologi vix distinguere sciunt inter hanc ratiocinationem, & illam quæ versatur in diuinis personis. Hæc essentia est pater, & hæc essentia est filius, ergo filius est pater, cum maxima sit distinctio. Facilis igitur & expedita illius erit argumenti explicatio, si ambiguitas, quæ maxima est antecedentis tollatur. Nam cum dicitur in assumptione hic motus est passio, vel significatur, quod eadē ratione qua est actio est etiam passio, vel alia, si eadē est falsa. Nam est actio, prout proficiscitur a, & passio, prout proficiscitur ad. Sin autem significetur, ut verum sit, quod alia ratione sit passio, inutile est ad aliquod ex eo concludendum antecedens, cū nulum in eo sit medium & commune verbum, & hac ratione dissoluitur hæc quæ similes sunt argumentationes. Hæc via deducit vsque Toletū, & hac eadem vsque Madritum, er-

go quod perducit vsque Toletum, perducit vsque Madritū. Item hæc est acliuis & hæc via est decliuis, ergo acliue est decliue. Item hæc doctrina facit magistrum, & hæc eadē facit discipulū, ergo quod facit magistrū, facit discipulū. Ex quo intelligitur maximā esse differentiā, inter has & illam ratiocinationem quæ attinet ad personas diuinas. Nam in illa non possumus ita assumptionē distinguere. Siquidem eadem ratione qua hæc essentia est pater eadem profus est filius. Sed contēdit Scotus motum, qui est actio alium esse ab eo, qui est passio & esse in agēte. Nam ex eo dicitur agens, ergo est in agēte, sicut cādor est in candido ex quo candidus nominatur. At est agens non ex eo, quod sibi, sed alij vel alijs motum affert, quare non ex ea re quæ in ipso sit, sed ex re extranea nuncupatur, sicut vestitum & in autum esse, Romanum, & Toletanum esse. Sed agere est in agente, vel potius pertinere ad agentem, & ita mouere & motum afferre, est in eo, quod agit. Nam hoc nihil aliud est, quam esse principium motus, vel ab eo motum proficisci. Causa tamen nulla est, cur Sotus & alij asseuerent, Actionem & perpassionem, duas esse eiusdem motus rationes, quæ sola cogitatione & mentis vi distinguantur. Sed si hoc ita esset, non essent diuersa rerum genera, nequē in decem rerum generibus numerarentur, ut ab Aristot. & alijs metaphysicis numerari docuimus. Licet enim cognosci non possent, nequē comprehendi nisi mente, & ratione, sicut res corporis expertes, relationes tamē & fines omnes sunt, licet nulla mentis opera & officium accedat. Nullo enim cogitante

*Quatuorres
in motu.*

tante calor proficiscitur ab igne ad aquam ad lignum. Vis ergo & ratio passionis, & actionis, sine cogitatione constat. Si ergo sunt, ergo differunt sine cogitatione. Sed ut amplius instemus & motus naturam vrgeamus: animaduertendum est quoties aliquid mouetur quatuor res consequi, atque concurrere, rem quæ motu comparatur actionem, perpassionem & motum ipsum, operepreptū igitur est intelligere quæ nam sit inter res istas distinctio. De qua re verbum non faciam antequam, admoheam pauca de hac rerū distinctioe, quæ sæpe se iactare nouorum metaphysicorum, & physicorū consuevit oratio. Quærunto enim vtrū res aliquæ, ita distinguantur inter se tanquam res à re, quod ita explicant, ut vtraque possit per se sine alia consistere quemadmodum lapis ab homine, & ab equo discrepat, ita tractant vtrū quantitas differat à re quanta, relatio à suo fundamento qualitas à suo subiecto actio à passione vel motu. Quæ quæstiones non ad modū sunt peritæ parumque ex re physici, vel metaphysici, quorum consideratio circa rerū naturam versatur, quæ cognoscitur ex forma & definitione. Et postquam formam vel definitionem differre cognouerint, nihil amplius de earū differentia quærunto. Nunquā enim apud Aristotelem cuius venditant doctrinam, licet totam dialecticā, physicam, metaphysicam, & ethicā accuratè persequutus est vllam talē quæstionem, atque adeo vestigium eius vllum ostendent, neque apud Platonem, Theophrastum, Ciceronem, quorum multi libri de philosophia in manibus habentur, neque apud grauem & antiquum Aristot.

*Imperite
quæstiones
de distinctione tanquam rem
are.*

interpretem. Nam decē rerum genera distinxit Arist. & eius interpretes in dialecticis, & metaphysicis: in qua distinctione res tantum natura sua hoc est forma, vel definitione differentes scrutati sunt, neque vllā mentionem fecerunt, vtrum essent ita inter se diuersæ, ac discrepantes tanquam res à re. Præsertim quod huiusmodi quæstiones explicari nō possunt ex rerum natura, quos cancellos sibi circūdat philosophus: sed ad Dei opt. max. infinitam potestatem confugiendum est. Ita enim isti exponunt eas res distingui tanquam rem à re quas Deus sua infinita vi separatas seruire potest, eas verò ita nō distingui quas Deus nō potest seiungere. Sed quis infinitæ potestati modum præscribere audeat. Cū dicat Apostolus quā incomprehensibilia sunt iudicia eius & inuestigabiles viæ eius quis cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? Quis rationem Trinitatis, aut modum quo Christus est in sacrosancta Eucharistia excogitare potuisset. Cum igitur harum quæstionū tractatio extra philosophiæ cancellos egrediatur à philosopho prætermittenda est. Iam ad propositam quæstionem enodandā proficiscamur. Dico quæ in calefactione, exempli causa, calefactionis motū nullam rem aliam præter calorem afferre: itaque motus ad calorem nihil aliud est quod indicari, aut nominari possit, quam calor. Etenim Calor quæ ex parte est qualitas, actus est, quæ ex parte verò motus etiam est actus, tantum habet potestatem admittam, quæ etiam spectat & ex eo tota eius natura explicatur. Cū ergo motus tandem ad actum totus reuocetur, ut calefactio ad calorem re-

frige-

frigeratio ad frigus, nullam rem aliam ingerit, quam actum, ut exempli gratia, calorem, aut frigus. Actio vero & passio sunt idem motus, ut demonstrauimus, ergo nihil afferunt aliud, quam motum, motus autem nihil aliud, quam actum, ergo ut ex primo extremum concludamus actio & passio, nihil aliud præstant, quam actum. Itaque actio & passio, & motus ad calorem nihil aliud re sunt, quam actus ipse ad quem referuntur. Ut calfactio quæ est actio, & quæ est passio, & motus ad calorem nihil aliud suppeditant, quam calorem. Sed quatenus actus est purus, est qualitas, quatenus autem non purus, sed admixtum potestati, quæ ex parte in potestate est, calor est motus, quatenus autem proficiscitur ab afferente calorem est actio, Quatenus vero proficiscitur ad ferentem calorem, est passio. Sed difficilius declaratur quid nam motus per locum, & ad locum exhibeat. Quidam opinantur afferre aliam & aliam spatij partem, quod pergit, qui mouetur conficere. At motus neque est in via, neque in spatio, cum non moueantur: motumque in ea re, quæ mouetur esse statuimus. Ergo spatij partes vi sui fines motus esse non possunt, neque illas per se motus affert. In eo igitur in quo eiusmodi motus, querendum est, quod sua vi inlequitur atque suggerit. Res autem huiusmodi pulsū agitantur, ut ad alium & alium locum perueniant. Terminus ergo huiusmodi motus est aliqua Vbi forma. Vbi vero rationem & huius formas in metaphysicis persecuti sumus. Itaque sicut motus, qui est in commutatione affert rei, quæ motu cietur aliquam qualitatem, ut frigoris, vel

Motus per locum quid affert.

caloris. Ita motus ad locum affert, ut alicubi sit, quod ita agitur, ut ad Hispaniam perueniat, vel Madriti, vel Toleti sit, domi, vel rure, vel in foro. Et eo modo eiusmodi motus differt à re, quæ motu cietur, quod res, quam suppeditat, ab ea distat. Diximus autem eiusmodi loca, & Vbi formas distingui ex comparatione cum alijs locis. Quare nihil aliud huiusmodi motus suppeditat rei in qua versatur, nisi ut aliter, & aliter cum alijs locis conferatur. Ac de toto genere motus, satis de formis eius alio loco differemus.

Cap. 10. De natura.

EX his facile decernemus, quid natura sit, in qua toti his libris versamur. Ac de toto naturæ genere verba fecimus in metaphysicis, quæ non mediocriter patefacient, & illustrabunt ea, quæ hoc loco dicenda sunt. Ac natura definiri potest, vel ex eo, quod rebus, in quibus est, præstat, ut sint, vel ex eo, quod præstat, ut efficiant. Ac ex eo, quod præstat, ut sint, totum naturæ genus in metaphysicis distinxiuimus. Quæ definitio facile physicis accommodari potest, quippe quæ eius species sint. Ex effectis autem rectè ab Aristotele definitione explicatur libris de natura: eius effectus causam esse docens, qui res omnes naturales consequitur. Cuiusmodi motum esse monstrauimus. Facit ergo natura ut ea, quæ natura constant moueantur. Sed cum duplex sit ratio motus actio & passio, ita dupliciter suppeditat rebus natura vim & ut moueant, & ut motu ciantur. Non quidem res alias, sed se ipsas. Natura enim ut ad res tota pertinet eis statum

Natura quid sit.

Materia et forma sunt natura.

statum, & rationem præbens, ita se tota in res ipsas abdit, neque eius vlla pars extra querenda est. Itaque motus à natura profectus in rebus ipsis semper locatur, ut vel se ipsas moueant, vel moueantur ab alio. Hæc vero duplex motus ratio duabus etiam partibus respondet quibus natura opera cuncta sua coagmetauit materia & forma. Materiam est motu agitari, formam vero motum afferre. Vtraque igitur pars natura est. Materia, quia naturam eorum, quæ arte fiunt, ex eorum materia spectamus & ita naturam esse talem statum dicimus, quod ex ære, lapide, vel auro confecta fuerit. Sic etiam de rebus naturalibus loquentes metalli eam esse naturam, quod ex humore, vel aqua constatum sit: ossis, nerui & cutis eam esse naturam quod vir eorum materiam suppeditet, eam uero carnis, quod emuliere sumatur. Apertè igitur omnes ita loquentes significant materiam esse naturam. Rectè etiam quadrat quod afferbat Antiphon, ut id probaret argumentum. Nam si lignum ex intima arte de promptum, ut esset statua perfectissima, defoderet quispiam, eamque vim assumeret, ut germinaret, non statua sed lignum erumperet. Quasi materiam natura maneat, suamque naturam insequatur. Et antiqui philosophi, qui vnum principium tantum rerum omnium naturalium esse statuiebant, ea re inducebantur. Quod vnam materiam rerum omnium esse opinabantur, alij aliam in rebus eminere existimantes. Quod autem forma natura sit, atque adeo multa magis, quam materia ex eo cognoscitur, quod res naturales potius forma, quam materia consistunt, distinguuntur, cognoscuntur, & definiuntur.

tur, velut animalis naturam esse, ut sensus compos sit, hominis, ut ratio nis particeps. Ac denique rerum essentia earum natura est, quæ potius in forma, quam in materia sita est, ut in metaphysicis & dialecticis demonstrauimus. Ut rerum definitiones declarant, quod enim est dialecticis definitio metaphysicis est essentia. Præterea materia rerum species continet potestate, forma uero actu. At res potius tunc esse putamus, cum actu sunt, quam cum vi, ac potestate. Potius ergo forma quam materia rerum naturam continet. Eodem accidit quod rerum natura dicatur ex eo, quod res nascuntur. Res autem nascuntur, cum formam & speciem consequuntur, forma igitur magis, quam materia naturam explicat. Tum materiam Antiphonis argumento naturam esse demonstrauimus, quod lignum arte informatum defossum germinet, non quod ad eius formam, sed quod ad eius materiam attinet. At ex homine homo nascitur, ex leone leo, & ita in alijs speciebus. Si forma ergo formam parit, natura non minus, quam materia est. Sed existit hoc loco non facilis quidem questio, utrum in omnibus corporeis substantijs hæc duplex natura vigeat? Multi enim opinantur in solis viuētibus vtranque reperiri naturam. In his quæ vita carent, alteram modò, eam nimirum, quæ materia & vis patiendi est. Quod res huiusmodi nullatenus se moueant. Si enim se ipsas mouerent, nihil à viuētibus differrent. Si ab his autem queratur à quo moueantur grauiam cum directo deorsum leuiamque cum sursum feratur, respondet ab eo, à quo generata & orta sunt. Sed quis credit, vel potius non irridebit, quod ego

Gravia & leuia per se suaque natura mouentur.

ego mouear à progenitoribus meis cū deorsum corporis grauitate pel lor. Plumbum item & aurum, & hu iusmodi alia, cum deorsum ferun tur à venis terrę, quibus genita sunt motu cieri. Lam verò terrę, & alijs corporibus grauitas ita insita natu ra est, vt ab eis seiungi non possit, & hac grauitate deorsum vehūtur, cur igitur aliam vim externā quę rimus, cuius pulsu agitentur. Quod si hac contenti sumus affectiōne, igitur & vi sua mouentur, sicut alię res, quibus vires ad se mouendum natura tribuit. At dicunt hanc in il lis vim ad motū generator im pressit, sicut qui amentatas hastas torquet. Sed hæc vis non casu, & a licuius voluntate eis applicita est, sed vi naturę suę, quare sua natu ra sua mouetur: sicut ego mea natu ra rideo, quòd huiusmodi res mihi naturaliter data sit. Præterea quod semper in reat cadit, suę esse natu ræ putamus, sed res, quę sursum, aut deorsum sua natura feruntur sem per ita affectę sunt. Cur igitur id eis per se non conuenire putemus? Præsertim cum crebris id vsurpe mus sermonibus, lapis, terra, & aqua deorsum natura sua ferūtur, aer au tem & ignis sublimè. Quod autem dicebant nihil reliquum esse, quo viuētia differant à non viuētibus, si vtraque per se moueantur. Verū enim verò magno adhuc certissi mo discrimine separantur. Nam ea quibus vita suppetit, habent ad mo tum instrumēta, ad munera & fun ctiones suas obcundas, vt arborum radices, & fibrę oris locū obtinent, nam illis alimentum capiunt, & ad se trahunt. Partes denique corporis eorum instrumenta sunt, quibus vl tro citroque per totum corpus co-

In quo mo tus viuē tium diffe rat a nō vi uentibus.

meat alimentum, & alia vitę mune ra exequentur. Motus deniq; cor porum viuēntium interior est, & per omnes emanat eorum partes. Corpora vero vitę expertia omni bus etiam vacant vitę instrumē tis, quibus motus vllus interior e xerceatur, sed pulsu tantum agitan tur extrario, quo sursum, deorsum ue ferantur, quare perpeti potius, quàm agere quidquam videntur, dum se vel sursum vel deorsum mo uent. Etenim earum forma depresa & quasi in materiam demersa, vix vllum eius munus aut vestigium apparet. Sed dicunt oportet in ijs quę semouent, distinguere partem mouentem ab ea, quę mouetur. At hoc verum est in ijs, quorum mō tus interior est, & habent instrumē ta, quibus impellantur, non autem in illis, quorum est totus motus ex ternus, & vno eodemque impetu omnes partes impellantur. Ex his planum fit aliud, quod isti auctores nullo modo possunt explicare: quo pacto se aqua reuocet ad frigus, quod vi caloris amiserat. Nam si ue frigore reliquo, siue ipsa aquę forma illud recuperet, actione ali qua opus est. Quę cum non transe at in aliam rem, in ipsa aqua reside at necesse est. Quare mouere se po test, nisi dicant, quod à generatore moueatur, cū suum frigus recupe rar, per se verò res alias refrigerare, quod absurdissimū iudico. Alij di cunt aquam calidā ab aere circun fuso refrigerari. At cur aer eam ex ternus frigefaciat & frigus instrū nihil agat? Non enim potest aqua totum frigus penitus amittere, & suam naturā retinere, quippe quę frigore & humore nitatur. Sed si a liquando calidior ipso igni videat

Quo pacto se aqua re frigerat.

tur ea

tit, ea de causa cōtingit, quòd den sior eius materia, quàm ignis sit. Nō solum autem frigus suum recupera re puto. Sed etiam res omnes. licet vitam non degant vim habere pu to abijciendi, quod à sua sit alienū natura. Alioqui quomodo adaman tē, pyropum, aurum, argētum, & res alias veras simplices & sincerās terrā funderet. Sicut igitur omnis corporata substantia, vtranque nat uram materiam & formam habet. Ita & vtranque vim afferendi, & fe rendi motum. Cum verò naturam motus causam esse dicimus eius in quo est. Intelligendum est causam esse cum primo, tum per se. Quare ridendi vis non est natura, quia li cēt in homine sit causa motus, non tamen primo. Nam hæc vis sequi tur aliam primam quę est hominis ratio & forma. Medicus etiam qui sibi medicinam facit, medicina nō est natura. Licet enim prima sit suę valetudinis causa non tamen perfe sed per aliud alienaque vi. Accidit enim vt is qui curatur, medicus sit. Apra igitur & completa naturę de finitio est principiū motus & quie tis primo & perse eius in quo est. Si cut igitur motus à natura proficisci tur, ita & vacuitas motus, quę est quies. Cum ergo materia & forma ad motū, tanquam eius partes refe rantur, ex hoc facile constat, physici, qui motū spectat esse harum re rum considerationē. Præsertim cū ex ijs substantia corporis particeps cōponatur in qua physicum totum versari posuimus. Huiusmodi ve rō substantia non solū ex forma, sed etiam ex materia consideranda, & tractanda est. Nam eius materia ad formā refertur. Sicut autē ars, quę versatur in aliqua forma, eius etiā

Physicis esse de materia & forma agere.

materiæ rationem habet, quam illa postulat forma. Vt architectura de lateribus lapidibus calce & lignis a git aptis ad domum ædificandā, & statuarius de cōmoda materia sta tuæ. Ita qui corporeę substantię for mā & rationem persequitur, non le uiter debet eius materiā tangere. Etenim eiusmodi substantia, mate ria tota implicatur. Et quemadmo dū qui desumo differit, non potest, non prestringe re nares, sicut is, qui de curuo agit. Quòd simitas nō nisi in nares cadat. Ita qui in essentiā ver satur corporis particeps, non debet materiā pretermittere, quam ipsa vi sua exigit. Naturalia vero sunt & na turam habent ea, in quibus huius modi principiū & causa est, vt ani mal, homo, leo, & equus, & ea deni que, quę substantia corporea eorū genere continentur. Non enim hæc natura sunt, sed naturā habent & res naturales sunt. E natura verò sunt, & ad naturā accōmodata, quę rebus naturalibus per se vique sua conueniunt, vt igni vehi sursum, la pidi deorsum homini ridere.

Cap. II. De differentia inter phy sicum & mathematicum.

Q Vo verò res naturales dif ferant ab artificiosis in me taphysicis docuimus. Et il la est maximè notanda differentia, licet ab alijs auctoribus alia circun ferantur, quę non ita rei momentū attingunt. Sed cū eadem res physico & mathematico propositę sint, operæpretiū est intelligere, qua nā re vtriusque munus distinguatur. Nam physicus de materia disputat quam corpus quantū esse decreui mus. Mathematicus etiam totus in quanti


quanti

*Differre in
terphysica
& mathe-
matica.*

quantitate cernitur multisque de
quanto corpore differit, Iam verò
cælum syddera & stellæ res sunt na-
turales, & ad physicum eorum tra-
ctatio spectat. De quibus etiam ver-
ba multa facit astrologia, & in eorū
motu declarando tota posita est. In
eo tamen mathematica facultas ab
physica differt. Quod hæc in ijs re-
bus versatur, quæ motus sunt, vel
ad motum referuntur, vel ex motu
pendent, motu verò mutationem
etiam comprehendimus. Vt diserit
de corpore quāto, qua ex parte ma-
teria est, & formarū mutationibus
primo subijcitur. De cælo stellis,
atque syderibus, quatenus ex mate-
ria & forma constant, & lationibus
suis orbem terrarum commouent.
Mathematicus autem quantitatem
versat, qua ex parte abhorret à mo-
tu, & angulos, figuras, rationes &
proportiones conficit. Itaque cor-
pus quantum attingit, non quate-
nus substantiæ formam spectat, sed
quatenus quantitatis figuram, atq;
rationem. Quare physicorū sermo,
à mathematicorum differt, sicut eo-
rum differret, quorum vnus de cur-
uo, alter de simo sermonem institue-

ret. Nam illi non opus esset, mate-
riam tangeret, hic verò non posset
illam prætermittere. Ita physicus de
cælorum motu & stellarum differit.
Astrologus autem de angulis & fi-
guris quibus huiusmodi motus cog-
noscutur & vniuscuiusq; stellæ locus
quocunq; tempore deprehendi-
tur. Tamen quia syderum motus &
locā sine his mathematicorū angu-
lis & figuris manifestò compren-
di non possunt, fit, vt totū hunc la-
borem physicus mathematico dele-
gauerit. Itaque theorica, quam vo-
cant astrologi planetarum à physi-
co nō est aliena. Eius tamen demō-
strationes, nō ad physici partes, sed
mathematici spectat. Ita mathe-
maticus sonum tractat, non quatenus
motus est vel motu fit, sed quatenus
numerosè sonat, & aliqua propor-
tione cum alio sono cōparatur. Ita
lineas persequitur opticus, quæ sub
aspectū cadunt non quatenus sunt
colore infectæ, sed quatenus angu-
los, & figuras in oculis formant.

Didum igitur est quid natu-
ra sit, & qua re differant
physica à mathe-
maticis.



DIDACIA STVNICA
EREMITÆ AVGVSTINIANI PHYSI-
cæ Liber secundus.

CAP. I. De tempore.



Voniã in motu versa-
mur explanãda sunt
ea, quæ motui & rei,
quæ mouetur, conse-
quentia sunt. Motui
tēpus consequens est, rei verò, quæ
motu cietur locus. De tempore igi-
tur disputemus. Quod quidem esse
satis planū & testatū est, quid autē
sit obscurum & multis difficultati-
bus obstructum, cum per se, tum
quod magister noster Arist. non ea
solertia hanc partem persecutus est
quam adhibere solet in alijs rebus
explicandis, ex quo factū est vt eius
interpretes lumine destituti tanquã
in tenebris moueãtur & omnia cō-
fundãt & in certa reddant. Quidã
tamen rerū perspicuitati & euiden-
tiã ita repugnare non verentur, vt
existiment, tēpus reuera non esse,
sed animi mente componi: eo argu-
mento ducti, quod nulla temporis
pars re vnquam sit. Siquidē quæ præ-
terijt iam non est, quæ futura est, nō
dū est, præsens nulla est. Temporis
enim punctum modò instat, & præ-
sens est, quod nullo pacto temporis
pars esse potest, quod secari & diui-
di nequeat. Cōtinui verò cuiusmo-
di tēpus esset, pars non est, nisi con-
tinua, & diuisioni obnoxia. Præte-
rea res, quæ sunt, si ex partibus con-
stet, tum earum partes, aut omnes,
aut aliquæ extare oportet, cum res
illæ sint anni verò mensis dici tem-
poris deniq; omnes partes, vel fue-

*Quibus ar-
gumentis
habetur tē-
pus nō esse.*

run, vel futuræ sunt, nulla verò ad
est & præsens est. Nam pars totum
potest metiri, momentum verò
quod adest neque totum metiri, ne-
que ex eo totum constare potest.
Quod enim nullo modo secat, nisi
quã id exauriret, ad quod accōmo-
dat, licet infinita esset, & innumera-
bilis eius repetitio, non ergo momē-
tum tēporis vilo modo pars est, ac
proinde cum nulla vnquam tēpo-
ris pars sit, nunquam tempus est, Ac
quẽm nō pudeat negare diem,
mensẽ & annum esse, licet nihil
de illis homo cogitet. Illa superio-
ribus temporibus accidisse, & illam
esse posteriorem, & futurorum tem-
porum expectationem. Denique
nihil crebrius homines, quã tem-
pus commemorant, nulla re magis
opera sua & actiones dirigunt. Ac
denique qui diem negat, lucẽ non
videt, & mentis cæcitate stupet.
Quod si illis argumentis conuincū-
tur, eisdem non solūm tēpus, sed e-
tiam motum omnem, & res omnes
fluxas refutarent. Motus enim nul-
la pars indicari potest, sed omnes
puncto tēporis euanescent & estuunt.
Nec sermo vll^o aut oratio esset nec
quidquam homines inter se com-
municare possent: quia verbum
atque adeo verbi pars præterita
iam non est. Volat enim, vt ait poe-
ta, irreuocabile verbum. Futura
pars nondum est: nulla igitur verba
nulli sermones sunt. Hoc enim in-

*Tēpus esse
probatnr.*

ter res fluxas & fixas interest. Quod hæc stabiles & certæ sunt. Illæ lubricæ, atq; præcipites, vt satis sit earum continuatione & partium coniunctionem notare. Dubium igitur nõ est, quin tēpus sit. Sed tota difficultas est, quid nam sit. Quidam theologi opinati sunt tēpus esse ipsum cæli corpus, quod dies nobis & nõ õtes horas, menses, & annos efficit. At cæli corpus est substantia tēpus accidēs, cælū res fixa, tempus fluxa. Tum vt isti hanc sententiam defendant omnes promiscet atq; cõfundunt tēporis differentias dies enim concedunt esse horas, mēses, & annos. Nam rectè consequitur istud cæli corpus est dies est etiam annus ergo annus est dies. Alij dicunt non cælū ipsum esse tēpus, sed eius motus: ex quo omnes temporis differentie ad nos manant: quæ probabilis sententia multis videtur. Nec alijs ab his qui contradicunt argumētis refellitur, quā is quibus ab Arist. tēpus non esse motū ostenditur, quæ firma non esse mox ostendimus. Hoc vno tamen firmissimo certissimoq; argumento hæc refutatur sententia. Quod homines in cauernis terræ profundissimis ad elicienda metalla multum tempus degentes neq; luce cælorū frui, neq; eorum motū nouisse possunt. Opera tamen, quæ moluntur & tractant, & alias vitæ actiones tempore metiuntur, quod percipiunt ex oleo quod lucernæ consumunt, quibus vtuntur. Cõstat ergo tempus sine motu cæli: quare non est idem, quod cæli motum. Alij dicunt tempus rem esse distantē re ipsa à cæli motu ipso tamen cælo insitā & innatam, reuero intelligunt esse inter se distantia, sicut vnus homo distat ab alio, vel à

Cælum non esse tēpus.

Motus cælorū non esse tempus per se.

lapide. Sed de hac tractanda rerū ratione supra dixim⁹, quā noua aliena que sit à veteribus philosophis, qui rerū differentia tantū ex forma cõstituebant. Tū proximè dicto argumēto conuincuntur hi: tempus sua natura in cælis non esse, quippe, quod in lucernarum oleo collocari possit. Deinde cum non declarent, quidnam accidens illud sit, quod tempus appellant, merito contemnendi & reijciendi sunt. Ad definitionem & explicationem ergo temporis, quam Aristote. affert, & eius interpretes exponunt accedamus. Ac primum de genere eius, ac deinde de differentia disputemus. Dicunt ergo temporis genus esse numerum, ac proinde quantitatis formam tempus esse opinantur, quod etiam in quantitatis categoria Arist. posuit. At nos cum de toto genere quantitatis in metaphysicis egim⁹ plane demonstrauimus, atq; adeo ex ipsius Arist. sententia, non ita esse. Nam ipse Arist. in metaphysicis auctor est tempus aliena vi, nõ per se quantitatem esse. Res autē definitione aperienda est, non ex eo, quod ei per aliud, sed quod per se conuenit. Illa ergo argumenta, quæ loco citato protulimus, ad probandum tempus speciei non esse quantitatis valent ad hanc definitionem reprobendam. Iā vero tempus nec par numerus est, neq; impar, non igitur est numerus: itē nec duo, nec tria nec quatuor, neq; quinque, nec alia numeri species, nõ igitur est numerus. Præterea tēpus numerat ipse Arist. in speciebus quantitatis cõtinuæ, nõ igitur est numer⁹, qui est quãtitas adiuncta. Sed nõnulli credunt hæc argumēta ab Arist. explicari eū dicit de tempore differens, tempus non esse

Tēpus non esse numerum.

esse numerū quo numeramus, sed qui numeratur. Quo ego nõ modo nihil explicari, sed maioribus difficultatibus rem totā implicari puto. Numerus enim, qui numeratur ad nullum certum genus spectat, sed manat per omnia, numerantur enim homines, leones, equi, animalia denique & variæ substantiæ. Numerantur lineæ corpora quantitates qualitates relationes, actiones, & passionēs. Quare qui numerus, qui numeratur, temporis genus esse ponit, nihil amplius declarās, nihil explicat, sed incertum totum & ambiguum reddit. Præterea numerus, qui numeratur in illo reponitur genere, quo id, quod numeratur, si tempus ergo motus est, qui numeratur. Vt Arist. significare videtur, cum numerum motus tempus esse dicit. Tempus igitur est motus. Nā si decem homines numerentur hominis, & essentia sunt decem colores qualitates, decem similitudines relationes. Cur ergo docet Aristot. tempus non esse motū, sed aliquid motus? Si enim motus est numero comprehensus, motus est. Huc accedit quod frivole & ieiunè dici videtur esse aliquid motus, quod sit numerus motus. Numerus enim non magis motus est, quā aliarū rerum. Quidā eius interpretes dicunt tempus numerū esse non quãtitate cū non seiuncta, sed coniuncta quãtitas sit, sed qualitate. Quod duæ motus qualitates prius & posterius numerentur. Attamē prius & posterius non sunt qualitates: non enim ex eis qualis motus dicitur, & vitiū esse puto verbis abuti in aperienda rei natura & definienda. Tum si tēpus est numerus prioris & posterioris non est numerus motus: mo-

tus enim non est prius & posterius: sed prius & posterius inueniuntur in motu. Cum igitur in has difficultates labatur genus ab Arist. tempori datum facile prætermittendum, & aliud quærendum existimo. In quo igitur genere motum reponemus? In eo quod ipse Aristoteles, & eius interpretes repudiāt in motu nimirū genere. Quod primū argumentis confirmabimus, deinde eorum, qui resistunt argumenta ponderabimus. Quod autem tempus sit motus ex eo perspici licet, quod cūctā motus natura in tēpore reperitur. Sicut enim motus ex actu, & potestate totus cõponitur, & alterū ex altero semper est consequēs: ita tēpus instans actu est, futurū potestate, præteritum cõstitit. Id quod in motu per locū facile notari licet: & sicut quod ita mouetur semper in alio, & alio loco est, neq; certus aliquis locus, in quo cõsistat, notari potest. Ita temporis momentū aliud semper, & aliud est: neq; vlla temporis pars, quæ adit ostendi potest, sicut deniq; est motus res lubrica, & præceps & ita tēpus. Cū igitur eadē insint in vtroque notæ, cur eadē eorum esse naturam non putabimus. Præsertim cum tempus sentiri non possit, nisi motus sentiatur, vt qui dormiunt ea de causa tempus nõ vident, præteriri quod nec vilius motus sensum habent. Et simul atque motum experimur aliquid tēporis effluxisse iudicam⁹. Et notio rei mobilis & fluxæ tempris spatia signamus. Temporibus etiam motum, & decursum dicimus, non quod aliquid quod tēpus sit, moueatur, sed quod ipsum tempus motus, & de cursu sit. Et sicut motus continuus, & assiduus dicitur, ita & tempus.

Tēpus esse motus.

Et sicut in motu prius & posterius consideratur, & vtriusque vecisitu do quædã & mutatio est, ita & in tēpore. Et sicut motū tempore metimur, ita tēpus motus. Nā sicut magnum motum fecisse dicimus, quod longa tēporis mora in assiduo motu fuimus, ita mulū temporis decurrisse arbitramur, quod diu moti, & agitati sumus. Ita qui molesta febri conflitantur multū tēporis decurrisse putāt propter nimiam eorum iactationē. Qui netiā veluti ex magnitudine motum, ita tempus metimur. Vt ex longo itinere lōgam profectiōē, & longo tempore esse cōficiendā iudicamus. Tempus ergo est in genere motus. Sed nō est motus genus eius proximū, sed remotum. Genus autē temporis propinquum est motus dimensus, vel numeratus. Quare non quicumq; motus est tempus, sed illud duntaxat quod aliqua mensura, & numero cōtineatur. Cuius autē rationis numerū hunc & mensuram oporteat esse mox dicemus. Nunc argumēta Aristot. & suorū interpretū videamus, quibus motū de genere & natura, motus eximere conātur. Quod motus in ea re tantū est quæ mouetur. Tempus autē vbiq; & apud omnes perequē est. At motus dimensus, quē tēpus esse dicim⁹ in ea re modo est, quæ mouetur, ad alia verò loca defertur, & ad alias res, quod illo tantū mensura vtantur ad celeritates & tarditates aliorū motuū declarandas. Vt exēpli causa solis decursus, quod satis dimensus, & numero notat⁹ est tēpus est, & huiusmodi motus in sole qui motu cietur, tantum modo est, in alijs autē rebus esse dicitur, quod earū mēsurā sit. Itē olei cōsumptio, quod pro tēpore est eis qui metallum eliciūt in terræ cauer

*Arist. argu-
menta dis-
soluuntur.*

nis, est quidē in ipsīs lucernis, quod est tamē mēsurā alijs eorū operibus ad res alias deferri, vel potius referri putatur. Sed dicunt motus distribuitur in tardū & velocem tempus autē minimē, sed potius tarditas & celeritas tēpore distingūtur. At eis dē ego vestigijs concludā animal diuiditur in rationis particeps, & ex-pers, homoverò nō ergo, homo nō est animal. Nō enim dicimus tēpus tam latē patere, quā motus, sed motus eius esse genus quid sit tēpus declarans, atq; ad eō genus remotum propinquius enim est motus dimensus. Quā de causa non potest tēpus in velocius & tardius partiri. Motus enim dimensus nec velox appellatur, nec tardus cū iusta sua quantitate sit contētus, nec vltra progredia-tur. Sicut vlna & aliæ mensuræ, nec longē nominātur, nec breues, sicut alia quantitas continua. Velocius enim & tardius aliquid existimatur ex collatione cū alijs eiusdē generis vel velociorib⁹, vel tardioribus. Hora verò, dies, aut annus non est alius alio velocior, cū constet vniuscuiusque determinatio. Et ita facilē dissoluitur aliud interpretum Aristotelis argumentum. Motus aiunt species sunt latio, cōmutatio, & accretio nō tamen sunt species temporis, ergo tempus non est motus. Non enim in eisdem secari potest formas genus, & eius species. His argumētis tantū concluditur tempus non idem omnino esse, quod motus, quod nos illis facilē confitemur. Est tamen motus. Sicuti non est homo idē prorsus quod animal est tamen animal, ita tempus est motus, qui describitur, vel latione, vt celorum, vel commutatione, vt in lucernis, quarum vfuscit in cauernis, quibus eliciuntur metalla. Cap.

Cap. 2. De definitione temporis.

*Quæ sit di-
mensio mo-
tus qui tem-
pus est.*

NVnc qua ex parte motus numerari debeat exponamus, vt totam cōpleamus temporis definitionem. Motus autē metitur aliqua parte ex eis, quas habet. Partes autem eius distingūtur, vel ex eo quod mouetur, vel ex spatio, quod cōficit, vt si homo qui pulsu agitur partiatur in caput pect⁹ & tibias, vel si via qua fertur certis spatij notetur. Sed huiusmodi dimensiones nihil attinent ad tēporis notationē, & propagationem. Nam talis partium descriptio non est motus quatenus motus, illa verò partitio cadit in motum quatenus motus est, quæ fluxus eius, & continuatio secatur, quam eius definitionē insinuare commemorauimus illa, quam tangit vicissitudine actus & potestatis. Huiusmodi verò fluxus non potest alia ratione diuidi nisi in id, quod est prius & posterius. Sicut autem motus semper orditur ab actione. Ita semper est, prior in motu actio, quā potestas, quæ vel restat, vt in commutatione vel accretione, vel effluit statim & elabatur, vt in latione. Ex quo fit vt actio in motu, vel adsit, & præsens sit, vel præterierit. Potestas verò semper ad futurum spectet, quod actu futura sit. Quando igitur motus partes in priores & posteriores ita secantur, vt præsens præteritum, & futurum distinguantur. Talis est partitio ad tempus determinandum accommodata. Sed est considerandum, quod actus ille motus, qui simul, atque adest effluit & euanescit est tanquā punctum in magnitudine: quod nullam prorsus ha-

bet magnitudinem (vt exposuimus in metaphysicis.) Quare non potest magnitudinem metiri. Sic etiā actus ille motus, quod partibus & magnitudine vacet motum non potest metiri, cū sit cohærentis continuatæque naturæ. Ad motum ergo aliqua eius parte metiendum ea pars sumenda est, quæ magnitudinem habeat & cohærentes partes. Quare aliquid habere oportet prioris, & aliquid posterioris, siue motus præteriti & futuri. Motus ergo his terminis interiectus intermedius vtriusque particeps prioris & posterioris, siue præteriti & futuri motum vocamus dimensum terminatumque priori & posteriore, ac proinde tempus. Vt tota eius definitio sit motus priori & posteriore terminatus, aut dimensus, aut numeratus. His terminis omnes temporis partes, & species distinguuntur. Vt vel hora vna tanta motus continuatione termino priori & posteriori interiecta sit. Dies maiore parte distinguenda secernitur, vt tota diurna solis conuersione. Mensis, alia maiore cōm luna lustrato suo cursu solem consequitur. Vnde menses vocari (dicunt) lunæ versus, quia mensa spatia cōficiūt. Et ita annus indictio, & si quæ sunt aliæ tēporis partes & species. Quæ nō temporis natura, sed hominum instituto notantur. Nam horas alij maiores, alij minores secernunt. Olim totum tempus diurnum tam vere quā hyeme Hebræi in duodecim æquales horas partiebantur, nocturnum verò in quatuor æquales vigilias. Totū Romani tempus nocturnum & diurnum in viginti quatuor horas æquales distribuunt. Alij mensē notant ex

*Temporis
definitio.*

*Alia in tē-
pus cadunt
per se alia
hominum
instituto.*

lunæ cursu postquam solē assequi-
tur, alij non ex lunæ cursu, sed ex
duodecima parte totius solis con-
uersionis. Ad vim ergo temporis in-
telligendā separādum est, id quod
ex hominum instituto ab eo, quod
ex natura sua in tempus conueniat.
Vis autem & natura temporis posi-
ta est in distinguenda priore & po-
steriore, motus parte quicunque
motus ille sit. Nam tum semper tē-
pus cessisse putamus, cum superio-
ris & consequētis motus partis no-
bis notitia constiterit. Duo igitur tē-
poris puncta naturam eius aperiūt,
quæ motui eius generi adiuncta to-
tam temporis definitionem decla-
rant, quorum vnum sit prius, alterū
posterius. Etenim motus circūscrip-
tus priore & posteriore eius parte
tempus esse iudicamus, propter id
quod eius intercessit. Punctum ve-
rō temporis tempus totum descri-
bit, continuat, orditur & terminat.
Ex quo prius & posterius eius cog-
noscitur. Sicut id quod fertur motū
omnem dirigit, perpetuat & copu-
lat, & id, quod antecedit, & conse-
quitur, indicat. Temporisque ante-
cedentia & sequētia, vel ex duobus
eius punctis vno antecedente, &
altero sequenti percipi possunt, vel
ex vno quod habeatur finis superio-
ris, & initium consequentis. Qua-
cunque autem ratione prius atque
posterius, vel temporis, vel motus
occurrat, in temporis naturam in-
currimus. Ita enim tempus definitū
est. Punctum verō temporis sensu
non possumus percipere, cogitatio-
ne verō assequemur, vel punctum,
vel lineam transuersam, vt à mathe-
maticis definiuntur, cogitantes in
eo, quod hæc loco mota & tempus
exponunt. quacunque tota via feran-

*Punctum
temporis quo
modo perci-
piuntur.*

tur. Punctum temporis notamus,
vel in iplo spatio quod transit eius-
modi, vel punctum, vel lineam affi-
gentes, vel in eo, quod fertur, signa-
ros. Exposuimus, ergo quid tempus
sit, & punctum eius. Nunc quædam
videamus, quæ de tempore quæri
solēt. Vtrum tempus vnum sit toto
terrarum orbe, an aliud, & aliud? At
vna eademque est temporis ratio,
quam exposuimus, sicut vnus est
vbique numerus, quo numeramus
siue sit hominum, siue leonum, siue
equorum, siue aliarum rerum. Si ve-
rō quæstio sit de tempore, quate-
nus mensura est vtrum eodem mo-
tu omnes homines vtatur ad actio-
nes suas meriendas. Dicemus id tē-
poris & mensuræ ratio non postula-
re. Sicut neque eadem, vel ferrea,
vel lignea vna omnibus gentibus
opus est. Tamen quia spheræ & stel-
larum motus omnibus notissimus
est, idemque certissimus & inter-
uallis pro rata portione distinctus,
omnes homines, ex eo rerum &
actionum suarū mensuram petunt,
& tempus suum esse arbitratur. Ex
quo illud efficitur, quod dici solet
in orbem res humanas incitari, atq;
torqueri, & vitæ nostræ momenta
cælorum globis contineri, & cir-
cum agi, circulumq; & circuirio-
nem vocant rerum humanarum.
Quare in hoc vna eademq; mensu-
ra temporis cunctę gentes vtuntur.
Quidam autem homines, qui illam
non assequuntur, quod in cauernis
vt dixi metalla effodiant in hoc illa
etiam vtuntur, quod lucernas sua-
rum mensurā ad cœlestem reuoca-
re conantur, & ea eius peccata cor-
rigere & emēdare. Horologia verō
fabri ferrarij opera fabricata, potius
vltui sunt ad habendam notitiam
spherę

*Tēpus quo
modo vbiq;
vnum.*

*Quæ res in
tempore
sunt.*

spheræ motus, quam vt ipsa mēsurā
sint. Sed in eo mensura, quæ ex cœ-
lorū motu ducitur, nō est omnibus
hominibus eadē, quod lōge diuersa
ratione ab alijs & alijs distribuatur.
Nā horas alia ratione, quā nunc ab
Hēbreis distingui solere narrauim⁹
Dies Romani à nocte intēpēsta ordi-
untur, Hēbræi ab occasu, alij ab or-
tu solis. De mēsis ab ancipitē etiam
fuisse rationem diximus. Annorum
initiu Hēbræi ducūt in rebus sacris
ab æquinoctio veris, in profanis ab
æquinoctio autūni. Romani à Sol-
stitio hiemali, Egipij ab æstiuo, vt
cælorum mēsurā quasi à natura in-
uenta & mortalibus proposita, eius
verō partitio & distributio hominū
iudicio relicta fuisse videatur. Sed
cū tēpus numerū & mensionem
requirat, quā solus animus præstare
potest, dubitatur etiam, vtrum ani-
mo sublato tempōri locus reliquus
sit. Sed numerus ipse re vera est,
cū species sit quantitatis, & vnū
sicut id, quod est ad res omnes spe-
ctat, cuius naturam in eo esse posui-
mus, vt sit numeri principiu. Quod
rebus omnibus sit à natura datum,
vt numerari queat, & numeri prin-
cipium esse, ita tempus in rebus est,
quod motus sit, in quo antecedētia
& sequētia comprehendī possunt.
Quod si vrgeas adhuc dicens, si nec
animus nec vlla mens esse possit,
quid tēpore fieret? At vis illa erūpe-
re non possit in actū. Tēpus autē lō-
gū & breue dicitur, quod cōtinuū
sit, & partes habeat coherētes, mul-
tum autē & paucum, quod mensu-
ra sit, quæ semel & iterū, & sæpe re-
peti potest, & ita multos & paucos
dies dicimus. Sed est animaduersione
dignū, & res non esse in tēpore,
ea de causa, quod simul cum tēpore

sint, sicut cœlum nō dicitur esse in
cubiculo, quod tum cœlum sit, cum
cubiculum est. Sed res sunt in
tempore, sicut in motu, quia tēpus
motus est. Tunc quæ ferunt, & ac-
cipiunt à motu, quo agitantur, à tē-
pore dicuntur accipere, sic vires di-
cimus tempore deficere, & cōnes-
cere, id est pulsu, quo vires natura-
liter agitantur, sic tempus omnia
ad senectutē compellere, quod om-
nia per se vique sua ad senectutem
moueantur. Quare potius res tem-
pus labefactat, quā perficit, quia
cum motus sit, quod subest de statu
& se de sua dimoueat atque de-
pellat necesse est. Ex quo efficitur,
vt res in tempore non sint, nec ad
temporis mensuram attingant, quæ
non mutantur, sed eodem semper
modo se habent. Si tū eorū talis na-
tura sit, vt licet nō moueātur ad mo-
tum aptæ sint, sic vt earū quies &
status motus sit vacuitas, sicut earū
status ex motu cognoscit, ita & sta-
tus mēsurā ex tēpore. Nam harū re-
rū quies in tēpore semper est. Tum
vt aliqua sint in tēpore, necesse est,
vt tēpus ea magnitudine sua cōple-
ctat, quare aliquā eius partē notari
oportet, quæ lōgitudine, & diutur-
nitate sua ipsa superet, Ex quo faci-
le cognoscitur, res æternas, hoc ip-
so, quod æternæ sunt, in tempore
non esse. Nec cœlum ipsum, nec
& motus eius in tempore sunt, li-
cēt temporis mensura sit. Non e-
nim mutationem vllam accipiunt
à tempore, vel motu, sed eodem
semper modo se habent. Nec tēpus
diutius, quā cœlū & eius motus per-
seberabit. Quare stulta est interro-
gatio, de motus cælorum diuturni-
tate. Hactenus ergo de tempore,
& affectionibus eius.

Cap. 3. De loco.

Locū esse,
& ad phy-
sicū perti-
nere.

Cum ex motu loci notitiam habeamus, nihil enim aliud est moueri loco, quam locū mutare, locusque mensura sit rei, quæ motu cietur, sicut tempus ipsius motus, ut physici est de motu, & de tempore, ita de loco verba facere. Præsertim cum res omnes naturales locum quærant, & alicubi esse oporteat, & natura locum omnem repleri amet. Vnum quod quod enim ad suum locum fertur, aliud ad superiorem, aliud ad inferiorem nisi vis aliqua maior impediatur, & ut aliquid in rerum natura esse cognoscimus, de eius loco interrogamus. Et ex ea rerum mutatione, quæ vicissim fit, quæ curæ natura sit, ut locus omnis occupetur. Nam in vase, quo est aqua, si fuerit effusa, succedit aer, vicissimque, ut intret aqua, aerem pellimus ex vtribus. Ex his autem & locum esse, & ad physicum eius tractationem spectare cognoscitur. Loci autem sex differentiarum sunt, supra infra, à destra, à sinistra, antè, postè. Quarum duæ primæ non solum ratione nostra, sed etiam natura distincta sunt, supra enim natura est, quod leuia, infra, quod graua pondere suo feruntur. Sed dicit aliquis, si res omnes natura constantes in loco sunt, cum locus naturam habeat loci, erit alius locus, & ita progrediendo nullus erit locorum finis. Sed intelligimus res omnes naturales, vel loca esse, vel in loco esse. Nec loci, eo quod locus est, alium locum quærere oportet. Sed erit locus in ea re, quam continet, non ut in loco, sed ut terminus in eo est, quod terminat. Locum ergo

esse nemo dubitabit, quid autem sit, magna disceptatio est. Quid autem alij de hac re senserint, primum narabo, deinde meam sententiam exponam. Quidam autem ad hoc necessarium esse putarunt locum rebus naturalibus, ut non modò res ipsæ totæ, sed singulæ earum partes loco indigere, & in loco esse iudicarent. Quare totam rerum vniuersitatem quibusdam quasi dimensionibus, quæ interualla nominabant, plenam esse suspicabantur, quæ sedes, & loca essent cæterarum rerum. Hanc sententiam eius auctores duplici diuersa ratione interpretabantur. Quidam huiusmodi interualla substantiam esse animæ compotem, verumtamen nec scindi, aut diuidi posse, & materia motuque vacare dicebant. quam sententiam Simplicius & alij narrant Procli fuisse. At si substantiarum interualla sunt, vel corporis participem vel expertem. Si corporis expertem, quo pacto per vniuersitatem manare & extendi poterat, cum id sine corpore quantitatis præstari non possit. Tum quo pacto potest substantia corporis expertem, locum esse corporis, aut corpus vilo modo ambire. Sin autem corporea substantia interualla sint, duo igitur corpora diuersa vno loco esse omni ex parte possunt, quod est à natura alienum. Nam se inter se corpora penetrant, & corpus corpus intrabit, quod absurdissimum est. Et alia incommoda concurrent, quæ deinceps commemorabimus: si dimensiones illæ & interualla substantia non sint, sed corpora quantitatis: cuius opinionis mentionem facit Aristot., eam refellens. Philoponus tamen eius non contemnendus interpretis ei accedit, & multis argumentis

Opiniones
de loco.

Notatur
Philoponus
& alij.

inuentis confirmat. Arist. autem sententiam coarguit. Hanc sententiam secuti fuisse narrantur Epicurus, & Chisippus, & Academici. Sed eos Arist. acutis argumentis conuincit. Nam si partes omnes cuiuscunque corporis in loco sint, innumerabilia loca erunt. Cum partes sint innumerabiles. Tum sicut aqua in vase mouetur: ita & interualla in quibus ipsa in vase est moueri etiã necesse est: quod si mouentur in alium locum transferuntur, loci ergo alius locus erit, & ita simul loca multa erunt. Iam verò si sunt illa interualla non substantiarum, sed quantitatis corpora, natura igitur contingit, ut materia rerum naturalium forma destituta constet, vel si accidens nominetur, accidens sine subiecto reperietur. Vtrunque autem incommodum est in natura intollerabile. Sed probat Philoponus sententiam suam locus continet totum, quod in eo est, ergo ei æquale. Ergo sicut corpus contentum est longum latum & altum, ita & ipsum corpus continens esse oportet. At ita æqualis est locus corpori quod continet, ut ambiat illud, & non penetrat. Nec alia est loci necessitudo, quam ut complectatur, quo munere fungitur dum totam eius extremitatem circumdat. Sed (ait ille) si locum exhibet modò superficies, ergo qui mutat locum tantum mutat superficiem. Tamè in finitis mutatis superficiebus nullam viam interuallumque transit corpus, cum omni prorsus vacent altitudine, non igitur sola superficies obtinet loci vim. At quod mouetur non superficies, sed viæ partes peragrat, quæ longitudine distinguuntur. Sed vrget Philoponus adhuc, Natura vi magna recusat aliquod spatium

esse vacuum, est ergo locus aliquis toto spacio, quod inane esse, & corporis plenum esse possit. At interca pedo quidem, quæ est in loco, non alio corpore completur, quam eo quod locus ambit. Quare nullis loco opus est interuallis. Arist. autem ita suam sententiam exponit. Quatuor sunt quorum vnum locus esse debet, aut materia, aut forma, aut interuallum loci extremitatibus interiectum, aut ipsæ totius loci extremitates. Interuallum non est ut probauimus. Nec etiam materia, nec forma esse potest. Nam locus describitur à re, quæ in eo est, & separatur: materia verò & forma se iungi non possunt ab ea re quam constituunt, neutra igitur locus est. Item loci est continere, quod à materia est alienum, cum à forma potius determinetur, non igitur locus vilo modo materia est. Relinquitur ergo ut locus extremitas ea sit, quæ committitur cum corpore, quod loco continetur. Quare loci superficies diuisa esse debet ab eo, quod continetur à loco. Si enim continuatum sit, & coherens, non in eo inest, ut in loco, sed ut pars est in toto. Quo circa brachium in corpore non mouetur, sicut in loco, sed sicut pars in toto. Aqua verò mouetur in vase, sicut in loco. Quia vasis & aquæ extremitates se contingunt. Ita fit ut locus semper par sit & æqualis corpori quod in eo est. Licet enim extremitas addatur extremitati, quam continet, maior non est, cum vtraque omni vacet altitudine. Sed ut nihil in loci natura desit extremitati addendum est ut moueri non possit. Nam ut diximus in genere Vbi. Loci natura definitur ex comparatione cum alijs totius orbis locis. Quare vnusquisque

Aristot. de
loco sententia.

Bb 5 locus

*Aristo. no
natur.*

*Scotus &
alij refel-
luntur.*

locus suam sibi comparationem potest, quæ transferri & mutari non potest, nisi reliquæ totius orbis partes transferantur. Locus ergo similitudine quadam ad vas accedere videtur: sicut enim vas nec pars, neque affectio est rei, quam seruat, neque aliquid ad eius naturam pertinens, ita & locus affectus est, ad id quod complectitur, in eo tamen differunt, quod locus moueri non potest, cum vas possit, itaque vas est locus, qui transferri loco potest, locus autem vas, quod loco moueri potest. Est igitur locus ex Arist. sententia extremitas eius, quod ambit, quæ primo committitur cum eo, quod continetur, quæ moueri non possit. Verum. n. verò multis non probatur, hæc Arist. definitio. Totaque de eius genere controuersia est. Non. n. assentiunt genus, vel extremitatē vel vllā quantitatis esse speciem. Scotus enim & alij docent, si loci materiam spectemus esse quidē extremitatē, si verò formæ, etiā rationē habeamus, non extremitatē esse, sed collationē. Philosophus autē non ex materia, sed ex forma res definit, & genus reddit. Dicit itaque iste auctor, locū sua vi, atque ratione dupliciter conferri, & cū eo quod continet & cū cæteris vniuersitatis locis. At locus non est in ijs, quæ cum aliquo conferuntur, quæ quidquid sunt alteri tribuunt, ut pater, & filius, simile & alia. Non. n. quidquid locus est, accommodat, vel alijs locis, vel rei quam amplectitur, nā extremitas, ut ipse fatetur Scotus, adhuc illi relinquitur. Est igitur locus in alio genere eorum, quæ cū aliquo conferuntur, quæ non totam suam naturā alteri dant, ut scientia, potestas, agere & pati. Hoc autem genus cum non per se, ac vi sua conferra-

tur, ad aliud, quam ea, quæ cum aliquo comparantur, semper genus spectant, ut scientia, & potestas in qualitate deponuntur agere, & pati ipsa per se genera sunt: aliud ergo genus, quam collatio, loco ab istis auctoribus exhibēdū est. Quod cum non exhibeant, nature, & definitioni loci satisfecisse, non putent. Præterea nihil ad collationē deferunt (ut infra amplius explicabimus) neque propter collationē quidquam loco mouetur, sed ad locū res deferuntur, & ut locum alium adquirant, res mouentur cū motus loci mutatio sit, non est igitur locus collatio. Alij autem locum in genere, vbi numerant, sed vbi declarat, non locū modo, sed in loco esse, ut vbi Petrus est in foro, vel in vrbe dicimus? Quod si locorum mentio sit in hoc rerum genere explanando, ob id est, ut ratio loci intelligatur, in quo res sunt. Mihi verò (ut liberè dicā, quod sentio) non probatur genus Arist. ut locus sit extremitas, ad quantitatemque pertineat. Ostēdimus enim in metaphisicis locum per se non esse quantitatis speciem, sed per aliud, quemadmodū tempus & motus. Et licet Arist. in categorijs locū in formis quantitatis numerauerit, in metaphisicis tñ quibus verā quantitatis rationē explicuit, nullā illius mentionē fecit. In logicis aut, quoniam ex mensura, & definitionē, & diuisionē quantitatis submisit, loci que & tempus mensura sint eius, quod includitur, ob id autem, motum locum & tempus in formis posuit quantitatis. Tamē in metaphisicis tempus & motū per aliud, non per se quantitates esse dixit. Quæ omnia non pluribus disputauimus, cum de quāritate in metaphisicis verba

verba fecimus. His accedit, quod locus potius aliud, quam extremitatē indicat, cuius extremitas materia videtur esse. Ratio autem & forma non extremitas est, sed vis illa continendi, quod in loco ponitur, quæ per extremitatem exequitur. Item loci species verè sunt sursum & deorsum, quæ nullo modo sunt quantitatis species. Etenim non inter se repugnant, sicut sursum & deorsum pugnant. Cum igitur extremitate nihil sit contrarium, quia quantitas, loco autem locus contrarius sit, locus ergo non est extremitas. Locus præterea propriè continet, & propriè in loco aliquid ponitur, & in loco est: non propriè verò extremitas continet, & in ea ponitur, & aliquid est, non igitur est locus extremitas. Tum locus ut ipse bis ait Arist. est ut vas & vas est locus. At vas non est extremitas. Nec rectè quispiam diceret vas ad quantitatis genus pertinere, sed ad qualitatis potius, quia ex parte vim habet, in se aliquid recipiendi, vel continendi. Ita locus ex ea vi sibi natura insita ad accipiendum, quod ad eum motu fertur potius definiendus est, quā ex quantitate, quæ potius eius materia est. Ad hæc locus nec moueri, nec transferri potest, ut ipse Arist. docet extremitas autem pellitur, & effunditur, ut si aer, vel aqua sit ei rei, quæ in loco est circumfusa, vel corpus aliud, quod repelli possit non igitur extremitas mobilis, locus esse potest immobilis. Iam verò si lapis, vel alia res aliqua infinita vi in extrema cælorū superficie collocaretur, vbi esset significari posset, ergo in loco esset, tamen nulla eam superficies amplecteretur, non ergo locus est superficies circumdans. Est ergo lo-

Loci definitio.

cus receptaculū immobile corporis mobilis. Cuius definitionis genus sumptum est secundo qualitatis genere quod in naturalem potestatem, vel imbecillitatem partitū est. Hoc autem receptaculum aliàs maius, aliàs æquale, aliàs minus esse significatur, quā id quod in eo receptum est. Maius est cū vinum in dolio esse dicimus, aut vir in domo, aut rex in regno. Æquale cum primam superficiem eius, quo aliquid cinctum & circumdarum est totum complecti iactamus. Minus cū pilum, hastam, gladium in manu tenere, vel lapidem, aut aliam terræ partem in centro esse declaramus. Ita facile expediri potest ea quæstio, quæ magna contentione disputari solet, vtrum supremum cælum in loco sit. Cur enim in eo cælo non sit, quod proximè semper sequitur non video, sicut liber est in manu. Nisi pertinaciter persistere volumus in Arist. definitione ad superficiem circumfusam totam loci naturam referentis. Vniuersitas autem in loco non est. Locus enim ut supra scripsimus, describitur ex comparatione cum alijs locis. Quæ autem, si ab vniuersitate discedamus, loca restant, ex quarum contentione locus vniuersitatis notari possit? Res autem per se non in se, sed in alio dicuntur esse. Quidam hoc loco verba faciunt de loco rerum naturalium, quod licet physicæ sit non tamen huius partis. Alij in sulcus totis physicæ cancellis non se continent, sed de loco differunt substantiæ corporis expertis, & vtrum Deus sua infinita vi, atque potestate possit rem eandem in pluribus locis collocare. De quibus rebus phisici partes non sunt disputare. Præterquam quod

quod valde inutiles & incertas eas quæstiones esse duco, quæ in Dei opt. max. infinita virtute versantur, quærentes vtrum possit ipse vel nō possit. Quod attinet ergo ad hanc physicæ partem satis de loco disputatum est.

Cap. 4. De inani.

Quoniam ad eandem facultatem contraria spectant, sicut physici munus est de loco disputare, ita de inani, quod pleno contrarium est. Et vtrunque circa locum pugnat qui vtriusque subiectum est. Cum enim locus, cuius est capax magnitudinem continet plenus habetur. Si verò illa careat inane. Sed hominū vulgus inane vocat locum ea re priuatū propter quam comparatū est. Ita doliū sine vino inane est; & aliud sine aqua vas aliud sine oleo inane ducitur. Physici tamen inane definiunt locū corpore vacantem. Non quod locus sit genus definitionis, sed vtriusque contrarij sedes, sicut si cæcum quispiā definiret animal oculis priuatū. Inane verò esse non posse ipsa, quam experimur, naturæ solertia ne sit, perse declarat. Quam in clepsydris videmus, & infollibus qui nisi osculum illud, quo reddunt & accipiunt aerem recludatur antè dirumpi, quam seungi possunt. In tabula plana, & aqua mersa, quæ si subito extrahatur, aquæ partem secum trahit, quod citius fuerit diuisa, quam aer intraret, & in cucurbitis, quæ distrahi non possunt, nisi ex aliquo latere inclinentur, vt datur aeri loc⁹. Et in multis rebus alijs quas per se quisque notare potest. Etenim inferiora corpora aded à su-

Inane quid

Natura solertia ne sit inane.

perioribus fouentur. Vt sine eorum subsidio, neque sustentari, nec ali posse videantur. Si verò sit interiectum inane, nihil est per quod eorū virtus per meet & in alia deriuetur. Veruntamen quidam veteres philosophi inane rebus ita necessarium esse putarunt: vt sine illo, nec motus, per locum, nec acretio, nec decretio esse possent, nec res dilatari, aut comprimi. Nam per plenum nihil moueri potest, quod enim locum replet impedimēto esset cum corpus aliud corpus non penetreret. Quod accrescit autem quo loco reciperetur, si nihil esset inane: quod etiā decrescit aliquid loci nō occupat, sed inane reliquit, idem est iudicium de eo quod rariōs, vel densius sit. Quare si inane nō sit nihil cogi distendique posse motum denique funditus tolli Zetus putabat, aut saltem totam vniuersitatē quocunque motu fluitare dum corpus motu suo proximum quodque corpus extruderet. His illi rationibus adducti duplex inane ponebant aliud in rebus ipsis, quo fieret acretio & decretio, discēssio, & compressio, aliud separatū per quod res motu ciceretur. Nam aer illi corpus esse non reputabant, quod sub tangendi sensum non caderet & corpus omne dicebant esse tractabile. Inane etiam eiusdem rationis esse ponebant, qua locum rebus omnibus illis interuallis de quibus diximus parabant. In quibus si nihil esset, inane relinquit: si corpus autē collocaretur, locum describi dicebant. Sed Aristoteles de inani differens multis argumentis istorum opinionem refellit. Tantūmque ab esse dicit, vt inane sit ad motum necessarium, vt si esset inane nihil

In-ne esse quidam putarant.

per

per locū moueretur. Etenim motus tunc esset in instanti, quod cum fieri nullo modo posset, motus non esset. Id autem incommodi consequi probat Aristot. Nam illud celerius mouetur, quod minus impeditur, vt eadem res velocius per aera mouetur, quam per aquam, quod aer minus impediatur. Ergo si nihil prorsus impedimenti esset, vt vssu veniret in inani, nulla penitus mora esset in motu. ac proinde puncto temporis contingeret, si enim tempore fieret, esset vlla comparatio inter tē tempus, quod per inane, & per plenum mouendo consumitur, cū nulla sit inter plenum & inane comparatio. Tum ea proportione, qua tempus, quod ad motū inane postulat, vincitur ab eo, quod plenum ea inquam proportione interuallum, quod pertransitur, rariū fiat. Tunc non minus celeriter, per inane, quam per plenum res motu ciceretur, atque adeo celerius per inane, si rariū esset spaciū, quam dicta proportione, quæ absurdissima sunt. Quare si motus vllus per inane fieret, esset in instāti. De hac Aristotelis sentētia multa est inter eius interpretes controuersia, quæ res, vtrum ita sit, vt Aristotel. significare videtur. Probant multis ac certissimis argumentis nullo pacto fieri posse, vt vlla magnitudo puncto temporis moueatur. Quod partes habere necesse sit, ac proinde priorem partem, prius quam secundam, tertiam & quartam spaciū pertrāsiri. Quod si prius & posterius in motu numeratur, tempus cedat necesse est, vt planū fecimus, cum de tempore haberemus orationem. Et ita illud Aristotelis argumentum dissoluunt dicētes, non totum im-

pedimentū motui interuallū afferre, sed etiam nonnullum ipsum mobile corpus, quod cum partibus distinguatur, partes etiā motus distinguere necesse est. Quod autem incommodo vrgens, Aristoteles petit corpus raritate, ea proportione præstans, vel maiore, qua tēpus, quod ponitur in trahendo pleno, superat illud, quod in transeundo inane consumitur. Nulla cogit necessitas, vt id concedatur. Nam forte tam rarum corpus rerum natura non patitur. Alij quibus ego magis assentior, non eam esse docent Aristotel. sententiam, vt dicat, si esset inane, motum in instanti contingere. Longè enim hoc magis repugnat, quam illud. Siquidem plenum neq; in totius vniuersitatis, neque singularum partium definitionem cadit. Motus autem exigit definitio, vt ex actu & potestate constet, quæ vno eodemque instanti coniungi non possunt, cum contraria sint. Quare tempus intercedat necesse est, vt motus natura cōstet. Illa ergo videtur esse Aristot. doctrina, vt incommodo vrgens motum ad locum funditus argumentando tollat. Vel forte, quia vtrunque & inane & motus puncto temporis est impossibile, neque ipse ad infinitam Dei opt. max. potestatem confugiat, considerare neglexit, quod nam esset magis impossibile. Verum enim verò nobis id faciscit negotiū, nec prætermittenda est eius quæstionis explicatio, vtrum in inani is motus esse possit, quo res loco mouentur, vt si (verbi gratia) Deus omnia corpora cælorum cōplexu contenta eximeret è rerū natura, vtrum lapis è cælo ad mediū deliberetur. Licet autē quæstiones, quæ

*Motus ef-
fer in ina-
ni.*

quæ ponunt aliquid, quod naturali-
ter fieri non possit, valde sint ad
naturæ cognitionem inutiles. Ta-
men quia inane pleno contrarium
est, non nihil huius quæstionis ex-
plicatio loci pleni naturam illustra-
bit. Vt autem mea fert opinio, non
dubito, quin esset motus, & quod
ille lapis deorsum ferretur. Siquidẽ
lapis est ad motum natura propen-
sus. Nam cætero, qui eadem, quæ
nunc relinquenda est rerum natu-
ralium conditio, & facultas. Nihil
autem est, quod impediat, quo mi-
nus moueatur, quia inane, cum ni-
hil sit, nihil impedire potest. Sed
hoc argumento maximo, hæc sen-
tentia oppugnatur, quod motus ad
locum fit per loca, vbi ergo locus
non est, nec motus erit ad locum, si
cut si calor non esset, non esse cale-
factio, neq; motus vllus ad calorẽ.
Sed toto tunc cælorum ambitu
nullus esset locus, quia nulla esset
extremitas, neque aliud quod quid
quam amplecti posset. Nihil igitur
ad locum deferretur, ac proin-
de nihil loco moueretur. Vt hæc ar-
gumentatio dissoluatur, illud prius
videndum est, an si lapis ille a cælo
discedens, alicubi consisteret, locum
vllum tenere putaretur. At certè
ex Aristotelis doctrina locum ex-
tremam esse definitis, non vi-
deo quo pacto huiusmodi argumẽ-
tum explicari possit. Nec si lapis
tunc in medio mundi sita cætrum,
quod spectat natura sua, obtineret,
verè in loco esset, quod nullo ex-
tremam amplexu continetur. Ex
nostra vero loci definitione facilẽ
ista tollitur dubitatio. Nam ad locum
statuendum tantum receptaculum,
quod non moueatur, postulamus.
toto autem tunc cæli complexu

huiusmodi receptaculum esset: quia
vbiunque capacitas est, ad ceteras
mundi partes relata, quæ lapidem
acciperet. Atque illud argumen-
tum ex hoc satis explicatur. Nam
quacunque lapis pertrāsiret vsque
ad mundi medium per loca deffer-
retur, quæ ipsa molle & magnitudi-
ne sua notaret. Dubium igitur non
est, quin motus ad locum in inani
esse posset. Atque quatenus sit ina-
ne hoc modo explicuimus.

Cap. 5. De infinito.

Sicut physici munus est inane
ita & infinitum tractare. Nã
in substantia corporea versa-
tur, quæ magnitudine constare, ne-
cesse est. Tempus etiam & motus,
in quibus physici partes cernuntur,
magnitudine ponderantur. Magni-
tudinis autem propria quæstio est,
vtrum finita vel infinita sit. Quare
infiniti tractatio ad naturæ scientiã
spectat. Magnũ autẽ & parũ mul-
tũ & paucũ, affectiones sunt quãtita-
tis. Quæ de causa materiam potius,
quã formã per se cõsequuntur, pro-
portione verò, & verborũ trãslatio-
ne ad formam accommodantur. Si-
cut enim effecta est magna quanti-
tas ad parvam, ita & magna vis ad
parvam. Tota ergo infiniti ratio in
materia potius quã in forma in-
quirenda est. Quæ verò ex parte for-
mam attingat, non nihil in meta-
physicis declarauimus, cum de to-
to naturæ genere verba facientes,
formæ determinationem, & exitum
materiam esse, eamque formã nul-
lis terminis definiri, sed infinitam
esse videri, quæ omni prorsus
materia careat. Nihil igitur est,
quod ampliùs de infinitate formæ
differa-

*Infinitum
cognitio ad
naturalem
spectat.*

*Infiniti des-
criptio.*

differamus. Ad materiam verò ve-
niẽtes cuius proprior infinitas, sicut
magnitudo est. Vtrum sit, nec ne vl-
la quæramus. Infinitum verò vt præse-
nominis notio fert, illud est, quod
nullo fine terminatur. Quamobrẽ
rectè ab Aristotele definitur illud
esse cuius semper aliqua pars reli-
qua est, infinitatemque ex eo esse,
quod semper aliud, & aliud accipia-
tur nunquam tamen ad infinitum
perueniatur: quia quod accipitur
semper illud quidem finitum est.
Quicquid enim acceptum est finẽ
habet. Dubitatio ergo est vtrum hu-
iusmodi infinitum in rerum natu-
ra repetiatur. Anaximander enim
rerum ortum perpetuari non posse
putabat, nisi aliquod infinitum esset.
Ex quo rebus generandis materia
suppediaretur. Sed cum res ortæ
non in perpetuum consistant, sed
earum vicissitudo sit materiæ, vna
in varias formas cõmutetur, leuissi-
ma ratione ductus id asseuerare vi-
detur. Democritus verò & Anaxa-
goras chaos illud, & rerum confu-
sionem, ex qua totius naturæ princi-
pium trahebat, tactu coherentem,
& infinitam esse opinabatur. At cor-
pus quantum infinitum esse non
posse ex eo facilẽ constat, quod om-
ne corpus aliqua figura continetur.
Figura verò terminum finemq; cor-
pori vi sua affert. Non igitur immẽ-
sum esse potest. Tum materia sine
forma esse nõ posse diximus, aliqua
ergo substantiæ forma in corpore illo
esse debet. Forma verò vt in certa
aliqua specie concluditur, ita certã
& definitam materiam sibi prescri-
bit, & infinitam repudiat, si enim
infinita nõ sit, infinitam materiam
informare non potest. At infinita
ab omni potius materia libera est,

*Anaximã-
der repre-
hẽditur De
mocritus
& Anaxa-
goras.*

*Corpus quã-
tum nõ po-
test infini-
tum esse.*

quã vt infinitam materiam requi-
rat. Non ergo vllum substantiæ cor-
pus infinitum esse potest. Præterea
omne corpus naturale locum sibi
vendicat naturalem. Locus autem
id complectitur, quod in illo est, er-
go terminum & modum imponit.
Nõ ergo sine fine patietur esse. Sed
Anaxagoras hoc argumentum dissol-
uit dicens infinitum se ipsum nixu
suo sustinere, q; in se maneat, nec
aliud ipsum contineat, & comple-
ctatur. Sed cum nihil possit in re in-
finita accipi, quod pars non sit, sem-
per enim aliquid accipiendum re-
stat, in partis potius quã totius nu-
mero reponendus est. Quare ipse
non est continere, sicut totum, sed
contineri sicut pars. Præterea infini-
tum refert sua vi materiam potius,
quã formã, quod forma definit
determinetque materiam, quæ infi-
nita est, & ad omnem formã apta.
Quare potius continetur infinitum
quã continet & in se manet. Iam
verò si nullum habet natura locum
non est corpus naturale, cum om-
nia corpora naturalia sint locis suis
natura disposita. Partes etiam infini-
ti totius naturam imitates loco ca-
rent, & in se manerẽ, eandemq;
res omnes naturam sequerentur, in
quas istorum opinione illud infini-
tum videtur esse deriuatũ. Non er-
go locum vnãquãq; suum amaret,
neque ad illum suæ naturæ impetu
ferret. Quod planè abhorre vide-
mus a rerum naturalium ratione.
Præterea moueri non posset infini-
tum. Nam motus omnis est ad lo-
cum, & per loca, quæ cum capere
non possint infinitum, nullo pulsu
agitari posset. Tum ne accrescere,
ne decrescere, maius enim nihil es-
se potest infinito, nec vllõ modo
minui.

minui, nisi partibus infinitis minuatur, & infinitum esse desinat. In orbem autē moueri non possit: quia lineę ab eius medio ductę per corpus infinitum, vt mathematici docent, tandem interuallo distarent infinito. Interuallum autem infinitum pertransiri non potest, pars ergo illa infiniti duabus notatis lineis interiecta nunquam confici possit, vt vna linea ad alterius locum perueniret, non ergo motus in orbem esset. Quāritas autem seiuncta infinita esse non potest. Nā omnis numerus aliqua vnione cōcludit, qua ab alio numero differt. Hūc accedit, si numerus est numerari potest. Consequi ergo numero possumus, quod infinitū aeproinde finitum erit infinitum. Ex his ergo planum sit infinitam nullā quantitatem coniunctam, nec seiunctam esse. Sed si prorsus tollatur, infinitas ē rerum natura non leuia incommoda consequentur. Nam ex diuisione continuę magnitudinis aliqua extabit, tandem continuata, & cohærens magnitudo, quę amplius in partes magnitudine præditas diuidi non possit, quod est cōtra quātitatis naturam atque rationem. Quod si nunquam ad huiusmodi magnitudinem perduceretur diuisio, nunquam vllus erit diuisionis finis. Sicut autem detrahendo terminus in quantitate coniuncta non reperitur, ita neque addendo in separata, quocunque enim numero alius maior sit vnione apponenda, vel alio quocunque numero, neque erit, quo mentis cogitatio numerare desistat. Infinita ergo esse videtur quāritas coniuncta atq; diiuncta. Præterea tempus sua natura nūquā terminare posse videtur,

Nulla quāritas potest esse infinita.

neq; magnitudinis, neq; diuinitatis modum. Quod si nūquam definitur infinitū erit. Oportet ergo cōsiderare atētius qua ratione sit, & qua ratione non sit infinitū. Res ergo, vt in metaphysicis exposuimus, vel actione sunt, vel potestate, nam res quędam re ipsa sunt, quędam esse possunt. Rursus res quędam esse dicuntur, quia totę permaneant, vt homo & equus. Alia, quia succedat, vt tempus & motus. Nec enim temporis & motus partes persistunt, sed earum quędam continuatio & vicissitudo est. Ita dicimus certamen esse, orationem & disputationē. Ex his facile colligitur quatenus sit, & quatenus non sit infinitum. Nam actione, & re ipsa nulla, nec magnitudo, neque multitudo immensa, & interminata est, vt superioribus argumētis satis demonstratum est. Ita nulla est magnitudo, ex qua partes æquales & infinitę detrahi possint. Sed a quacunque magnitudine, si æqualis semper sumatur, magnitudo tandem consumetur. Potestate verò quęuis magnitudo immensa & infinita est. Nam infinite secari atq; diuidi materia potest, si non equalis semper pars, sed eadem ratione detrahatur, vt si dimidia aut tertia pars, aut alia quauis ratione semper separetur. Ita & numerus infinite cogitando potest augeri, vel vnionis, vel alicuius numeri additione. Sed cū huiusmodi infinitū potestate concedimus, nō ita intelligenda est potestas, sicut eū ex crestatuam, aut ex non homine hominem fieri posse, quod aliquando cōtingat, vel statuam vel hominem esse: sic infinitum potestate, quāsi re ipsa aliquando futurū sit. Sed quemadmo-

Qua ratione sit & non sit infinitum.

madmodum aliud rerum genus esse possumus, quod aliud semper, & aliud succedat, neq; aliquid permanens, & constans deprehēdatur, vt dies annus & motus. Ita infinitū potestate dicimus, non quāsi magnitudo vlla permanens sit infinita, sed quod alia semper, & alia sine fine magnitudo diuidi possit, & alius semper & alius sine fine numerus addi. Ita tempus aliud aliudque semper succedit, homines & animalia singula perpetua quadam, sua natura successione oriuntur, & occidūt, ac prætereunt. Hęc tamen differentia est, quod in magnitudine id accidit remanente quod assumptū & separatum est, in tempore verò rerum ortu atque interitu deleto atque consumpto, vt tamen nunquā deficient, ita & in numero, qui mentis intelligentia usurpatur. Sed in numero ad minimum vsq; progrediendo, necesse est exitū, terminumq; reperiri, nam postquā ad vnum deuentum est, non longius proceditur. Sin autē ad plura progrediat, nūquā finis constituitur, quod omnis potest augeri multitudo. In magnitudine autem contrā vsu venit. Nā ad minores eius partes progrediendo, nulla notabit magnitudo, quā non possit alia minor inueniri: quia in partes quęcunq; minimas diuidi potest. Ad maiores autē partes processu non infinita occurret magnitudo: quia maior nulla esse potest, quā quę cęlorū complexu continetur. Itaq; separata quantitas, quę numerus est, ex separatione coniunctę quantitatis fieri videtur, vt quod hæc magis secatur, illa magis augetur, & sicut hæc infinite secatur, ita & illa infinite augetur. E contrario verò coniuncta quantitas ex coniū-

ctione seiunctę existit. Nā quod hæc magis ad vnionem accedit, eō magis propinquior termino sit & fini. Et sicut tandem gradatim demodo ad vnum prouenimus, de quo amplius demi non potest, sic & augetur, & vt ita dicam, vniēdo eam magnitudinem persequimur, quā maior esse non potest. Rectē ergo vna definitione a nobis explicatū est & actū & potestate, quod infinitum dicimus, vt sit illud, cuius semper aliqua pars præterea restat. Ac an sit necne infinitum & immensum, & quo infinitatis ratio posita sit, hætenus explicatum est.

Infiniti definitio.

Cap. 6. De formis motus.

HActen^o de toto genere motus, & de his, quę ad illud spectat differimus. Vt autem facilius & commodius eius species explicentur, animaduertendum est, motum aut esse per se aut per aliud, per se est inter terminos eiusdem generis, saltē proximi, vt a loco in locum, a minore in maiore quantitate, a frigore in colorem. Per aliud est, inter terminos alterius generis, vt a loco ad valetudinem, vel ad visendum amicum. Is autem motus, qui est aliena vi prætermittitur. Nam est incertus, quippe qui sit in omnibus & sine omnibus. In quocunq; verò motu hæc quatuor esse oportet id, quod mouetur & id, vnde incipit moueri. Et id, quo progredit. Et interuallū, quod in medio collocatū est. Vt in motu lapidis deorsum est lapis, qui motu cietur, sursum vnde proficiscitur deorsum quod peruenit, quod interiacet vnde & quo, quod est interuallum.

Ce lum.

Quatuor in
quocunque
motu sunt.

lum. Quod mouetur subiectum est totius motus: non enim motus esse potest in eo, vnde incipit, q̄ deserit neq; in eo quod tēdit, quod restat cōsequendum, neque in interuallo, quod naturam vtriusq; termini imitatur. Quare si nō est motus in terminis, neque in interuallo esse potest. In eo igitur, quod pulsu agitur totus motus positus est. Illis verò duobus terminis vnde & quō ita motus circumscribitur, vt si non sit vnde incipere motus nullo prorsus modo possit, si verò non sit, quonunquam finiri. Interuallum verò si non sit interiectum & intermedium, motus procedere minime potest. Etenim ex actu & potestate (vt iam docuimus) constat, quā simul eodemque puncto esse nō possunt. Cū natura discrepent, vt in meta physicis dictum est ob eam rem interuallū esse oportet, quo separentur & distinguantur. Arist. & omnes eius interpretes ac discipuli dicunt præterea esse necessariū, vt motus in contrarijs versetur, contrarijsque terminis circumscribatur, vt supra & infra in motu ad locum, frigidū & calidum, albū & nigrum in commutatione. Quod quidem contra veritatem, atque rationem mihi defendi videtur. Tantū enim abest vt termini contrarij ad motum sint necessarij, vt eadem res aliquando vtriusq; termini munus sustineat. Vt in motu quo in orbem aliquid cictur. Item incessus est motus: tamen nullum contrariorum genus eius termini postulant. Iam verò in quantitate motus cernitur: tamen, nulla sunt in quantitate contraria ipsi assentientibus. Non igitur motus ratio exigit contrarios terminos. Præterea sunt contraria par &

Aristo. Cō
eius inoer-
pretes no-
tant.

impar, vel in eo rerum genere in quod motus cadit, tamen in illis motus nō versatur. Nihil igitur attingit ad rationem motus contraria: sed interuallum terminis inter medium. Quod quia non est inter par & impar, sed numerus, qui non est par, necessario est impar, nullū motū continere possunt, tñ quia in medio maioris & minoris lōgitudinis aliquid semper locatū est, accretionis & decrectionis motus in eis versatur. His positis facillē omnia mot⁹ genera inuestigabimus, si omnia rerum genera perlustrabimus. Motus autē qui sunt aduentitia vi præmittimus, nam sunt innumerabiles. Ac primum in substantia motui locus non est, quod in eius mutationibus, nec est aliquid, quod motum accipiat, nec vllum inter mutationū terminos interuallū interiectū est. Cū. n. ex non homine homo fit, aut ex non animali animal, nulla substantia vtriq; termino subest. si. n. subest substantia non per se, sed aduentitia vi mutaretur, quod eadē in vtroq; termino relicta esset. Nec homo gigneretur, aut leo: quoniam vterq; substantia est, nec substantiæ accidere potest. Verū tamē harū mutationū sola materia prima particeps est, quā iā demonstrabim⁹, essentiā nō esse. Moueri autē materia prima non potest, quia substantiæ est moueri, sicut agere & perpeti, ac deniq; per se esse: quod. n. per se nō est per se moueri nō potest, sed per id, per q̄ est. Motu etiā substantia corporea à nō corporea separatur, quare in corporea tantū substantia cernit. Materia autē prima quantitatis tantū corpus est, non substantia. Cū nihil igitur ad substantiam moueatur ex substantia nullus motus ducitur.

In substan-
tia non est
motus.

ducitur. Tum quod nihil interualli interiectum est inter duos illos terminos mutationis. Nō homo enim ex quo fit homo, simul atque nō hominem esse desinit homo fit. Et simul atque homo interit non homo est. Ex hac ergo etiam parte ortus, & interitus substantiæ non est motus, nō est ergo in substantia motus. Sed Toletus leuissimo argumento sibi persuadet ortum esse motum. Quod sit actus materiæ primæ, quæ poterat formam illam accipere. At motus nō est actus potestatis tantū. Ita enim nihil nisi motu effici posset. Nā angeli effectio est actus rei, quæ esse poterat mūdi etiā procreatio est actus rei, quæ potestate erat. Sed motus est actus rei quæ poterat esse quaten⁹ esse poterat, ita vt post actū aliquid potestatis relinquatur. Componitur. n. motus totus ex actu & potestate. Et is hoc loco negat successionē ad motus rationē pertinere, qui ante motū esse definiuit fluxum quendā. Est ergo ortus non motus, sed mutatio. Mutatio autem est actus rei, aliter se habētis, quam ante: Quare omnis motus est mutatio. Non autem omnis mutatio est motus, vt illustratio aeris & procreatio rerū sunt mutationes & non motus. In quantitate verò nihil est quod motum impediatur, quam obrē accrescit, & decrescit in quantitate substantiæ, vtriusque motus subiectum. Ex quantitate autē disuncta nullus motus trahitur. Nam licet additione, vel detractioe vnionis alia existat numeri species, nullum tamen est inter numerorū formas interuallū, per quod motus possit manare, sed ex vna specie in aliam est mutatio. Qualitatis verò si tertiā speciē excutiamus, motū per se in ea versari re-

periem⁹, vt à frigore in calorem à nigrore in candore. Alię autē qualitatis species motu per se nō cōparantur, sed ad aliam rem motus suscipitur, quā ipsæ cōsequuntur. Nam in prima specie sunt habit⁹ corporisq; vel animi virtutes, aut vitia. Si corporis sint in apta, vel inepta caloris & frigoris temperatione ponuntur, vt valetudo & firma corporis constitutio. Quare prius per se motus in frigore & calore versat⁹, quā eius particeps sit valetudo aut morbus. Sin autem animi uirtutes vel vitia sint, vel in ea ei⁹ parte locantur, quæ mentis est & rationis cōpos ad eam motus nō potest accedere. Quo circa si desit, quod moueatur, motus esse non potest, non est ergo vllus per se motus ad scientiam, prudentiam, errorem, vel paruas opiniones adipiscendas. Sin autem earum sedes sit ea animi pars, in qua ira, & aliæ perturbationes existunt, vt temperantia, & intemperantia, fortitudo & audacia in his nullus quidem motus cernitur, sed in illis, quæ progressæ sunt commutationes, vt cordis calefactio vel refrigeratio. Virēs autem & potestates, quæ in secunda sunt qualitatis specie, comites vnus cuiusque naturæ sunt, vt vis ad intelligendum, ad ridendum, ad ingrediendum, & itē alia. Quare naturam potius sequuntur, quā motu acquiruntur. Formas autē, atq; figuras, quæ quarti generis sunt, nullas res vi sua motu parit, aut amittit. Nā figura fit, vel incisione, vel descriptione, vel appositione quacunque ratione aliquid conformetur, motus ad locum antegrediat⁹ necesse est. Accidit ergo potius figura motui quā motu, per se querit. Non. n. finis agentis vi sua mot⁹ est finis.

Cc 2

Ex quo

Ex quo fit, vt quod efformatum est eius rei nomine, ex qua fit non vocemus, non enim statuum æs, aut lecticam lignum dicimus, sed statuum cream, vel lecticam ligneam, rerum .n. naturalium appellationes imitant, vt corpus dicitur terrenum. Subitæ enim sunt lineamentorum cõformations, sicut rerum naturalium ortus, simul enim atq; quibuscunq; lineamentis aliquid vel adijcias, vel detrahas, alia & alia figura constat. neq; in earum efformatione interuallum ullum motu successioni relinquit. Sed dicit fortasse quispiam, si aduentus est motus, qui in cæteris formis qualitatis præter tertiam est, quod alia res, vt locus, vel calor (exempli gratia antecedit, ad quam motus per se suscipi videatur. Non igitur in toto genere tertio qualitatis motus est, vt non sit ad candorem, & nigrorem, & ad alios colores in harum medio collocatos. Etenim hæc ex confictione caloris, & frigoris, & aliarum primarum, quas vocant, qualitates existunt. At non solum hæc, sed etiam illæ secundæ aliquid præstant, ita vt inter se motum afferant, & moueantur. Sicut lux aperte candorem infert, & tenebræ nigrorem. Est ergo non candor & nigror, & aliarum huiusmodi formæ motus, sed ipsa exempli causa dealbatio, qua redditur aliquid album. Qualitates ergo tantum tertij generis motu inter se commutantur. Ea verò que cum aliquo conferuntur, vel huiusmodi sunt, vt quidquid sunt alteri tribuant, vel non retribuant. Illa planum est motu non adfisci: nam si vnum tantum mouetur, cum altero comparabitur, licet nullum motum acceperit. Qui enim candidus efficitur, alteri similis efficitur,

Qualitates tertij generis motu inter se commutantur.

qui iam dudum candidus erat. Et pater alius fit, quia ei nascitur filius. Hæc autem quæ non quidquid sunt alteri accommodant propria huius generis non sunt, sed attinent ad alia rerum genera. Quare, si alia genera percurrentes demonstraui, ex quibus modus ducatur, ex quibus verò non cõpertum erit non ad hæc omnia motus est, contra quæ Scotus opinatur, qui vocat illa extrinsecus aduenientia. Quod autem in actione & perpensione motus non reperiatur, facile patet ex eo, quod vtrumq; genus est motus. Quod si motus vi sua alium motum terminaret, rursus secundi alius esset terminus: nam quæ per se cõuenit, se per cõuenit. Deincepsq; tertij alius esset motus, & sic in infinitum progredieretur. Ita vt nihil vnquam fieri posset. Quod actio nullavel perpensio ad exitum perduceretur. Nam infinitum & innumerabile nemo vnquam persequeretur. Nihil igitur oriretur, moueretur, aut villo modo mutaretur. Deinde cum aliquid cuiusque motui subesse (vt diximus) & subterni debeat, quot erunt motus, tot etiam erunt rerum essentia, ita motus nullus obibi sine pluribus corporibus posset, quod est incommodum maximum. Iam verò vel motus quod motus dicitur, est eiusdem generis, vel alterius, si alterius non est per se ad illud motus, sed per aliud. Quod genus motus iam prætermisum est, nec est inuestigationi nostre propositum. Si verò eiusdem sit generis, ergo ortus erit alius ortus, & accretionis accretio, calefactionis calefactio, & dealbationis dealbatio, & progressionis progressus. Quæ cum absurdissima sint, facile constat in actione & perpensione motum non versari. Vnde

Actio, & perpensio non est motus.

scitur, nec in quando alio genere esse, cum tempus ipsum contineat, quod motum esse supra diximus. Vbi verò locum amplectitur, in quo apertissime motus cernitur, situm autem esse, vel vestitum esse, vel corporis partes ad locum, vel vestes ad aliud peruenisse declarant. Quare motus ad locum prægredi oportet, ad quem sua vi, motum siue partium, siue vestitum, susceptum fuisse constat, aliena verò & aduentitia vi ad illud situm esse & vestitum esse. Excusis ergo rerum generibus: in tribus tantum generibus motus reperitur in quantitate, qui vel accretio est, cum ad maiorem magnitudinem quantitas progreditur, vel decretio, cum ad minorem descedit. In qualitatis etiam tertiam formam, in quam patibiles qualitates conferuntur. Ex quibus aliquid vel pati, vel non pati iudicatur, qui motus commutationis nominatur. Ex vbi etiam motus deducitur, quem latationem physici Græcos imitantes vocant, quo ad locum aliquid fertur. Omnis ergo motus vel accretio est, vel eiusdem generis decretio, vel latio. Ex his generibus vnum dumtaxat suscipit intensionem, & remissionem, quod est commutatio, quæ modo maior vel minor appellatur, vt maior calefactio vel minor refrigeratio. Non sic autem maior, vel minor latio esse putatur, aut maior minorve decretio. Velocior verò latio est ratione temporis, quod eius mensura est, vt iam exposuimus. Cur autem in vno commutationis motu, illud magis & minus reperitur explicite non possunt, qui tradunt motum per se in contrariis aduersisque cerni. Nos autem, qui id eis non concedimus, ea de causa putamus

In tribus modo generibus est motus.

Vnum motus genus suscipit intensionem & remissionem.

hoc modo genus motus intedi, aut remitti posse, quod in contrariis ponatur inter medium & aliquo interuallo interiectum vtriusque nature particeps: Et hoc quod magis, vel minus contrarij suscipiant adiungit sibi motus illud magis, & minus. Alij verò cum inter contraria non ferantur natura sua intentionem & remissionem non habent. In quocunq; verò genere motus reperitur, & eius contraria quies Morus enim, & motui contrarius est, si in contrarias partes vterque feratur, & quieti. Quies autem est cum non mouetur id, quod aptum ad motum naturam habet. Vocatur autem nonnunquam immobile, quod licet moueri possit, difficile tamen mouetur. Exposita igitur sunt & motus, & quietis genera.

Cap. 7. De motibus inter se comparandis.

Sequitur, vt motus inter se cõparemus, quod vt facilius intelligatur, aliqua sunt definitiones præponendæ, aptæ non solum ad ipsos motus, sed etiam ad quaslibet magnitudines inter se cõparandas. Simul sunt ea, quæ in vno primoq; loco sunt. Separim quæ in alio. Tangunt ea se, quorum coniunctæ sunt extremitates. Medium est in quod prius peruenire necesse est id quod continenter, mutatur, quam ad vltimum. In tribus igitur minimum medium reperitur primo medio & vltimo. Continenter verò moueri dicitur, quod licet aliquid spatij, in quo motus fit, interrumpatur, nulla tamen temporis mora sit, vt continenter in fidibus nerui pulsantur, licet aliquid spatij inter neruos ipsos interiectum sit.

Definitio nes quædam ponendæ ad motus comparandos.

E regione locus positus est, qui recta linea distat. Deinceps sequitur illa inter que nihil eiusdem generis intermediū est. Ita lineę numeri, domus & vrbes deinceps sequuntur, inter que alia lineę numeri domus, & vrbes nō interiectę sunt. Nihil autē impedit si aliud intersit. Cohærent autē, que deinceps sequuntur, & se præterea contingūt. Continuata vero sunt ea, que ita inter se apta sunt ut vna vtriusq; sit extrema superficies. Ita lineę extremitatis & corporis pars cū alia parte continuatur. Hęc igitur quasi incrementō quodā inter se apta sunt. Primū est quod deinceps sequitur, deinde quod tangit, ac tertio loco, q̄ est cōtinuum. Etenim q̄ deinceps sequatur, non continuō tangit, quod autē tangit, deinceps sequit, sed non propterea continuatū est. At quod continuat & deinceps sequat, & tangat necesse est. Interest autē inter punctū & vnionē, quorum illud magnitudinis hoc multitudinis principium est. Quod puncta se inter se tangunt, ut cū extremitates cohærent, vniones non tangūt, sed deinceps sequunt. Punctis linea semper interiecta est, vnionibus autē necesse non est aliquid interiectū esse. His positis explicandū est, qui motus sint idem, qui alteri, qui cōtrarij. Ac eiusdem eadē est ratio que vnus. Quot igitur modis vnū aliquid dicitur, totidē & idē Vnū autē est vel genere, vel specie, vel numero. Vnus autē genere motus est, qui vnus sumi ac primi generis est. Tria verō esse ostendimus genera motus, que sunt initia & tanquā capita ad quę motus oēs referantur, motus ad locū, ad quantitātē & qualitātē. Vt igitur genere vnus motus cōstituat, spectatur duntaxat

Qui motus genere sit vnus.

quō motus est, quōd vnus primi generis sit. Vt motus ad locū quicumq; sint vnus generis sunt, q̄ corū exitus & finis ad quē feruntur vno genere loci continētur, ita motus ad quantitātē generē conueniūt, genereq; differūt à latitudine & à cōmūtionē qui est motus ad qualitātē. Vt autē vnus sint speciei motus præter terminū ad quē, spatium etiā postulat eiusdē speciei, ut oēs de albationes, & calefactiones vnus sunt infimę speciei. Conuersio tamen & rectus motus eiusdē non sunt speciei licet ad eundē finem ferantur, quia non eodem spatio. Rectum enim ab eo, quod globosum est specie differūt. Sed si spatium per aliud sit diuersum, non per se, & ut exigit motus ratio, non alio motu conficitur, ut rectus per aera non differūt specie à recto per aquā, ita neq; de albatione per rubrū à de albatione per viridē. Quia motus à nigro recta fertur ad albam quocūq; colore intermedio. Sin autē nec generis summi sit, nec infimę motus, sed generis interiecti, ut speciei sit superioris generis aut inferioris tum partim eiusdē generis motus erit partim eiusdē speciei, ut motus ad colorem speciei est motus ad qualitātē, genus autē de albationis, & denigrationis. Vt autem numero vnus sit motus, qui omnino & totū vnus est. In quatuor rebus consistit, ut quod ad quod, & in quo, quādo mouetur, vnum & indiuiduum sit. Quod significat, quod motus cietur quodq; est subiectū motus, ut hic homo vel hoc lignū sit. Ad quod, ut ad hęc vel illam quantitātē, vel ad illū candorē sit. In quo, ut eodē intervallo, vel spatio motus procedat: quod ita intelligendū est ut nō præruptus & flexuosus locus sit, ita ut motus inter-

Motus speciei vnus.

Motus numero vnus.

vnus motus quod perfectus.

interrumpatur rectus, sed cōtinuus sit nā licet spatium nō sit continuū, motus esse potest cōtinuus (ut dixim⁹) de neruis in fidibus. Cōuersio tñ, & rectus motus cōtinuari nō possunt, præsertim cū specie discrepent, licet angulo cohæreant. Quando, ut vno eodemque tempore. Nam si intermittatur aut non nihil interrumpatur, vnus esse numero motus non potest. Ac tot modis vnus est motus, totidem autem & alter dicitur. Cōtinuus autem motus est omnino, qui absolute & omnino vnus est, si enim diuinctus, aut interruptus motus sit, vnus numero non erit. Continuati verō motus esse nō possunt, qui diuersę sunt speciei, ut cursus elocutioni continuari nō potest. Etenim diuersę speciei extremitates coniungi, & aptę inter se esse non possunt. Itaq; vnus rei eiusdemq; speciei, & in vno tēpore sit necesse est motus, qui cōtinuus habeatur. Consequentes verō & cohærentes motus esse possunt, licet eiusdem generis nō sint, si nulla intercedente temporis mora consequantur, ut ambulationi calefactio. Deinceps autem erunt, licet aliquid morę habeatur, si motus alius nō interiectus sit, mutationes etiam in varijs diuersisque rebus deinceps sunt, si alia generis eiusdem intermedię non sint. Alia etiam ratione motus dicitur vnus, quod perfectus, ut cęlorū & stellarum motus vnus, quia perfectus, & absolutus. Item vnus appellatur motus æquabilis, id est, qui nulla differentia tarditatis, & velocitatis distinctus est. Cōtinuus ergo sit æquabilis necesse est. Si tamen cōtinuus fuerit, tarditateque, & celeritate distinct⁹ inequabilis erit. Cele-

Vnus motus quod perfectus.

ritas etiam & tarditas ad varia motus genera transfertur. Nam accretio & decretio est celeris & tardalatio etiā cōcitata & tarda & item commutatio. Quare nō species, sed affectiones motus esse videntur. Nunc explanandū est, qui motus sunt contrarij. Contrarię autē sunt eiusdē generis species maxime inter se distantes. Quare cognoscēda primō species est vtriusq; motus deindeq; consi. terandū, vtrū maxime distent specie verō cognosci diximus ex termino ad quē. Sed maxima distantia intelligetur, si termini ipsi inter se contrarij sint, vel si e regione distent. Quare motus in albu ei contrarius est, quo in nigrum subiectum compellitur, & is, quo valetudini restituitur, ei, quo in morbum incidit. Superus autem, & infimus locus contrarij non sunt, nam in euodē locum conueniunt cum diuersorum respectu, ut aeris locus cū cęlo comparatus est inferus, cū terra superus. Ita destrorsum ei, qui sinistrorsum, & qui ante ei qui ponē. Tamen quia isti termini e regione collocantur, primi in longitudine, secundi in latitudine, tertij in altitudine constituunt verē contrarios motus. Nam motus, quō ad superum locum ferimur, contrarius est ei, quō ad inferum deijcimus. Nam in eodem genere maxime discrepant, & se inter se expellunt, nec in eandem rem simul conuenire possunt, similiter & de alijs dicitur. Item de accretione, & decretione. Etenim maior, & minor quantitas contraria non sunt, quippe quę cadāt in eandē rem diuersis comparatam, tamen quia earum est mēsurā recta linea e regione distare videntur. Si autem recta

Motus qui sunt contrarij.

vnus motus procedat, & alter in orbem licet in contrarias partes feratur, non sunt contrarij, quia non eodem spacio commouentur. Posuimus autem spacium etiam attinere ad speciem motus. Tum si attentè & ex rei natura consideretur conuersio, & in orbem motus nõ fertur in eundem, aut contrarium terminũ, quo rectus. Sed potius in eundem, vnde exiuit. Ita motus ab extremis in partes intermedijs iudicandi sunt. Vt qui a contrarijs proficiscuntur, licet eodem occurrant interiecto loco, contrarij motus sunt, quia sua vi in contrarias partes progrediuntur. Vt motus ab albo in fuscum, & a nigro infuscũ contrarij sunt. Non quia vnde proficiscuntur sunt contraria, sed quia quod contraria sunt, sua enim natura vnus in album, & alter in nigrum tendit. Ita & qui a sublimi loco ei, qui ab infero incipit contrarij sunt. Licet ad eundem in medio positum locum perueniant. Ita intentio remissioni contraria licet pari eademque qualitate constant. Similiter & eodem modo de mutationibus iudicandum est, vt contrariæ illæ sint, quæ ad contrarias partes proficiscuntur. Ita ortus est in teritui contrarij illustratio obscurationi. Sed non locum obscuritatis & difficultatem affert nonnullis & non contemendis auctoribus, quod in calefactione exempli gratia duo motus esse videantur frigoris vnus & alter caloris. Nam calor intenditur motu suo & frigus remittitur: intentio verò caloris est ipse calor, vt expositum est. Remissio frigoris est ipse frigus, ergo sicut sunt duæ qualitates sunt etiam duo motus. Id quod Buridanus, & Paulus Venetus hoc argumento inducti con-

*Buridanus
Venetus
Sotus reprehenduntur*

cedunt. Sotus non duos motus, sed duas mutationes esse dicit, quod est absurdus. Nam mutatio in his rebus quæ aliquo interuallo distant motus est, vt supra exposuimus. Tum si mutatio frigoris est, vel caloris, ergo est actus & eius qui potest intedi, vel remitti quatenus potest. Nam prouehitur actio ergo est motus. Præterea caloris intentio est motus, ergo & frigoris remissio. Sed hoc argumentum ex eo quod multa probare videatur, nihil probare declarat. Nam eodem argumento fidem facimus vix vnũ tantũ motum mutatione ve posse reperiri. Ea enim mutatio, vel motus, qui parit vnũ, abijcit aliud. Etenim motus ad locum est a loco, & de albatio proficiscitur a nigro ad album, denigratio è contrario ortus a non homine in hominem est mutatio interitus contra. Semper igitur erunt mutationes, vel motus duo, vnus a quo alter ad quẽ proficiscitur. Iam verò Aristoteles docet & isti assentiunt & dicitur, cum esse motũ singulum, & numero vnum, cum vnũ & vno eodem tempore, & in eadem re mouetur. Sed caloris intentio, & frigoris remissio est in vno, & eodem subiecto eodemque tempore in eadem re in qualitate nimirum, ita enim ab Arist. declaratur. Qui enim fieri potest, vt duo motus distincti sint eiusdem rei, & de eadem re eodemque tempore & spacio, quod frigori & calori interijcitur. Argumentum quo isti auctores implicantur, & constringuntur, non difficile dissoluitur. Si reperamus, quod in metaphysicis diximus, calorem & frigus non moueri, sed rem subiectã frigore, vel calore. Item calorem & frigus in eodem subiecto simul esse non

posse

posse quod contraria sunt. Sed ex illis certatibus, & in eodem subiecto inter se repugnãtibz tepor, qui est qualitas inter illa media vtriusque particeps miscetur, & temperatur: huiusmodi qualitas interuallum est inter calorem & frigus. Ita etiã medijs colores temperantur ex nigrore & candore. Iam facile argumẽtum explicabitur. Non enim concedimus intentionem caloris esse calorem, sed teporem, eundemque, teporem esse remissionem frigoris. Quare & frigus, & calor vno eodemque motu in teporem mutantur, & tepidum magis ac magis subiectũ fit quousque, alterum contrariorũ penitus expellatur. Ita & in ortu subita mutatio est in rem præstantiorẽ in interitũ verò in rem deteriorẽ. Non est igitur locus vllus in motibus & mutationibus duobus, sed vni, vel motui vel mutationi relictus. Declaratum igitur satis est quis sit vnus & idem & quis sit contrarius motus. Sed quia non tantũ motus motui contrarius est, sed etiã quieti, huius rei modus demonstrandus est. Quies autem quoniã est vacuitas a motu eius priuatio est, & ob eam rem motui contrario nomine opposita. Veruntamen quoniã quies esse iudicatur antequã motus incipiat & postquam ad exitũ finemque peruenit: merito dubitari potest vtrũ illa motus vacuitas, antequã motus inchoetur, an illa postquam absolutus est, motui repugnet. Sed dubiũ non est quin illa non sit motui contraria, inquam motus fertur. Nam vnũ contrarium alterũ depellit, non quærit, at quies illa & status ad quã motus refertur, ipso motu exquiritur, non est igitur motus ei contrarius. Siquidem de albatione albedo petitur &

*Que nam
quies motui
repugnet.*

denigratio nigror. Absurdũ igitur videtur de albationi albedinem contrariã ducere, aut denigratio nigrorẽ. Restat igitur, vt ea quies motui contraria sit, vnde motus proficiscitur. Nam hanc motus euertit, atque deturbat. Erit itaque nigrori de albatio nomine contrario opposita & candori denigratio. Ei autem statui quo motus progreditur, vt verbi gratia, album de albationi nõ est contrarium vt Sotus putat. Sicut mediã, quibus finis cõparatur, fini non sunt contraria. Sed differt ab illo statu sicut perfectũ ab imperfecto. Siquidẽ de albatio actus est imperfectus, non nihil particeps potestatis. Album autẽ actus ab omni potestate purus. In his autem mutationibus in quibus nullũ terminis interuallũ datum est. Sed simul atque ab vno disceditur, ad aliud peruenitur. Vt quãdo affirmatione & negatione termini exprimitur. Vt ex non homine fit homo. Et in his contrarijs, in quibus nihil in medio locatũ est, vt par & impar. In his sicut nullus motus explicari potest, ita nulla propria quies est. Nisi ex similitudine vacuitas a mutatione quies nominetur. Vt homo quies esse cõseatur eius ortus, quo existit, & par eius mutationis, qua talis factus est. Diuiditur autẽ motus in naturalem & violentum. Naturalis est, quo res cietur sua vi, vt cum terra inferiora petit. Violentus quo aliena & externa vi. Vt cũ ad superiora terra pellitur, aut tela conijcitur. Distinctio hæc motus naturalis & violenti expressius apparet in motu, quo res loco mouentur. Sed in alijs motuum generibus, licet oppressius reperiri vult Aristoteles, vt accretio vel diminutio naturalis sit, quæ vi & sponte

Motus diuisio.

Cc 5 sua.

nulla vi adhibita externa fit. Ut frumenta quæ terra subacta radices altius agunt, item ortus naturales sunt earum rerum, quæ tempore à natura constituto fiunt, & interitus similiter. Et commutationes, ut cū quis valetudini restituitur diebus, quibus de morbo iudicium fit. Hi autem omnes motus & mutationes si vi aliqua à natura aliena excitentur violenti habentur, ut cū quis strangulatus interit. Hactenus ergo dictū est de motu vno & contrario, similiterque de statu.

Cap. 8. De partibus, ex quibus motus constat.

Motus vnus nunc vo quid esse continui.

Sequitur ut de partibus, ex quibus motus constat, disseramus postquam eius formas explanauimus. Ac primum præponendū est motum vnum ad numerū quid esse continuum. Nam quicumque motus in aliquo spatio cerni diximus. Ergo vel est, quod aliquo motu agitur temporis instanti aliqua spatij parte, qua antè vel non. Si sic ergo stat, status enim est cum res eodem loco insistit, quo proximè antè: quod si status est motus igitur non continuatur, sed statu interpellatur ac proinde non est motus vnus. Quod si nunquam quod motu cietur est eadem, qua ante spatij parte ergo semper aliam, & aliam persequitur, quādiu in motu perseverat: sicut ergo spatium continuum est ita & ipse motus est aliquid continuum. Sed hanc continui rationē motus, quo res loco mouetur præsefert, quod spatium in quo motus procedat facilius appareat. Facile tamē ut supra exposuimus spatij modum in eo motu, qui pertinet, vel ad qua-

litatem, vel ad quantitatem inuestigabimus. Quod autem tempus etiā sit aliquid cōtinuum ex eo sciri potest, quod tempus speciem esse motus ostendimus. Ex eo autem quod motus & tempus sua natura continua sunt plerique, quantitatis species sicut & alias magnitudines continuas, atque coniunctas esse iudicant. Sed cū motus non solum in quantitate, sed etiam in alijs rerum generibus reperitur, non videtur eorum opinio verisimilis. Hoc iacto fundamento, quod de motu satis erat dicere, de toto continuorum genere dicamus, fieri non posse, ut vllum cōtinuum ex partibus constet indiuiduis. Nam illa continua esse diximus, cuius extrema coniunguntur. Indiuidua verò extrema non habent, quia non habent prima, cum quibus extrema comparantur. Si enim haberent prima & extrema in ea atque media diuiderentur, quare non essent indiuidua. Non possunt itaque extremitates simul esse indiuiduorum ad cōtinuum coagmentandum. Sed aliqui noui auctores dissoluere nitentes Aristotelis argumenta, quod veteres philosophos defendant: non patiuntur ita diffiniri continuum, sed ita, continuum est, cuius vna sit re ipsa quantitas, & ita duo indiuidua continua erunt. Sed si hæc vera & apta est definitio, cur duo & tria continua non erunt, cū vnusquisque numerus vna per se quantitas sit? Cū igitur hæc definitio non distinguat inter quantitatem seiunctam, & coniunctam, reiicienda est. Præterea si continuum ex eis constaret partibus, quæ diuidi non possunt: nihil loco moueri posset per spatium cōtinuum. Nam cū eius primam partem, id, quod

Continuum non potest constare ex partibus indiuiduis.

quod pulsu agitareretur obtineret, motum quidem esset cum ad eam perueniret, at nunquam mouebatur nam eadem parte moueri & motum esse non potest. Alio ergo puncto moueri, & alio motū esse oportet. Itaque aut secundum est indiuiduum, aut motum esse continget, quod nunquam mouebatur. Et cū vtrūque in ijs sit quæ fieri non possunt, non potest ergo continuum ex ijs consistare, quæ diuidi non possunt. Si non constaret eisdem vestigijs concluderetur quacumque parte interualli motu agitatum esse, cū nullā moueretur. Atque ita totum spatium conficeret, cum nulla eius parte moueretur, quo nihil absurdius. Huc accedit, quod nihil interesset inter id quod tarde, & celeriter moueretur. Nam si quod celeritate valet, aliquo tempore primam indiuiduam spatij partē decurreret. Eodem tempore quod tardius est, partem transiret. Si enim non parē, ergo aliquanto minorem, minus igitur aliquid esset indiuiduo, ergo quod diuidi non potest, diuideretur. Ex quo illud etiam perspicuum est, si quod tardius & celerius est, vicissim accipiantur in alias semper, & alias partes tempus & spatium posse diuidi. Etenim quod celeritate excellit tempus, & quod tardius est spatium scababit. Quod enim spatium celerius tanto tempore conficiet minus pari tempore tardius percurreret. Rursumque tantundem spatij quod celerius est, breuiori tempore præteribit. Quod si semper ordinem commutare, & conuertere licet tardioris & velocioris spatij vel magnitudinis & temporis, nunquam finis, aut exitus vllus erit magnitudinis & temporis diuidendi. Quare sicut magnitudo,

ita & tempus in continuis numerabitur. Siquidem eisdem partibusque diuisionibus vtrunque distribuetur: & in eas partes, quæ in alias diuidi possint. Quod etiā motui cuiuscunque vsuuenire necesse est. Nam tempus motus est. Quod enim numeratus sit, nihil impedit, quo minus in hac re motus rationē sequatur. Aut saltem cuiuscunque motus tempus mēsurā est. Eadem ergo partitione, qua mēsurā, id cuius mēsurā est, partiri necesse est. Iam verò ex eo manifestum est ex indiuiduis continuum non posse coaptari, quod si coaptaretur ipsum cōtinuum indiuiduum etiam esset. Nihil enim aliud est, quā ex partes, ex quibus componitur. Tum quod in ea quantitate, cuius partes situm tenent inter se, indiuiduum additum nihil magnitudinem auget: quare quod ex multis cōstaret indiuiduis indiuiduum esset. Non igitur continuum partibus coheret quæ secari non possint. Aliqui physici auctores hoc ipsum argumentis confirmant ē media, vel geometria vel theologia sumptis. Partem tamē industriæ physice terminos tuetur. Cum nulla scientia, quæ via & artificio tracleretur, aliunde accersitis argumentis vtatur ad ea, quæ docet, probanda. Ut in dialecticis exposuimus. Industrius Aristoteles cuius nos auctoritatem sequentes alijs argumentis superledebimus physicis cōtenti. Cum ergo continuum ex indiuiduis non constet necesse est ex diuiduis partibus componi. Quodcumque igitur continuum continuis constat. Quare in infinitum diuidi potest. Nam partes eius diuiduæ erunt, partium etiā partes secari poterunt, & ita nunquam deficiet diuisio.

Continuum in infinitum diuidi potest.

uisio. Cuiuscunq; enim partis notatæ alia partes erunt, cum continuas & diuiduas esse oporteat. Sicut igitur separata quãritas infinite augetur, siquidem numero cuiusque alius numerus adijci potest. Ita & continua sine fine diuidi. Singulæ enim eius partes in alias, & alias secari possunt. Et quemadmodum licet sepe sepius, & sepiusimè numeri repetatur additio, nunquam numerus infinitus euadet. Nam ipsa numeri adiectio definitum esse declarat, quod ex utroq; numero coheret, numeri enim appositio alterius est finis impositio. Ita continui diuisionis repetitio in medias, vel tertias, aut quartas partes, tantum abest, ut infinitum aliquod proferat, ut singulæ diuisiones, alium & alium continui finem ostendat. Et numerum certum & definitum quacunque diuisione accrescere. In infinitum ergo progredi diuisionem continui, ita intelligimus, nullam esse continui partem, quæ non iterum, atque iterum diuidi possit, sic ut non tot afferantur continui partes, quin plures afferri possint. Atque ex hac explanatione facile multa argumenta explicantur quæ negotium facessere, & difficultatem afferre solent. Ac primum Zenonis argumentum quo alij probabat motum esse nullum, quo loco res cieantur. Nam continuum non potest percurri in quo talis motus cernitur. Etenim (ait) infinitum decurri minimè potest. Si enim decurreretur, finis eius reperiretur. At quicquid continuum est, est infinitum. Nam quod habet partes infinitas infinitum est. Sed nos nequaquam concedimus partibus infinitis vllum continuum coherere. Imo contra docemus nun-

quam in partes innumerabiles, & infinitas diuidi posse. In eumque, sensum, quem exposuimus, accipiendum esse cum infinite diuidi posse dicimus. Sed vrgēt alij, partes quibus constat totum reuera actuque sunt in illo, partes sunt infinite. Ergo partibus infinitis totum continuum continetur. At non est assentiendum, ut quidam non infimè nominis inter sophistas assentitur partes actu esse in toto. Rectè enim cõcluditur, quod actu essent innumerabiles, sicut potest continuum in partes innumerabiles secari. Sed probat ille suam sententiã, nam separata non sunt partes, sed totum, ut ergo partis nomine signetur in toto esse oportet. At à parte partiri dicitur, eę igitur partes actione sunt, in quas totum partitur. Cũ autem partitio nulla sit, nõ actione, sed potestate partes sunt. Manet igitur illud esse falsum partes actu sunt in toto. Illud etiam est falsum partes sunt infinite. Licet finis separandi partes non sit vllus natura præscriptus, non ob eam rem partes infinite censentur. Sicut licet finis nõ sit vllus per se adijcendi vniones, numerus nullus tamen est numerus infinitus. At si partes sunt in toto: situm igitur obtinet vnaqueque ab alia distinctum potestque auctore Arist. in categoria quãtatis vbi quæque sita sit, quaque cum parte coaptetur explicari. Quare situs eorum est saltem infinitus. Verũ enim verò tunc vnusquisque partis situs explicabitur: cum eius à toto fiat separatio. Nam tunc partis munere actione fungitur. Antè enim vi, ac potestate tantum. Totum enim per se actu situm obtinet, sicut actu est. Partes autem sicut per totum sunt

Toletas.

partes acti non sunt in toto, neque infinite.

ita

ita & per illud situm obtinet. Sunt autem potestate, quia possunt diuidi, ergo etiam potestate situm inter se habent. Fieri enim nullo modo potest, ut quod re vera non sit re vera situm vllum habeat. At si omnia continua in infinitum possunt secari, omnia sunt paria, nihil enim maius est infinito. Sed maius continuum in maiores partes potest secari. quare re vera maius est. Dubium ergo non est quin continuum ex continuis partibus coaptetur. Et ita motus motibus coheret, tempus temporibus spatium spatijs. Hæc enim tria sicut genere continuorum conueniunt: ita & eorũ partes inter se affectæ sunt, ut potestate sint infinite in eam sententiam quam explicuimus. Quare sicut spatium quod motu conficitur infinito secari potest, ita & ipse motus & tempus etiam quo sit. Quo etiam Zenonis argumentatio planè dissoluitur, cur enim spatium, ut ille dicit infinitum motu non possit præteriri, & tempore eadem ratione infinitis.

Cap. 6. De partium continui coniunctione.

Cum ergo continuum continuis partibus coheret, dubitari potest, quia nam re partes ipse inter se conectatur, & apte sint: vtrũ partibus ipsis intermedijs, an alia re, ut exempli causa, qua re pars spatij cum alia parte coniungatur, & motus & temporis pars cum alia parte: ut autem id commodius declaratur definiendum est, quid sit primò & per se, quid non primò & per se coniungi. Illud ergo primò & per se coniungitur, in quo nihil est quod non coniungatur. Illud autè

Quid sit per se primo coniungi.

non primo, quod ex eo coniungitur, quod aliquid aliud eius primo copulatur. Pars itaque media aliarum partium vinculum esse potest, ut mens prima & extrema pars diebus intermedijs continuantur. Ita principium & finis spatij, atque motus. Sed hoc modo nõ per se primo coaptantur, sed quia aliquid intermediæ partis numeratur in priori, aliquid in posteriori, per se autem primo parti pars attingi nõ potest. siquidem pars omnis continui secari potest, ergo aliquid eius notari potest, quod nõ sit ei parti, de qua que ritur colligatũ. In tempore atq; motu id etiã facile cõstat. Nam diuiditur in præteritum atque futurum. Aut ergo futurum præterito obstringitur, non primò, aut primò, si non primò, aliqua ergo pars eiusdem rationis interiecta est, quæ diuidi possit. quare in eandem recidimus quæstionem, nam rursus de vinculo eius cum præterito vel cum futuro, vel partium eius inter se percoctabimur. Ex hoc satis demonstratum est, continuum atq; diuiduum esse non posse, quo primò & per se continui partes conectuntur. Est ergo indiuiduum, ut licet continuum ex indiuiduis non constet, ei tamen necessaria sunt indiuidua ad eius partes coaptandas. Indiuiduum ergo, quod in spatio requiritur est punctum, quo principium & finis spatij determinatur & partes eiusdem naturæ copulantur. In motu indiuiduum est motum esse: quod motu numerato, vel tempore, instans, vel punctum temporis nominatur, quo præteritum & futurum apta inter se sunt. Est enim vtriusque terminus ac finis. Nam illud est præteriti per se primò extremũ citra quod nihil est

Quid sit spatij indiuiduum.

est

est futuri illudq; rursus initium futuri, citra quod nihil est futuri. Cū ergo idem momentum sit vtriusq; præteriti & futuri extremitas manifestum est non posse diuidi. Secus enim aliquid esset futuri in præterito & præteriti in futuro. Ita etiam in spatio pars antecedens cum consequenti puncto coheret, vt ea antecedens esse signetur, citra quam nihil sit consequentis, & ea consequens, citra quam nihil sit antecedentis. Illud autem, quod primum mutatum, est diuidi nō posse ex eo perspicuum est, quod si diuideretur aut in vtraque parte mutatum esset, aut in altera, si in vtraque, in secunda non per se primum esset mutatum. Si in altera tantum eadē quæstio repeteretur, Vtrum diuidua an indiuidua esset, & eodem argumento instabo, neque finem rogandi, & coarguendi faciam, quousq; occuratur, quod diuidi non possit. Punctū etiam spatij secari nō posse ex eo, sciri potest: quod aliter (vt in metaphisicis docuimus) notari minime possit, quod esset primū principium, aut finem lineæ, qua spatij longitudo metitur. Iam ergo ostensa indiuidua cum ipsis continuis cōparemus. Et id primum statuo, motum nullum in instanti esse posse. Quod supra tetigimus, cum tēpus motui esse necessarium docuimus. Id tamen nunc facile demonstrabimus. Nam si motus esset in instanti omnis motus potest numerari, & ad aliquam exigi mensuram & motus numeratus est tempus. Tempus ergo esset in instanti. Ad id fieri non potest, cum tempus partes habeat instans autem, vt ostendimus non habeat. Non ergo motus est in instanti. His accedit, quod in omni

Motum in instanti esse non posse.

motu signatur, vnde proficiscitur, & quo, & vno eodemque instanti esse non potest, vnde & quo proficiscitur. Nam simul quod pulsu agitur & esset mutatum, & nunquā esset mutatum, quia est quod & vnde. Quod si eodem instanti vtroque termino esse non potest alio igitur, & alio erit, & quibuscunque instantibus tempus interiectū est. Quod duo indiuidua coherere non possunt. Tēpore igitur motus constat. Ex quo illud est consequens punctum nullum temporis consignari posse, quo motus fuerit principium. Etenim motus non incepisse putatur quousque sit, at puncto temporis esse non potest, ergo neque incipere. Sed quod est in tēpore instans est in motu mutatum esse, sed ante quodcunque instans est tempus, ergo & ante quencunque motū mutatum esse, si mutatum esse, ergo & moueri, quia quod prius non mouebatur mutatum esse non potest, ergo ante motū illum ostensum erat alius motus. Quare primus per se motus notari non potest. Tum ex diuisione temporis, quo pulsu aliquid agitur, cognoscetur quencunque propositum motum secari infinite posse, ita vt nulla eius pars prima per se tota sit. Nam in temporis dimidia parte, quod pari celeritate mouetur mediam motus partē conficiet, & in tertia tertiā, & quarta quartam nullo facto sine. Nec etiam extrema per se motus pars indicari potest. Nam quacunque data est alia, & alia minor & fini prior, sicut infinite motum partiri possumus. Est tamen extremum aliquid quod per se mutatum esse in motu licet primum non possit reperiri, quia postquam aliquid motum est prius

prius moueri necesse est non tamē postea moueri. Imo finis & exitus certissimus cuiuscunque motus est mutatum & motum esse, ita quod loco fertur latum est, quod de albaturo, de albaturo est, & quod atigetur, actum est. Dum modo motus absolutio non significatur. Nam quod ædificatur nondum ædificatum est. Quare si mortis principium, aut finem quispiam exquirat non punctum temporis, sed tempus ei offerendum est. Vt autem tempus ad eas angustias redigatur quibus maiores significari non possunt. Ita motus principium exponendum est, nunc motus nō est statim tamē erit. Quia oratione duo puncta temporis exponuntur, nūc non, & statim sic quibus tempus interiectum esse necesse est quippe, quæ coniungi non posse demonstrauimus. Illudque tempus primum est motus principium. Finis etiam alijs duobus temporis punctis, ita declaratur, nunc motus est, & statim non erit.

Cap. 10. De motu indiuidui quod est in spatio.

Sequitur vt indiuiduum quod est in spatio, quod est punctū comparemus cum motu & tempore. Aristoteles, & eius ad vnū interpretes demonstrare conantur id quod partibus caret, per se moueri non posse, sed motu tantum alieno, & externo. Vt is, qui est in naui, naui impulsu agitur, ita punctū, quod est in magnitudine, motu magnitudinis in qua est, cietur. Existimo tamen, quod partibus vacat, moueri non posse per se vique sua, quia per se vique sua esse nō po-

Indiuiduum non potest moueri.

test. Nihil enim sine materia constat quæ est vt demonstrabimus, quantitas: quod non habet partes, non habet materiā. Quare sicut non esse ita & moueri non potest. Si tamen esset, vt ponunt Aristoteles, & Aristotelei minime demonstrant moueri non posse. Nam omnia eorum argumenta refellunt eum motum, qui est aliena & aduentitia vti pariter cū eo, qui esset vi sua. Quare sicut non impediunt quo minus motus sit indiuidui aliena vi, ita quo minus is, qui per se esset. Nam exempli gratia punctum, quo perfectus globus perfectum tangeret planū, mouet & motu ipsius globi, & ipsius plani, quod tangit. Tamē Arist. argumenta nullo pulsu agitari videtur probare, quare res ipsa docet nihil cōcludere. Vt hoc ita esse pateat Aristot. primū argumentum (verbi gratia) adhibeat. Nā vel esset, quod partibus caret in globo, quo, vel vnde proficiscitur, quo non esset, quia mutatum esset, cum mutari & moueri ponatur, vel esset, vnde hac tunc nondum moueretur, sed quiesceret, vel in vtroque ac tunc partes haberet. Similem & alia eius argumenta faciunt fidem, quæ pertinent etiam ad quæcunque puncta, quæ aliqua linea notantur in plano & ad ea, quæ duabus lineis angulo continentur. Motus ergo continuus eius, quod partibus non constaret efficeret, vt partes omnes spatij, vel lineæ, qua eius longitudo metitur, & eius puncta non discretè, & distinctè, sed confusè & permittè persequetur, itaque simul ac moueretur lineā describeret, sicut ipse motus continuus, & tempus item continuum partibus & momentis infinitis coaptari intelligitur, vno puncto eius


Arist. argumenta notantur.

etius, quod motu cietur notato. Itaque quandiu punctum illud aliqua ratione signatū stat, nihil aliud quā punctum est, nihilque aliud, quā punctum in alio corpore & magnitudine contingit, simul autem atq; motu pellitur propter motum continuum, cui respōdet & spatium, & tēpus continuum, continuum tangit continuumque persequitur. Ex hisque omnia Aristotelis argumenta, quę res ipsa infirma esse docet, facile dissolui puto. Illud autē firmissimum argumentū esse iudico, quod motus physicus non cadit, nisi in physicum corpus cuius cum expers sit quod ex partibus non cōstat motu physico non potest cieri. Nec verō ei quod fertur, est aliquid quod primo feratur. Ut solis oriētis notari non potest vlla pars quam primā ortam esse dicamus. Nam antequā oriretur illa, alia, & alia fuerat orta, sicut in finitē quocunque continuū fecatur. Tum cū motus omnis, ut diximus, tempore contingat, dimi-

Eius quod fertur nihil est quod primo feratur

dia temporis parte dimidium eius rei quę mouetur prodibit & serpet & ut tēpus milles partiemur, & ita illud quod pulsu agitur: sic ut nihil eius primum reperiri possit, in quo insistamus. Quoniam autem quies & motus priuantia sunt, circa eandem rem eorum discrepantia versatur. Quiescere enim aliquid tū dicimus, cū in eo, in quo suapte natura aliquid mouetur, nō mouetur. Quare sicut neque in puncto temporis, neque in puncto spatij motus nō est, ita neq; quies, & sicut motus non datur primū, ita neque & quies. Tunc enim aliquid quiescere putamus cū eodem modo quo antē se habet. Quare ex duobus tēporis punctis quies iudicatur, ac proinde ex tempore, quod duobus illis punctis interiectum esse oportet. Ac de quiete & motus partibus satis dictum est.

Quies in instanti nō est



DIDACI ASTVNICA
EREMITÆ AVGVSTINIANI PHYSICÆ, Liber tertius.

CAP. I. De comparatione motuum inter se.



Præstat ceteris motibus qui ex loco sumuntur.

I tamen aliunde capiamus exordium, ut reliqua motus cōmodius persequamur videndū est, qui nā motus principatū obtineat, ac reliquis prætet. Cumque tria motus genera posuerimus, quod ex loco, quod ex quantitate & quod ex qualitate ducitur. Primas tenet qui ex loco sumitur. Nam primum dicitur vel tēpore, vel natura & perfectione, vel quod nisi extet cætera extare non possunt. Illud autē sine alijs esse potest. Loci verō mutatio temporis ordine alijs motib⁹ antiquior est. Quod hoc motu tantū cieri possunt celi, qui primo die ante res alias naturales procreati sunt. Qui cum nec oriti, nec gigni natura possint, antē quemcunque ortum loci mutatio fuit. Cumque ortum commutatio & accretio, & diminutio, & interitus sequantur. Nec enim commutari, auferri, diminui, ac denique interiri possunt, quæ prius orta non fuerint erit ergo motus per locum cæteris motibus prior, & antiquior temporum ordine. Natura verō & perfectione, quod is motus in perfectas res & absolutas cadat. Nec alium motum requirimus postquam hunc adesse cognoscimus, ut perfectam rem esse iudicemus. Et res eas, quæ se ipsas mo-

ueant eas perfectiores esse existimamus, quæ hoc motu ciantur. Ut animalia perfectiora sunt, quā plantæ, quod plantæ locum mutare non possint, & in animalibus illa habentur imperfectissima, quæ loco non mouentur, ut conchillæ, & ostrum. Animalibus etiam non inchoatis, atque imperfectis, sed suis partibus absolutis hic motus conuenit. Eō accedit, quod hoc solo motu res nihil ex statu mutatur: sicut qualitas commutatione mutatur, accretione, & decretionē quantitas. Quod si ad ea potius, quæ magis naturam adepta sunt, hic motus pertineat, eoque minimum res à statu suo & natura discedunt, omnium mutationum primas natura & perfectione loci mutationi deferre oportet. Iam verō res sua vi non auferunt, nisi prius commutentur non commutantur autem, nisi proprius accedat, quod est commutandum, ut res viuat & augeatur. Quare loci mutatio antegrediatur necesse est. Si verō externa adiectione res accrescat ad mouēda propius res similis est, ut accretio fiat. Non admouetur autem, nisi loco mouetur. Motus ergo alij sine loci mutatione extare non possunt, eū ipsa alios omnes motus antecedit. Quin etiam affectionum omnium & proprietatum plerique fontem & originem esse crediderunt con-

Dd cretio.

*Princeps il-
le motus,
quo in or-
be a lignis
fertur.*

cretionem & extenuationem, quibus rarum & densum primum existit. Nam hinc gravitas & leuitas, mollities, & durities, calor, & frigus & concretiones quædam & extenuationes videntur esse. Concretio autem & extenuatio è congregatione & dissipatione proficiscitur. Congregari verò res & dissipari sine loci mutatione non possunt. Tum quæ auferunt, & decrescunt in loco cernuntur: Etenim, vel ad alium locum accedunt, quæ accrescunt, vel locum deserunt, quæ decrescunt. Ac ex his quidem perspicuum est, mutationem loci in motibus principatum tenere. Mutatio verò illa prima est, & cæteris præstat, qua in orbem aliquid fertur, quod sola perpetuari, & in infinitum continuari possit. Is verò motus, quo in rectam lineam quidquid incitatur in infinitum produci non potest. Nam tunc aliqua esset linea infinita, quod fieri non posse demonstrauius. Nam eadem recta linea repeti vno eodemque motu non potest. Siquidem si inflectat oportet id, quod motu per illam cietur, & in eam partem vnde discessit, referat, quod vno eodemque motu fieri non potest. Nam tum eodem lineæ puncto pro fine, & principio vteretur, sine quidè progressus, principio verò regressus. Qua propter alio temporis puncto accedat, & alio recedat necesse est. Inter duo verò puncta tempus, vt expositum est locatur, quod est quieti dandum, qua motus ille interrumpitur. Siquidem eodem temporis puncto accessus & recessus esse non possunt, quod sint motus contrarij. Nihil enim refert, vtrum contrarij motus, an simul in

eodem esse non posse dicamus. Sed coarguet nos fortasse quispiam, probans duo motus huiusmodi ante & post, sursum & deorsum eodem esse posse temporis puncto, ac proinde coniungi, & continuari posse. Vt si sagitta, vel lapis externa vi in sublime feratur, eique iam iam decidenti magna quæpiam molles occurrat. Tunc lapis aut sagitta non insistet, antequam deorsum comeret. Non enim villo, vel minimo tempore cohibere potest, mollem illam occurrentem, quæ impetu magno preceps fertur, nã qui valebit ad id. At hoc concedimus aliena & externa vi euenire posse, sed eiusmodi vis iners, & inutilis est ad rem vllam perpetuandam, quia violentum perpetuum esse non potest. Quod si rursus alius insitet, huius esse doctrinæ consequens, motum nullum per lineam rectam continuari posse, nam quod motu cietur, ad quodcunque medium punctum accedit, & deinde recedit, quod eodem instanti non accidit, cum res contrariæ sint, interrumpitur ergo motus statu aliquo inter accessum, & recessum, Sed medium punctum nullum est in linea re ipsa, sed potestate, sicut superioribus disputationibus docuimus, partes actione in re continua non inesse, sed potestate. Tum autem punctum medium re ipsa est, cum linea (exempli gratia) diuiditur. Nam tunc idem punctum est pro duobus, actu finis vnus & principium alterius, quod si linea non secetur, dandum non est accedere & recedere, quod fertur ad punctum aliquod inter medium, sed lineam transilire totam, cum ad eius finem & exitum peruenit. Principium enim

enim & finem re ipsa linea quæcumque habet, quippe quæ infinita nulla esse possit. Quãobrem in infinitum perpetuari non potest motus, qui duobus terminis continetur. Motus autem is, quo in orbem aliquid, circumque fertur nullis terminis circūscribitur. Nam in circulo nullum est re ipsa principium, nullusque finis. Etenim medium cum quo comparatur extra circulum est. Nihil igitur impedit, quo minus motus continetur. Alij verò motus, qui orbem perfectum non describunt, vt ij, qui oui figuram reddunt, & alias figuras quæ nullo sunt angulo perruptæ, ea de causa continuari posse videntur, quod eum motum imitentur, quo in orbem res versantur. Sed natura sua ex re perfecta sumenda est. quæ vno modo est, non ex imperfecto, quod innumerabilibus modis esse potest. Quod si motus non in orbem voluatur, sed antequam totum circulum absoluat, quod fertur eadem via, regredi quã progredi malit, sicut id quod reperit lineam rectam, quoniã circulum fecit actione principium, finemque distinguens, statu interrumpitur, vt licet regrediatur, vnde egressus est motum non continet. Ex his etiam perspicitur licet in alijs motus generibus nullum relinquere locum continuationi. Sic enim in illis accidit, vt duobus terminis includantur, principio & fine, vnde & quod proficiscitur, quod pulsū agitur. Idemque interuallum repetendum est, si quod fuerit, cum redeat vnde exorsum est. Sicut quod per lineam eandem rectam reflectitur, vt in accretione ex parua in maiori quantitate, & in diminutione per eandem rursus viã ex magna in minorem, & in comu-

tatione similiter ex albo in nigrum & è contrario. In ortu verò & interitu, licet nihil sit spatij & interualli quod motu transiliatur. Sunt tamè duo contrarij termini distincti, quos obtinere mutatione oportet, quare mutationem interrumpi oportet, quod contrariæ mutationes copulari nequeat. Magisque adeo, quod cum interitu, quod ortum fuerat, auferatur, continua esse mutatio non potest, quod alterius, rei mutatio succedat: solus ergo motus, quo aliquid in orbem circumque voluitur continuari, & perpetuari potest. Ex quò colligit Aristoteles, nõ rectè eos, qui de natura disseruerunt sensisse, cum tradunt naturam omnem, quæ sub sensum cadit, perpetuo motu cieri, cum nihil villo motu præter eum, quo in orbem torquetur agitari continenter posse putet. Sed hæc Platonis in primis sententia fuit, quæ mihi certè probatur. Non enim intellexit ille, vno, eodemque motu continentur omnia ferri, cum rerum ortus & interitus probe cognouerit, nec vnum motum ex rebus diuersis, quæ moueantur componi posse, cohærenti tamen consequenti; motu res diuersæ cieri possunt. Et sicut cælum totius naturæ, quæ sensibus percipitur gubernator & moderator perpetuo semper motu, agitur hoc ipsum vniuersa natura fert, vt res aliæ orientur atque florescant, aliæ senescant, fluant, labantur, nec diutius in eodem statu sint, sed tandem occidunt, atque intereant, sitque semper aliud ex alio vicissitudo atque mutatio. Itaque omnia, quæ natura constant, vel commutantur, vel auferunt, vel decrescunt, vel loco mouentur,

Platonis sententia de perpetuo motu exponitur.

vt motus per omnem ita fluat & manet naturam, vt nihil à motu, vel mutatione liberum sit. Vtque non solum vis ad motum, sed motus ipse res omnes naturales sequat, quæ sententia vera quidem & sapiens mihi videtur, Platoneque digna. Sed ad conuersionem reddeamus. quam vnâ numero continuari posse ostendebamus, eaque re alijs moribus præstare. Præterea sola conuersio certa, & æquabilis est. Nam ea, quæ per lineam rectam motu naturali cientur, quo longius à loco vbi detinebantur, progrediuntur, impetu maiore feruntur. Conuersionis autem medium principium atque finis, cum extra sit, nihil obstat, quo minus æquabiliter & certa quadam ratione decurrat. Sed cum notum, clarum restat, quæ sit, velocius grauiua sua natura ferri, quo magis distant ab eo loco, à quo motus deorsum initium fecerunt. Habet tamen magnam dubitationem causæ inuestigatio, quam hæcenus sublatam esse non puto, licet de ea re multi multa locuti sint. Quidam dicunt velocius incitari, quod per loca ferantur magis sibi consentanea. Alij quod propius ad id accedant, quod est sibi magis naturale, & quod suo motu quærunt. Alij, quæ vis ipsa loci grauius proprij magis allicit, & ad se trahit. Sed isti non animaduertunt, quod celeritas non augetur, grauis, ex eo quod ad proprium locum appropinquet, sed ex eo quod longius ab eo loco discesserit, vbi insisterat. Ita vt licet plurimum lapis ab sit à medio terræ loco, quo preceps fertur, tametsi ante discesserit, quæ lapis alius qui propinquior est loco quæueterq; petit celerius incitabitur. At si vis

*Gravia
cur velocius
in fine,
quæ in prin-
cipio feran-
tur.*

loci naturalis impetum auget, plus propinquior, quam remotiore moueret. Tum quia eis exponendum erat, quæ re locus naturalis alliceret, quid efficiens pertraheret, nulla. n. in ea re videtur horum locorum esse actio. Alij dicunt eam causam huius celeritatis, quod plus aeris, per quem fertur graue supra irruit in ipsum, & impetu suo percellit, infra verò recedit, eiq; locum dat. Quo fit, vt aere partim irruente partim secedente impetus eius, quod mouetur, magis, ac magis augetur. At aer facillime cedit, seq; fundit, nec est, cur tantum habeat ictum, quo rem grauiam ita pellat. Tum si tota celeritatis causa in aere committitur, quod grauius est, non velocius, quæ leuius moueretur. Quid res vastior, & amplior celerius ageretur, quam conferta & conglobata, quod partes maiores aeris propulsaret. E contrario tamen vis venire certum & exploratum est. Non igitur hac causa tollitur difficultas. Vt igitur eam nos facilius explanemus, aliqua preponenda sunt. Primum sua vi motum omnem motus esse causam. Nam quod semel moueri cepit, nisi maior aliqua vis motum comprimeret moueri non desisteret. Cur enim desisteret? Huc accedit quod cum motus ex actu & potestate constet, quod attinet ad actum res omnes, quæ existunt se ipsas propria parte tuerentur, & seruant. Quod autem ad potestatem attinet, cum proximè sit adiunctus actus. In ipso motu causa inest, cur sit, quod esse potest. Est ergo motus ipse per se ipse motus causa. Quare vehementior & maior motus vehementioris maiorisq; motus causa erit. Augetur etiam magis ac magis motus, si eius causa

magis

magis ac magis augetur. Ex his facile questio declaratur. Motus ergo rei grauis quamprimum à loco discedit, quo detinetur causa tantum pondus eius est. Deinde verò cum ferri ceperit alia causa, motus ipse accedit, quare impetum & mouendi vim maiorem fieri, necesse est. ac deinde plus plusq; crescere, quod longius quod fertur, procedit, quousq; ad metas hereat: quia celeritas & motus vis cum motu ipso, vt posuimus augetur, præsertim, quæ alia causa pondus nimirum incitet, nihilq; sit, quod reprimat, motus quoque aeris, per quem decurrit non nihil etiam motum adiuvat. Quo satis planum fieri puto, cur ea, quæ per lineam rectam siue deorsum siue sublimè ferantur, quo longius ab eo loco digrediuntur, vnde motum inchoarunt, celerius agitentur. Conuersionis autem vna modo causa est, motus ipse in orbem incitatus, quæ propter, cum nihil aliud, quod motum auget ad adiungat, non maior ipse, ac maior fit. Si tamen alicui rei esset natura tributa, vt circum ferretur: sicut grauius datum est, vt deorsum pellantur, sine dubitatione si in orbem torqueri semel cepisset, cresceret plus plusq; motus quousq; aliqua ratione consisteret. Sed cum eiusmodi conuersio nulli rei insita & innata sit, sic vt sola conuersio æquabilis naturaliter esse possit, in eaq; re præstet motibus alijs, tum quod sola continuari, perpetuarique possit.

Cap. 2. De motus institutione.

Sequitur vt qua ratione motus instituat, ac procedat, explicemus. Motus autem omnis conficitur, & eo quod motum

afferat, & eo quod moueatur, sic, vt altero detracto motus constare non possit. Amplectitur. n. motus vi sua actione & perpeffionem. Quapropter oportet esse in quocunq; motu quod moueat, & quod moueatur. Quare vna duntaxat re motus non potest constare, sed duabus minimè opus est. Etenim fieri nullo modo potest, vt vna eademq; omnino res moueat, & eo motu, quo mouet cieatur. Sicut. n. esse non potest, vt substantia & quantitas in eadè re dicatur, ita nec actio & passio, nã sicut illa, ita & hæc sunt genera diuersa, vt in metaphysicis explicatum est. Siquidem motus natura fert, vt quatenus est actio a b aliò proficiscatur, & quatenus passio alio terminetur. Præterea quod agit, re quidè ipsa, & actu puro est: quod autem patitur, potest esse potest. Vt quod calefacit, calidum quidem est, quod autè calefit calidum esse potest, nondum. n. ad rem collatum est, vt calidum esse videatur. Nihil autè eadem ex parte, potestate, & actione est. Nã simul esset & non esset. Nihil igitur est agens & patiens, mouens, & motum. Eodem accedit, quod agens, & patiens mouens & motum conferuntur inter se, sicut pater, & filius ergo contraria sunt, & in eandem rem conuenire non possunt. Vera ergo illa sententia est, quam physici dicunt, Omne quod mouet ab alio mouetur, ita quod augetur ab alio quidem augetur, quod commutatur ab alio commutatur, & quod loco fertur, ab alio loco moueatur, necesse est. Ex eo et id ipsum facile demonstrari potest, quod ea, quæ motu cieantur, alia natura sua, alia contra naturam moueantur. Ea natura mouentur, quæ vt earum ratio, & essentia

*In quocunq;
que motu o-
portet esse
mouens, &
motum.*

In ijs que per se moventur distinguendum mouens & motum.

postulat mouentur. Vt ignis natura loca superiora petit, & quidquid leue est. Terra verò & omnia graua inferiora loca, item & animal antè natura loco mouetur, retrò contra naturam. In his autem licèt difficilius sit distinguere id quod motum affert ab eo quod motu cietur, quod eo impulsu agitur, quod motu affert, quo agitat id quod impellit. Distinguendum tamen est: quemadmodum eodem cursu nauis & ea quæ nauis aduehantur feruntur: tamen in ea gubernatorè notamus, qui totum dirigit cursum gubernaculum, remosque per quos totum nauigiù concitatur, & motus eius retinetur. Ita in his quæ natura mouentur diligenter oportet inuestigare totius motus principium & quasi moderatorè. Cum nobis cõpertum sit fieri minimè posse, vt idem quod mouet vno eodemque motu moueatur. In huius autè rei inuestigatione satis magno est argumèto aliquid ab alio moueri, quod moueri desinat, quia aliud moueri desinit. Vt licèt nihil damni faciat pes, aut manus, si tamè alia corporis parte labefactata, aut conuulsa moueri desinat, satis argumèti habet, quod ab illa parte mouetur. Ita igitur necesse est totum corpus eius rei, cuius motus principium exquirimus, ab ea motu cieri, quæ si moueri desinat, totius corporis motus insistet. Ex ea re coniecturam facit Galenus cor non esse in animali motus principium, quod animal se vidisse testatur sublato corde se mouens. Quidam autem præcipiunt in principio motus indagando contentos esse debere, non cum principium inuenerimus, quo mouetur corpus, quod est eius anima, sed cum ad aliquid concretum ex corpore

& anima peruenerimus, quod est sicut gubernator in nauigio, sed id neque necesse est, neque fieri potest. Nam postquam insolidum illud & concretum inciderimus, cum moueatur rursus eadem vrgebimus quæstione petentes, à quo moueatur. Cumque in eo pars nulla possit exponi ab alia parte mota, tandem cogemur animam esse dicere, quod motum affert, corpus autem, quod motu cietur. Ex quo satis explanatur illa difficultas, quæ acriter viros multos doctissimos torfit de naturali rerum grauium leuiumque motu, à quo nam concitentur & impellantur. Nam multi quibus Arist. in octauo physico assentire videtur non putant à se moueri, quod hoc vitale sit. Sed ab eo à quo sunt orta, generata & concreta. De qua re nos primo libro pluribus egimus probantes à se moueri, nec ea de causa concedendum esse vitam ducere. Sed vt pondere suo deorsum, leuitate verò in sublime feruntur. Ita pondus atque leuitas illis motum affert, sicut nauigio gubernator, & sicut anima primæ illi concretæ parti alijs instrumentis destitutæ, quæ alijs corporis partibus per corporis instrumenta manans fons & origo motus vitalis est. Graua & leuiaque ipsa per se sedes & subiecta sunt eius motus, quem eis sua vis tanquam gubernator suppeditat. Nec motum suum illis instrumentis cum alijs partibus sicut animata communicare possunt. Atque ita in ijs, quæ vi & natura sua mouentur distinguendum est, quod mouet, & quod mouetur. Contra naturam autem mouentur, quæ aliter, quam sua postulat naturæ ratio, pulsù agitantur.

Graua & leuia subiecta sunt eius motus, qui conuenit eis.

tantur. Mouentur autem & mouentur contra naturam, & animata & inanimata. Animata. Vt cum animal retro comeat. Vectis contra naturam externaui impulsus mouet, non enim ea eius natura est, vt moueat. Ignis contra naturam à loco sublimi ruit, terra verò sursum fertur. Maximè verò in ijs, quæ contra naturam mouentur, animaduerti licet ab alio moueri, propterea quòd à vi extranea concitentur. Motus itaque omnis cõsistit, & eo quod motum affert, & quod motu cietur, fieri tamen potest, vt quod motu cietur, motu cieat, vt bacillus manu motus lapidem mouet. Ita etiam, vt quod mouet, moueatur. Sicut autem necesse non est, vt quod pulsù agitur, aliud moueat, ita necesse non est, nec fieri potest, vt quidquid motum affert, ab alio moueatur. Si enim fieri posset, motus in infinitum progrediretur, nec esset vllum principium motus. Si enim primum mouens non sit, nec secundum, nec tertium, nec denique vllum erit, ac planè nec motus esse poterit. Motus enim, vt diximus non est, si nihil motum afferat. Iam verò si necesse esset, vt quod mouet, moueatur, vel eodem genere motus, vel alio moueretur. Eodem, vt quod augeat, augeat, quod ferat feratur, quod cõmutet, cõmutetur compertum est, id absurdissimum esse, vt perspicitur licet si genera partientes ad indiuiduas species perueniamus, vt qui dialecticam docet, dialecticam discat, qui proicit, proiciatur, qui curat, curetur, qui flat infletur, qui sibilat, sibilatur. Nec etiam alio motus genere agitari oportet, vt quod commutat augeat, vel ferat. Cum

Necesse non est, vt quod mouet moueatur.

enim certa sunt, finitaque motus genera ad idem genus tandem regrediendum est, vt quod commutat augeat, quod augeat ferat. Deinde verò vnum ex his motus genus repetendum est, & ita deinceps, si multum progrediatur, sepe ad idem genus recurrendum est. Ita idem incommodum suscipere cogetur, quo proximè vrgebamus, vt necesse sit tandem, quod mouet, eodem motus genere moueri, vt quod ædificat, ædificari, quod medicinam facit, medicinam accipere. In motu igitur quocunque tandem in ea re oportet insistere, quæ vel motu nullo cieatur, vel ex se vique sua non aliunde pulsù agitur. Tria igitur hæc, quod mouet, non mouetur, quod se ipsum mouet, quod ab alio mouetur, hoc ordine, quo numerata sunt præstant, & excellunt. Nam quod se ipsum mouet, prius est, & antiquius eo quod ab alio. Nam ea causa, quæ per se est, plus pollet, & potior est ea, quæ per aliud. Potest enim, quod se ipsum mouet, motus causam & principium esse, quod autem ab alio mouetur, non item. Nilul autem potius, quàm quod motum affert, neque vllò motu cietur. Motus enim per se vique sua varius & incertus est. Quapropter firmiter, & stabilius esse videtur, quod ab omni motu liberum & segregatum est. Tū quod mouetur ad actum contendit, nec actione omnino videtur cõsectum, quod mouet re vera est, neque vltra progredi videtur. Quare ex se actu dicit potestatis exper, ex eoque tota motus ratio pendere videtur. Quod ergo motum affert, nec motu cieat primas obtinet in ijs, quæ in motu cernunt, Dd 4 Cum

Quod mouet, nec mouetur excellit alijsque in motu versatur.

*Cohæreant
neceffe est
quod proxi-
me mouet
& quod mo-
uetur.*

Cum demonstratum ergo sit motum consistere, tum eo, quod mouet, tum eo, quod mouetur: illud etiam addendum est, quod motus ratio postulat ut mouens & motum quod est agens & patiens simul sint. Sed quoniam multa ut posuimus intermedia esse possunt inter id quod primum mouet, & inter illud quod extremo loco mouetur, quæ ab alio moueantur & simul moueant, ita intelligendum est, ut cohæreant simulque sint id quod motum præstat, & quod proximè ab eo pulsu agitatur cohærere verò, & esse simul intelligo nullam interea corpus locatum esse. Itaque si lignum proximè calefit ab igne, nihil inter lignum & ignem interiectum est, si ab aere, nihil inter lignum & aera. Ita si aer proximè ab igne calefit, nullum corpus aeri & igni interiectum est. Id autem ipsa motus natura demonstrat. Licet enim unde motus principium sumitur corporis possit esse expers, ita tamè quod motu cietur non nisi corpus esse potest. Id est materiæ particeps. Quamobrem ita corpus motum percipit sicut materia formam. Etenim propter materiam in primis motus in ipsum tantum cadit. Exigit enim motus sua vi rem continuam. Quod ad materiã spectat. Si corpus ergo est tanquam materia motus. Materia vim nullam habet nisi ad accipiendum. Quare nisi efficiens ad eam perueniat, nihil habet in se, quo illud possit allicere. Peruenire verò ad illam nulla re alia potest, quam ipsam aut per se, aut per corpus aliud attingendo. Cum ergo nihil in natura sit, quo materia sumat & efficiens præster nisi se ipsa. Ut coniungantur & cohæreant necesse est quò alterum inferat, & alterum motum

accipiat. Coniungi tamè non possunt si aliquid corporis in medio positum sit. Nihil igitur mouenti & motæ rei interiectum esse debet, ut motus ratio constet. Quod ita esse planius & apertius fiet si singula motus genera persequamur. In his enim, quæ loco feruntur, perspicuum est, quod pellit & trahit simul esse cum eo, quod pellitur & trahitur. Ita quod vectat, extrahit rapit & extrudit. Nec fieri vilo modo potest, ut quidpiam vel à se ad aliud, vel ab alio ad se admoueat, quin contingat. Ita etiam in alijs huius generis formis esse deprehenditur. Et in commutationis formis, ut in eo quod calefcit, dulcefcit, cõcrefcit, exiccatur, aut albescit. Ita continuum est quod augescit & decrefcit cum eo continuatur, cui accessio, vel à quo abscelsio fit. Nihil igitur vnquam in medio locatum est eius, quod in fert, & eius qui motum accipit. Ne autem de hac sententia detrudamur, illud memoria tenendum est, quod sæpe commemorauimus, quod est principium & origo motus non solum per se, sed per aliud, & aliud motum afferre. Neque eadem re in omnibus, quæ motu ab eo cietur, motum quem afferunt declarari, quòd aliter, & aliter res, quas mouet, affectæ sunt. Quare magnes longè distans ferrum ad se trahit. Mouet enim primo aerem, cum quo coniungitur aer deinde ferrum. Sic etiam torpedo hastam eam tangentem, ut Plinius narrat, deinde brachium hastam contingentem torpore afficit. Sol cœlos illustrat, cœli aerem, aer alias res, quæ solis lumine commutantur. Sed maior & difficilior est controuersia de telis lapidibusve, quæ manu, aut vi tormentorum

iactan

*De motu
corum que
iactantur.*

iactantur à quo postquam emissæ sunt continenter moueantur. Ab alio enim non à se pulsu agitantur. Sed à quo, cum simul non sint, sed longè ab eo absint à quo sunt proiecta. Arist. & nonnulli eius interpretes eam huius motus causam solùm reddunt. Quòd is, qui motum attulit, simul eademque opera aera impulit, aer autem tanquam actu fluctuans procul abripit, quod proiectum est. Antiperistalam multum etiam iuuare dicunt: dum aer locum occludens quem telum continenter relinquit amplius obtrudit. Itaque aliquid, quod cohæret, semper mouet. Finem verò tum mouendi fieri, cum minori vi, id quod sequitur impellit: ad extremum verò moueri desinit, cum id quod antecedit non iam eam vim impartitur consequenti, ut impellat, sed tantum ut commoueat. Itaque Arist. & eius quidam asseclæ totam huius motus causam in aere consistere arbitrantur, neque mentionem faciunt vilius vis in telo à primo mouete impressæ. Sed anne quæruntur balistæ, & reliqua tormenta telorum, ut aer concitetur & impellatur, an ut lapides, & alia tela emittantur? Et an aeri ante tela tormenta accommodantur, ut vi maiori iactantur? Aut cur sagitta missa impetum ventorum occurrentium & obstantium prærupit? Nam horum planè opinionem consequitur telum esse nullum vel igne sulphureque incitatum quod ventum magna vi repugnantem diuidere, aut penetrare possit. Maior enim sine dubitatione vis est sæui turbinis, qui quercus vetustissimas & parietes deicit aliquando, quam ea quæ acri vi tormentorum incutitur. Referrer ergo se potius, quam ultra

telum progredieretur, quantumuis licet esset magnum & bombardæ excusum quod est ridiculum. Item cur iaculatores collimant, balistamque quantum in se est ad signum destinatum dirigunt, si vim nullam in iaculo imprimunt? Aut quo pacto vlla aeris pars cum tanta eius vi, ac mole coniuncta ad signum destinatum tanto intervallo impelli & emitti potest, cum aer sua natura vagus & volubilis varia mutabilique ratione labatur. Alij autem Arist. interpretes & asseclæ dicunt vim telo à manu, vel tormento suggeri eius Arist. mentionem non fecisse quòd certissima, & exploratissima sit. Sed isti licet vim incuti ponant eius rationem non declarant. Sed tantum ridiculè quærunt, utrum talis vis à telo, vel sagitta distingat. Quod autem ita quidam rei proiectæ vim exponunt, ut si in sublimi feratur, leuitas sit, sin autem deorsum grauitas absurdus est quæ ut refutatione egeat. Nos autem huius vis rationem & modum, & totum telorum motum facile declarabimus, si reducamus in memoriã, quod dum de motu naturali grauium & leuium disputarem posuimus. Motus sua vi motus esse causam, ita ut quod moueri incipit non desistet, nisi vis aliqua contra motum obstet. Ut igitur lapidem exempli causa iaciamus brachium pro ratione motus, quæ reddere volumus, contorquemus ante quam lapis mittatur. Ut vi nostra pulsu agitari incipiat, deinde postquam ita brachio agitata est, dimittitur. Tamen motus ille inchoatus permanet, quousque lapidis pondere victus comprimatur. Ita res projicienda eo maiori impetu fertur, quo vehementiore motu, vel brachio, vel machinatione incepta moueri. Ex

De quo

*Motuseorū
qui projiciuntur
declarat.*

Cur nec valde magna nec valde parva possunt longe projici.

quo sit vt lapidum balista, & alia telorum tormenta eo grauioremissio nes habeant, quò sunt contenta & adducta vehementius. Vim ergo quam imprimi in lapide iaculo vel telo, qui primo motum affert est vt ea motu cieri incipiat. Dumq; motus vis maior est, quam ponderis, celeritate motus & impetus augetur. Vnde postquam aliquatulum lapis vel telum progressum fuerit, grauior eius plaga est, quam in principio: tandem languescit, debilitatur & ponderi semper repugnanti cedit. Ex hoc explicatur illa quaestio quam Arist. in mechanicis affert, cur neq; valde magna, nec valde parua leuia que non possunt longè projici. Ait ille quia necesse est, quod projicitur cedere simul & contra niti ei vnde pellitur, quod autem vel propter magnitudinem non cedit, vel propter imbecillitatem non contrahitur, projici & impelli nequit. Sed cur necesse est, vt cedat, quod projicitur? nõne quia secus motus eius nõ inchoabitur? Cur vt non nihil contra nitatur? An quia mouentis aliter vim excipere nõ potest. Quia prius se auertit, & ad latus inclinat, quam se det quo impellitur. Simul igitur sunt, cum aliquid projicitur, quod motum affert, & quod motu cietur. Nam cohæret telum cum manu vel tormento, cum primum impellitur deinde pulsus ipse, quo agitur vsque dum insitat & finem mouendi faciat. Atq; ita explicatum est quod mouetur ab alio semper moueri, & quod motum affert, cum eo, quod motu cietur cohærere.

Cap. 3. De motus aternitate.

AC motum esse planius est, quam vt de eare vlla possit institui disputatio. Solus enim Zeno magis leui cuidam argumento, quod dissoluere nesciebat, quam sensibus credens, motum nõ esse docebat. Illa tamen grauis, ac difficilis semper fuit inter philosophos disputatio, vtrum semper motus fuerit, an aliquando fuerit ortus, de qua nun nobis agendum est. Ac primum in motu, vt sæpe diximus est & id quod motum affert, & quod motu cietur. Sit ergo prima quaestio, vtrum semper ex omniq; aternitate fuerit, quod motum afferat. Sed hæc dubitatio, si de illo sit quod actione & re ipsa est. Non differt ab ea quæ de motus aternitate est. Si enim semper fuisset quod actione moueret semper motus fuisset. Tamen vt sensum & pederet in hæc disputationem ingrediamur. Antequam de hac re verba faciamus, illud prius tractemus an semper, ab aternitateque fuerit, quod motum afferre possit. Quod quidem plantum ac perspicuum est fuisse. Nihil enim se ipsum ingenerare nihil à se oriri potest. Si aliquando igitur nullam esset mouens, nullus vnquam motus extitisset. Vnde enim tanta rerum mutatio, tantaque causarum series initium sumpisset? Mouens igitur aliquod ab omni semper aternitate fuit. Sed eius tractatio multi sermonis est, qui totus à nobis habendus est in theologicis. Quod autem attinet ad hanc motus disputationem id commemorare satis sit. Deinde videndum vtrum semper etiam fuerit id quod motu cieri potest, de quo omnis controuersia est christianis omnibus cum multis philosophis, cum Aristotele presertim, & Ari-

Ab aternitate fuisse, quod motum afferre possit.

Explicatur argumenta de motus aternitate.

& Aristoteleis. Quam controuersiam, ita tractabimus, vt primum illud, quod iure cauetur, obseruemus, Vt qui asserunt probent illorum igitur argumenta videbimus & explicabimus, quibus hanc sibi sententiam persuadent, deinde non solum ita non esse, sed etiam planè esse non posse demonstrabimus. Ait ergo Arist. si ab aternitate non fuit, quod pulsu agitari possit, nec etiam fuit quod motum afferre possit. Hæc enim inter se conferuntur, quorum ea est natura, vt se inter se tollant: Vt si duplex non est, nec subduplum erit. Cum ergo semper fuerit mouens, semper etiam fuit, quod moueri potest. Quid enim attineret esse, quod motum afferre possit, si nihil esset, cui asferret. At fallax & captiosa argumentatio est illa ducta ex ijs que cum aliquo conferuntur. Licet rectè colligatur si filius non est neq; pater est. Non tamen rectè colligitur, si nõ est aliquid quod filius esse possit. Nihil etiam est, quod pater esse possit. Dum enim homo sit, antecedens est verum consequens non item. Nõ enim id quod esse potest, ad aliud affectum est, quare si est quod pater esse possit, nõ continuo esse necesse est, quod filius esse possit. Ita si mouens est, non continuo est, quod moueri possit. Erat autem necesse primum mouens esse quod per se vique sua est. Et vt sua voluntate efficeret, quod ab eo suo tempore non nihil accipere, atque moueri possit. Rursus Arist. argumentatur, materia formarumque omnium primum subiectum gigni non potest. Nam ex alia materia alioque subiecto gigneretur, secundoque ex tertia, & ita in infinitum progrediretur, quousq; aliqua offe-

ratur materia, quæ nunquam orta fuisset. Quod si materia est formam esse necesse est, materia enim nulla potest forma destituta consistere. Præterea si motus cepit cum motus omnis in re aliqua subiecta versetur subiectum vna cum motu exta re necesse est, & iterum quaerit ipse anne subiectum motus cepit, vel sempiternum fuit. Si cepit ergo per aliquem motum, antequam ergo motus inciperet moruserat. Sin autem sempiternum illud motus subiectum fuit, quid nam erat impedimenti cur cum mouens etiam sempiternum esset nõ moueretur? Quod si tandem motus extitit sublatum impedimentum fuit, motu aliquo igitur pulsatione sublatum: alio ergo motu, quam illo primo res agitata fuerat: Tum Proclus hoc loco instat. Quod motus ab aeterno tempore non fuerit, Vel motus & impedimentum intulit, aut primum mouens quod nondum erat satis habile & aptum ad mouendum, aut materia non idonea, quæ moueretur. Primum autem mouens semper eodem modo se habuit, neque vlla in eo mutabilitas esse potest. Materia verò per se vique sua apta est ad accipiendas formas: nihil igitur erat cur motus & rerum cursus nõ esset. Non enim dicendum est omnibus formis vacuum, atque nudam sempiternis sæculorum ætatis materia fuisse, aut vagis imperfectisque formis vestita, vt quidam sensisse Platonem autumant, quod inordinatè materiam ante motam esse dicit: Cur enim prius imperfectas formas haberet, cum perfectas semper habere potuisset. Præterea instat & vrget Auerrois, & alij vt omnem respondendi modum viris christianis eripiant. Omnis mutatio,

tio, vt ab aliquo semper proficiatur, ita ad aliquid: & vt est qui mutationem inferat, ita esse necesse est qui ferat. Repugnat ergo & intelligi nequit mutationem esse, & nihil mutari, efficere, & nihil pati. Præsertim cum agere & perpeti in ijs sint quæ cum aliquo cõparantur. Quorũ ea natura vt diximus est, vt vnũ alteri respondeat, ita simul esse, & simul auferri necesse sit. Ex nihilo ergo nihil fieri potest, ad nihil neque via vlla, neque profectio est. Si mouens ergo sempiternũ fuit, & mobile sempiternum esse cõstat: alioqui nihil esset in quo vires suas mouens exerceret. His argumentis ex rerũ materia petitis pagani philosophi catholicos philosophos coarguere nituntur. Quæ omnia ab eo sunt ducta principio ex nihilo nihil effici posse, quod omnibus veteribus physicis exploratissimum fuit. Quibus nos libenter assentimus, si efficiens causa sit naturalis, aut vlla alia præter primum & infinitum mouens. Hanc autem ex nulla re alia ad agendum p̄dere putamus. Est enim pura forma omni prorsus materia carens, quod nulli rei alteri contigit, vt in metaphysicis tetigimus. Res autem sicut sunt, vt efficiant, ita effectis earum natura & ratio declaratur, vt quo perfectior est, eo perfectius facit. Quæ igitur forma tanta perfectione est, vt ei ex se ipsa apta sint omnia, nec ex vlla sit forma suspensa. Ea igitur debet perfectione facere, vt ex materia opus eius sua natura non p̄deat. Non enim esset vis eius infinita, sed materia definiretur, si eius terminis ita contineretur, vt extra materiam nihil possit efficere. Iam verò vel materia ex se est, vel ex Deo primoque mouen-

Deus cur ex nihilo faciat ali- quid.

te, & rerum aliarum fonte. Ex se autem esse seque tantum niti non potest illud, quod vix quidem est, & pondere vique sua inferius, quàm alia quæcunque substantia & essentia. Si verò sit ex Deo, non est ab eo ex alia materia petita. Nam rursus idem de illa secunda materia quærerent, & sic progredi in infinitum possem quousque illa materia offerretur, quæ non ex alio, sed ex nihilo sumpta, & procreata esset. Sicut igitur potest Deus materiam rerum omnium præstare, ita & res quasque, nulla præposita materia exhibere. Quo iacto fundamento facilis & prompta est nostra defensio contra quæcunque argumẽta, ex materia, & subiecto actionis petita. Quod autem dicit Auerrois agens, & patiens in eis numerari quæ ad aliud affecta sunt, quare nõ potest vllum esse agens sine patiente, sicut pater sine filio duplãm, sine simplõ. Ita res habet in actione physica & naturali, sed actio qua prima causa procreat, & aliquid ex nihilo producit non est physica & vitata mutatio, sed grandior & excellior. Nihil enim prius mouet, & afficit, quàm rem totam in lucem proferat. Quod si quispiam contendat hanc non proprie actionẽ dici facile patiemur.

Cap. 4. De argumentis ex Dei natura sumptis aduersus mundi ortum.

Iam consideremus argumenta aduersariorum ex Dei natura sumpta. Deus, dicunt illi, perfecta quædam res est, plena, cumulata, & absoluta, totus aptus ex se, in se ipso ponit omnia, quare nihil est, cur

cur mutetur & aliud quærat, sed se per idem est, qui fuerat, ergo si semel est, Arist. ait, opifex, & edificator quæ mundi, vt plato vult semper erit, non enim fieri potest, vt Proclus vrges dicit, vt aliàs re ipsa, aliàs potestate sit opifex. Quis enim eum cum esset potestate ad rem ipsam actumque reuocauit? Nam de illo rursus interrogabo, vtrũ re semper & actu reuocabat, an aliquãdo etiam potestate, si re semper & actu, semper igitur & ab æternitate Deus mundũ edificabat. Non est ergo vllum mũdi motusque principiu. Sin autem non semper actu, sed aliquãdo vi, potestateque reuocabat. Quis nam illud reuocans ad actum reducebat? An ne vi nõnunquam, & aliquando actu reducebat? Et ita nunquam interrogandi finem faciam, quousque tandem ad aliquid veniam, quod re & actione sempiterna causa, sempiternumque sit mũdi principium. Cum in causis efficientibus, sicut & in alijs causis, progressus in infinitum ab omni sit alienum, aborrẽsque natura. Quod si quispiam, Proclus ait, in Dei natura ponere mutationem non vereatur, vt sempiternis temporibus vacasse, deindeque mundum, qui moueretur gignere decreuisset. Nulla est sine motu, mutatio omnis autẽ motus contendit ad actum, & rem, quam nõ habet. Aliquid igitur Deus aliquando exquisiuit, quod non habebat, fuit igitur aliquando indigens & imperfectus. Id quod item eius præ se natura fert, quod mouetur. Quare, qui mundum ortum esse & cepisse contendunt, potiùs aduersus Deum (ait Proclus) impij, quam pij habendi sunt, potiùsq; de eius dignitate multum detrudere,

quàm aliquid ei præclarum, & excellentes tribuere. Huc accedit, quod cum Plato duas Deo voluntates, & appetitiones ascribat, vnã qua vult ex inordinato, in ordinem vniuersitatem adducere, alteram, qua tueri & seruare vult, quidquid bene dispositum & inordinatum fuit. Vtrũ in his Deus voluntatibus ex æternitate est, an ab eo longo post intervallo susceptæ. Si in eadem semper voluntate fuit, quid erat impedimenti, quo minus, quod volebat exereretur, vt quod erat confusũ, & inordinatũ, in ordinẽ & aptũ cõmodumque statũ redigeret. Sin autẽ aliquando eas voluntates non habuit, quas postea declarauit, mutatus igitur voluntate est, quo nihil magis alienũ à rebus diuinis. Quarum ea natura est, Platone teste, vt immutabiles, & similiter semper affectæ sint. Cui accedit sententia Auerrois dicens, mutationem non nisi in corpus cadere posse, & nihil nisi corpus nouis reb; studere. Quod autem diuinum est, quod eodem semper modo se habet, nulla nouitate commouetur, atque delectatur. Quare, qui mundum rem nouam esse ducunt, non à Deo edificatũ, sed ab aliquo corpore debent putare. Sicut enim corpus tantum commutatur, ita corpus modò cõmutat, vt igitur totum fieret mundi corpus, ab alio corpore commutari, & deinde totum fingi oportebat. Deus autem cũ corpore vacet, resque sit fixa & stabilis nihil nouare potest in rebus. Aut igitur mūdus ab æternitate fuit, aut à Deo non procreatus, sed ab alia re corporea illa quidem. Quod quis non videt absurdissimum esse Præterea aut ex æternitate Deus eodem modo

modo se habuit erga mundum, quo nunc cum factum esse dicunt, aut alio modo, si eodem modo: ergo sicut nunc opifex & ædificator mundi, ita & ab æternis temporibus fuit. Non ergo mundus res noua est, & aliquando ortus. Si alio modo, hæc varietas, in qua mundus, cum nondum esset non poterat versari. Deum attingebat, cum nihil ab eius natura magis ablit. Præterea contra rationem esse videtur cum quispiam sapientissimus & præstantissimus artifex opus possit efficere elegantissimum & pulcherrimum, eligat sempiternis sæculorum ætatibus vi potius, quam actione artificem esse. Cum longè sit excellentius, atque perfectius re, quam vi admirabilem artificem esse. Præsertim quod deleri non posse videatur, quod sempiternum est. Quæ enim maior vis esse potest, quam infinita, infinitum autem esse videtur, quod infinitis temporibus permansit. Quare potestas illa qua mundus esse potest, quæ ab æternitate fuit actu, quo mundus nunc est, expelli non potuisse videtur. Quare non est in his rebus antiquior actus, quam potestas, colligit Auerrois. Præterea rectissimum & honestissimum fuit se ipsum Deum cum rebus alijs communicare. Non videtur ergo decus tantum & honestatem sæculis sempiternis abieciisse. Adde quod cum æternitas in bonis numeretur, illam etiam cum alia re communicasse videtur. Sed cur cum alia potius, quam cum ipso mundo. His illi argumentis ex Dei natura petitis veritatē oppugnare & obscurare nituntur. Sed non difficile explicabuntur, & illustrabuntur omnia dum illud intelligatur, eum non mutari, qui quod facere decreuit

Dissoluantur argumenta ex Dei natura petita de mundi æternitate.

tempore præstat constituto, ille enim non mutatur, qui non aliter sentit, quam ante. Cum Deus igitur voluntate tantum & decreto suo mundum fabricatus fuerit, illud autem decretum semper stabile fixum, ratum fuit nullaque potuit ratione moueri. Nihil enim aliud afferebat, quam quod mundus eo tempore fieret, quo factus est. Semper igitur se Deus eodem modo habuit nullam unquam nouam voluntatem suscepit, sed in ea mansit, qua fuit ex æternitate. Neque ei actus, & res ipsa noui aliquid attulit, quod antiqua illa potestate non continetur. Nihil enim aliud effectum est in ipso mundi ortu & ædificatione, quam ut decretum antiquum Deo modo cognitum proderetur, & in medio poneretur. Et ita res oriebatur, ut eis diuinum decretum declarabatur. Cum diceret, sicut ait Moyses fiat lux. Et statim sequitur facta, est lux. Congregentur aquæ, & ita deinceps alia. Quæ proprie non erat, vel ipsarum rerum mutatio, ut supra diximus, sed integra omnino productio. Quod si mutatio nominanda est, dum est, quod antè non erat, ad Deum ipsum nihil omnino pertinet cum nihil ei adiungatur, quod ante non esset adiunctum. Cum ergo ex nobis querunt, quis nam Deum ex potestate ad rem ipsam actumque reduxit? Dicimus se sua voluntate reduxisse vel potius non se reduxisse dicendum est, sed decretum suum significasse in apertumque retulisse. Quia in re neque opus erat ei alio ad actum eum reuocante, neque vllus est causarum efficientium infinitus progressus. Nihil etiam Deo impedimento erat quo minus gigneret mundum, sed idonea oportunitas efficiendi ab æterni

æternitate stabilita non aderat. Absurdum etiam est, quod ait Auerrois, neque Deum, neque rem vllam incorpoream noui aliquid efficere posse. Perinde quasi maior esset vis ad agendum corpore, quam mente, aut Deus quacunque re facienda mutaretur quod aliter esse exposuimus. Nec contra rationem est ab artifice peritissimo pulcherrimum & absolutissimum opus oportunè confici licet infinitas sæculorum ætates prius exigi necessarium sit. Neque Deus perfectior vlllo modo est habendus quod mundum fabricatus fuerit, quam erat antea cum nunquam ei vires & industria ad fabricandum defuerit, sed tempus tantum idoneum expectarit. Leue etiam illud est, & futile argumentum Auerrois, quod æterna potestas actu expelli non posset. Ex eo enim esset consequens, nihil ab æternis temporibus fieri posse, sed omnia quæ esse possunt, simul extrare necesse esse. Nihilque noui rebus obuenire posse, quod quantum incommodum sit planissimum est. Rectissimum etiam & honestissimum fuit se Deum cum alijs rebus communicare tempore tamen oportuno, & Dei infinita sapientia constituto. Æternitas autem non ita consentaneum fuit cum vlla re alia communicari, quæ aliunde pendeat, & ex se tota apta non sit, sicut Deus ipse. Vel fortè, ut postea declarabimus, quia communicari non potuit.

Cap. 5. De alijs argumentis ex varijs locis ductis pro mundi æternitate.

Sed Aristot. & Auerrois aliter mundi æternitatem probant. Si enim genitus fuit, prius cr-

go non fuit posteriusque deinde factus est. Ar prius & posterius tempus esse declarant, tempus ergo fuit antequam mundus fabricareretur. Si tempus & motus. Cum tempus sit motus. Non igitur motus originem habuit, quia tempus habere non potuit. Nam quodocunque eius origo ostendatur prius & posterius interponetur. At prius & posterius non vbiunque, sed in motu tantum temporis indicium faciunt. In quantitate enim continua, licet prius & posterius sumatur nullum tempus indicabit. Cum ergo antequam mobile, siue mundus conficeretur motus esse non poterat, nec tempus esse potuit. Quare in errore magno versatur, Arist. & alij philosophi ponentes tempus ortum non fuisse deinde verò de motus principio, & ortu disputantes. Cum prius sit motus, quam tempus: nam genus prius est, quam species, & facilius demonstretur motum, quam tempus esse, quia sine motu tempus constare non potest, cum omne tempus sit motus, non autem quicumque motus tempus. Et ita aliud Arist. argumentum euanescit de puncto temporis, quod est semper finis superioris temporis & initium consequentis. Sicut enim antè tempus non fuit. Ita nec punctum eius, sed eius puncta cœperunt, quando motus numerari cœpit. Non potuit autem motus esse sine mobili, ita ne tempus. Sed dicit Proclus, si tempus fuit, & aliquando non fuit, cum aliquando vocabulum sit tempus declarans, aliquo igitur tempore non fuit tempus. Sed captiosum hoc argumentum est, & planè puerile verbis tamè vñtatis, quod vñtatū minime fuit, significamus, temporis, ita fuisse principium, ut tempus antea non

Variè declaratur argumentum mundi æternitate.

non fuisset. Ait autē Aristo. Natura est in rebus omnibus ordinis causa. Immenſum porrō tempus quiescere, aut motum non esse, deinde quē tandem aliquando moueri, nec ei rei vllam esse dissimilitudinē atque delectum. Cur nūc, potius quā antē contigerit? aut cur, quod infinita in tercapedine prætermiſſum est, tandem denuo repetitū fuerit, ordinis quidem expers esse videtur, & alienū à naturæ munere. Sed harum rerum ordo & opportunitas nulla re alia melius, quam ex diuina voluntate seruatur, & declaratur. Quando causæ sunt necessariae, & consequentes, non aliter causa reddenda est, quam ita naturam tulisse, vt cur sunt septē planetæ: cur oritur sol, & occidit? cur est homo rationis particeps? Quando verō liberae sunt, & quæ alterutrā partem cōtradictionis eligere possunt ex libera voluntate, si alia causa lateat, sapienter ratio causæ redditur. Vt cur Petrus loquitur, & ingreditur? quia vult. Deus autem non est necessaria, sed libera mūdi causa, quare voluntas eius esse debet pro ratione. Præsertim, cū (vt Pauli verbis vtar) incomprehensibilia sint iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius, quis nouit sensum domini, aut quis eius consiliarius fuit? His accedit, quod aliter fortē fieri non potuit, sed licet Deus posset, quotiescūq; voluisset mundum ingenerare, non poterat, tamen eius æternitas superari, sed præterire. necessarium erat antequā vllum opus aggredieretur. Non igitur naturæ violamus ordinem, si & liberam solutamquē causam, & necessariam proferimus, & ita bene dissoluitur aliud argumentum Procli, quo quærit, cum Deus semper

liberalissimus, & munificētissimus fuerit, cur ætatibus infinitis nihil benigne, & liberaliter egit? Nulla liberalitatis magnificentia res alias complexus est. Ait Aristoteles, gentes & nationes omnes cœlum sedem Dei & domicilium esse dicunt, æquale igitur est eius æternitatis. Sed Dei sedes, & domiciliū est cœlum, quod cæteris mundi partibus splendore & nitore, & amplitudine antecellat, non quod aliquid emolumētī, aut vtilitatis Deo suppeditet, nequē quod rebus alijs etiam præſens non adsit. Alia argumenta à varijs auctoribus pro mundi æternitate circumferuntur adeo futilia, & insulsa, vt ea legisse pœniteat, & commemorare pudeat. Ex his tamen satis apertē cognoscitur, quam leuibus coniecturis, auctores rapiantur ad mundi æternitatem credendam.

Cap. 6. Mundum ab æternitate, esse non posse.

Sed in magna disceptatione versatur apud doctos & Christianos viros, vtrum mūdim, aut vllum mobile ex eternitate vllō modo esse poterit, licet non fuerit. Thomas & alij putant Deum forma & infinita vi cōtingere potuisse. Durandus id sibi non persuadet de rebus interitui obnoxijs, vt de animalibus, plantis & alijs. Eas autem, quæ nec caducæ nec mortales sunt, sed permanent semper, vt cœli sidera, & intelligentiæ gigni ex æternitate posse existimat. Augustinus tamen lib. 12. de Ciuitate Dei affirmat, nequē Angelos ipsos vllō modo ex æterno tempore esse posse, in quam sententiam auctores

Mundū ab æternitate esse nō posse.

eunt Latini & Græci grauissimi, quam ego certissimam puto. Nihil enim infinitū in rem posse cadere finitam existimo. Nulla enim proportio est, nullaque comparatio inter finitū & infinitum. Longissimē abest finitum ab infinito, repugnat finitum infinitū dici, multo magis, quā candidum nigrum, aut calidum frigidum. Æternum verō est infinitum, res omnes præter Deum sunt finitæ non igitur æternæ esse possunt. Tum res omnes à Deo sunt factæ eam autem vim supra diximus esse causæ efficientis, vt prior sit, quā eius effectus. Prior ergo Deus sua vi & natura est rebus ab ipso effectus. Non possunt, ergo Dei effecta æterna esse, quia non est æternum æterno prius, aut non æquale. At dicunt aliqui lumen est æquale soli, calor igni, tamen sunt effectus alter solis ignis alter. Sed nos effectus significamus à causa quæ est efficiens non quæ est forma perfectos. Lumen autem non sit, in rebus quas illustrat, à sole tanquam ab efficiente causa, sed ea est forma & natura solis, vt res quibus adsit illuminet. Est enim lucere nihil aliud est, quam corpus luminoso & illustre adesse præſens. Calor autem qui est in igne eius formæ, non causæ vlli efficienti ascribitur. Sed dicūt aliqui, si esset ignis æternus & aliquid etiam quod caleſcere posset: causæ etiam efficientis effectus, quo aliud calefieret, esset æternus. Nulla igitur repugnantia est, quod efficiens causa & eius effectus sint æqualia & æterna. Ridelicet quidem argumentatur eo posito, quod fieri nequid, vt probetur aliquid fieri posse. Sicut enim ex falso nihil probatur, licet vtrum-

que & verum & falsum concludi possit. Ita ex eo quod fieri non potest: licet vtrumque colligatur, & quod potest, & quod non potest fieri. Vt si probare quis vellet hominem non intelligere, quia si rationis non esset compos non intelligeret. His accedit, quod licet ignis ex æternitate fuisset eius equalis calefactio esse non potest siquidem supra exposuimus quencunq; motū non puncto temporis, sed tempore fieri. Itaque licet sit quod motu cieat, tēpus decurrere necesse est, antequā motus sit. Prius igitur tempore esse necesse est mouens, quā motum, prius autem æternum æterno non est, non ergo calefactio æterna esse potest, licet ignis sit æternus & aliud quod caleſcere potest. Ex quo planē, atque perspicue intelligi licet, etiā quod motum affert æternum sit, motū tamen æternum esse non posse, quare ne tempus, vt falso Arist. & alij philosophi sibi persuadebant. Præterea si tempus ex æternitate esse potuisset ad hanc vsque diem tempus infinitum præteritum esset, at infinitum non potest transiri: quia iam infinitum definireretur, & esset finitum infinitum, quod est manifesta repugnantia. Iam verō tempus futurum infinitum fieri non potest, vt decurratur, ergo nec præteritum infinitum decurri potest, cū altero maius non sit. Præterea illud interrogo, vtrum quod ex æternis temporibus Deus gignere potest possit etiam ex æternis temporibus Dei vi, aut interire, aut ad nihilum recidere. Si potest ergo eadem vna res, & ex æternitate esse, & ex æternitate non esse potest, quod nihil absurdius cū simul esse

Ec non

non possent contradicentia. Sin autem illud euenire non potest, ut ab æternitate extinguatur, quod fuit ab æternitate factum, ergo ut æternitas decurrat, necesse est antequam deleatur & ad nihilum veniat. Homo ergo exempli gratia, quem Deus ex æternitate procreauit, æternis infinitisq; temporibus, vel inuito Deo permanebit, & erit superstes. Toro igitur illo infinito tēpore nihil ex Deo pendeat. Sed quis talē hominē cognoscer, aut talem naturam mortale esse dicet. Quare fieri non potest, ut quod ex alio pēdeat, atq; à Deo ex ipso Deo ex æternis tēporibus esse. Quod enim æternū est, perpetuo sua vi manet, & in omni æternitate seruat progressum. Solus igitur Deus æternus est, & nulla res alia ei æqualis esse potest. Quid? probauimus per se viquē sua infinitum esse non posse, sicut esse non potest res vlla, quæ non sit vna. Infinitum autem, quod innumerabile sit, vnum non est. Nam quod est vnum in numero, reponi & innumerabile esse potest. At qui tradit æternum aliquid esse posse, nō potest infinitum refutare, nam & ipsum æternum est infinitum. Et si tempus æternum esse potest, dies præterisse infinitos est necesse. Illud etiam consequitur, quod est prorsus incredibile, & omnino repugnans infinitum esse, maius alio infinito. Qui enim maius dici potest, quod nemo metiri potest? aut quo pacto id totum sub mensuram cader, cuius terminus, & exitus nullus est? Quod autem consequens sit posita temporis æternitate vnum infinitum esse maius alio ex eo planum est, quod dies mēses & anni, ætates & sæcula essent infi-

nita exacta, ac certum & exploratū est, plures fuisse dies quā mentes, plures menses, quā annos, plures annos, quā ætates & secula. Esset ergo aliud alio maius infinitum. Et ut presius agam, & ante oculos proponā, quā id quidē oculis animisq; hominum sit absurdū. Si Deus hominē ab omni æterno tempore potest efficere, efficiat mulierem pregnantē, hæc suę naturę relicta pariet ad summū nono vel decimo mēse post: vtrū quod pariet æternū erit, an non? Eternū esse nō potest, quoniam non est ab omni æternitate, mater .n. est antiquior, si verò non est æternus partus, quo pacto mater erit æterna, quæ nouē mēsius modo antecessit, quod non est æternum? Item si tempus æternum, est cum ex solis motu numeretur. Dum sol ad proximum gradum, à quo procreatus fuit, signiferi orbis moueret nōne vno die sicut modo illud spaciū confecit? non .n. eius est mutata natura, qui ergo fieri potest ut sempiternum sit tempus illud, cuius primus notatur dies? Non igitur tempus æternum esse potest, cuius prima pars non potest non notari. Quare ne motus erit æternus, nec mobile. Nam simul ac mobile est, potest motu cieri, & simul, ac motus est potest numerari, ut pariter tempus cum motu & mobili sit. Eò accedit, quod si homines ab æternitate fuissent, infiniti iam homines essent vita defuncti: animæ igitur eorum essent iam simul infinitæ & innumerabiles: probauimus autem infinitum nihil in rebus esse posse. Non igitur homines ex sempiternis temporibus fuerunt. Sed dicunt aduersarij, Deus ex omni æternitate mundum effi-

cere

cere potuit. Nam ex omni æternitate est Deus, & potuit semper, quod modo potest, ergo potuit mundus ab æternitate fuisse. At in eam sententiam accipiendum est, Deum ex omni æternitate mundum efficere potuisse: quod nullum eius æternitatis punctum (si in puncta diuidi potest, quod est tanquam vnum instans) sumetur in quo mundus & quæcunque alia res non potuerit ab eo gigni. Tamen simul atque gignitur, non est in æternitate, sed in tempore progressus eius, siquidem potest alia, & alia protinus gigni quibus mutationibus potest tempus distingui. Quicunque igitur Dei effectus, quia extra ipsum est. Sua vi initium temporis esse potest. Si alij & alij consequantur quarum mutationum continuatione tempus notari & numerari potest. Quod si Deus efficere nequit, ut vllus eius effectus ipsiusmet sit æqualis, non ob eam rem accidit, quod ei potestas vlla desit, sed quod effectus natura non patitur, nec rei finitæ, ut infinita sit. Sicut non potest eius rei, quam facit naturam auferre. Quia simul faceret, & non faceret, quod sicut intelligi nequit, ita ne fieri. Sed dicunt sempiternum igitur tempus transiliri necesse erat, antequam vllam rem Deus efficere potuisset. Dum nulla sempiterni temporis pars detur, in qua nihil possit efficere, & dum ab æternitate decreuisse concedatur, quando opus erat conficiendum, facile patimur sempiternum præterisse necessarium fuisse, antequam aliquod eius opus nauaretur & efficeretur. Sed dicunt Deus mundum, & rem aliam quancunque cognouit, ergo potuit ex

æternitate etiam efficere. At rerum cognitio est ei naturalis, & insita, neque ab ipso distinguitur: quam ob rem necessario Dei æqualis fuit, opus tamen ipsum longè à Deo differt. Et quia finita res est, æternitas, quæ est quid infinitum in ipsam quadrare non potest. Maneat ergo, fixumque sit nihil ex æternitate præter Deum esse posse.

Cap. 7. De primo mouenti.

Am quasi gradum quendam, atque aditum iecimus ad significandam & nonnihil aperendam primi mouentis, id est Dei naturam. Nam si quod mouet ab æternis temporibus, nec est, nec esse potest cum seipsum nihil possit efficere, ut supra demonstratum est. Quod enim non est, facere non potest, nec seipsum, nec aliud, quod sit, antequam fiat, non est. Non potest ergo antequam fiat seipsum facere. Cum ergo à se ipso non fuerit, quod mouetur, ab alio ergo genitum fuit. Nihil autem aliud est præter primum mouens, quod quidem modò ex æternitate est. Ergo à primo mouenti fuit quicquid primo pulsū agitur edificatum. Deus principium & causa efficiens fuit rerum omnium, quæ motu cientur. Sed ex quo ab illo procreatæ sunt? Non ex aliquo quia nondum aliquid esse poterat, ergo ex nihilo. Quare illa satis repetita sententia, & à veteribus philosophis habita pro comperto. Ex nihilo nihil fit. Si ad Deum referatur, falsa & mendax est, ad alias autem causas vera. Cum ergo Deus ex nihilo fecerit omnia eius vim

Annudum à
Deo gigni,
ex nihilo
necesse est.

Ec 2 infini-

Dei vis in
finita.

Infinitam esse necesse est. Nam vis qua nulla maior excogitari potest, infinita est. Siquidem cogitandi, & intelligendi vis per se est infinita, quod non tot res intelligatur, & excogitentur, quin plures excogitari queant. Ergo quo amplius excogitari non potest infinitum est. At eodem vis & potestas excellentior est, quod effectum magis a rebus remotum præstare potest, sed nihil magis remotum cogitari potest, quam nihil ergo nulla maior vis excogitari potest, quam eius, qui ex nihilo gignit est ergo infinita. Iam verò nullum dici aut fingi potest præstantius, & excellentius principium, quam a se ipso sine principio esse, sed Deus eiusmodi est, cum non aliunde pendere possit. Nam nihil aliud præter ipsum ab æternitate fuit, sine principio autem, quod sit æternus, esse ergo per se, videtur sua infinitus. Præterea æternam naturam suam esse infinitam, Deus autem æternus est, ergo sua naturam infinitam. Eodem accedit, quod rem facit infinitam, non potest non esse infinitus. At infinita eius rei est institutio, quæ ea proportionem comparata est, ut infinitis sæculorum ætatibus persistere & permanere possit, cuiusmodi mundus, & angeli sunt, harum igitur rerum auctor & architectus Deus infinitus est. At hæc res infinitæ in hanc sententiam esse possunt, non tot, quin plures, infinitas ergo earum rationes contineat, comprehendatque necesse est earum exemplar, & fabricator Deus. Infinitum autem non potest, nisi ab infinito comprehendendi. Est ergo Deus optimus, maximus, infinitus. Atque etiam unus, duo enim infinita esse non possunt. nam vel unum continet, quicquid est in

Deus est
unus & in
corporeus.

alio, & tunc idem omnino est, amplius enim continere non potest: nam alterum non esset infinitum. Vel neuter habet quidquam, quod est in altero, tunc neuter esset infinitus, cum utriusque desit quicquid est in alio. Est ergo unus Deus, & primum mouens. Et corporis experis. Etenim corpus vi, & natura sua motu cieri potest. Demonstratum autem est, nihil quod motu cieri possit ex æternitate esse posse, Deus autem ex æternitate est, ergo Deus non est corporeus. Præterea corpus per se, videtur sua terminis, & aliqua figura definitum est: non igitur infinitum esse potest, at Deus est infinitus, non ergo corporis particeps esse potest. Item supra necessarijs argumentis monstratum est, neque numerum, neque magnitudinem ullam esse posse infinitam. At corpus non est sine magnitudine, ergo infinitum esse non potest: non ergo Deus infinitus, corporatus ullo modo esse potest. Ex hoc etiam planum fit, Deum & primum mouens nullo sua natura motu cieri posse. Mouetur enim quidpiam, vel ut bonum aliquid adquirat, vel ut malum, & incommodum vitet. At infinita virtute prædita, nihil boni deesse, vel mali obesse potest. Nulla igitur causa est, cur moueatur. Adde, quod mouetur aliud inquirat, & ex alio pendet. At Deus ex se ipso totus aptus est, & in se ipso omnia continet, nulla igitur re mouetur. Ex hoc etiam facile perspicitur licet, quod supra dicebamus, naturam in his esse causis, quæ ad finem referantur, nec temerè, & casu fieri, quod animalium partes ita nascantur, & ea, quæ terra ex se fundit, ita com-

Natura
causam esse
se, quæ ad
finem refer-
tur.

ita composita sint, nec etiam forte, & temerè arundinem, nidum & araneam telam, & quasi rete construere. Siquidem huius vniuersitatis auctor & fabricator Deus, quæ sua est infinita sapientia, sapientissimè omnium rerum fines excogitavit, ad easque res, quas genuit, accommodauit. Dubium igitur non est, quin sic natura ponenda in numero causarum, quæ alicuius gratia aliquid efficiunt. Alia, quæ de primo motore, fabricatore, quæ naturæ Deo dici poterant, locum sibi proprium in Theologicis vendicant, ibique copiosius a nobis tractabuntur.

Cap. 8. De mobili.

De mouenti primò disputamus, sequitur, ut de mobili differamus. Primum autem mobile putamus quicquid ex primo mouente Deo manauit, quod cõcretum & corporatum sit. Quod quidem totum cælum complexu suo coeret, mundusque & vniuersitas nominatur, qua homines, pecudes stirpes & alia omnia, quæ sub aspectum cadunt, comprehenduntur. Cuius prima principia, & causarum rationem declarauimus, cum supra de materia & forma & alijs causis verba fecimus. Nunc ergo missa facimus principia, ex quibus, quod solidum est, & corporeum, constat, & corpus ipsum constatum compositumque consideremus. In quo motus, & quicquid ad motum spectat, versatur. In cuius rei explicacione eam viam persequamur, quam hætenus sumus secuti, ut prius de toto, & deinde de singulis eius partibus dicamus. Ac de mundo illa

superuacanea, & dialectico artificio aliena esset disputatio, vtrum esset infinitus, nec ne? Nam cum supra naturæ principia tractantes demonstrauerimus nihil naturale infinitum esse posse, nihil est, quod nunc ostendamus cælum, & vniuersitatem infinitam non esse. Sicut esset absurdum, cum demonstrauerit geometra triangulum habere tres angulos pares duobus rectis. Si deinde rursus probaret eum triangulum, qui est æqualibus lateribus similiter tres angulos duobus rectis pares habere. Nam præterquam quod inutilis, & iners est repetitio: vitiosa cõfictur demonstratio, ut in dialecticis docuimus, dum specialiter demonstrat, quod generaliter demonstrandum erat. Quare in hoc peccasse videtur magister noster Aristoteles, quod cum in libris de natura satis copiose docuisset nihil esse infinitum in his quæ natura constant, in libris de cælo specialiter multis tractat cælum non esse infinitum. Nisi forte vtrumque de natura, & de cælo opus per se confecit, neque vni corpori aptari voluit. nos autem nihil excusaret, qui totam physicam disciplinam tradere via & ratione molimur. Illud igitur de mundo primum explicemus, vtrum plures sint, vel fuerint, ut Empedocles, plures mundos ortos fuisse & interijisse ab omni æternitate opinabatur. Ut non alia esset totus mundus cõditione, quam eius partes, ut sicut stirpes & animalia aliàs nascuntur, aliàs occidunt elementorum etiam partes, ut terræ aeris, & aquæ vicissim oriuntur, & occidunt, similis toti vniuersitatis esset natura, ut vna dissolueretur, & colligaretur alia, & ita omni æternitate tum varios mundos, tum modos

Ec 3 plures

plures existere posse putabat. Arist. autem, & Plato, & alij omnes, quod ego sciam, Philosophi vnum duntaxat mundum, & antea fuisse & modo esse, nec plures esse posse opinabantur. Verum enimvero si in huius rei consideratione ante oculos nobis huius mundi fabricatorem ponamus, ratio non erit vlla cur plures mundos non esse posse putemus. Tum quod ex nihilo (vt demonstrauimus) ab eo effectum fuit, vt materia nunquam desit ad alios plures fabricandos. Quo Aristoteli argumentum euanescit, quo probare nititur plures mundos non esse, quia tota materia hic mundus absumpsit. At qui aperte ostensum & conclusum est materia procreatorem eius non eguisse. Nihil igitur attinet omnem materiam ab hoc mundo esse consumptam. Tum infinita vis effectoris est non igitur hoc opere exhausta est, sed manet eadem, qua possit alios & alios orbis & vniuersitates efficere. Sed arguit, Thomas Aristoteli sententiam, vt confirmet, si alios Deus mundos efficeret, vel similes huic mundo, vel dissimiles essent si similes essent frustra facti, cum in sapientiam diuinam non quadret, vt aliquid frustra faciat, si dissimiles essent quidem tum plures res non autem plures mundi, nullusque naturam totam corpoream comprehenderet, ita nullus esset perfectus. At si facere Deus similes decreuisset, nec frustra, nec sine causa fierent, sicut plures homines & leones non sine causa sunt. Sin autem dissimiles essent plures mundi species. Earum genus totam corporatam naturam complecteretur. Sicut animal omnem sensus participem rationem. Si eandem igitur efficientem & mundi mate-

Plures mundos esse posse.

riam duntaxat animaduertamus, nihil impedimenti reperiemus, quominus multi mundi sint. Sin autem ad eam quae nunc est rerum naturam oculos adijciamus, non est causa cur plures mundos esse credamus. Ita enim rerum institutio & dispositio fert, vt res vel vi, vel natura sua moueantur & quiescant, vt feruntur in eum locum in quem vi manent, vt graua vi a medio mundi lata, vi etiam sublimi quiescunt. Natura vero sua ad medium mouentur, ibique manent. Et ita ei motui, qui naturalis est contrarius est violentus. Si alius ergo est orbis terrarum terra quae utimur ad illius medium natura moueretur, at non potest ad illud medium, quin ab eo recedat, quod hic est. Natura igitur ab hoc medio recederet & in sublimi ferretur, sed hoc contra illius esse naturam videmus: non est ergo alius orbis terrarum. Simile argumentum ad aerem, & aquam accommodari potest. Nam si alius aer, & alia esset aqua, non violentus, sed naturalis motus esset quo aqua, & aer hunc locum desereret, in quo natura collocati sunt. Quis igitur esset violentus, aut eorum naturae alienus? Sic tota haec violenti, & naturalis distinctio tolleretur, omnium philosophorum, vel potius oculorum omnium consensu firmata. Iam vero illud esse asseuerare cuius neque index, neque vestigiū aliquod, neque argumentum cuique esset vllū, quid ineptius? Preterea hic mundus vocatur vniuersitas, quod res omnes suo complexu teneat. Quod si alius esset mundus, neque hic neque ille esset vniuersitas. Eo accedit, quod a diuina abhorreret sapientia, id quod esset cuiusuis hominis

Non sunt plures mundi.

pruden

prudencia indignum duos aut plures mundos efficere nulla re inter se communicantes sed plane dissolutos ac dissipatos. Cum in alijs rerum generibus in plures species, & res singulas distribuis res singulae inter se aliqua ratione conectantur, & aptae sint, vt aliae mares, aliae feminae sint, vsu inter se ament, & consuetudinem quaerant, siquidem vel simul se, simulque viuere volunt, vt pecudes, oues, boues, & equi, elephantes & multae aues, aut saltem circa eadem loca commorantur, & habitent, vel quae magis ferae, & truculentiores sunt, res etiam inanimatae in eisdem locis nascuntur, vt aurum, argentum, adamantes, pyropi, vniones, & aliae gemae: tum rebus alijs egent, vt viuant, alantur, nascantur & sint, vt res omnes aliae ex alijs pendeant, nec res vlla ex se tota apta sit, sed aliquid ab alia quaeratur & mutentur, & ita omnes inter se colligantur, & cohaereant. Valde igitur alienum est eius sapientiae, quae ita huius vniuersitates res omnes copulauit, mundum alium, & vniuersitatem gignere, quae nullum habuerit cum nostra commercium, nullo societatis vinculo cum hac, qua nos utimur, esset coniuncta. Non igitur alius est mundus, quam is, qui ante oculos nostros propositus est. Cicero etiam & alij opinati sunt, mundum esse animalis sensus & intelligentiae particeps, quod multa huiusmodi animalia complectatur. Perinde quasi quispiam rempu. & ciuitatem animal, aut hominem esse diceret, quod homines, & alia animalia comprehendat. Praeterea principales per mundi partes, vt terra, aqua & aer prorsus sensu, & intelligentia vacare cognoscimus, neque

eius aliqua se in sensum & intelligentiam praeter animantia insinuat. Non igitur mundus intelligens est & sentiens. Mundum autem ortum habuisse multis a nobis declaratum est. Cui rei consequens esse tradit Aristoteles, vt interire possit. Multaque in hanc sententiam prolixè disputat de genito & ingenito, mortali & immortali, qui forte magis grammaticum, & dialecticum, quam Physicum attingunt. Docet enim quibus modis ista vocabula vsurpentur, tum qua ratione contradicant inter se, vel non contradicant. Nos autem paucis omnia, quae ad physicum spectant, exponemus. Si porro mundus esset ortus alicuius materiae commutatione, vt Cicero & alij philosophi existimabant mundi ortum ita explicantes, vt id, quod inordinatum erat, atque confusum in ordinem adductum sit. Consequens quidem esset, vt quod ita nasceretur, extinguisset. Ita enim habent res omnes, quae ex materia ab aliquo confectae sunt, vt animalia & stirpes, & alia corpora, quae intereunt & occidunt. At non sic mundus conflatus est, sed ex nihilo, inuistato naturae modo ab alia prestantiori causa, quam ipsa tota vniuersitas est. In manu ergo eius causae, quae ex nihilo facit, tota vis & natura est eius, quod est, vt arbitrium eius sit distribuendi vires & rationes consistendi, vt quae ea res permanens, & sempiterna sit, ea vero caduca & mortalis, quae ipsa decreuerit. Quare licet res omnes ab eo exordium, & originem duxerint, non eadem tamen omnibus conditio data est. Ex quo efficitur, vt alia ratione, quae ex earum ortu inuestigandum sit, vtrum mortales,

Mundus interire non posse natura.

an immortales sint: Ac totam vniuersitatem sua natura, nisi maior aliqua vis instet, deleri non posse, ex eo perspicitur licet, quod nihil reliquum sit ei contrarium, omnia porro & a contrarijs interimuntur, & in contraria occidunt. Non igitur mundus ab alio interitum accipere posse videtur, quam ab eo, a quo constitutus & genitus est. Ipse autem, cum bonus, & amator sit operum suorum, non videtur unquam eam mentem accepturum, ut dissoluere velit omnino, quod sapientissimè colligauit. Iam verò si principales mundi partes contemplerur, magnam præferunt perpetuitatem. Nam cælo & eius motui, quo in orbem, circumque fertur, nihil est contrarium. Etenim contrarij motus ex contrarijs terminis discernuntur, ut motus in candorem aduersatur ei, qui in nigrorem. At motus omnis in orbem ab eodem in idem redit, non est igitur locus contrarius, ut nequè is sit ei contrarius, qui in aduersam partem pellitur. Veluti is motus, qui circumfertur in dexteram, ei repugnet, qui in leuam. Licet enim simul in idem non cadant subiectum, quia ad eundem terminum tandem cientur, non sunt contrarij: quòd ex contrarijs terminis contrariorum ratio ponderetur, & spectetur, ut ipsa natura contrarijs exmissè videatur, quod immortale facere decreuerat. Dictum etiam est, motum, quo in orbem circumquè aliquid agitur per se, vique sua perpetuari posse. Tum ipsa rotundi corporis compositio perpetuitatè quãdam significat. Quòd eas affectiones non accipiat, quibus alia corpora commouentur. Rotunda enim forma eadem manente, nequè ac-


cessionem vllam habere potest, nequè decessionem. Quare nec augetur, neque decrescit, neque vllò pacto est commutabilis: & eiusdem intelligentiæ est interitus expertem esse. Quod etiam communis, & peruagata hominum opinio, comprobare videtur. Cum enim non solùm Christiani homines, sed etiam barbari, atque pagani notionem habeant nonnullam Deorum, ij omnes cælum sacrum numinis domicilium esse arbitrantur: congruenter, conuenienterque; immortalis locum assignantes immortalis: Est ergo cælum interitus expertis. Elementa verò, quæ ambit, tametsi pugnant inter se, & contraria sunt. Ita tamen temperata apparent, ut licet quodcunquè possit elementum vicissim alteri partem vicinam detrahere, & in se vel aliud conuertere, & ita vltro citroquè damnatum inferant, & accipiant; tamen nunquam vsu euenisse audimus, neque naturaliter euenire posse puto, ut vnum elementum ab alijs ita opprimatur, ut funditus deleatur & extinguitur. Etenim elementa minime se inter se iuuant, & vires addunt, sed potius temperant atque coercent, eo ipso, quòd inter se contraria sunt. Siquidè vnum vni tantum contrarium elementum est, alia verò aliqua ex parte comunicant, & sociata sunt, ex qua parte perire, & omnino extingui, non patientur. Tum cælum ipsum sua, & stellarum vi elementorum coagmentatione fouet, moderatur & regit, ut nullum vel valde comprimatur, vel se insolentiùs efferat. Non ergo labefactari penitus vllum elementum potest, aut ipsa eorum coagmentatio vllò modo est dissolubilis, ac proinde, nec illa corpora orbem

orbem terrarum deficient, quæ cæli & stellarum fauore, & elementorum agitatione consistunt, ut lapides omne genus, ferrum, & alia metalla. Viuentium verò sentientium & intelligentium genera ipsa elementa ex quibus constant imitantur. Ut sicut aliquot elementorum partes franguntur, tota verò frangi non possunt, sed semper existunt. Ita res singulæ interitum accipiunt, vniuersa verò genera, minime delentur. Quod eorum seminarium ita sit

amplificatum, & per tot terrarum partes, tam longè lateque diffusum, ut simul extirpari ac funditè tolli vniuersæ non possint. Ac mundum primum mobile fuisse à Deo; primo mouenti rerumque omnium molitore ac parenti procreatum cumque esse vnum ab omni interitu liberum ac sensus & intelligentiæ experte dictum

est.

.



DIDACIA STVNICA

HEREMITÆ AVGVSTINIANI PHYSICÆ, Liber quartus.

CAP. I. De materia & forma cœli.

Nam ad singulas mundi partes tractandas veniamus: ac primum de cœlo quod alijs præstat & eas complexu suo continet ac coercet disputemus, & partes ex quibus constat exponamus. Non enim levis est de materia eius & forma controuersia. Quidam enim putarunt cœli materiam à rerum aliarum materia differre, quod cœlū sua vi sit immortalē, res autem aliæ mortales, atque caducæ. Interitus autem causa materia sit dum est ad aliam formā apta. Cum autem cœlorum materia aliā formā non possit percipere, ad aliā non videtur esse apta. Quare distinguitur à rerum caducarum materia. Verum enim uero quia nunquā isti materiam comprehenderunt, neque quid esset intellexerunt, in tenebris ruentes ista miscunt. Quæ quā ab surda sint ex eo perspicuū est, quod suæ sit sententiæ consequens, cœlū nullo rerum genere comprehendī. Quippe quod non esset substantia corporea, nam corpus non esset. Si quidem corpus vna ratione cōpletur omnem corporis participem substantiam. Sed non est vna ratio eorum corporum quorum in natura posita differentia est. Materia vero ad corporis naturam attinet materiamque naturam esse positū est, quod si alia est materia corporis cœ-

lestis, quam aliorum corporum, alia etiam natura est. Alia ergo ratione corpus conuenit in corpus mortale quā in cœleste, sed corporis mortalis ratio in genere collocatur substantiæ. Non ergo in eo genere corpus cœleste est, neque vllum genus reliquum sit in quo possit reponi. Non ergo materia cœli ab aliarum rerum materia differt. Id quod facilius intelligitur ex materiæ natura à nobis iam explicata & satis cōprobata, quæ non est alia, quā corpus quantitatis solidum & ad tres partes longitudinem, latitudinē, & altitudinē per mensum; at in hac corporis ratione cœlū nihil ab alijs rebus corporatis differt. Non ergo eius materia ab aliarum rerum materia discrepat. Præterea si materia prima in varias formas & species diuideretur, aliqua esset materia per se vique sua specie ornata. Aliæ ergo substantiæ formæ in rem compositam materia & forma constantē incidere, ut potius rei accidere, quā eius esse naturam viderentur. Quod autem materiam cœli ab ea quæ est aliarum rerum differre probant, quod illa apta non sit ad aliam formam, sicut hæc. Aptam vero non esse confirmant, quod cœli interitum non accipiat. Perinde quasi interitus causa sola materia esset, quæ in varias formas immutari potest. Et non ea potius quod aliqua sit efficiens causa, quæ materiā cōmuret & locum alteri

Non differre inter cœlorum & aliorum corporum materiam.

alteri formæ det. Materia enim effricte destituta formam quam habet cōmouere, nedum deijcere, nō potest. Est ergo cœlum immortalē potius, quia nihil ei incommodum vllum ferre potest, quā quod eius materia nihil ferre potest. Incommodum verò nullū accipit eius formæ vi quæ tanta est, ut omnia facile de trimentis depellat. Vis enim & imbecillitas rerum earum formis potius, quā materiæ ascribitur, cœlū itaque interitu liberum est non materiæ, sed formæ virtute. Ratio igitur non est materiam eius ab aliarum rerum materia distinguere. De forma etiam cœli magna est dubitatio. Nam Aristoteles, & alij existimant cœlum esse animatū. Et hac de causa sex eius partes, & principia distinguit, antè & pone, ad læuam, & ad dexteram, sursum & deorsum, quæ solis animatibus dari & acōmodari ipse Arist. eodem loco tradit, ceteris verò corporibus minimè, nisi cum ad nos referantur. Nam ad dexteram vel læuam dicimus ex similitudine nostrarum partium. Ita antè & retrò. Stirpitibus verò duas modò partes assignari docet superas & infimas. Sed cum in aliarum rerum disquisitione diligentissimū se præbere soleat Aristoteles solertissimè, quæ docet confirmans. In hac re explicanda negligētior est. Nullum enim argumentū, aut coniecturā afferens, qua fidem faciat cœlū esse animal. Non enim cū in animatibus esse dicit intelligi potest plantæ ei animā dare, cū sex illas ei partes attribuat, plantisque duas tantū assignet. Sed forte vnus erat philosophorum olim, & populorum huius doctrinæ cōsensus, in quo magna vis esse solet. Tum quod cœlum per se semper mouea-

Arist. existimat cœlū esse animatum.

Arist. notatur.

tur, quod est animalis proprium. In quo valet cunctorum hominum cōsensio: nā quotquot corpus aliquod cernunt, vtrū moueatur, attendunt antequam animal esse iudicent. Et quod lōgè distat ex motu vel statu, an animal sit, necne, cognoscimus. Cum ergo tanto intervallo cœlum à nobis seiunctum sit nulla melior coniectura animæ eius, quā ex motu capietur. In metaphysicis etiam docet ipse Arist. modū, quo primū mouens cœlos mouet, dicitque ab eo motū cieri, tanquam ab eo quod amatur. Quod si ex eius sententia cœli Deum amant ad eunquē amore inflammati feruntur, Deum cognoscunt, mentis ergo sunt & intelligentia participes. Itaque Aristoteles opinatur cœlū intelligēs animal esse, ut Cicero mundū esse duxit. Sed rationis alienū id esse videtur. Nam anima vi & natura sua instrumenta postulat, dissimilesque corporis partes, quibus exequatur muñera vitæ. Ut ex animatorum omnium cōpositione, & constitutione constat. At cœli sunt cunctę partes similitudinis aliarum. Non ergo ad animā & sensum aptæ esse videntur. Eodē accedit, quod nullū animalis officium & munus in cœlo videamus nō enim cernit, siquidē nō est extrā quod cerni posset relictum. Intra verò nihil est, quod ipsum attingat nihil quod quærat, sed vno semper modo mouetur. Neque etiā audit eadē de causa, neque respirat, nec anima ei sunt extrema mundi circumfusa: nec tota anima quæ intra mundū est rei tam vastæ respiratio ni sufficeret. Iam verò si intelligit vtrū per corpus suum, an non: si per corpus, qui fieri potest; cum nullus eius sensus deprehendatur, si non per

Cœlum non esse animal

per corpus, quanti ipsum refert corpus habere, si ad præstantissimum vitæ munus nullâ ei vtilitatē affert. Aut quæ illa societas est animi cum corpore, si nō aliter se habet vterq, animus & corpus, quàm si disiuncti & separati essent? Nam corpus licet ei non esset animus inclusus, ita moueri posset. Animus autem ita se scientiæ & cognitioni dat, tanquā si esset à corpore seiunctus. Non igitur cælo animus tributus est sensus & intelligentiæ particeps. Præterea absurdum esse videtur animū esse sensum per tam vastam & infinitā mollē. Nam pars nulla notari potest in qua anima vigeat, cū partes omnes simillimæ sint ac proinde causa nulla est cur in vna parte valeat magis, quàm in alijs. Quis autē credat animal vllū esse tam imensa magnitudine præditum cū animans nullum in orbe terrarū videamus, qui non paruum & exiguum sit, si alijs rebus, vt montibus, collibus, fluminibus, arboribus, & alijs rebus conferatur. Quare ridiculum esse videtur animal vllū esse dicere, qui partibus infinitis totam vincat terræ magnitudinem. Non ergo cælum animal est intelligens, sed corpus globosum: cuius omnis extremitas paribus à medio radijs attingitur. Idq; huius vniuersitatis parens ita tornauit, vt nihil æquabilius, nihil rotundius, aut opere hominum, aut alia vlla ratione oculis nostris oblatum, aut propositum vnquam fuit, vt nihil asperitatis haberet, nihil offensionis, nihil inclusum angulis nihil anfractibus, nihil eminens, nihil lacunosum, sed ea leuitate, qua, maxima esse posset circundaretur. Ita verò cōformatum esse cognoscitur, quod stellæ, quas videmus, pa-

Cælum esse rotundum.

ri semper distantia à nobis feruntur. Si autem alia figura cælū esset confectum, aliàs propinquiores aliàs remotiores apparerent, vel cū ad meridiem, orientem, vel occasum accederent. Quod si occidentes stellæ ampliores vidētur, ea causa est, quod aer vaporibus ex agris excitatis crassior fit, longiorique interuallo radij quibus cernimus, prope terrā deducti aera crassiores tranant. Rotunda etiam figura aptior est ad eum motum, quo in orbem excitatur: quod omnium minima sit earum, quæ ab eodem deductæ ad idem redeunt. Aliæ verò quæ ex rectis lineis concluduntur, longiores sunt ea parte, qua angulis cōmittuntur. Minima verò figura ei motui accommodatior est, qui aliorum erat futurus mensura: nā ex minimo in vnoquoque genere mensura ducitur. Præterea positū est extra cælum neque locum, neque inane esse: hac etiam de causa rotundū esse necesse est. Si enim rectis lineis concluderetur, dum in orbem volueretur, ipsa angulorum succedentium vicissitudine fieret, vt eundem omnino locū tenere non posset. Sed vbi prius esset corpus, deinde nullum esset. Nam angulata corpora angulis maiorem locum occupant, quam reliquo corpore. Quod etiam fieret si qua alia forma figuraretur, cuius extremitas non paribus à medio radijs attingeretur, vt lentis vel oui. In omnibus enim esseretur, vt extra cæli circunuectionē locus esset & inane, quod alia quàm circuli figura eundem locū, dum in orbem torquetur, obtinere non possit. Est ergo cælum non animal intelligēs, non corpus viuēs, non angulatum, non lentis, aut oui figuram imitās. Sed

Auicena, Scotus, Albertus, Durandus.

Cæli motū esse naturalem.

Sed globosum atque rotundū leue & vndique æquabile, & à medio ad summum par, & perfectum atque absolutum. Quod autē dicebamus cælū animal esse videri, quod moueatur, explicare oportet, qua ratione cælum in orbem semper versetur. Aliqui insulse putarunt cæli motū non esse naturalem. At si naturalis non est, ergo violentus erit. Absurdum autem esse videtur, id vti & non natura fieri, quod tam diuturnum est: vt ex æternitate fuisse plerique pagani viri docti putarint & ita institutum esse existimamus, vt sempiternis temporibus permanere possit. Adeo vt contra naturam cōprimeretur. Præsertim cū nihil violentum perpetuetur. Tum illud esse naturale non dubitamus, quod ad vniuersam rerū naturam seruandam tuendamque est necessarium. Sed nisi cæli mouerentur vniuersa orbis terrarum & horum inferiorū natura ad interitum rueret. Est igitur cæli motus necessarius vniuersitati, ac proinde naturalis. Sicut respirationem cibum & porum homini naturalem esse arbitramur, quod ad hominē incolumen cōseruandum necessaria sunt. Tum mundi parens & molitor vnicuique rei naturam consentaneam, & aptam tribuit, sed rerum natura postulat, vt cæli motu cieantur naturali igitur pulsu agitantur. Tum tota eorū forma, atque figura ad motum accommodata esse videtur. Nihil enim magis motui rationi conuenit, quàm circuli figura, quod vix vlla eius parte cōsistere posse videatur. Sicut è contrario statui nulla magis apta, quàm quadrata. Cū ergo cælum Deus ita tornauerit, vt nihil reddi posset rotundiūs, nihil magis quàm cæ-

lum moueri voluisse videtur. Sed dicunt motus naturalis refertur ad aliquam rem cōmodam adipiscendam motu verò suo nihil cælū cōmodi consequitur: non igitur est ei naturalis. At si motus ipse sibi cōmodus est, satis cōmodi est ipsum cōseruare. Sicut mentis cōtēplatio, & sensuum omnium multi motus ipsi per se sunt iucundi licet nihil aliud cōmodi consequatur. Et non parua est totius vniuersitatis cōmoditas quam cælum motu suo præstat. Sed instant illi motus naturalis propter quietem adhibetur, at cæli motus non est propter quietē non est ergo naturalis. Sed motus per se non est propter quietem. Si quidem quies natura sua motus est vacuitas, & quasi motus priuatio, si cut ergo homo non est propter hominem, nec aspectus propter cæcitatem, ita neque motus propter quietem. Quare tum est magis expetendus motus, quàm quies, quando motus est cum re magis consentaneus, qualis est cæli motus ob eas causas, quas cōmemorauimus. Sed operepretiū est considerare quo pacto cælum in orbem circunuectum voluatur: vt tum per se an vi aliqua externa. Qui cælum animal intelligens esse ponunt à se circunferri asserunt, qui autem animal esse negant vim modò in cælo esse tradunt ad motū accipiendum sicut cū lapis deorsum & ignis sublimē fertur. Sed causa motus efficiens sicut in grauibus & leuibus est generans, ita in cælo est intelligentia. Quæ in cælo semper hæret ipsum in orbem torquet: argumentum autem vel coniecturā, quā id animus induxerint opinari, nullā exponunt. Nos autem aliquot argumenta proponemus cur eorū senten-

Quo pacto cælum in orbem voluatur.

Cælum externa vi non moueri.

ten-

tentiā repudiemus. Nam cum huiusmodi motus mundo rerumque naturæ sit maximè necessarius, aliquid esse videtur à fabricatoris parentisque vniuersitatis sapientia rei nulli tribuere, vt per se, & ex natura sua eius causa sit. Siquidem externa causa, per aliud causa habet. Quod autem est perse præstat, ei quod est per aliud. Sed cum admirabilis & excellentissima sit fabrica, qua mundum à Deo constructum & ædificatum fuit nihil ei deesse debet, quod ad absolutissimi operis perfectionem & effectum attineat. Quod si vis insita, & propria longè perfectior est, quàm aliena & aduentitia cur operi pulcherrimo & singulari perfecta vis detrahenda & imperfecta attribuenda. Præsertim cum nulla vis alia efficiendi celo reliqua sit, nullum munus & officium rerū nature & vniuersitati, quā vt moueatur præstare videatur. Iam verò vel cælum repugnat ei motui, quo in orbem incitatur vel non repugnat. Si repugnat, vel ratione figuræ sue, id quod affirmari non potest. Cum vt declaratum est, nulla possit esse aptior. Vel ratione formæ & nature sue. Hæc autem quomodo repugnare ostendent, cum ad hoc officij munus à Deo creata & effecta sit. Tum vel aduersatur, quia graue sit, vel quod in partem contrariam nitatur. Non quia graue sit. Nam graua in infero medioque loco omnia posita sunt, non in extrema circumuersione. Deinde absurdum est, graue illud esse putare, quod ita Deus ad volubilitatem rotūdauit, & tam immensa celeritate feratur, vt nihil celerius ex cogitari possit. Quod autem ad contrariam partem nitatur ridiculè diceretur. Cur enim ita fieret

ab eo qui tanta industria alias celeritatis rationes suppeditauerit? Quod si cælum non voluitur aduersante sua repugnanteque natura. Quamuis igitur intelligentia ei inhærens ipsum non impelleret cieretur, cur enim consisteret, si neque natura eius, neque res alia impediret? Frustra igitur id muneris mandatum intelligentiæ est, si eius ope & cura non eget. Mihi igitur persuasum est, quod sicut grauibus & leuibus est à natura data vis, sicut expositum est, qua nullo mouente ad loca sua ferantur, ita etiam celo tributum est, vt suo pte nutu in orbem assidue incitetur. Cur enim cum pondere, & leuitate sua elementa agitentur, aliqua vis alia non inseratur cælis, qua in orbem circumque versentur? Hoc enim esset artificiosum, atque diuinum, & ægregio corpori aptissimum. Vt vi & natura sua sicut elementa moueretur. Cum natura præsertim id quod est optimū quo ad eius fieri potest semper efficiat. Quare hæc etiā causa erit eius, quod queritur, quod ita sit optimè constitutum. Optimum verò est: cælū vi sua perpetuo motu cieri. Neque vlla ratio est cur à fabricatore rerum omnium Deo id non effici posset. Neque ratio est, cur ea vis, quæ est in alijs non ita perfectis corporibus, vt vires habeant ad motus sibi conuenientes, neque instigatore egeant: in perfecto elaborato & eleganti corpore non inhæreat. Tum id firmissimo argumento comprobatur ex eo ducto principio, quod iam positum est dum motus grauium & leuium explanaremus. Motū esse sua vi motus causa. Ita vt si non cohibeatur causa nulla reddi possit cur insistat. Si femel igitur in orbem cælum torqueat.

Cælum sua vi, in orbem fertur.

Si eius

Si eius non obsistit, & aduersatur natura, nec res alia extranea impediatur, non erit cur in orbem circumque ferri desinat. Non eget ergo cælum intelligentia alio ve motore, & instigatore ad cursum & circumuersionem suam. Sed hæc de intelligentia cælum versante opinio animis auctorum infedisse & inueterasse suspicor, quod nihil in orbem circumque agi cernant, nisi vi aliqua externa impellente. Et ita in cælis vsu euenire credunt. Sed considera rent cum sæpe intueantur graua suo pōdere ad pares angulos in terram, vel in mare ferri similem vim cælis à parente rerum inferi potuissent, qua in orbem circumque veheretur. Corpora verò, quæ tractamus circumuersioni resistunt, quod motus sit eis recta linea insitus, & naturalis. Expositum ergo est cælorum motum esse naturalem, eorumque vi sine ope intelligentiæ agitari.

Cap. 2. Cælum æquabiliter moueri.

Cæli motus nec intenditur, nec remittitur.

Nunc oportet declarare vtrum cæli motus contendatur & remittatur, sicut & aliorum corporum. Ex causis autem contentionis, & remissionis aliorum motuum intelligemus cæli motuum huius esse commutationis expertem: tum qua ratione cælū habeat eam qua incitatur mouendi vim. Res illiæ vel adiuuant, vel aduersantur pulsui, quo agitantur. Si adiuuent, vi sibi insita quam ad illum motum habent motus augetur, & concitatur, qua de causa demonstratum est motū grauium & leuium, quo longius feruntur contendere. Quod verò plures res auxiliantur eò magis concitatur, vt quibusdam visum est ab

aere res quæ feruntur contrudi. Sini autem resistat res quæ cietur, motus remittitur, vt earum rerum motus, quæ proiciuntur, quod aduersante & repugnante earum natura fiat. Hæc autem earum natura, vel ad motum concitandum, vel retardandum spectatur vel ex grauitate vel leuitate. Quod si corpus esset ali quod grauitate, & leuitate vacans, sua natura, nec motum excitaret, neque retardaret. Sed vi eadem & impetu quo motus inciperet in infinitum progredieretur. Cum vna tantum eademque causa motus continenter permaneat: quæ est vt exposuimus motus ipse, neque sit alia impediens & obstans. Hac verò natura cælum præditum est, nec enim graue, nec leue est. Nam grauibus, & leuibus vltra lunæ ambitū locus non est relictus. Motus ergo, quō à Deo rerum effectore incitatus est, cum primū creatus est, perseverat & permanet omni contentione & remissione liberū ac solum. Sicut enim cælum commutationis est expertis, ita & motus eius. Motus ergo æquabilis & constans celo est a Deo donatus & eius vis cælis natua & insita est, quod idem fuerit initium status eorum & motus: vt ad motū nati esse videantur. Et ita ad motus æquabilitatem eorum corpora constituta, vt sua vi, neque motum augeant, nec minuunt. Ex his quæ dicta sunt perspicere potest, cælū sicut est interitus expertis, quod & commutationis: ita secretum & liberum ab omni mortali molestia, defatigatione & labore, & vno nomine extraruinæ periculum, neque vllam vim maiorem requirere, quæ nixu suo ipsum aliter moueri prohibeat, quā eius postulat nature vis. Quare non est

est ita putandum, ut priscorum fabula narrabat Atlantis, opus ei esse praesidio ad se, ne rueret sustentandum. Videntur quidem, qui hanc fabulam commēti sunt in eadem vel simili esse sententia, qua posterioris & nostri temporis auctores. Ut enim illi, quia nullam fabricam, & structuram cernebant, quae non terreno potest teneatur, & quae non, nisi fulciretur, caderet, similiter caelum fabricatum esse existimabant. Sic & isti quia nihil in orbem vertebatur in his inferioribus mundi partibus, nisi externa & aduentitia vi extremo caeli ambitu intelligentiam alligabant, ut in orbem caelum continenter agerent. In caelo verò nec dexteras esse nec sinistras partes notandas, nec antè & postè, nec supra, nec infra, ut Aristoteles & alij tradunt, facile ex dictis intelligitur, cum animal non sit. Et in animalibus, ut Aristoteles ipse auctor est, hae partes per se dicuntur, in alijs autem, si ad nos referantur. Caelos autem & stellas, quendam motu, & cursu suo concentum efficere Pythagorei crediderunt. Quod multo minora corpora longèq; minore pulsu agitata sonum hic apud nos reddere videamus. Ex eo verò quod stellae pari eodemque tempore, vel maiorem vel minorem circulum conficiant, quod propius vel longius à verticibus distent, quos polos astrologi nuncupant, sonus grauior, vel acutior efficitur, ex quibus autem illi concentus constat admirabilis. Quem nos ob eam rem non sentire, quod à primo ortu illo nostrae aures completae à silentio contrario, eum non distinguunt, sonitus enim è silentio internoscitur, & iudicatur. Quia verò nos silentium aliud

In caelo non esse dextram nec sinistram.

nunquam experti sumus, hic concentus nobis pro silentio est. Quod esse concentum enim fabris aeris propter consuetudinem idem hominibus usu venire arbitrantur. Sed hoc non potest vilo modo ita esse. Nam causam, quam afferunt, cur à nobis non audiat absurdum est. Nulla enim consuetudine fieri potest, ut fabri sonitum, quem efficiunt non audiant, & fabri leuissimos aliarum rerum sonos non percipiunt magno illo maleorum sonitu impediti. Nos autem quencumq; minimum & leuissimum sonum attenti audire possumus, nullo igitur maiori sonitu nostrae complentur aures. Nam potius si vilius esset, obsurdesceret, sicut de Cata dupis narrat Plinius nimio sonitu, & fragore Nili inter saxa praerupta fluentis eorum aures vitari, & corrumpi. Tum sonus per aera funditur, ut ad aures nostras perveniat, sed stellis omnibus atque caelis aer nullus adiungitur, per quem sonus dissipari possit. Non igitur caelorum, & stellarum motu sonus efficitur. Quod verò Pythagoreos induxit ad opinandum motu orbium & siderum concentum effici nos nihil mouere debet. Non enim omnia resonant, quae feruntur, si non vi sua sed aliena ferantur, cuiusmodi sunt ea, quae alteri rei, quae pulsu agitentur inhaerent. Non enim homines, & mures, quae nauigio feruntur sonum reddunt, ac denique quod istum non facit in aere, non sonat. Stellae verò fixae caelo mouentur, & aera non attingunt, ut hoc etiam argumenti habeamus ad eorum opinionem refellendam.

(?)

Cap. 3.

Cap. 3. De stellis.

De caelo verba fecimus, sequitur, ut de stellis quibus distinctum est aliquid dicamus. Stellas verò partiuntur auctores in fixas & errantes. Fixae sunt omnes praeter septem errantes de quibus mox differemus. Merito verò illae fixae nominantur, quod nulla videatur esse dubitatio quin suis sedibus in caelo infixae maneant. Ex quo enim genitae sunt eisdem lineis & partibus interuallis inter se distant, eadem describunt figuras. Ut constat primum ex observationibus Hipparchi, quas refert Ptolomeus. Deinde ex ipsius Ptolomei observationibus & tandem his nostris temporibus Copernici. Quod si vel alijs, & alijs orbibus circumhererent, vel orbibus solutae ipsae per se ferretur, fieri non posset quin lineis interuallis, atque figuris aliquando discrepant. Haec omnes stellae in quadraginta & octo imagines vel figuras diuiduntur. Componitur autem quaecumque imago ex multis stellis, ita inter se aptis & collocatis, ut illam imaginem quae & sydus nominatur exprimere videatur, ut Arietem, Taurum, Leonem. Omnium autem siderum stellarum, quas habent apparentes subducta ratione, & summa facta numerantur stellae mille cum duabus & viginti. Quae ita etiam distribuuntur, ut quae fulgentiores & nitidiores habentur primae magnitudinis appellentur, & deinceps usque ad stellas sextae magnitudinis deinde obscurae sequuntur, & tandem nebulosae quae vix percipiuntur. Ex omnibus igitur his 1022 stellis primae magnitudinis sunt 15, secundae 45, tertiae 208, quarta 474, quinta 216, sexta 50, obscu-

Stellarum numerus.

rae nebulosae 5. De his autem caeli figuris & desingulis ex quibus constant stellis acuratiore in astrologico sermone habebimus Deo iuante. Non enim est huius facultatis & disciplinae. Nonnulli autem suis sedibus manentes stellas omnes volutatione, aut conuersione sua sponte moueri putarunt. Quia sol cum oritur & occidit suo loco circum voluitur. Et stellae quae fixae nominamus micant omnes: quod non alia de causa fieri putant, nisi quia suis locis circumuertatur. Sed opere praetium est cognoscere utrum hic motus, qui esse videtur in stellis sit, an in oculis modo. Aspectus enim cum longe intenditur, ita ut vix rem assequatur propter imbecillitatem tremittat ac titubat: ex quo efficitur ut dum ipse mouetur, res, quam perspicit, moueri videatur. Sicut cum tecta domusque tota conuolui quibusdam agris & agitari videtur. Et hanc esse causam multi viri docti putarunt, cur inhaerentes stellae micare, vagae autem non micare videantur. Ad vagas enim aspectus firmus accedit, quod facile perueniat: inhaerentes autem quod difficilius propter longinquitatem attingat, vacillat & tremitt, tremore verò eius sit, ut astra suis locis versari & agitari videantur. Sol autem oriens volutari videtur, forte quod eius radij, alij impediuntur ab interceptis vaporibus, alij penetrant, & longius diffundantur, alij partim diuidant, partim haerent, partim in alios incurant ab ipsa terra proxima, vel densis vaporibus redditi, quibus difficultatibus aspectus vacillat ac titubat: quo fit ut sol moueri videatur. Astra porro omnia esse rotunda omnes auctores assentiuntur, & ex Sole & Luna cognoscitur.

Cur quaedam micent stellae.

Astra esse rotunda.

Ff Tum

Tum in eo naturam corporis imitantur cuius partes sunt, & cuius motum sequuntur. Stellæ igitur in fixæ & inhærentes omnes in primo orbe collocantur quem orbem quiescere semper opinantur ij, qui terrâ motu diurno in orbem agitari ponunt. Itaque isti diem & noctem, ex motu terræ distinguunt. Qui verò terram in medio semper quiescere arbitrantur, hunc orbem vel primâ spheram siue cælû, vel quo vis alio nomine gaudet, vno die in orbem totum torqueri ab oriente in occidentem partem, ad idemque caput referri tradunt: & hoc motu omnes alios errantium stellarum orbes secum impellere, atque conuertere, quo solis motu dierum & noctium vicissitudines in terra fiunt. In quam nos sententiam ibimus his rationibus adducti, quas cum de terra differemus afferemus. Ideoque maneat hunc orbem stellis fixis illustratum hoc motu diurno ab oriente in occidentem partem moueri. Sed hoc motu solum non coherent omnia, quæ in cælis astrologi varij longo annorû cursu obseruarunt. Nam alio motu sydera & imagines cælicieri reppererunt, qui est ab occasu in oriens, quo pulsû ab alio superiori ambitu agitari astrorum inhærentium orbem plerique credunt. Cui alium circunijciunt rotundo etiam habitu orbem, quem semper quiescere ponunt. Sed hic orbis potius honorarius esse videtur, quâ astrorû obseruationibus necessarius. Illi verò astrologi, qui inhærentium stellarum orbem extimû stabilem & immobilem ponunt, syderum & signorum motû, qui ex obseruationibus constat, non signis ipsis, sed equinoctijs adscribunt, quæ ob eam rē anti-

Stellarû fixarû motû.

icipatione equinoctiorû nominant: fieriq; ab oriente in occasum. Quâ anticipatione propter orbem terrarum motum vsu euenire docent. Sed si harû rerum & vagantiû astrorum motus acuratam rationem & expositionem traderemus, totum astrologiam in physicam includeremus. Quare satis esse physicis arbitramur has res tangere & quasi earum historiam narrare, longior verò declaratio & demonstratio, quod ex mathematicis petenda est, in astrologiam differenda est. Tum rationes dierum & noctium explanauimus, cur alij longiores alij breuiores sint, quibusq; temporibus quædâ astra à conspectu nostro obliuiscant, & rursus emergant. Hunc igitur terminum habeant, quæ de stellis infixis præfati sumus. Et ad eas veniamus quæ vaga & mutabili ratione labuntur, quæ septe sine dubitatione sunt Saturnus, Iupiter, Mars, Sol, Lucifer sancta Mercurij stella, Luna. Magna tamen est dubitatio vtrum ipsæ per se nutu & sponte sua per aera ferantur, & ita cursum suum statis temporibus cõficiant. An verò cælesti aliquo orbe inhæreant, vt de infixis diximus ab ipsoq; circumferantur, vt ab astrologis illarû varij motus declarantur. Illam sententiam sequitur Chrystomus, Iouianus Pontanus, & alij. Quæ his argumentis valde confirmatur. Primum præponendum est cælos omnes in eo aeris naturam imitari, quod pellucidi sunt. Siquidem per eos sicut per aera Sol, & alia astra translucent, & facile ad nos eorum radij comeant. Astrumque in eo à reliquo cælo differt, quod concretiore, & crassiore corpore sit. Sic vt non ita facile radij penetrare possint. Id quod ex solis defe-

*Errantes
stellas in-
hærentes.*

defectione cognoscitur: ei enim luna subiecta, atque opposita nostris oculis lumen eius obfcurat. Est denique stella in cælo, sicut nodus in arbore, vt tabula, vt quidam astrologi docent. His præfatis facilius intelligentur, quæ ad hanc sententiam probandam dicemus. Cû ergo cælum, & aer in eo natura sua conueniant, quod vtrunque pellucidû sit, vel ergo cælum densius concretiusque est, vel non est. Si minimè sit. Nihil ergo differt pellucidum illud spatium, quod est infra lunam ab eo, quod est supra lunam, in quo omnes planetæ collocantur. Ergo sicut spatium, quod est infra lunam, id est aer leuior & tenuior est, quàm, vt in eo stella, vel alia res inhærentere possit: ita & spatium quod est supra lunam, quod cælum vocant. Non ergo in eo infixæ esse possunt stellæ, & coereeri, ita vt motibus varijs certisque in orbem ferantur, sed ipsæ per se eam vim habent, vt his motibus sibi à natura præscriptis, atque ea celeritate cieantur. Non igitur à terra vsque ad cælum stellarum inhærentium corpus vllum est præter astra ipsa errantia, alterius naturæ quàm aer. Sin autem cæli, qui continent stellæ errantes etasiores, & solidiores sunt, quàm aer. Cur huius crassitudinis & soliditatis vestigium nullum apparet. Sicut in astris ipsis monstratur, quæ solis lumine accensa radios suos ad nos vsque iaciunt. At toto hoc spatio, quod extimû supremumque cælum ambit, nihil, si à terris discendamus, nisi astra cernuntur. Sicut enim aer, ita & cæli oculorum effugiunt obtutum. Quæ ergo re nos

cæli ab aere secerimus. Nam si cælum esset, magis aere concretum acciperet expressius lumen solis, sicut astra faciunt, at nihil tale videmus. Non igitur vlla differentia notatur toto hoc amplissimo interuallo, quod astris modo lustrari videm, sed vniuersum aerium est. Sed hoc argumento ea re non leuiter eleuari potest, quod ex eo concluderetur etiã inhærentes stellæ non cælo vllò sed aere inhærentes, quod præter ipsas nullû erasioris, & solidioris corporis vestigium prospiciamus. At cælo eodem infixas esse probauimus. Non igitur tam vehemens argumentatio esse videtur. At qui potest forte confirmari ea differentia, quæ est inter primum cælorum ambitum, & alios, quod propter longinquitatem, licet cõcretius sit, & solis lumine accedatur, perspicere non potest. Sicut multæ eius stellæ, quæ obfcuræ ab astrologis appellatur, vix percipiuntur. Cû ergo de cæteris cælis id dici non possit, non videntur ita multû hoc argumentum infirmari & excludi. Est aliud argumentum quod longe magis conuincit, & hæc sententiã probat. Nam cometa, quæ vixta est anno milesimo quingentesimo septuagesimo secundo mense Nouembri in Cassiopea sublimior erat, & altior à terra sublata, quâ ipse sol, quidam colligitur ex his, quæ narrantur ab eis, quæ varijs eorum locis obseruarunt. Hispania, Gallia, Velgica Austria, & Italia, vbi que in eadem Cassiopeæ parte cernebatur. Nihilque paralaxos, vt astrologi dicunt, latini forte dicerent, varietatis reddebat. Cû sol ipse non nihil varietatis: Luna verò multum, & alia stellæ, quæ sunt infra solem efficere notentur.

Ff 2 Non-

nonnulli putarunt, alius planetis omnibus ascendisse, quod micabat ut stellæ inherentes, cum nullus planeta micet. Cum hæc igitur ita se habeant, non videntur planetæ cœlis contineri, circumquæ ferri, non enim possent cometa vel vapor, ex quo gignitur, ad cœlum vsq; solis penetrare, nam ipsum, & alij vsquæ ad ipsum labefactarentur & peruerterentur vaporibus à terra excitatis. Quod haud fieri posse ostendimus, cum cœlum esse immortale, & ab omni interitu liberum probauerimus. Illud etiam mirabiliter id confirmat, quod refert D. augustinus ex libris M. Varronis Veneris stellam semel mutasse magnitudinem, cursum & figuram. Id quod accidisse Rege Ogyge nobiles Mathematici Adrastus Cyzicenus, & Dion Neapolites tradiderunt. Id quod ego etiam nisi forte fallor animaduerti anno 1582. mense februario & Martio. Nam cum per tabulas astrologicas esset matutina apparebat vespertina, & ob eam rem nonnulli cometam esse putarunt. Eundem tamen, quem Venus vespertina solet, cursum tenuit, & cum propius ad solem accedere, nihil luce solis obscurabatur. Nam eam sepe de die multa vidi, & de nocte plane multoque discrimine lucem ab umbra separabat. Narrat etiã Aben Ragel se cometam dispexisse excelsiore loco, quam luna. Nō igitur cœlis sed aere dumtaxat completur quicquid interualli, est inter terrarum orbem, & infixas stellas. Quare planetæ non à cœlorum orbibus circunuehuntur, sed ipsi per se motibus innatis cientur. In contrariam sententiam Arist. & alij physici & astrologi frequentes eunt,

De cinitate Dei. lib. 2. cap. 8.

Veneris stella mutasse magnitudinem & cursum

eamq; nos veriorē esse iudicamus. Etenim cum planetæ multi præsertim sol, multis partibus terram totā magnitudine superent, & spatium immensum motibus diurnis conficiant necesse est eum tam vasta, & immania corpora imperu & celeritate summa per aera ferantur, scindendo, & diuidendo aere icium faciant ingentem, ut non possint vehementer non resonare, sicut censebant Pythagorei & ignem saltem à sole exitari, aer enim agitur inflamatur. Quod autem dicitur nullo discrimine aer à cœlis separari, forte huius rei causa est, quod licet cœli concretiores, & crassiores aere sint, sunt etiam non minus aut fortasse magis aere toto pellucidi. De cometa, quod opponitur anni septuagesimi secundi non dubito, quin vera sint, quæ à tot viris doctis narrantur literis mandata sunt, & memoriæ tradita. Sero ad me eius forma peruenit, eam tamē Toleti aspexi bene mane mense Octobri anni 1573. eratq; parte boreali, non multum ab Horizonte alta, tantoquæ splendore lustrata, ut nitidior mihi quam Lucifer videretur. Eam tamen non obicrua vi, quia parum tunc in rebus astrologicis intelligebant. Si cometa ille naturaliter, ut cæteræ cometæ conflatus fuisset, grauisimo, certissimoque argumento nostra sententia refelleretur. Aliter tamē astrologi & physici docti de illo loquuntur. Nam primum cometam fuisse negant, quod nullos habuisset crines, sed apertè sicut inherentes stellæ micabat. Deinde quod nullus cometa plus ad sumum, quam sex menses maneat. Hæc verò stella amplius, quam duos integros annos per-

Planetas cœlis infixos esse.

Cometa mirabilis anni 72.

nos permanfit. Tum quod cometæ ad orientem mouetur planetarum pulsum imitantes, at hæc stella eodem semper Cassiopeæ loco hæsit, similis stellarum infixarum. Quare astrū potius & sidus nouum eū, quā cometā nūcupant, maioribusque quam natura viribus procreatum. Comparanturq; cum ea stella, de qua narrat Matheus, quæ Christi Seruatoris natalem diē Magis prænunciavit. Ita hoc nouo astro, vel portento aliquid magni à Deo hominibus significari nonnulli non indoctè credunt. Quemadmodum autem ex ea stella, quæ magis præluxit, nihil argumenti capi potest ad res naturales declarandas, cum supra naturam, supra hominis caput, & intelligentiã sit, ita ex hoc astro. Idē de Venere Varronis & de nostro. & de cometa Abenragel dicendum existimo. Quare in sententia nostra maneamus. Et super hæc re satis. Nunc planetarum collocatio attingēda est, quibus autem orbibus vnumquodq; suum cursum adipiscatur, & quanto tempore suum lustrat orbem. Tum quibus obseruationis effectum est, ut alter Ptolomeus & qui consecuti sunt astrologi alio ordine planetas disposuerint, quam Aristotel. Cicero & alij putarunt, totum id integrum astrologiæ reseruandum est. Nam ut sæpe dictū est, non est huius instituti quicquid ex principijs mathematicis, quæ tota in quantitate versatur explanandum est. Post eas igitur stellas, quæ suis sedibus infixæ manent, proximè sequitur ambitu suo Saturnus, deinde Iupiter, tertio loco Mars, quarto verò loco & alijs stellis, quæ vaga, & mutabili ratione labuntur in-

Planetarū collocatio nis ordo.

termedio, sol collocatur. Quinto deinde Lucifer, vel Venus, sexto Mercurius, septimo Luna, cuius cursus terrarum proximè ambit. Aristot. & Cicero, & alij veteres physici, & astrologi existimabant Lunæ supra terram proximam esse solis circunuectionem, Luciferum deinde & sanctam Mercurij stellam cursum habere suum. Stellarum verò quæ vagè feruntur tardissima est Saturnus, quod proximus sit celerissimo inherenti astro rum orbi, qui singulo quoque die suum cursum prope infinitum conficit. Et in anticam eius partem mouetur. Et ita deinde sequitur Iupiter non ita tardus, tertio loco Mars utroque celerior. Cæteri verò præter Lunam, Sol, Lucifer, & Mars, anno vnusquisque suum peragratur orbem. Luna verò viginti septem diebus suum lustrat orbem licet cursum confecisse non auteputetur, quā solem fuerit consecuta, ex quo mensis eius numeratur cursus. Orbis autem planetarū esse rotundos ex eo facile cognoscitur, quod extimo primoq; orbi continuati sint, quem rotundū esse demonstrauimus, quod autem cū rotundo cohæret, rotundum & globosum esse necesse est. Nullum etiam corpus est supra Lunam, quod cœlum non sit, quod cœlis interiectum esse possit. Ac de cœlis & stellis inherentes, ac de ijs quæ vario & mutabili modo labuntur hæcenus dictum est, quæ omnia locum supra Lunam obtinent: nunc de ijs corporibus quæ sunt infra lunam verba faciamus.

(.)
Ff 3 Cap. 4.

Cap. 4. De elementis.

Locum autem, quem lunæ globus circumplectitur ita complet Aristoteles. Cum enim cælum natura sua circum se perpetua conuersione voluitur, aliquid in medio stare necesse est. Id autem cælum esse non potest. Nam alia eius natura esset, quam reliquorum cælorum, si vi sua in medio quiesceret, cum cæli natura sit, vt in orbem semper torqueatur. Quod si non natura sua in medio maneret, repugnante igitur natura eius esset status. Quod autem sit repugnante natura, perpetuum non est. Vniuersitatis ergo constitutio non esset perpetua, si aliquid cæli in medio quiesceret. Non ergo cælum est, quod sua natura in medio quiescit, est ergo terra. Ita enim terra definitur, vt sit quod in medio quiescit. Quod si terram esse necesse est, ergo & ignem, nam terra & ignis contraria sunt. Contraria porro circa idem subiectum materiamque versantur. Si vnum igitur natura genuit, alterum non prætermisisse oportet. Si ergo ignis & terra sunt, ergo & eis interiecta & intermedia corpora, aer, & aqua. Quæ vtrisque singula singulis aduersantur, ignis aquæ, aer terræ. Quæ cum contraria sint æterna sua vi esse non possunt. Nam pugnant sempe inter se contraria, efficiuntque & patiuntur alia ab alijs interimuntque, & interimuntur. Ex quo aliorum ortus, & aliorum interitus est. Supra lunam ergo omnia immortalia, perpetua, & firma

Arist. opinio de elementorum constitutio.

sunt, singulari concordia inter se conglutinata: infra lunam verò omnia mortalia caduca atque fragilia assidua discordia inter se disiuncta. Hac Aristotelis doctrina vetus quædam opinio per animos vulgariu in physicorum peruasit, & in dies magis ac magis duplicatur, his quatuor corporibus ita oppletum esse id interualli, quod est intra lunæ circulum, vt eius totam extremitatem ab infima regione rotundo ambitu ignis globus obsederit, ei terram versus proxima est aeris circumiectio, deindeque naturâ sua ambitus aquæ sequitur, & ad extremum terra substerinitur. Et hæc vocant simplicia corpora, quod ex duabus tantum primis qualitatibus constat, ignis ex calido & sicco, aer ex humido & calido, aqua ex frigido & humido, terra ex frigido & sicco. Tradunt etiam ex his elementis omnes res caducas & mortales constari, & ita mundi elementa ab illis vocantur. Quam doctrinam, licet eius penitus insita, & vetusta sit opinio, ego mihi non persuadeo. Primum quod globus igneus totum complectatur orbem terrarum absurdissimum esse iudico. Nam vel ignis ille eandem habet naturam, quam is, quo in istis inferioribus partibus utimur, vel aliam, si andem ergo adurit, & lucet. Si adurit, qui sit, vt terræ non conflagrent, si enim diu ferre non possent vim caloris solis, nisi noctium vicissitudine temperaretur, quo pacto ingentem globum igneum infinitis partibus toto sole maiorem tolerarent, competitum etiam est longioribus diebus quâto æstui terræ iactentur. Quæ igitur illa esset

Ignem globum totum non complecti orbem terrarum.

esset iactatio vel potius incendium si totos dies & noctes molles ignis non minor, quam totus circulus, quo luna circumfertur vniuersum ambiret orbem terrarum. Iam verò si totus ille globus ignis luceret quæ admodum, & noster ignis. Quare nocte saltem nulla lux eius toto cælo apparet. Stellæ nocte fulgēt solis tantum lumine accensæ, & illa tam immenta flamma, quæ totum replet hemispherium, nihil luceret: non splendēret. fabula certe videtur, nec credibilis, nec verisimilis. Quod autem Auerrois, & Alexander dicunt, ignem minimè lucere, nisi aliquid ei terrestre, & opacum permisceatur. Vanum est illud affirmare, quod nulla ratione nititur, vt illud sit causa lucis, quod sua vi lucem impedit. Nam id aliter vsu euenire non posset, nisi faceret vt radij referentur. Sed qui radij? si nullos habet natura sua: aut tunc ex aliqua parte ignis esset opacus, quod non accidit: aut aliquo id exemplo, & experimento demonstrarent. Et cum ex luce præsertim ignem nos cognoscamus. Nec hætenus ignem aliquid, quod non luceat, aut splendeat nominauimus: ignis ille non est habendus, qui nullo fulgore collucet & illustratur. Præterea ignis qui hic apud nos est, ea est natura, vt permanere non possit, nisi alatur omnisque ignis partu aliquo indigeat si eiusdem ergo ille naturæ est, qui orbe lunæ cohæret partu aliquo ei consignandus est. Tantæ verò molli, nec tota reliqua natura caduca sufficeret. Quod si alia est eius vis, atque natura, quam ignis quem cognoscimus, vt neque luceat, neque adurat. Exponant qualem ignem significent.

Nam hætenus, nec nominatus, nec visus est. Neque vlla eius in Genesim mentio fit, licet ætheris, aeris, aquæ & terræ creatio narretur, non ergo in principalibus & perfectis mundi partibus numeratur. Neque vllâ cognoscimus vtilitatē, quâ rerū globus ille igneus afferat vniuersitati. Tum quod alio modo terræ partes deorsum moueri cernimus, quam ignis partes. Terræ partes quo longius eo maiori impetu feruntur: ignis verò non item. Siquidem celeriter erumpit & deinde debilitatur, atque languescit. Quo declaratur vi potius, quam natura incitari: Et vires ei addere, non locū suæ naturæ accommodatū, quæ capessit, sed materiā quam irruens suapte natura dissipare & dilatare conatur. Sed age veniamus ad argumenta, quibus hanc suam sententiam confirmant. Quia si terra est Arist. ait ignis est. At non rectè concluditur, non enim est ignis terræ contrarius, cum vterque sicus sua natura sit, & vt illorum fert opinio. Sed dicit Thomas Aristotelem interpretans ignem contrarium esse terræ non vi sua, sed loco suo quod infra & alter supra sit. Sed adhuc illa ratiocinatio non est firma & considerata. Sed ita ex contrarijs est & ducenda conclusio si terra infra est ergo aliquid est supra. Quod autem ille sit ignis, qui supra est, nunquam magis, quam alia quæcunq; res singula hac argumētandi ratione conuincetur. Item dicunt ignis quo nos utimur semper supra petit, supra igitur eius naturæ aptus locus est. Dum ita argumentantur dare videtur eandem esse huius ignis & illius de quo disputamus naturam. Sed quem ignem supra semper petere dicunt. Nam prænæ vocantur ignis

Flamma corpus non est simplex.

non tamen supera petunt. Flamma etiam vocatur ignis, quæ non est aliud, quam aer accensus, sicut pruna carbo accensus, sublimè verò fertur, sicut aer ipse, & est fortè leuior, & mobilior, quia feruētior. Non concedo tamen flammā corpus esse simplex, vt illi ignem suum esse dicūt. Nam pastu alitur, & sine pastu permanere non potest. Neque quod ad superiora semper feratur consequens est, locum ei esse assignatum supra. Sic vt vis eius maxima multum locū superiorē obtineat. Nam vapores, fumus ad superiora feruntur, licet nullus locus eis sit supra datus. Sed tantum illud consequens est leuiora hæc esse, quam illud per quod feruntur. Sicut quod fluitat, & innatat est leuior aqua. Positum ergo sit nullum esse globum ignis, qui terrā vniuersam complectatur; neque ignem in elementis esse naturæ, cum ipse pastu alatur, neque parum tēporis possit sine pastu consistere. Nec illud etiam probo aera aquam & terram corpora esse natura sua simplicia, vt illi exponūt, duabus qualitibus modo prædita. Si enim terra humore prorsus vnquā destituta fuit, quomodo partes eius copulabantur & cohærebant? Aut quomodo ad puluerem redacta tota non dissipabatur, & euanescebat? Aut quomodo terra fecunda est, & rerum infinitarum parens & alitrix, si omni vocat humore & calore? Idem etiam de aqua intelligo quæ huberrima habetur & feracissima ad animalia & res multas procreandas & allendas, vt ex aquis maris cognoscitur. At dicunt sua natura simplex aqua & terra est, sed postea mixta temperata. Sed quam primū terra procreata est & aqua, illa her-

Elementum natura.

bas & stirpes ferebat, hæc pices alabat, quomodo ergo simplex: & pura fuit? Præterea quod natura conuenit rebus, semper conuenit. Non enim quod est naturæ nisi re sublata aufertur omnino. Et item frustra illa simplicia gignerentur, & pura, quod ita inutilissima, & superuacanea essent, nihil autē frustra natura facit. Sunt autem hæc corpora elementa rerū naturalium. Quod quatuor in illis primæ qualitates excellant, in igne calor in aere humor, in aqua frigus in terra siccitas, id, quod est etiam in alium sermonem differendum. Dictum autem est hæc corpora non esse per se vique sua ex duabus modo qualitibus constata: quod item postea planius demonstrabitur.

Cap. 5. De totius mundi constitutione,

Refutata iam atque reiecta illa vniuersitatis parte, quæ ei vulgaris hominum opinio affingebat, restat, vt eius omnes partes numeremus. Partes mundi sunt Æther, aer, aqua, & terra. Æther autem voco cælum vniuersum, non solum quod perpetua agitatione pellatur, vt Aristoteles ait, sed etiam propter ardorem quem sol, & astra à sole accensa reddunt alijs mundi partibus. Quæ de causa hanc partem Plato vocauit ignem Ciceroque Platonem secutus. Nec est alius ignis, qui res omnes attingat & foueat, nisi hic, & ex eo manat illa caloris natura quæ in animantibus est & vim in se habet vitalem, per omnē mundi partem

Mundi partes.

Quis nam ignis res omnes fouet.

Ignis non trinitaria.

pertinentem, huius caloris sol est fons & origo; ob eamque rem caloris & frigoris modum temperant solis accessus ac recessus, non nihil que à cæteris astris hoc ipsum administratur. Ita vt totus hic mundus vndique sit aptusque conueniens, & omnes eius ita conexæ & colligatæ inter se partes sint, vt singulæ ex toto & totum ex singulis pendeat. Hunc autem ignem fabulosa cognouit antiquitas, narrans Prometeum, postquam homines ex luto finxisset, auxilio Mineræ in cælum ascendisse, faculamque in sole ascensam in terras deportasse, & hominibus indicasse, ex qua multas utilitates perceperunt. Nam ignis, quo homines vtimur, nihil est, quàm corpus quoddam artificiosè compactum, quo vsum solis, quod ad lumen & calorem attinet supplemus. Qui autem hunc ignem exprimere & conficere & colere docuit, hominum generi multum utilitatis præstitit. Hunc illa fabula significabat antiquitas, Prometeum fuisse. Ex quo etiam perspici licet opinio nem illam de loco ignis cum falso, incognitoque coniungi, locum esse perpetuum à natura datum rei, quæ artificio constat. Solem etiam ignem appellabant Pythagorei, dum ignem in medio vniuersi ponebant. Solem enim medium mundi obtinere existimabant: vt ex magna Copernici compositione intelligitur: quæ eadem, quam Pythagoreorum esse videtur. Æthera sequitur aer, qui quasi quodam cælum esse videtur astrorum dignitate orbatum. Non minus quidem, quam cælum pellucidum, licet minus fortè solidum & firmum. Et enim aer huc & illuc fluens ventos efficit, quod cæ-

lo contingere minimè potest. Est enim ventus in aere, quod fluctus in aqua, cælum autē fluctuare non potest. Deinde aquæ ambitus sequitur. Aquam enim imminere terræ ex eo facile intelligitur, quod terra semper in aqua deprimitur. Quod autem aqua rotunda sit, satis magno argumento est, quod omnes eius guttæ rotundæ sint. Nam partes motui naturæ suæ aptæ relictæ totius forma figurantur. Tū id, quod cernimus & experimur, vehementer declaratur, siquidē omnes aquæ partes loca magis concava petunt, ea verò magis concava sunt, quæ propius ad terræ centrū accedunt. Omnes ergo partes ad vnum idemque punctum conatur peruenire, dum ergo confluunt; alia forma, quam rotundā non coagmentantur. Si quidē quacunque alia forma longius aliæ partes alijs, à quocunque signato puncto distant. Non igitur omnes partes ad vnum & idē punctum accedere niterentur, cum non nullæ alia forma, vt datur, quæ globosa colligatæ, longius ab eodē puncto recederent. Cohæreere ergo non potest, vt aqua minimè rotunda sit & quod partes eius omnes ad maiores concauitates suapte natura confluant. Præterea si è pupi nauigij oculos in signum aliquod, vel notam in litore positam conicias, nauigio, si deinde procedas, tādē nota oculorū fugiet obturum è superiore tamen loco, vt si malū scandas, eandem notam cernes. Quod autem eadem naui existens, idē in litore signum, è superiori eius parte videas, ex inferiore non videas, nulla esse causa potest, nisi eminentia globi aquæ. Est ergo aqua rotunda. Restat vt de terræ figura loco, &

Aqua figura.

Terra figurata locus & quies.

quiete differamus. Rotundam porro & globosam esse præter Anaximenes, Anaxagoram, & Democritum, qui planam & latam esse docent, omnes fere consentiunt; facile verò cognoscitur ex eo quod omneseius partes ad centrum & medium eius rectis lineis ferantur. Licet autem eius partes non fluant, ut aquæ: necesse tamen est, ut maior pars minorem propellat minorque cedat dum medium obtineat. Quod si peræquè ex omni parte ab extremis ad medium omnes eius partes ferantur, rotundo ambitu magnitudinè constitui necesse est. Nec interest, utrum maior pars præcedat ac sequatur: nam cum utraq; pondere suo ad medium moueatur, maius pondus minus impellet quousq; medio grauitatis centro medium terræ locum obideat. Quod autem omnes terræ partes centrum petant, patet ex eo, quod omnia pondera ad pares, & rectos angulos ad terræ extremitatem ferantur. Nam lineæ, quæ ita circum attingunt, recta centrum petunt, ut geometræ demonstrant de linea circum tangente ad rectos angulos in puncto contactus diuisa. Præterea terram rotundam esse declarant lunæ defectiones, quibus semper inflexa linea distinguitur obscura pars ab illustrata. Quod quidem minimè coningeret, nisi umbra rei esset rotundæ. Tum huic rei argumento est, quod si parum à septentrione in meridiem progrediamur, alio & alio deficiente orbe hemispherium circumscribitur, & non parua consequitur mutatio in stellis quæ supra caput sunt, & ad finientem orbem se ostendunt. Nam quædam stellæ in Betica Hispaniæ parte, & alijs ad meridiem spectan-

tibus semper videntur, quæ in Gallia Belgica, & alijs quæ ad aquilonem pertinent semper occultantur. Tum solis & aliorum syderum ortus & occasus prius contingit ijs, qui orientis quam occidentis terras colunt. Tum ex tempore quo solis lunæq; defectiones alijs & alijs apparere cognoscitur, qui nam ad orientem versus, & qui ad occidentem habitent. Quæ manifestum indicium faciunt terram esse rotundam figuram. Sed probant illi terram esse planam, nam oriente, vel obeunte sole linea recta secatur in orbe deficiente secaretur autem inflexa si terra esset rotunda: est ergo plana. Veruntamen magna distantia facit, ut magnus hemispherij circulus recta linea secare videatur partem illum solis orbem. Nam amplissimi cuiusque circuli modica linea circuniectionis reiecta videtur. Forma igitur globosa, atque rotunda tota terra est. De loco verò eius maior est difficultas, nec pro certo quidquam haberi potest. Quauis doctissimi viri. Arist. & Ptolomæus, & alij multi philosophi & astrologi conati sunt demonstrare orbem terrarum in medio vniuersi locatum esse. Nam certiora argumenta sumuntur ex hemispherio. Quod deficiente orbe vniuersi que in terra positi sphaera stellarum fixarum in duas semper æquales partes diuiditur. Quod quidem cognoscitur ex æquinoctiali circulo, & ex signifero. Ex æquinoctiali, quod dies noctibus sint æquales toto terrarum orbe quoties in eo sol conuertitur. Ex signifero quod sint sex signa semper super finientem orbem. Sed his argumentis non probatur terram esse in centro mundi, sed illud duntaxat totam terram, & illud spatij quo distat à centro

Terraloc?

centro si distaret vniuersi quātūcūq; sit instar esse puncti si cum ambitu cōparetur cœli extimo. Etenim si idē est terræ & vniuersitatis centrū manifestum est habitationem nostrā totius terræ semidiametro à centro mundi abesse: nihil tamen obstat quo minus nobis sint dies æquales, & sex signa super nostrum hemispherium semper denocte videantur. Quod vsu venit propter immensam cœli amplitudinem. Igitur quauis terra tota multum à medio distet, tanta potest esse cœli magnitudo, ut non aliter habitantibus in terris contingat, quam si in media mundi sede terra locata esset. Id quod etiā facile patet ex magna Copernici compositione, qua longe terram à medio mundi separat. Nam solem in media mundi sede collocat, eumque proximè ambire vult Mercurij cursus; Lucifer deinde post quem sequitur terræ lunæq; circunuectio. Itaque terra de illius sententia distat ab vniuersitatis centro toto semidiametro ambitus lunæ, tota crassitudine orbium luciferi & Mercurij & semi diametro solis. Ex qua tamen compositione minime efficitur aliter ijs, qui in terra versantur apparere, & ostendi ea, quæ sunt in cœlis, quam si terra in medio mundi loco sita esset. Sed illud tantum consequitur infinitis prope partibus maiorem esse cœlorum ambitum, quam alij philosophi & astrologi putarunt. Quod quidem ille adeo incommodum non reputat, ut in dubitationem adducat, utrum vniuersitas sit infinita. Sed hæc rem philosophis tractandam relinquit, quam nos iam demonstrauius in ijs esse, quæ fieri non possunt. Fieri tamen potest, ut maior sit amplitu-

do & exaggeratio vniuersi quam vilius vnquam homo cogitauit. Sequitur ut de terræ statu disputemus, de quo licet magna sit inter viros doctos controuersia, probabilioribus tamen coniecturis & argumentis, quam eius locus, tractari potest. Terram itaque non quiescere, sed motu sua natura cieri opinati sunt Pythagoras, Philolaus, Heraclides Ponticus, ut refert Plutarchus in libro de doctrinis & opinionibus philosophorum idem in Numa sensisse narrat Numam Pompiliū, & Platonem exacta iam ætate, adeoque persuasum fuisse ei ut stultissimum esse crederet secus opinari. Nostra verò ætate id ipsum docet Nicolaus Copernicus in libro de reuolutionibus, doctèque vniuersi compositionem accommodat multiplici terræ motui. Nulloq; alio argumento, id ita esse probat nisi contrarijs argumentis explicandis, & ijs quæ in cœlo obseruata sunt satis doctè quadrantibus. Arist. tamen Ptolomæus, & alij philosophi, & astrologi peritissimi in contrariam eunt sententiā, quos nos sequimur. Quo potissimum argumento ducti facilius exponemus, si prius notemus neminè hactenus auctorem narraisse, quo motu Plato terram cieri putabat. Nam quidam motus, quos Nicolaus Copernicus, Pythagoras, & alij terræ ascribunt non sunt valde difficiles. Ille tamen est difficillimus, & qui hanc de motu terræ opinionem absurdam mihi reddere videtur, quo viginti quatuor horarum spacio vniuersa terra in orbem torquetur. Quem Pythagoras ponere necesse erat, quod ignem idest solem in centro stare statuebat, non ergo sol mouebatur motum ergo viginti quatuor horarum

Terræ status.

Copernicus
de terræ
motu refel-
litur.

rum terra in orbem super suum cœ-
trum agitata conficiebat, id quod
alij Pythagorei, vt Erphatos, & Era-
clides apertè iactabant. Et Coperni-
cus prolixè docet. Hùc motù Arist.
& Ptolomæus satis probabilibus ar-
gumentis refutant. Nam terræ to-
tius ambitus constat octoginta mil-
le stadijs cum centum octoginta &
vno, vt in astrologicis ostendemus
quodlibet illius summi terræ ambi-
tus punctum tantùm singulis die-
bus spatij conficit, quod si tanta ce-
leritate fertur ab ocaſu in ortù nu-
bium auium, & omnium, quæ in ae-
re pendēt celeritatem superaret, &
ita omnia in occasum pelli videren-
tur. Itē difficilior telum, vel lapis
ad ortù, quā ad occasum iaceretur.
Quæ quanta incommoda sine vnus-
quisque per se potest experiri. Item
graviū quæ vi sublimè iaciuntur, li-
cēt millies iactus repetatur, rursus
ad perpendicularum in eundem lo-
cum recidunt, at si terra tanto im-
petu & celeritate moueretur id loci
subtraheret ex quo iactatū est, non
ergo terra mouetur. Quæ omnia ar-
gumenta vno ictu fregisse putat
Copernicus dicens, non solum ter-
ram in orbem ita torqueri, sed etiā
id totum aeris quod ipsam proximè
amplectitur. Quare nubes & aues,
& alia quæ sunt in aere in occasum
non semper ferri videntur, quod du-
plici incitentur motu, & sibi pro-
prio & aeris in quo sunt. Sicut qui
sua vi mouentur in nauī à ventis de-
lata. Quo etiam dissoluisse videtur
aliud argumentum, quod firmum
Arist. existimat nimirum si terra na-
tura sua in orbem circūque feretur
in gleba, & in lapide eiusq; fragmē-
to, id motus relinqueretur. At non
aliū in his quam deorsum ad rectos

angulos ferri videmus. Non igitur
ille in orbē motus est terræ nature
aptus. Quod diluit dicto suo Coper-
nicus ponens glebas tela & saxa, &
alia quæ vi sursum iaciuntur non so-
lūm deorsum, sed etiam in orbem
super terræ centrum sicut ipsa terra
& aer ei circūiectus torqueri à no-
bis autem non cerni, quod eadem
ratione nos & res omnes quæ sunt
circa terrarum orbem, moueamur.
Sed cum ventus non sit nisi aeris
motus, difficilè quidē ac vix est cre-
dibile, quod leuiore ventos sentiamus
hunc verò tantum aeris impe-
tum sentire non possimus. At fortè
dicent, quod ictum non faciat: nā
simul commouemur: eius sensum
non capimus. At cur ictum non fa-
ceret si manu saltem contra nitere-
mur. Tum est difficillimum lapidē
vi in sublimè iactum illo dissimili,
diuersoque motu ab eo, qui est in
orbem non aliquantulum saltem re-
tardari, vt ad eundem locum ad per-
pendicularum redire nō possit. Tum
est etiā difficilè, quod ea aeris pars
quæ proximè terram ambit tanto
pulsu agitetur ea verò pars qua co-
meta conflatur inferiori coniuncta
nihil omnino mutetur. Nam si ter-
ra tali motu incitetur, cometæ sicut
stellæ inhærentes non mouerentur
alioqui non oriretur & obirent sin-
gulis diebus sicut sol & alia astra.
Sed his difficultatibus, alias ex no-
stra communique sententia ductas
opponit Copernicus. Nam si diffici-
lè nobis videtur, quod tam exiguus
terræ globus vno die totus in orbē
voluatur, quāto est difficilior quod
globi cœlestes præsertim stellæ fer-
singulis diebus totus in orbem tor-
queatur cum eius magnitudo tan-
ta sit: vt cum paruitate terræ vi-
deatur

Argumenta
Copernici
dissoluitur

deatur non posse comparati. Quam
impressa illa & incredibilis erit ce-
leritas qua tāta molles torqueatur.
At quod cœlum & eius stellæ tanta
celeritate moueātur nihil est in cœ-
modi cum damnum & detrimentū
nullum immutabilis eorum natura
possit accipere. At terra & aer circū-
fusis fragilis & caducæ nature sunt
nec sine magno detrimento diu tam
vehementem & assiduum motum
tolerare possent. Compertum est
enim vehementiorem motum ignē
elicere, vt in telis fieri cernitur.
Hæc enim ipsa motu, ita ignescunt
vt plumbum etiam colliquescat, &
ipsa ardentia & flāmea reddita sint.
Aer etiam vehementer agitatus &
pulsus ictu ipso & conflictu suo ig-
neus redditur. Celerior autem est
motus is, quem terræ Copernicus
adiudicat, quā vilius teli atque sa-
gittæ, circa quam aer conglobatus,
& tanta agitatione commotus fieri
non posset, quin caleſceret, & tan-
dem diurnitate ignesceret vna
cum ipso orbe terrarū. Quid de ho-
minibus & cæteris animalibus arbo-
ribus, & alijs plantis dicam? Non e-
nim poterit tantus motus eis detri-
mentofus non esse quæ leuiori ce-
leritate pulsa lassitudine fatigentur
& incommodis afficiantur. Quis e-
nim credat nihil damni hominem
facere, qui tanta celeritate quanta
telum vel sagitta impelleretur. Cū
telum ipsum ita commutetur, vt ig-
nescat & homo equo corrente par-
uo tempore veſtus vehementer la-
bore defatigetur & opprimat. Quo
quidem argumento ita conuincor
vt ne probabilis hæc sententia mihi
videatur. Quod autem ei difficulta-
ti, qua ei obijciebamus immotā ab
ipso poni superiorem aeris regionē

qua cometæ accenduntur, nobis ip-
se opponit quod inferiorem nos
quiescere doceamus, cum superior
quæ multo maior est, vi cœlorū cot-
ripiatur & in orbem torqueatur. Fa-
teor non multam esse differētiam.
Sed facilius mihi videtur intelligi
circunferri aliquid vi eius quod il-
lud continet, quā vi eius quod con-
tinetur. Præsertim cum non conti-
num, sed modò cohærens sit. Infe-
rioris etiam regionis quiete anima-
lium & animatarum rerum quæ in
ea versantur. incolumitati cōsuluiſ-
se, ac prouidisse natura videtur. Ma-
neat ergo orbem terrarum quocunq;
que ille sit quiescere, & noctem at-
que diem vno circuitu, non terræ,
sed orbis solis effici cū ab ortu pro-
fectus in ortū rursus per occasum
redierit. Alium etiam motū Pytha-
gorei, & Copernicus terræ assigna-
bant, quo per signiferum lata quo-
cunque circuitu annū reddebat in
quatuor eius partes diuisum. Quem
etiam motum non terræ, sed solis
orbi conuenire putamus. Cum eius
pulsu sol per signiferiem penetrans
& solstitiali se & brumali conuer-
sione conuertens ad idem se caput
retulerit. Atque ita quatuor anni
tempora quatuor istis partibus sui
accessus & recessus terris intulerit.
Nam æquinoctijs ver & autumnus,
solstitialijs æstus & hyems efficitur.
De quibus rebus planius in astrolo-
gicis differemus. Hæc enim facul-
tas tantum postulat, vt tangantur,
vti qua ratione sciētia inter se apte
& colligatæ sint, intelligat. Atq; de
aquæ figura & loco, de terræ item
figura, loco, & quiete satis dictū est.
Nunc terram & aquam inter se cō-
paremus. In quo primum animad-
uertendum est. Quod sicut varij
globi

Coagmē-
tio aqua &
terra.

globi cœlestes vnum omnium cœ-
lorum globum componunt. Ita ter-
ræ & aquæ vnum globum coagmē-
tauit natura, alia tamen ratione,
quam cœlis. Etenim cœli alij alios
continent & complectuntur, non
non sic tamen aqua, licet eminen-
tior, vt ostendimus natura sit, terrā
ambit, sic enim nullus animalibus
quæ respirant, & plantis reliqueretur
consistendi locus. Quapropter
singularem rationem natura iniit,
vt multæ terrarum partes aqua nō
innundaret, sed exicata & aride
animalibus terrestibus & stirpibus
relinquerentur. Primum terram to-
tam multis partibus maiorem, quā
totam aquam fecit. Nec enim fi-
des habenda est quibusdam philo-
sophis, qui aquam decies maiorem
terra esse dicunt, vt planum sit
ex his, quæ recentibus Geographis tra-
dunt, postquam totus est peragra-
tus orbis terrarum. Deinde eam a-
quæ naturam dedit, vt pōdere suo
ad terræ maiores concavitates fer-
retur. Quibus duabus rebus sit, cū
vt ex aqua & terra vnus coagmen-
teretur globus, tum vt aqua flucti-
bus terram operire non possit. Sed
eius multæ partes, quas aqua ambi-
ret, emergerent & extarent. Quarū
maior illa pars, quæ illo mari circū-
fusa est, quod oceanum appella-
mus continens nominatur, reliquæ
omnes eius partes insulæ. Continē-
tem totam geographi noui, in qua-
tuor partes patiuntur, Asiam, Afri-
cam, Europam, & Americam, ita e-
nim partem illam vocant nuper in-
uentam. Insulæ verō sunt innume-
rabiles, quarum illa cæteris longē
vastior & amplior, quæ sub vertice
Antartico inuēta est, angustissimo
mari ab America disiuncta. A deo vt

Terra ma-
ior quam
aqua.

Terra par-
titiō.

quidam geographi in tres partes
orbem terræ diuidentes hanc insu-
lam vnam earum esse velint. Sed
non appositè ita orbis mihi vide-
tur secari: quia hæc tota diuisio ad
continentem non pertineret, in-
quam & insulas prius diuiden-
dam totam terram habitabilem
commodius existimo. Continentē
nomino totum terræ ambitum co-
hærentem nulla aquarum interie-
ctione distributum. Sed harum re-
rum historiam geographi narrent,
nos attingisse sat est.

Cap. 6. De grauibus & leuibus.

DE tota vniuersitatis confi-
tutione, ac de principalibus
eius partibus sermo-
nem fecimus, de æthere, aere, & a-
qua & terra, atq; ætheris motū ex-
plicuimus: nunc de aliarū partium
motu differamus. Omnia enim,
quæ natura constant, aliquem ha-
bent à natura motum. Siquidem
est natura primum motus & quie-
tis principium. Quem igitur motū
afferat natura aeri, aquæ, atque ter-
ræ exploremus. Quod illi explana-
re, haud quidē possunt, qui res tan-
tum animatas per se moueri po-
nunt. Grauia verō & leuia non per
se, sed à generante, vel ab eo, qui
tollit impedimentum. Hæc enim
causa non è natura sumitur, cum sit
externa, atq; aduentitia. Quem igi-
tur motum ex istorum sententia
naturæ grauia, & leuia acceptum
referent. Quod si nullum habent
à natura motum non sunt, ergo
res naturales. Iners enim & inutilis
ea natura esset, quæ nullū motum
afferret. Verum enim verō natura
sine dubitatione tribuit grauibus,
& leui-

Grauia &
leuia habe-
re a natura
motum.

Res natura-
les vel ani-
mo, vel gra-
uitate vel
leuitate mo-
uentur.

& leuibus, vt grauia & leuia sint.
Grauitas autem & leuitas nihil in
eis commodat, nisi vt moueantur:
prestat ergo eis motum quempi-
am. Ac proinde non generans, vel
alia externa res, sed ipsa natu-
ra causa est, cur moueantur. Si-
cut sentit, ridet & flet & crescit, qui
vim habet sentiendi, ridendi, & flē-
di atque crescendo, per se viq; sua
non generantis. Grauitate verō, vel
leuitate ea omnia pelli putamus,
quæ non vita & animo suo ferun-
tur. Itaque quodcunque corpus,
quod natura agitur, vel grauita-
te aut leuitate, vel animo agitur.
Nihilque natura constat, quod
non altera harum rationum mo-
ueatur. Differt autem inter ea vel
quæ animo, & ea quæ pondere, vel
leuitate ciētur, quod illa instrumen-
tis quibusdam, & distinctis parti-
bus sibi natura tributis motus diri-
gunt suos. Ista verō non vllis in-
strumentis, ac partium compositio-
ne & distinctione, sed tota sua mol-
le ac magnitudine suos motus sub-
mittunt. Itaq; duobus tantum mo-
dis corpora naturalia, vel loco vel
per locum mouentur, aut instrumē-
tis, aut sine instrumentis, de illis po-
stea, nunc de his. Quod autem horū
motus causa conferenda sit in gra-
uitatē vel leuitatem suam non in eū
qui suæ originis causa fuit, vel im-
pedimentum substulit ex eo pla-
num est, præter alia argumenta,
quæ supra dicta sunt, quod illud
est causa motus, quo intensō, vel re-
missō augetur vel imminuitur mo-
tus, huiusmodi verō sunt grauitas
vel leuitas, quoniam quod res leui-
ores vel grauiiores sunt, eō celerius
vel in superiora, vel inferiora loca
feruntur. Grauitas ergo, atque le-

Grauis &
leuis causa
motus.

uitas hos motus affert, atque gignit.
Nunc grauis & leuis naturam
& causam explicemus. Nam phy-
sici partes sunt, de his disputare,
quod ex motu declarentur, & quæ-
dam ipsa causæ, & incitamenta
sunt motus: Causam verō grauis,
& leuis prisca, veteresque philoso-
phi ex materia ducere conati sunt.
Sed quia vtriusq; vna est, eademq;
materia, nihil luminis attulerunt,
quod eorum naturam aperiret:
quidam grauis plenum leuis inane
causam esse dixerunt. Alij ex mag-
nitudine & paruitate iudicada cen-
sent, quæ grauia & leuia sint. Alij ex
triangulis multis, vel paucis, alij
vt Plato ex eodem vel altero. Vt
illa grauiora sint, quæ ex pluribus
eisdem constant, illa verō leuiora,
quæ ex paucioribus. Quos omnes
idem incommodum cōsequitur, vt
vnam tantum videantur naturam
explicare, cum alia sit grauis, quā
leuis natura. Etenim cum causam
grauitatis, & leuitatis ponant in
vna materia, vel pleno, vel mag-
no, vel angulo, vel eodem omnia
vel grauia erunt, vel leuia: tan-
tum ex intensione, & remissio-
ne differrent, vt illud sit magis gra-
ue, quod plenus, quod maius,
quod angula, vel eadem habeat
plura, vel leuius, cui minus ex qua-
libet materia suppetat. Ita non aer
erit leuis simpliciter, sed minus gra-
uis quā aqua vel terra, vel non
erit terra grauis, sed minus leuis,
quā aer & aqua. Huc accedit,
quod si ex eo, quod plus aut minus
materiæ insit, graue aut leue æsti-
mandum est, multum aeris gra-
uius esset, quā parum terræ. Si-
quidem plures angulos plura ca-
dem habet, plenior & maior est.
Con-

Grauis &
leuis natu-
ra, & cau-
sa

Confunditur ergo gravis & levis natura, nec ad vllum corpus simpliciter, sed comparatè pertinet, Aristoteles varia nec certa ratione gravis & levis naturam declarat. Nam quodam loco ait, Graue omnibus videri, quod omnibus subidet, leue autem, quod omnibus eminet. Sed ex hac definitione terra non esset absolutè gravis, non enim substernitur, sed extat terræ gleba plumbò liquefacto. Nullum item esset corpus infra Lunam simpliciter leue. Nam ignis non est, ut satis demonstraui, aer autem non extat omnibus, quia substernitur igni, non igitur est absolute leuis, hæc ergo definitio potius est grauisissimi atque leuisissimi, quam absolutè gravis & leuis. Porro autem non esse videtur. Philosophi definitiones comparatè, sed simpliciter explicare, ut non scientem, aut prudentem, sed scientissimum, aut prudentissimum definire. Etenim magis & minus, & omnis alia comparatio conuenit rei, non absolutè, sed per aliud, quæ verò sunt per aliud artis, & scientiæ sunt aliena. Alio verò loco aliam definitionem magis placet Aristotel. ut graue absolute sit, quod deorsum natura sua non impeditum moueri solet, leue verò quod semper sursum. Sed non carent difficultatibus huiusmodi definitiones, siquidem esset ex illis terra leuis, & aer gravis. Etenim terra plumbò eminet, & aer igni cedit. Tertia autem definitio Aristotelis omnè difficultatem mihi auferre videtur. Simpliciter, & omnino illud graue est, quod deorsum & in medium. Illud autem leue, quod in externum locum, si

*Definitio
gravis &
leuis.*

nihil impediatur vi suæ naturæ fertur. Quæ definitiones, ut melius intelligantur, demonstrari oportet, quidquid deorsum vi sua fertur non ultra medium, & centrum motu cieri: nec quod sursum per se agitur ultra regionem extremam euolare. Illud autem, quod si ultra medium centrumque sua vi progredere, ascenderet, vni autem rei duos contrarios motus natura non dedit. Non ergo fieri potest, ut quod sua natura descendit, ascendat itè, quicquid ergo deorsum fertur, non amplius, quam ad centrum mediumque properat. Quia cælum Deus per vniuersam extendit, & in eius medio terrarum orbem collocauit. Minime verò disputo, vtrum terra in medio sit vniuersitatis collocata, sed vndique illam cælum ambire dico, ita quod cælum extremum eius regionis, quæ terram complectitur, locum semper obtineat. Sic, ut quicumque à terræ centro, quocumque euolet, in cælum convertatur, ac proinde semper ascendat, contra verò descendit, qui è cælo dilabitur, quo vsque ad terræ centrum perueniat. Quare motus naturæ vi à quocumque loco superiore incipiens, infinitus non est, sed exitum ad summum habet in centro terra: contra verò ab inferiori loco ortus ad summum in extrema regione terminatur. Nec res vlla ultra progredi conatur, cum nulli natura dederit vim penetrandi, diuidendique cælum. Graue igitur vim naturæ suæ declarat, è forma rei potius, quam è materia ductam, qua non solum

lùm deorsum, sed ad centrum vsque aliquid fertur. Leue autem vim, qua non modo sursum: sed in extremum vsque locum ascendit. Est igitur non solum terra, sed etiam aqua planè & absolute grauis. Nam aqua ad centrum motu cietur, si nihil ei impedimento sit. Posuimus enim, & declarauimus iam ad maiores & profundiores terræ concauitates confluere, easque esse maiores, quæ proprius ad terræ centrum accedunt. Aqua igitur per se vique sua nisi alia grauiore re impediatur ad centrum fertur. Quare simpliciter est absolute grauis. Non ergo vllam habet leuitatem, ut Aristot. habere opinantur: quod terræ innatet. Eadem quippe de causa terra esset leuis. Nam innatet plumbò. Sed ex hoc cognoscitur, quod pondus, aut leuitatem habet, verum ex eo, quod in definitione ponitur, vtrum medium an extremum perat. Aqua verò ad centrum vi sua perueniret, si per terræ concauitates deriuaretur. Quod postquam teneret, inde, nisi pelleretur, non profueret. Nihil igitur leuitatis in ea relictum est, qua ex infimo loco euolare possit. Eisdem vestigijs concludetur aer esse absolute & simpliciter leuis & omni prorsus grauitate vacare: contra quam Aristot. existimat. Nam extremam regionem mortalium & caducarum regionem, nisi maior vis obstat, semper capessit, neque sua vi vnquam ad medium deprimitur. Ex hoc etiam facile refutatur, quod Aristotelis tradit, omnibus rebus præterquam terræ & igni datum esse à natura pondus, & leuitatem. Ergo duobus

contrarijs motibus res per se vique sua feruntur. Cur igitur in vnam partem magis, quam in contrariam incitantur, aut quando motu suo soluto & libero, quando verò violento pelli iudicandum est. Sed probat Aristot. rebus eisdem tributam esse grauitatem, & leuitatem, quia magnum & ingens lignum, atque adeò naues refertæ mercibus, multo grauiores sunt in aere, quam libra plumbi. At in aqua leuiore. Nam mergitur in aqua plumbum, lignum verò & tota nauis innatet, ergo habent naues & ligna grauitatem in aere & leuitatè in aqua. Sed haud est dissimile illorum sententiæ, qui Telorum saxorumque iactorum motum explicabant dicentes, leuitatem habere cum supera petunt grauitatem verò cum delabuntur. Præterea id non explicat, cur naues & ligna innatent, & emineant in aqua. Si quidem adhuc scrupulus & dubitatio residet: nam pondus & grauitatem habent naues & ligna fluitantia sicut antè. Nihil enim eis detractum est, quod ad suam spectat naturam. Non ergo quia leuitatem habent, satis causa innatandi declaratur. Eodem accedit quod libra plumbi, si submergitur, quia pondere præditum est cur ligno, aut nauigio per mare vectum non demergitur? Anne dicet, quod tunc grauitate vacet? Harum igitur rerum causa non est, quod res omnes pondere & leuitate constent sed ea, qua satis docetur & explanatur, quæ nam corpora aqua innatent, & extent. Sunt autem ea quibus si sumatur par & æqualis aquæ magnitudo plus ponderis habebit. Itaq. plena mercibus nauigia fluctuant

*Cur res que
dã graues
aqua innatent.*

& eminent in aqua. Tamen si omnia nauigij ligna, & totū onus quod sustinet conglobētur coaceruenturque, & in paruam magnitudinem componantur sine dubio submersa in profundū irent. In aere verò deprimetur lignū, quia equalis ei magnitudo aeris longē leuior est. Sed rursus instat Arist. Nam vesicæ inflatę plus habent pōderis, quā inanes ergo nonnullo grauitas est in aere. At contrarium expertus est. Simplicius, ut ipse testatur. Sed fortē aere conferte, & constipatę vesicę plus habent ponderis. Si verò leuius inflentur nihilo grauiore s fiunt. Tamen constipatus aer nonnihil colligit aque humoris. Vt igitur omnia in pauca conferam, absolutē leue est, quod ad extremum graue autem, quod ad medium vi sua mouetur. Nihil porro est partim leue, partim graue. Sicut nihil mouetur partim ad extremum, partim ad medium. Est tamen aliud alio leuius, aut grauius, quod ponderatur ex eo, quod celerius vel tardius in locum suum feratur. Aut ex eo quod innatet, & emineat alij. Comparatē verò omnia graua & leuia nominantur. Vt aer est grauior igne, aqua leuior terra. Non est tamen intelligendum aquam esse simpliciter, & planē leuem & ignem grauem, sed ita interpretanda est oratio, aerem esse minus leuem, aquam verò minus grauem. Ita enim in comparationibus vnum contrarium pro alio ponimus vt Eleogabulum meliorem esse dicimus Nerone, Pilatum Iudæis, id est minus nequam. Dubitari etiam solet, vtrum corpora suis locis graua, aut leuia sint, vt vtrum terra tota sit grauis, & aer leuis. Quę

quęstio nonnullos sopheras male torquet, neque se satis explicare possunt. Quoniam graue est, quod suę naturę vi fertur ad medium: terra autem in medio posita non fertur ad medium, nec aer extremam regionem attingens fertur ad eam. Ergo neque illa gratus est, neque hic leuis. Sed hoc argumentum sicut est sophericum, sopherica etiam dissolutione impedire possumus, ne vllam nobis molestiam afferat. Siquidem id graue, quod est extra centrum, vim habet centrum petendi, sed omnes terrę partes sunt extra centrum quippe quę sint omnes diuidę centrum vero punctum quoddam indiuiduum, nulla ergo terrę pars centrum consequitur. Ac proinde nec tota terra est in centro, nec vim habere desinit mouendi ad centrum. Idem etiam de aere dicemus. Etenim extrema regio ad quę partes eius omnes auolant est altitudine destituta, sicut alie corporum extremitates. Omnes autem aeris partes altitudinem habent, nulla igitur eius pars extremum locum attingit. In omnibus ergo vis est euolandi sursum, sicut cum aliquo impedimento detinentur, & sic totus aer semper est leuis, quod vim habeat capeßendi locum extremum, & nunquam actu ac re ipsa eū obtineat. Sed planius & simplicius hanc possumus difficultatem explicare hoc pacto, leue & graue referuntur ad motū, quod principia quędam sint & fomenta motus. Motus autem, vt supra traditum est ex actu & potestate cōstat, est autē actus, quod in ipso prestat, & per quę est. Potestas verò id per quod non esse videt. Quare motu queritur actus.


Habet grauitatem & leuitatē res suis locis naturalib⁹

actus, vt vis & potestas abijciatur. Vt qui sanat sanatum esse, qui ædificat, ædificatum esse, & qui loquitur locutum esse vult. Ex quo planē fit, vt grauitate potius esse in cētro, quā ad centrū moueri, & leuitate in extrema regione esse, quā ad eam ferri procuretur. Valent ergo potius locis suis naturalibus grauitas & leuitas, quā amissa sunt, cum actionem fuerint adepta, propter quā a natura sunt comparata, & potestatem, quā ineunt, illustrauerint. Nam in rebus huiusmodi actio non excludit potestatem, sed illam potius infert. Sequitur enim, est, ergo potest esse, ratiocinatur, ergo potest ratiocinari, & est rationis particeps, intelligit, ergo potest intelligere. Est in medio, vel in extremo, ergo potest esse in medio, vel in extremo. His ergo de causis planum est, terram in medio collocatam grauitatem habere. Tum quod vires in ea semper esse debent, quibus se ad suum locum referret, si maiori aliqua vi ab eo propulsaretur. Ex his intelligi licet grauitatis, & leuitatis potius formam, quā materiam esse causam, contra quā veteres philosophi opinabantur, quod vires efficiendi nō perpetiendi sint. Putat autem Ptolomeus graua corpora locis accommodatis suę naturę posita nihil ponderis, & grauitatis habere. In quam opinionem non leui argumento inducitur. Quod homo qui est in profundo aquę nullum maius pondus sentit, licet tanta vis aquarum in eum incumbat. At qui si esset in profundo terrę, forte grauis ei videretur. Non enim sine causa inscriberent in sepulchis Romani

fit tibi terra leuis. Non igitur quia careat grauitate aqua, ei qui est in profundo grauis non est. Sed quia humida est, & fluctuat, neque suis terminis continetur, & nititur, sed alienis. Quare litoribus, & toto fundo connititur, ita vt nihil ponderis hominis exiguo corpore relinquantur. Sed si ingentes vtres aqua plenos humeris sustineret, licet in profundo esset pondere premeretur. Et licet aliquo artificio aqua extra locum suum exportaretur, tamen non esset grauis homini in ea submerso. Non igitur causa est locus naturalis, cur grauis non videatur. Vt grauium, & leuium naturam magis Aristoteles aperiat, tractat quęstionem, quę suis temporibus circumserebatur, quamobrem ferrum, & plumbum latum, deductum satis & complanatum in aqua innatent. Et alie vtriusque minores & leuiore partes si rotundę sint & oblongę, vt acus in fundum ferantur. Item cur auri arena & puluis terra propter paruitatem in aere suspensa teneantur. Quę explicat Arist. dicens, quamquam figura nihil afferat causę, cur quidquam aut sursum, aut deorsum motu cieatur, causa tamē est cur, citius aut tardius feratur. Quod vna figura aptior est, quā alia ad penetrandum, & diuidendum medium per quod feruntur. Tum ea quę coherrent & continuantur, alia facilius, alia verò difficilius secantur. Facile verò secari potest, id cuius est facilis & prompta determinatio, & co facilius quō magis expedite determinatur, vt facilius est determinatio aeris, quā aquę, & aquę quā terrę, & vt sumatim dicam humida quā sicca, facilius

determinantur. Latum ergo, & complanatum ferrum, & plumbum sustinentur in aqua, quod eis multum propter laxitatē aquæ opponatur & obstat quo non ita facile dirumpatur. Quæ verò ob lōga, vel rotunda sunt quod minus figura sua amplectitur minus est quod resistat, & ita facilius in fundum feruntur. Itaque comparanda censet & vis ad penetrandum eius, quod fertur deorsum, & eius quod continuatū fuerit ad impediendum, quo minus rumpatur. Quod si vincat ea vis, quæ est ad rumpendum feretur deorsum, sin autem ea, quæ coherens resistit, nixu eius id, quod fertur sustinebitur. Hactenus explicatio Arist. postq. quæstionis. At si latissimum ferrum, atque plumbum crassius & densius sit, cur non sustinetur in aqua, sed deorsum

fertur, licet multa ei aqua opponatur. Ex alia ergo re, quam ex copia eius quod resistit faciendum iudicium est. Mihi verò illud, quod supra narrauimus præceptū firmitus, & certius ad iudicandum de his rebus videtur, vt magnitudines equales conferantur, & illa magnitudo, quæ plus ponderis habeat vincet, vel obstādo, vel penetrando. Quod si non ita planum & exploratū sit, quæ nam grauior sit, certabit inter se quousque vincat ea, quæ verè grauior est. Ex quò fit, vt parū temporis nonnunquam in aere, & in aqua aliqua suspensa detinentur, & tandem decidant. Ac de grauium & leuium natura, & eorum proprietatibus dictum est.



DIDACIA STVNICA
EREMITÆ AVGVSTINIANI PHYSICÆ, Liber quintus.

CAP. I. De ortu & interitu ex antiquorum opinione.

DE rebus naturæ perpetuis sermone habuimus, & quæ quibusdam æternæ visæ sunt, quod earū nullū principium, finemq. cognoscere. Restat, vt ad eas res tractandas accedamus, quarum est ortus, & interitus, & quarum esse principium & exitum omnes experiuntur, quod eas modo esse, modo nō esse vident. De his etiam rebus, quarum initium & finem inspiciamus, varijs modis loquimur. Nam cum primum homo in lucem suscipitur, & hoc celesti spiritu augetur, oriri, & nasci dicimus: si verò scientiā, & prudentiam acquirat, non fieri absolute putamus, sed prudentem sapientem modo fieri. Ita hominem, aut aliud animal vita defunctum interire putamus. Si verò in morbum incidat, aut morbo leuetur cōmutari. Sic etiā, si quāritate quid augeatur non incepisse illud, aut inchoatum fuisse opinamur, sed accreuisse, aut auctū fuisse. Harum igitur rerū naturam, differentiā, & causas, sequitur, vt exponamus. Multi. n. philosophi, verū rerum ortū, & interitū esse negarunt. Quidā planè, & absolute, alij licet verbis posterint doctorum, tamen ratione sustulerunt. Negauerunt esse planè Parmenides & Melisius, quod vnum omnia esse, vnoque principio niti trade-

bant, vnum autem illud non interiret, quin vniuersitas funditus deleretur; cum esset eorum sententia perpetua. Quæ autem nos oriri, & interire credimus, videri potius, quā ita esse docebant. Quomobrem cōmutatiōni, quam censemus nō nihil loci relinquebant. Alii ortum esse & interitum statuebant, sed ea ratione, quæ ortum & interitū non esse videret. Anaxagoras. n. Democritus, & Leucipus concursatione, & dissipatione, ortū & interitū fecerunt. Sed quemadmodum aquæ partes, terræ, & aliarum rerum, quæ eas habent eiusdem rationis, licet cogantur, aut dispergantur minime mori, aut interire putantur, ita quamuis illa sua corpora indiuidua dissiparentur, vel in eūdem locum couenirent, si similia, & eiusdem rationis esset, verus ortus, & interitus non erat. Sin autem alterius erant rationis, de illis dicendum, & explicandum erat. Sed ea de causa rerū ortus & interitus hos philosophos latuisse videtur, quod nullam causam præter materiam, vt in principio huius facultatis diximus, cognouerint. Forma verò eorū sensus effugit, in qua maior vis ad ortum & interitum posita est. Quoniam illud vnum, quod omnia complectebatur ex sententia Parmenidis & Melisii & illa quatuor elementa Empedoclis, & illa innumerabilia Anaxagoræ, quæ similes

Ortū & interitū esse, & tamen ratione sustulerunt. Quidā philosophi negauerunt.

inter se partes haberent, & illa ite numero infinita corpora indiuidua Democriti & Leucipi omnia ad materiam referebantur ex qua eorum opinione corpora rerum naturalium constabant. Quæ cum forma & essentia, quæ semel obtinuerant, nunquam mutarentur. Sed semper eadem eorum ratio permaneret, & quia nullum illi vnquam de singulorum natura verbum fecerunt, tantum eorum dissipatione & concurfatione rerum ortum, & interitum definiebant, sic verò & ordine commutationem. Cum ergo eorum vniuersa doctrina omnia materiz tribueret, nihil rerum formas attingeret, quò existerent, vires haberent, & ab alijs rebus differrent, eos ortus & interitus penè præterijt, cù sit in forma præcipue sit. Nec à materiz tantum cognotione distat illa, quam de Platone Arist. narrat opinio, qui ex lineis & extremitatibus indiuiduis omnia corpora conflabat. Sed iam test à nobis expositum, neq; lineam ex punctis, neq; extremitates ex lineis, neq; corpora ex extremitatibus vilo modo componi posse. Quod nec punctum cù puncto, nec lineam cù lineâ, nec extremitas cù extremitate vilo modo coniungi, aut coherere potest. Nec enim licet in singulas partes, & in quocunq; puncto secari potest in omnes simul partes, & in omnibus etiam simul punctis diuisam esse fieri vilo modo quid. Aliud enim est omnes partes, & omnia puncta vi & potestate in continuo esse aliud re ipsa & actione, vt multis iam à nobis declaratum est. Sed iam de ratione atque natura ortus & interitus disputemus, deinde de commutatione & de alijs verba faciamus.

Cap. 2. Ortum esse, & interitum, & quid sit.

A ortum quidem, & interitum esse clarius est, quam vt vllis argumentis illustrari possit. Quis enim homo non experitur se ipsum antequam nascetur non esse: quia nihil faciebat, paucosq; ante annos in rebus intelligere, multosq; receter natos esse, arbores, herbas, & alias plantas denovo, cù ante non essent erumpere, ignemq; sua vel alterius opera didici. Quis deniq; niuem, pluuiam, grandinem, arborum & herbarum multos fructus, animalia multa, atque adeo vermes, multa deniq; rerum genera sæpe nasci, aut receter orta esse, sæpissimè non vidit. Eodemque modo multa labefactari, frangi, ad senectutem compelli, & tandem perire, nemo non esse numero inspicit, neminemq; eorum hominum, aut aliorum animalium, quod semel interijt, vitamq; deseruit, vlla posse vi redire, ad vitamq; renouari. Idem de arboribus plantis, stirpitibusq; dico, re igitur vera conciderunt, mortuq; sunt. Deniq; haud dissimile esse puto hanc rem velle illustrare dicendo, quam solem, & alia astra esse, quæ licet verbis declarare coneris, nihil clarius afferes, quæ ipsa per se sunt. Quamobrem verborum multitudinem in hac oratione superfedendum est, & ad illam transeamus, quæ ortus & interitus modum & rationem explicet. Ortum vero nomino substantiæ principium, & originem, interitum verò eiusdem finem & exitum, vt hominem oriri intelligo, quando nascitur, interire verò cum moritur. Ita ignis, cum accenditur oritur, cum extingu-

Ortu & interitum esse.

Ortus & interitus.

guitur, interit. Ac denique quibuscunq; temporis momentis aliqua essentia, substantia vè, quæ non erat ante existit oriri, quæ verò erat antè, & esse desinit, interire putamus. Sed totum est in eo, vt quo pacto id fiat explanemus. Nam si substantiæ origo & principium est, ergo antea non erat, igitur vel tota creata est, vel ex aliquo facta. Totam verò procreari omnes antiqui philosophi trita illa communi & pervagata apud eos sententia, Ex nihilo nihil fit, planè & absolute refutabant. Christiani verò philosophi non patiuntur toties aliquid procreari, & ex nihilo effici quoties aliqua oritur & extat substantia. Nam multis rebus ea vis natura data est, vt substantiam efficiant. Homo enim generat hominem, ignis incendit ignem, seminibusq; grauidata terra multa parit, & effudit ex se se. At res nulla præter Deum vim habet creandi & ex nihilo faciendi: non igitur tota substantia fit, cù primum apparet, & in rebus est, neq; ex nihilo, aut ex eo, quod omnino non est facta est. Ita etiã nec cum interit, ad nihilum recidit. Nam homo occidit in cadauer, arbor abit in lignum, & hoc pacto semper quoties vnus substantiæ finis terminatur, alia denovo succedit. Si ergo substantia nulla, nec ex nihilo oritur, neq; in nihilum interit ex aliquo oritur & in aliquid interit. Quo planè refellitur opinio Vallerij, de qua supra mentionem fecimus. Sed in questione est illud, ex quo oritur, & in quod recidit essentia, & quidnam sit. Nam manet substantia facta & extinda, secus enim ex ea non nasceretur, neque in illam interiret. Tum quia cum ita loquimur, ex

Ex quo oritur & in quod recidit essentia quid sit,

are fit statua, aut in aera dissoluitur, & æs in statua manere, & aera relictum esse significamus. Illud ergo quod subest, vel est substantia; vel aliquod genus ex illis decem, in quæ, quod aliquid est, diuisum est. Non autem est substantia, siquidem cum illa, quæ oritur, atq; fit substantia etiam sit, duæ, & non vna substantia essent illa, quæ ortu & illa, quæ alteritis interitu extat. Huc accedit, si illa substantiæ species, qua informatur id, quod nascitur tribueretur sententiæ rei etiam per se consistenti, ac proinde non substantiæ sed accidentis esset forma. Nam rei accideret constati, & non differret naturæ ab artis materia. De qua re disputavi iam aduersus eos, quid dicunt materiam primam substantiam esse. Cum ergo substantia ortus & interitus substantia non sit, quid ergo est Arist. id non plane declarat, sed dicit. Nec quantum esse, nec quale, neq; aliud genus ex illis decem, ita vt reuera neq; in rebus singulis sit, nec in eis, quæ sunt. Non ergo est ac absolute nihil est. Res. n. vniuersa non est, nisi singula & specialis sit, nec contravniuersa est nisi specialis sit. Si igitur neq; res vniuersa, neq; singula est, absolute non est, quoniam in hæc duo genera res vniuersas in metaphysicis dispersitimus. Planeq; cù Arist. docet labitur ad id quod primi philosophi timebant, vt concedere cogeretur ex nihilo aliquid fieri. Quod. n. actu non est, licet esse possit, re nihil est. Ad hæc, materia est à Deo facta sicut aliz res, vt à nobis iam probatum est, quarum philosophi pagani principium nullum esse putarunt, ergo aliquid ei præstitit, quo reuera esse. Se cº nihil effecisset. Sed quia pluribus

Aristo. de materia opinio notatur.

de hoc alio iam loco disputauimus nunc super sedendum est. Philoponus tamen ita Arist. interpretatur, ut potestate materia res omnes alij sit, actione verò materia sit. Si enim ait potestate dixeris materiam esse non amplius materia esset. Sed ad eandem deuoluitur difficultatem Philoponus hæc dicens, non enim explicat, quid nam illa materia sit, quam actu materiam esse dicit. Sed hæc facile explicabitur ex his que supra à nobis tradita sunt de materiæ ratione, ut illud ex quo oritur, & in quod substantia interit sit corpus quantū. Quod substantiæ materiæ esse demonstrauimus. Itaq; ex corpore quanto sit substantiæ corpus q; etiā interit in corpus quantū. Et hoc pacto ex non substantia, atque adeo ex eo quod non est, sit substantia, & id quod est. Quare tum substantia, tum id quod est simpliciter, & omnino fiunt. Diximus enim corpus quantum si cum substantia cōparetur esse accidens, quod per se extare non possit, & totum ex substantia sicut alia accidentia pendeat. Accidens autē ut in metaphysicis ex sententia Platonis & Aristotelis posuimus, nec est, nec generatur. Quamobrem cum oritur substantia ex non substantia, & ex eo quod non est planè & absolutè sit substantia, & id quod est, ita etiam occidit in non substantiam, & in id quod non est. Siquidem ad finem exitumque substantia perducta nihil, quod ad corporis rationem attineat præter corpus quantum reliquum est. Sed dubitari hoc loco potest, cum perpetuus & interminatus sit aliarum, & aliarum rerum ortus, utrum materia quæ subesse oportet substantiæ efficiendæ, sit in-

finita & inmensa. Si enim finita sit tandē multarū rerū ortu vnaqueq; partē aliquam subtrahente consuetur: & ultra rerū ortus non progreditur. Sed neque infinita materia est, neque rerū ortus naturaliter deficere, & terminari potest. Nō enim rei, quæ nascitur, materia ministratur suscepta ex aliqua magna materiæ mole, sed quæ alterius esset essentiæ materia. Ut cum ignis erūpit ex ligno, materia, quæ ligno vel aeri suberat, subijcitur igni, & quæ terræ, plantis, & stirpitibus ex illa procreatis. Ita eum cibo corpus alitur, materia cibi suscipit formam corporis, quod alitur, ex embryone fit homo, quod embryonis materia, in hominis formā transferatur. Hæc item de causa ex homine fit cadaver. Quare ortus perpetuus est, quia interitus etiam perpetuatur. Ut essentiæ forma semper ei materiæ accedat, quæ antequam ad eam perueniret alteri essentiæ formæ subiecta erat. Et ita ortus interitusq; perpetuitas vicissitudine vtriusque à natura conseruatur. Itaque vniuersa materia fuit simul vna cum mundo procreata non seorsum & per se à forma seiuncta: sed cum ea copulata & vniuersitate contenta. Nulla enim est corporis quanti pars, quæ non sit in mundo inclusa, nullaque est mundi pars, quæ materia careat & corpore quāto. Mundi verò quædam eius præcipua pars perpetua est, & stabilis natura sua omnique interitu & mutatione absoluta, ad quam ob eam rē, sicut nihil ortus. Ita neq; interitus spectat. Alia est fragilis atque caduca intra Lunæ ambitū tota conclusa, quæ ut interitui, ita & ortui obnoxia est. Quoties enim aliquid eius occidit, aliud nascitur. Et

Nec prima materia est infinita, neque rerum ortus naturaliter deficere potest.

Vniuersa materia cum mundo simul creata fuit.

ita fluunt & labuntur omnia, nec diutius in eodem statu sunt. Vnum tamen semper manet triplici dimensione corpus varijs essentijs formis figuris, commutationibus, & alijs accidentibus subiectum: quod ob eam rem rerum omnium, quæ oriuntur, & occidunt materiam esse putamus. Sed habet dubitationē, utrum natura interitum, sicut rerū ortum quærat, an verò sit interitus naturæ alienus. Natura enim potius comparata esse videtur, ut res tueatur, & sustentet, quam ut prodatur, atque proiciat. Verumenim verò, si naturæ totius fabricatorem & machinatorem contemplemur, dubium nō est, quin earum rerum interitum, & exitum quæserit, quas caducas, & mortales fecerit. Tum ipsa vniuersa rerum natura eadem opera, qua ad ortum earum aspirat, interitum etiam spectat, eum res nulla possit de integro oriri, quin alia intereat, ex qua materiam sumat necessariam. Nulla enim est materiæ pars, quæ non præcupauerit alia formā: quod si nulla cederet, locumq; relinqueret, alia nulla nasceretur, cum naturā non possit noua materia vllō modo fabricari. Tum ipsa singularum rerū compositio ita compacta est, ut dū partes suas agunt res, ex quibus constat, rem, cui seruandæ sunt attributæ labefactent & perdant. Etenim è rebus contrarijs res fragiles coagmentatæ sunt. Vnumquodq; verò contrariorum, quo se tueatur, atq; sustentet, alterum frangere, & perimere nititur. Quo fit, ut proportio ea dissoluatur, quam vniuscuiusq; natura postulat. Tum ipsa materia, dum vi sibi natura insita ad res fouendas nimium humorem exsiccat

Natura vniuersa caducum ortum & interitum quærit.

in corpore fufum rerum nascentium, eas debilitat, frangit, & ad senectutem compellit. Ut paucis igitur omnia complectar, cum ortus sine interitu constare non possit, & ipsa infra lunam corpora mortalia, & caduca facta naturā sunt, ut nullo aduersario consenscant, & eorum vires deficiant, planum esse videtur, tum ortum, tum interitū earum rerum naturam parentē spectasse. Sed quoniam vnius rei ortū alterius interitum esse statuimus: Operepreiū est, animaduertere de hac re nos loqui posse, vel ad veritatem, vel ad hominum opinionem. Veritas verò est, quam posuimus, ut in substantijs cuiuscunque ortus alterius interitum sequatur, contrāq; interitus sit ortus consequens. Homines verò loquentes non ita sentire videntur. Etenim si res in eam mutetur, inquam, ut perfectiorem & finem eius progrediebatur; nihil interire, sed aliquid nasci dicimus, ut semē incidens in comprehendentem, concipiētem naturam multis modis mutatur, quousq; tandem vel stirps, vel animal, vel res alia perfecta oriatur, quacunque tamen mutatione facta; nihil occidere, sed aliquid semper nasci putamus. Cum item animal in cadaver occidit, nemo cadaver tū nasci aut oriri dicit, sed hominē interire. Ita cum ignis, vel prunæ abeunt in cinerem, ignem extinguimus, non cinerem nasci. Aliquando verò si mutetur in id, quod sensum fugit, non solum interire, sed etiam in nihilum recidere, vulgus hominum dicitur, ut illud materiæ comburendæ, quod in fumum abit. Itē ignis flamma, cum in aerem vertitur, si verò in ter-

Gg 5 ram,

ram, cineremve conuertatur, quod sensum magis, quam aer mouet, aliud ex igne fieri & generari, nunciamus. Itaque præter veritatis cognitionem modi loquentium, ne confundamur, tenendi sunt, qui sumuntur, vel ex via & eius fine. Vt cum vnius generatio in alterius generatione progreditur. Vel ex eo, quod perfectius est, vel ex eo, quod magis sub sensum cadit. Ac de ortu, & interitu ad veritatem & ad opinionem dictum est.

Cap. 3. Elementa non esse concretorum materiam.

Exposuimus porrò, quænam sit ortus & interitus materia & subiectum ex nostra & Aristi sententia. Sed Arist. illa sua materia contentus non est, nec satis ex ea ortum & interitum declarari putat. Aliam quærit, quam elementum nominat, quod ita definit. Elementum est, in quod cetera corpora diuiduntur, in quibus inest potentia, aut actu, hoc enim vtro modo se habeat, adhuc ambigitur, ipsum autem est in formam diuersam in diuisibile. Cum ergo dicit, in quod diuiduntur corpora, in quibus inest materia tangit. Significat. n. illud principium, quod erat in re ante diuisionem, & manet facta diuisione. Quod quidem non nisi in materia cadit, quæ sola rebus diuersis substernitur. Cuius materię veram rationem sicut non est affecutus. Ita de elemento, quæ suæ materię iuuantis causâ quæsitum ab eo est, ei non liquet, vt plane hac eius definitione pronunciat. Et ita satis obscure, & variè de elementis locutus est quod magnam interpretibus & so-

Quænam est Arist. veris materia.

phistis garriendi occasionem præbuit, dum vnusquisq; in suam sententiam Aristotelem trahere conatur, absurdissimeq; de elementis decernit. Sed planè tandem Arist. ad opinionem est Empedoclis delapsus, qui vt diximus elementa igne, æta, aquam & terram corporum omnium materiam esse putauit. Neque enim aliud ille, nisi materiam rerum principium cognouit. In eaque retantum illum Aristot. reprehendit, quod putauerit elementa alia ex alijs vtrò citròq; non oriri, nec aliud in alio verti. Sed quemadmodum in pariete lapides collocantur, ita elementa in concreto permisceri, vt tanquam ex vase sine vlla commutatione ad rem componendam hauriuntur. Quod quidem Aristot. non placet, sed elementa inter se commutari, aliaq; ex alijs oriri, & effici. Cæterum ex ipsis inter se committatis & affectis res tanquam à materia propinquiore rei efficiendæ generari. Et ita in ossibus, & carne, & ligno, & in alijs eiusdem generis ignem, & terram inesse dicit, siquidem ex illis elliciuntur. Contrà verò in igne & terra, nec caro, & lignum inest, neq; vi neq; re ipsa, quia ex illis nunquam extrahuntur. Verba etiam Arist. sunt, omnia mista corpora, quæcunque circa locum mediam sunt, ex omnibus composita sunt simplicibus. Terra quidem inest omnibus, quia vnumquodque est maxime & multum in proprio loco. Aqua autem, quia oportet terminari, quodcunque compositum, & deinceps alia in eandem sententiã, qua aperte pronunciat, quatuor elementa cuiuscunq; concreto aptari. Quam sententiam sequitur Auerois assiduus Aristotelis interpres, citatque Auice-

Arist. delabitur ad opinionem Empedoclis.

Intelligi non potest quatuor elementa in concretis rebus inesse.

Auicenam, in eadem est sententia Philoponus. Albertus Magnus, Phernelius, & alij Arist. interpretes, & discipuli, qui ex auctore magistro suo tradunt, quodcunque concretum, ex quatuor elementis se ipsa constare, tanquam eius non forma sed materia. Aliam enim esse putant hominis & equi, quam elementorum formam. Et præter ea, quæ nos commemorauimus, multa citat Aristot. testimonia, quibus suam probant sententiam. Sed ego non solum aliter sentio, sed etiam illorum opinionem planè intelligi non posse puto: quod tum ex materia, tum ex elementorum formis planum faciam. Si enim est vnumquodque elementum in quocunque concreto, ergo vniuscuiusque elementi materia, atque forma, si materia, ergo & corpus tribus interuallis distinctum, quod omnium corporum naturalium materiam esse, demonstratum est. Qui igitur fieri potest, vt vno, eodemq; spatio, quod tribus tantum interuallis completur, duodecim interualla, quæ afferunt quatuor elementorum corpora, notari possint; Tum si vno spatio quatuor distincta corpora continerentur, vnus ea locus complectetur. Cum nulla patitur naturæ vis, vt duo corpora simul in eodem loco sint. Quod si non eodem spatio quatuor corpora consistant, sed vnumquodque locum suum per se teneat, minimè ergo permiscerentur, vt concreti ratio postulat, sed ita reponuntur in concreto, sicut lapides in pariete, quo magno incommodo Aristot. urgebat Empedoclem. Sed certè ipse Arist. explicare non potest, quo alio modo quatuor elementa in concreto, de quo agitur, componantur. Si enim

vnumquodque materię, & formæ suę aptum manet, vnumquodque ellici per se potest, sicut ipse Arist. ingenue de igne, & de terra, dicit ex ligno & ex carne ellici. Iam verò si forma, & essentia ignis & aliorum elementorum in concreto sunt, cur idem concretum & ignis, & aer, & aqua, & terra esse non dicatur? Si enim homo forma & specie sua est homo, cur forma & specie ignis, & aliorum, ignis & alia non erit. Quod si qua est differentia, cur homo, & non alia sit, erat eis certè explicanda, vt vndiq; sibi talis doctrina constaret. Eodem accedit, quod elementa concreto copulari, & continuari non possent, magis, quam in vniuerso, quippe sint forma inter se distincta, ostensum verò iam & declaratum supra est, quæ specie differunt, continuari non posse. Quare nullum esset naturæ corpus continuum, atque coniunctum, nullum admistum, atque concretum. Sed quidam modò corporum, elementorumq; acerius, sicut enim ex vna substantiæ forma est vna essentia, ita ex multis multæ. Homo igitur & leo non vnum, sed multa sua vi, & natura esset, sicut domus, Respublica, & alia huiusmodi, quod absurdum esse videtur. Præterea si materia concreti essent elementa, eius forma non perficeret substantiam, sed essentia perfectæ adiungeretur. Quare esset accidens, neq; per eam res consisteret, sed potius afficeretur. Nulla ergo præter elementa esset infra lunam substantia, nullumque aliud substantiæ genus. Quæ si incommoda maiora sunt, quam vllus intelligens, & doctus vir pati posset, dubium non est, quin elementa per se viq; sua non sint in concreto. Sed

Varia, & absurde declaratur elementa in concreto esse.

Sed alij, vt hanc suam sententiam defendant, multo eam absurdius interpretantur. Auerois enim ait, elementorum quidem naturam per se viq; sua, cum permiscetur manere, remissa tamen. Atqui elementa sunt substantia, quam nos in metaphysicis docuimus, illud magis, & minus non posse suscipere. Quo etiam refellitur alia, quae Gregorij Arimensis temporibus circumferrebat interpretatio. Quae elementorum essentias in quasdam partes dispertiebantur, quae alterius nominis ac naturae, quam ipsa elementa essent, ex quibus ipsa elementi essentia constabat, quas in concreto relinqui dicitabatur. Sed haec partes, nisi ad quasdam accessiones, & quasi gradus referantur, quibus intensio, & remissio suscipitur, stulta & ridiculae sunt. Non enim in partes rerum essentiae diuidi possunt: quae, vt multis in metaphysicis persecuti sumus sunt, sicut numeri, quibus nihil addi, aut detrahi potest, quin alius numerus constituitur. Intollerabilis porro est illa, quam Marsilius profert, declaratio, formas videlicet elementorum post concretionem permanere. Non esse tamen aliam concreti formam & speciem, quam proportionem & comparisonem, qua concretum compactum est quatuor elementorum temperatione. At proportio & comparatio non est substantia, sed accidens: omnium ergo concretorum species & forma non esset essentia, sed accidens. Itaque homo, leo & equus non species substantiae sed accidentis essent. Quod quid absurdius & physicae, metaphysicaeque alienius. Sed dicunt in quocumq; concreto sunt calor & frigus, & humor & siccitas, quibus

propria cuiusque elementi natura constituitur. ergo est ipsa elementi natura. At haec qualitates sunt accidentia, non ergo efficiunt substantiam, cuiusmodi est propria cuiusque elementi natura, & ratio. Quare huiusmodi, quas patibiles qualitates metaphysici vocant, non solum elementis, sed etiam permixtis & concretis rebus communes sunt. Sed ait Arist. ex ligno, carne, & alijs rebus admixtis elicitur ignis, ergo est ignis in illis. At quomodo elicitur? si subiectis flammis adurantur, aut qua alia ratione. Si enim caro, & lignum non commutentur, & tandem deleantur, & in ignem vertantur, nunquam ignis ex illis fiet. Quod si hoc argumento homo philosophus moueatur, lignum & carnis in terra esse concedit. Ex terra enim arbor & herba nascitur, ex qua alitur animal, & carnem suam nutrit. Animal denique omne genus esset in elementis, quia varia, multiplice rerum commutatione, quod erat aqua, vel terra, vel aer, tandem fit animal cuiuscunque generis. Quare ex hoc illud tantum concluditur & concreta ex elementis, & ex elementis concreta vicissim generari. Explicatum igitur est quatuor elementa non esse materiam concreti. Quidam autem vnum elementum rerum naturalium materiam esse putarunt, horum partim aquam, partim aera, nonnulli ignem, alij aliquid, quod est aqua minutius, aere autem densius. Quos omnes eadem incommoda sequuntur, vt quodcumq; concretum, non vnum aliquid, sed duo valde diuersa sit. Est enim illud, ex quo constat elementum. Nam cum eius forma ad concretum pertineat, cur ex ea non dicitur

Non esse vnum elementum rerum naturalium materiam.

dicitur, tum ex eo natura & specie sua concretum constituitur. At duae essentiae formae in eandem rem cadere non possunt: & quia diuersae, & quia altera eo ipso accideret, & per aliud conueniret. Non enim per eam res esset, cum rei, quae per se iam existeret, adijceretur. Ac denique omnia argumenta, quibus supra probatum est, materiam primam substantiam non esse, valent aduersus hos omnes philosophos. Ac ne vnum elementum, ne plura esse concreti materiam satis aperte demonstratum est.

Cap. 4. De elementorum natura ex aliorum sententia

Elementa quae nam sit definitio.

Sed quae veteres, & notii philosophi tradunt de elementorum natura, videnda sunt, & vtrum vera sint explorandum. Primum ea definitio, quam supra ex Arist. sententia posuimus, non satis videtur elementi naturam explicare, cum illud esse dicit, in quod caetera corpora diuidantur. Non enim vllum corpus ipse notat, in quod caetera diuidi, aut recidere necesse sit. Ea enim ratione, qua ignis, & terra & carne & ligno ellici dicit, ostendimus & concreta multa ellici posse. Non igitur ea ratio sufficit docenti esse aliquid, in quod caetera corpora diuidantur. Tum cum dicit, vi, aut re ipsa in re esse. Ostendimus iam re & actu elementa non esse in re concreta. Docendum saltem esset, quo pacto vi & potestate sint. Etenim si potestate sunt, quod calida, aut frigida, sicca, aut humida, omnia concreta sunt, oportebat declarare, cur haec potius elementorum, quam aliarum rerum, quae eiusmo-

di qualitatibus affectae sunt, potestates sint. Alij dicunt elementum esse corpus, in quod alia corpora dissoluuntur, & ipsum in aliud non dissoluitur. Sed haec definitio in eadem, quas illa Aristotelis difficultates incidit. Cum enim aliquid occidit, in id dissolui videtur, quod ex eius occasione nascitur, vt homo dissoluitur in cadaver, cadaver in vermes, vermes in terram, terra in herbam. Cum ergo omnia ex omnibus orientur, & in omnia tandem intereant, quo pacto illud constabit, aliquid esse corpus, in quod alia corpora dissoluantur, & ipsum in aliud non dissoluitur? Si enim non dissoluitur, interitum est liberum, atque solutum, quare neque commutatur, neque in alia vertitur, ergo non est alterius rei elementum. Alij non definitionem, sed signa aliqua elementi indicant, Vt ex eo aliquid fiat, vt maneat in concreto, vt primum sit, ex quo oritur, & extremum, in quod interit. Sed haec omnia signa in materiam tantum primam conueniunt. Quare nullum substantiae corpus elementum est, quia vt demonstratum est, nullum praeter concretum ipsum ex ortu relinquuntur. Tum post rei interitum nihil praeter eius materiam remanet, quam subesse commutationibus diximus. Quatuor ergo elementorum nomen ex istorum sententia exstinguitur, neque vlli essentiae imponitur, sed materiae soli. Quod omnes ferè philosophi non paterentur, nam aliquid substantiae corpus esse volunt aliorum elementum. Deinde Arist. & alij, quos ego sciam philosophi, quatuor rerum omnium mortalium, atque fragilium elementa numerant. Iste numero ducto ex quatuor pri-

Marsilius

marum qualitatum copulationibus, quas modo fieri posse tradunt. Qualitates vero primae sunt calor & frigus humor & siccitas. Quas primum inuenisse Hypocratem Galenus attribuitur. Merito vero primae qualitates existimantur, quod cum praeter ceteras vim faciendi, & ferendi habeant, aliarum omnium causam esse videntur. Huc accedit quod cum de ortu & interitu differimus in corpore versamur, quod sensum percipitur eiusque causas & initia quaerimus: sensum autem primus tactus sua vi & natura est. Siquidem sensus reliqui tactum ponunt, quo labefacta to muneribus suis fungi nequeunt. Quare illae qualitates primae sunt ad quas primum tactus respectum

*Primarum
quatuor
qualitatum
definitiones*

habet. Cuiusmodi quatuor illae sunt in quibus tactus in primis cernitur. Quas satis doctè, atque peritè declarat, atque definit ab effectibus Aristoteli. Calidum esse dicens, quod congregat in vnum locum ea, quae sunt eiusdem generis, ac proinde se iungit, quae sunt diuersi generis. Quare caloris est cogere & dissipare, cogere, quae sunt generis eiusdem, dissipare, quae diuersi. Frigidum vero congerit & quae sunt generis eiusdem, & quae alieni. Humidum autem caret proprio termino alieno vero facile terminatur. Siccum autem est quod suis terminis continetur, alienis difficilè accommodatur. Ex his quatuor aliae qualitates existunt contrariae, quae ad tactum etiam deinde pertinent. Vt graue & leue, tenue & crassum, lubricum & aridum, molle & durum. Asperum lenè, rarum & densum. Etenim grauitatem faciunt frigidum & siccum, frigidum quod in vnum cogat, siccum quod concludat atque contineat. Leue vero fa-

Quae qualitates exprimis quatuor existant

ciunt calidum, quod secernat & dissipet humidum autem quod dissolutum sit, & fluitans. Tenue vim complendi, quam habet, accipit ab humido, vel humidum ex hac parte imitatur, quod enim tenue ex minutis partibus coagmentetur facile ab alio sicut humidum determinari potest: contra vero crassum, quare ad siccum refertur. Lubricum vero in numero siccorum habetur, est humidum quodam nonnulla siccitate affectum. Aridum autem ut lubrico contrarium est ita siccum est non nullo coeretum humore. Partes enim partibus aptae non essent, si prorsus essent humoris expertes. Iam vero mollia ad humida, dura ad sicca spectant. Molle enim est quod in se cedit prementi non tamen ambit, sicut humidum. Quamobrem humida non numerantur, sicut dicit Aristoteli in mollibus, sed mollia in humidis. Durum porro non cedit in se, quia terminum amat suum, quo continetur: quare sicco subijcitur. Rarum vero ad humidum reuocatur, quod cum termino suo vacet fluctuat, & extenditur. Densum vero est, quod cogatur in se & termino suo coeludatur. Quare sub sicca densa subijciuntur. Vdum autem & madens, nihil aliud sunt, quam humidum: in eoque tantum inter se differunt, quod vdum in summis partibus alieno humore afficitur, madens autem in intimis. Omnes ergo tractabiles qualitates, & quas tactus discernit, ab illis quatuor profectae, ad illas demum reuocantur. Quare merito calidum, frigidum, humidum, siccum primae qualitates nuncupantur. Ex harum qualitatum apta coniunctione veteres & noui physici Aristoteli & alios philosophos secuti quatuor elemen-

Quatuor elementa quomodo aptentur.

elementa ita distinguunt. Primum quodcumque elementum ex duabus tantum qualitatibus componitur. Deinde qualitates contrariae eidem aptari non posse ponunt. Bene igitur putata ratione haec tantum reliquae sunt copulationes consentaneae. Calidum & siccum ex quibus ignis existit, calidus & humidus est aer. Frigida & humida aqua, sicca & frigida terra. Ita tamen istae qualitates inter se cohaerere tradunt, ut vna, quae est elementi propria, ad summum intensionis venerit, alia vero sit remissior. Ita ut ignis sit summè calidus non tamen summè siccus. Aer summè humidus minus vero calidus, aqua frigidissima, minus tamen humida, quam aer, terra summum obtinet siccitatis gradum, minime vero frigoris. Et ita quatuor ista elementa ad perpetuitatem naturam coagmentasse exponunt, ut totum corpus vniuersitatis conficeret, quod est infra lunam: ut cuiusque elemento alter esset proximum, cum quo alteram qualitatem suam communicaret. Quo societas seruaretur & constitueretur. Nam ignis cum aere calidum comunicat, aer cum aqua humidum, aqua cum terra frigidum. Ex locis etiam elementorum, numerum eorum assignant ut duo sint elementa, quae superant ignis & aer, alia duo, quae ad medium ferantur, terra & aqua. Extrema tamen loca supremum & infimum tenent ignis & terra: media vero aer & aqua. Haec autem quatuor elementa vocant corpora simplicia alia vero per mista, atque concreta. Quae doctrina mihi quidem non omni ex parte placet. Etenim primum illa elementorum distinctio ex quadruplici duarum primarum qua-

litatum apta copulatione, mihi certe non probatur. Et cum a tot tantisque philosophis per tot saecula tradatur, nullus argumentum, aut indicium attulit, cur ex duabus modo qualitibus quodlibet elementum sit natura conflatum. Praeterea cur simplicia corpora simplicesque naturae vocentur? Cum ex duplici qualitate consistant. Quare duplicia potius corpora, duplicisque naturae, quam simplicia habenda sunt. Est autem indignum homine philosopho illa componere, quae neque per se nota sunt, nec villo argumento illustrantur. Iam vero quid nam moram & impedimentum infert siccitati, quae est in igne & calori, qui est in aere, quo minus maiores fiant, quam sui elementi temperatio & natura postulat ad summumque pertineant. Ita enim natura comparatum esse videmus, ut caloris vis non nisi frigore comprimatur, siccitatis humore. Siquidem quibus qualitatibus efficiendi vim natura dedit, in eas alias ex contrario contulit, ut si inter se obstarent, & impedirent. Neque alia est in natura ars ad vnum contrarium cohibendum, nisi ut ei aliud opponatur & obijciatur. Quod si hanc naturam philosophi negligunt, explicent qua nam alia impetus reprimatur, quo qualitates quae vim faciendi habent incitantur & ad summum virium suarum feruntur. Imperitè etiam aliqua vis faciendi esse ponitur, nec causa est, cur non faciat, tamen nihil facere conteditur. Ita calor qui est in aere vim habet calefaciendi, cur ergo non calefacit. Praesertim cum ei sit appositus humor, quo pascitur & excitatur. Eodem accedit, quod ipsi narrant

Elementa non constant ex duabus modo qualitatibus.

vnm

vnum elementum in aliud verti. Cum ergo exempli gratia aer in ignem conuertitur: calor & siccitas ignis attenuat & imminuunt aeris humorem, quousque consumat, & exhauriant: postquam verò consumptus est ignisque factus, cur siccitas quæ tanta vi in humore conterendo ferebatur consistit, neque ultra progreditur, quam ignis natura exigit in quo remissior est? Nullam quidem harum rerum probabilem causam proferre poterunt. Quid? de Arist. sententia iactant quatuor primarum qualitatum duas vim habere faciendi alteras verò duas vim ferendi. Cur hoc dicatur sicut nunquam explicant, ita non intelligere videntur quid faciant, aut quid patiantur. Si enim id cuiusmodi esset cognosceret, non ita facile fortasse illas fecernerent. Tamen humor & siccitas patiuntur calorem, aut frigus. Calor autem & frigus in humore & siccitate vires suas exercent. Sic enim se natura habet, vt calor & frigus pascantur siccitate & humore, quare humore & siccitate sublati permanere non possunt. Ita enim experimur, & oculis cernimus ignem humore, vel siccitate, propter calorem nutriri, frigus vel humore, vel siccitate niti. Calor etiam & frigus in eodē subiecto de partu inter se certant, & ita nimia vtriusque vis & acerbitas retunditur. Non igitur ita facile quatuor istæ qualitates disungi possunt, quas natura sicut agens & patiens copulauit. Vt sicut agens sine perpetente extare non potest, ita sine humore & siccitate frigus & calor. Ex quo illud queri licet cur ignis aetē sibi appositum humoreque præstantem totum non absorbit. Ignem

enim experimur subiecto humore pasci, vt lucerna oleo vel cera. Cum ergo tanta ignis vis totum ambiat aera natura humidum, quid impedit, quo minus eum totum conficiat? Præsertim cum Aristot. dicat, ignem solum ex corporibus simplicibus ali. Cur ergo tantus aer, igni appositus ei pro cibo non est Miracula sane & portentosa sunt hæc non differentium, sed somniantium philosophorum. Et quidem igni demonstrauimus iam non esse supra aera datum à natura locum, nec in elementis esse numerandū, quibus id spatij quod amplectitur Lunæ ambitus cõpletur. Quod autem quidam aiunt ignem, propter nimiam eius raritatem, non calefacere, absurdum esse videtur, vt quod summe calidum est non calefaciat. Aer etiam satis rarus est tamen tantum die concipit calorem solis, vt diu nisi nox interiret corpora terrestria eum tolerare non possent. Quomodo ergo tantum ignis globum summe calidum assidue totum terrarum orbem amplectentem tolerarent. Quod autem quidam sophistæ garriunt, lumen quod apparet de nocte ab igne elemento reddi ineptius est, quam vt à philosopho refutari debeat. Palam enim ante oculos omnium est ab stellis proficisci. Age verò si nullus esset ignis, sed aer totum completeret locum intra Lunæ ambitum, & terram, eadem forma & species totius spatij, oculis obiecta esset, quæ nunc obijcitur? Quid igitur aliud in genijs excogitamus, quam oculis cernimus.

Cap. 5.

Cap. 5. De vera elementorum ratione.

Ex quo nã corpore substantiæ mortales cõponantur.

Cum ergo satis Aristot. & alij philosophi nõ faciant in definiendo elemēto & eorum numero & natura aperienda. Sequitur, vt dicamus, quem nos in istis rebus sensum habeamus. Ac primum statuendū est, non illud nos substantiæ corpus exquirere, ex quo essentia, quæ ortum & interitum habet, componantur. Hoc enim reperiri non posse sæpe demonstrauius. Nihil enim per se substantiæ accedit sed per aliud, neq; ex corpore substantiæ vlla ad substantiam spectas compositio constare potest, sed ex corpore quanto. Elementum ergo confectionis substantiæ sola prima materia est, ex qua substantia fit, & in quam occidit. Eius quadam imitatione alia corpora in vniuersitate inuestigamus, ex quibus res aliæ genitæ, atque mortales esse natæ, ac in illud demum interituræ videantur. Quare cæteris oportet esse antiquius: nam res illo antiquiores ex eo minime ortæ esse iudicarentur. Semper etiam debet permanere. Si enim exstingueretur, reliquis deinde rebus ortus causam & principium non afferret. Tum simplex oportet esse. Quod non est duplici simplici ve qualitate constare intelligendum est. Sed ad eandem partium naturam referendum. Si enim partes haberet alterius rationis ex illis conflatum esse videretur, quare partes eiusdem similisque naturæ illo essent antiquiores. Quibus rebus facile explicatur elementi, quod exploramus naturam, & eius constat definitio. Quæ in alia corpora conuenire nõ

potest, quam in aera aquam & terram. Sunt enim omnibus caducis corporibus antiquiora. Quocirca nõ ex alijs orta esse, sed reliqua omnia ex ipsis genita esse videntur. Vt rerum omnium materia in cœlum & hæc elementa distributa, deinde ex elementis his, quorum partes in alia verti possunt sumptū illud materiæ coniectura est, quod fuerit ad res alias, generandas necessarium. Cui consonum est illud, quod ponitur in Genesi, fecit Deus hominem ex limo terræ. Ita & alias fragilium rerum species ex elementorum partibus, quæ primo creauerat, Vt primò rerum omnium singularum materia elementorum partibus substrata fuerit: deinde rerum singularum formis. Vt illud ratum & fixum sit, quod iam dudum docuimus, rerum omnium materiam, id est totum corpus quantum principio fuisse procreatum, semperque in varias formas mutatum manere. Corpus enim quantum, quod formæ per se expers sit, neque ex alio gigni, neque in aliud potest interire: sed vel ab integro procreari, vel ad nihilum oportet recidere. Hæc etiam corpora perpetua sunt, semperque manent. Licet enim eorum partes variari queant, ipsa tamen tota mutari non possunt. Itaque cum semper sint, & alia singula corpora conueniant, occumbant, atque deficiant, fit vt tandem in ipsa recidant. Vt materia, quæ ex elemēto decerpta est, ad ipsum logo, vel paruo interuallo redeat. Elemētū ergo per se vique sua ad materiam reuocatur. Est enim vt est in metaphisicis ex quo res fit, quod est materia. Ex elementis ergo omnia, quia

H h ex

Cur omnia
ex elemen-
tis.

ex elementis ad opera mutabilia materia sumpta est. Non quod ipsorum formæ, vel proprietates, ut alij physici opinantur sint in concreto. Nam formas elementorum multis iam probauimus non esse in re cōcreta proprietates autē sunt, ut quidā opinantur calidum, frigidū, humidum, siccū. Contendimus autem has proprietates non esse elementorum, sed rebus omnibus permistis, atque concretis communes. Sicut enim ut illi dicunt ignis & aer non possunt detracto calore toto subsistere. Ita neque vllum concretum spoliatum calore constabit. Sicut etiam mutabilitas manat non solum per elementa, sed etiam per cunctam caducam fragilemque naturam: ita & hæ primæ qualitates. Et sicut esset absurdum mutabilitatem propriam elementorum esse opinari. Ita & has primas qualitates eorum esse proprietates. Etenim istæ qualitates vi sua, quod inter se repugnant, mutabilitatem faciunt in elementis & concretis. Calidum igitur & frigidum humidum & siccum non sunt proprietates elementorum, sed vires variæ mutabilisque naturæ. Non ergo ex elementis res esse per se mixtæ putandæ sunt, quod forme, ut quidam philosophi crediderunt, aut vires, ut alij, elementorum sint in re permixta, sed quod rebus permistis, ut dixi elementa materiam suppeditauerint. Disputare nunc opere præteritum est vtrum elementa ipsa permixta sint, atque concreta. Quod si concretum id significet, quod ex quatuor primis qualitatibus temperatum sit, non dubito, quin permixta sint. Demonstrauimus enim iam fieri

Elementa
esse permixta & concreta.

non posse tum ut qualitas nisi contraria qualitate reprimatur. Tum ut qualitates, quæ vim efficiendi habent, ab eis quæ vim habent patiendi separentur. Tum incredibile esse videtur aquam & terram calore, ut physici volunt vacare, eum utraq; totamq; varias res alar & generet, quæ ex ipsorum sententia caloris non sunt expertes. Liquor etiam declarat aquam minimè calore vacare, cum frigore concresecat, & rursus calore lique fiat. Aere etiam videntur animalia terrestria, cum animam accipiunt eandemque respiciant ac reddunt. Quæ si frigore & apta siccitate temperata non esset, non ita commodè fieri posset. Tum aer res multas exiccat. Non ergo modò id partium tenuitate præstat ut quidam prædicant, sed etiam siccitate aliqua. Partium enim tenuitas, si tantum humidus esset per se faceret, ut modico imbueret humore, non ut siccitatem afferret. Sicut res multas humiditas siccitatem in ferre conspicimus, quod nonnulla siccitate affectæ sunt, ut aqua salis & aluminosa. Aer igitur particeps est siccitatis & vna cum ipsa aqua & terra ex quatuor primis qualitatibus permixtus, atque temperatus. Concretum etiam dicitur quod ex partibus variè dissimilibusque rationis cōagmentatum est, ut animalia & omnia viuientia, quorum partes eiusdem rationis Fernellius & alij totius concreti elementa esse volunt. Et carnem sanguinem & nervos elementa vocant corporis humani. Ut in his imitatio sit totius vniuersitatis. Quia quemadmodum vniuersitatis eiusdem nature partes elementa mundi sint, ita & eiusdem rationis partes elementa sint earum rerum, quæ ex parti-

Elementa
non esse cō-
traria.

partibus variæ diuersæq; naturæ cōstant. Ex hoc facile intelligitur elementa non esse cōtraria cum quod nihil sit essentia cōtrarium, ut in metaphysicis dictum est. Tum quod sicut non est in alijs concretum, concreto cōtrarium, quod sit vnum quodque quatuor cōtrarijs compactum & copulatum, ita neque in elementis, cum cōcreta etiam sint. Quod si qua repugnantia esse videatur, non inter ipsa, sed inter ea quæ in ipsis eminent, atque præstant, est: ut humoris præstantia, quæ est in aere & in aqua, cōtraria est præstantiæ siccitatis, quæ est in terra & igne. Sed dicit fortasse quispiam tres primæ qualitates eminent & præstant in tribus elementis, ut in aere humor in aqua frigus in terra siccitas. Ergo oportet in natura ponere aliud elementum in quo calor emineat, ut sit apta consonaque totius vniuersitatis proportio, & temperatio. Quare non est negandum aliquo vniuersitatis loco ignis vim magnam, sicut aliorum elementorum asseruari. Sed calor viget non in igne elemento, sed in prima mundi parte, quæ cælum esse diximus & ob eam rem æther vocari. Quæ pars tota feruida est propter solis stellarumque splendorem cæterisque mundi partibus salutarem tribuit vitalemque calorem. Quod ita intelligi debet calidum illud igneumque cœleste, sic omni fusum esse natura, ut omnes mundi partes singulæque in eo positæ rerum species isto sustineantur foueanturque calore & in tanta diuturnitate seruentur. In eoque sit procreandi vis & gignendi causa, & quidquid ad res seruandas & tuendas attinet, isto calore

Calor in cælo
viget qui
res omnes
fouet.

fulcietur, & sine ipso iners & ignaum sit. Quare non dubito, quin absurdum sit, & natura alienum aquam, aut terram isto calore cœlesti destituta posse consistere. Calor porrò cœlestis in eo non nihil exprimit & imitatur primum rerum omnium auctorem, quod cum moueat ea omnia quæ Lunæ circunuectione continentur ipsum tamen cælum in quo est, quod vi patiendi careat nihil moueat, aut vilo modo afficiat, sed quod rebus caducis est calor & ardor rebus perpetuis est lux modo & splendor. Hoc itaque cœlesti calore, cum sit contenta vniuersitas non est illud tantum ignis dictis de causis desiderandum. Et quia nullus eius visus totam attingens vniuersitatem cognoscitur. Nemo enim ignis, sed cæli calore res foueri putauit. Ac elementum quid sit, & quot elementis vrbis totus cōpleatur, ac quatuor qualitatibus permixta esse declaratum est.

Cap. 6. Quæ ratione primæ qualitates coniungantur.

Ed cum quatuor primis qualitatibus concretum & elementum admisceatur: grauis quidem statim oritur dubitatio, de vera cōtrariorum definitione, quæ in metaphysicis de Aristo. & omnium philosophorum sententia nemine quæ ego sciam cōtraria dicente explicuimus. Cōtraria esse quæ se circa idem subiectum expellunt. Si ergo quatuor cōtraria in eodem concreto sunt non se igitur eiciunt. Non enim dicendum est in alia cōcreti parte esse vnum cōtrarium in alia vero aliud. Hæc enim non magis esset permixtio, quam si in diuersis cōcretis inessent. Recentes nouique philosophi dicunt, si vnum cōtrarium

ad summum usque peruenit alterum expellere, non autem si remissum est. Perinde quasi summa contentione quodcumque contrarium locum totum occupet, remissa vero non nihil loci relinquat. At siue contendatur, siue remittatur semper eundem locum contrarium tener: nec ex hoc spectatur contentio & remissio, ut alio loco explanatum est. Et contrarium est non solum extremum, atque summum remisso, & summo, sed etiam intermedium, & interiectum intermedium, & interiecto, & in interiectis. Contrariorumque omnium est distantia inter se, & se expellere ut eorum definitio docet, non ergo in idem possunt subiectum conferri. Fernelius ait cum permiscentur eorum vires esse retusas, atque compressas, & ob eam rem copulari posse. Sed hoc non differt ab eo quod alij dicunt de intensis remissisque qualitatibus. Et sicut vires contrariorum firmæ firmis contrariæ sunt, ita & debilitatæ debilitatis, non ergo in eadem re cernuntur. Quare illud mihi maxime placet, quod in secundo physica de motu differentes terigimus, & traditur ab Auicenna, licet à Fernelio nullo argumento refellatur: ex quatuor contrarijs eodem subiecto coniunctis aliam qualitatem contrarijs intermedium constitui, vtriusque participem. Item vsuuenire cernimus, ut cum variæ diuersæque essentia copulantur, atque miscentur aliam à singulis diuersam confici. Ut cum medicamenta ex rebus varijs parantur. Mula etiam ex asino oritur & equa, colores intermedij constantur, cum nigra cum albis confunduntur. Nemoque contem-

Quo pacto quatuor qualitates in cœcretis miscentur.

platus est vnquam in eodem subiecto album & nigrum herere per se. Sed si conferantur interiectum colorem nasci. Idem ergo quod in rebus cæteris contingere necesse est, cum quatuor primæ qualitates permiscentur & confunduntur. Sed inter physicos & medicos, queri solet, Vtrum natura contingere possit æquali pondere atque mensura commistum aliquod ab vtroque extremo contratio, distare, ita ut non minus frigidum, quam calidum, nec siccum, quam humidum sit. De qua re inter medicos doctissimos magna dissensio est. Auicenna enim & alij Arabes existimant, nequaquam id contingere posse. Galenus tamen & alij id in rebus esse contendunt. Nam Galenus optimum præstantissimumque temperamentum in ea re sitam esse dicit, ut in medio ad pondus & mensuram æqualem contrariorum extremorum collocetur. Ita enim ne calidum neque frigidum, neque siccum & humidum erit. Sed singularis & exquisita temperatio. Omnium corporum naturalium hominem proprius ad hanc temperationem putat accedere. Etenim eius natura sicut alijs præstat, ita optimam constitutionem sibi vindicat. Ex omnibus autem humani corporis partibus temperatissimam cutem esse iudicat: quod tactus sedes sit. Quæ norma atque regula in alijs corporibus præstantiam æstimamus quatuor qualitatibus primarijs. Minime vero rectum & certum iudicium hæc norma & regula fieret, nisi æqualiter ab vtroque extremo contratio recederet. Si enim in alteram partem inclinaret, quod ex ea parte in alijs corporibus eminet-

Galenus dicitur de æquali contratio ab vtroque extremo.

ret non ita rectè sentiret. Ex ipsa etiam cutis compactione facile patet medium primarum qualitatum gradum tenere. Nam bene computa ratione temperationis partium omnium corporis humani cuti media inter omnes temperatio data est. Quæcumque enim partes animalis cutis sunt duriores, veluti ossa, cartilaginee, cornua, pili, vngues, ligamenta, vngulæ, calcaria, in his omnibus siccum eminet. Quæcumque verò moliores sunt sicuti sanguis, pituita, seuum, adeps cerebrum medulla, tum spinalis, tum altera, in his humidum excellit. Quanto verò siccissima omnium, quæ sunt in homine pars, cutem siccitate superat, tanto rursus quæ est humidissima, à cute superatur. Satis ergo liquet humori & siccitati cutem esse interiectam & mediam. Calori autem & frigori ex hoc cognoscetur. Quod sit veluti sanguine præditus nervus, & tanquam inter carnem & purum neruum interiectus, & quasi ex vtriusque commistus. Verum tamen nervus omnis est, ut exanguis sic & frigus: Caro verò multi sanguinis & calida; inter hos inter media cutis est, ut nec sanguine vacet, ut nervus, neque abundet ut caro. Calidissimum verò in corpore sanguis est, frigidissimum pituita, cutis vtriusque est intermedia, ut quæ calore præstant tanto sunt cute calidiora quanto plus sanguine abundant. Frigida verò tanto sunt frigidiora, quanto minus habent sanguinis. Probatum est, tum ex tactu, cuius cutis sedes est, tum ex ipsa cutis materia ac constitutione intermedij quatuor primarum qualita-

tum locis esse sitam, æqualiterque ab eorum extremis distantam. Præsertim si pars illa cutis omnium temperatissima designetur, qualis est concavum manus & palma, qua in primis homo utitur ad res tractabiles iudicandas & æstimandas. Itaque Galenus non dubitat quin cutis palma temperamento sit omnium optimo. Quod illi est intermedium pari & æquali intervallo inter quatuor primarum qualitatum extrema. Sed hæc Galeni sententia licet probabiliter & doctè explicata sit. Multa tamen quæ probanda erant, ut suam confirmaret sententiam, non probat. Siquidem primum non constat hominem perfectè & absolute tactu sentire. Sicut enim quidam sensus hebetiores & tardiores homini, quam cæteris animalibus tributi sunt, ita tactum licet alijs acriorem sit consecutus fortè tamen non plenus & integer. Quod enim non sit accertimus & perfectissimus facile Theologi probarent. Nam sanior & valentior futurus est, cum à mortuis corpora ad vitam beatam excitabuntur. Tum licet probari videatur cutem intermedium statum inter corporis partes obidere, minimè tamen probatum est, quod est in corpore medium esse medium in tota primarum qualitatum natura. Nec etiam probatum est præstantissimam corporis constitutionem media quatuor qualitatum temperatione compactam, & coagmentatam esse. Quoniam fortè plus earum qualitatum exigit, quæ habent patienti vim, quam earum quæ faciendi. Quod hæc potius, quam illæ sua natura moueat, & immutent. Sed alio

argumento probat Fernelius in gradum posse medium reponi, quod quatuor est primis qualitatibus temperatum. Nam ab vno extremo ad aliud non peruenitur, sed ex valde frigido & valde sicco fieri potest valde calidum, valdeque humidum, ergo medium vtrorunque ante oportet obtinere. Sed medium statum quaerimus, quod autem fluit & mouetur non stat. Tum quod labitur & breui percurrit, neque diutius in eodem statu est: potius in his rebus numeratur, quae non sunt, quam quae sunt. Itaque quatuor primarum qualitarum medium verum & absolutum difficile constituitur difficultisque notatur & inuenitur. Quod autem alij quaerunt vtrum medius status constare possit earum qualitarum, quae vim exhibent mutandi locum, inepta & stulta quaestio esse videtur. Non enim haec qualitates inter se permiscuntur, sicut neque locus superior & inferior. Cum natura potius segregati sint, atque distincti. Sicut etiam non commiscuntur motus sursum, & motus deorsum, medio enim vacant. Sicut par & impar. Quare futilia sunt & inania quicquid isti de hac quaestione pronunciant. Tum ea quae dicunt de temperatione innata & iniecta. Sermonem ergo habuimus de ratione missionis quatuor primarum qualitarum, difficileque esse ad mediocritatem omnes venire difficiliusque postquam venerint comprehendendi.

Cap. 7. De causa efficiente ortus & interitus.

Hactenus de materia differuimus, in qua ortus omnium & interitus vertitur. Elementa enim ad materiam reuocari docuimus. Diximus etiam de forma in qua ortus, & interitus finis & exitus positus est. Sed his duabus causis minime tota ortus & interitus ratio continetur. Sed aliae necessariae sunt, efficiens & finis. Materia enim per se formam non adificeretur, si non moueretur ab efficiente, nec efficiens ad effectum villo modo aspiraret, nisi a fine excitaretur. Ac de totis his causarum generibus satis & in metaphysicis, & in principio physicae disputauimus. Nunc quod attinet ad generationem, & occasum essentiae, efficientem tractamus. Nam finis ratione tantum a forma distinguitur. Sicut autem generatim & vniuersae de ortu & interitu disputamus, ita generalis & vniuersalis eius causa efficiens exploranda est, Rerum autem mortalium ortum & interitum perpetua consequentia contineri demonstratum est. Huius porro perpetuitatis mortalis, & caduca causa esse non potest, licet multa deinceps connectantur. Siquidem earum series & ordo non potest, nisi a re aliqua stabili, firma, certaue introduci. Causa ergo perpetua inuestiganda & praeposenda est rerum lubricarum consequentiae. Eaque corpora esse debet: vt toti corporatae naturae, in qua versamur respondeat. Talis autem nulla in tota vniuersitate nisi caelum est. Caelum ergo est efficiens causa, quam quaerimus, quod motu & luce sua earum rerum seriem, quae ortum & interitum habent administrat, atque gubernat.

Motu vero quoniam semper motu cietur, eo qui est ad locum. Qui motibus omnibus atque adeo rerum ortui supra antelatus est. Quoniam ortus constare non potest sine motu per locum, quia causam exigit efficientem, quae motu eo, qui fit per locum ad efficiendum accommodatur. Sicut autem caelorum motus est multiplex, ita varia est & multiplex fragilium rerum generatio & interitus. Multiplicem autem dicimus caelorum motum, non solum propter obliquum solis circulum, cui totam variae generationis causam Aristoteles attribuit: sed etiam propter vagos fusosque omnium planetarum cursus. Quorum etiam continuatio ortum & interitum variarum rerum continuat, atque perpetuat. Quia enim aliquid est, quod perpetuo pulsu agitur. Continenter & semper rerum generatio, & interitus est. Quia vero multa sunt, quae vario motu cietur, variae rerum mutationes & vicissitudines non deficiunt. Quod autem vim magnam caeli habeant commouendi commutandique rerum lubricarum & caducarum statum, Solis motus in primis declarat, cuius accese vere, & recessu hieme tanta orbe terrarum apparet commutatio. Item ex eo quod eius cursus propius a quibusdam terrae plagis, vel longius absit, magna extat in his rebus quae in illis oriuntur varietas & dissimilitudo. Aliae enim res nascuntur, & alij sunt hominum mores & corporis habitus, in terris quae ad meridiem, & in ijs quae ad septentrionem spectant. Est etiam considerandum, quod sicut caeli in orbem circunque fe-

runtur, ita & res licet fragiles & infirmae in orbem volui videntur. In hoc tamen est inter caelum & res fragiles magna differentia, quod caelum sicut idem perpetuo manet, ita eodem numero eius partes ad eadem numero loca regrediuntur. Res autem infirmae, quia delentur & accidunt, eodem numero redire non possunt. Quod enim semel extinctum est, restitui non potest. Siquidem in metaphysicis traditum est habitum, qui priuatione deletus est, nunquam recuperari posse. Tamen si non numero specie tamen eadem retro conueant. Fit enim ex homine cadauer, ex cadauere vermes & terra, ex terra herba, pecudes herba pascuntur, pecudum carne alitur homo, & ita extinctus homo specie idem ad eandem materiam reuertitur. Motu suo igitur caelum res agitat caducas, easque in orbem circunque torquet. Lumine etiam suo eas vehementer commouet & afficit. Quoniam vt antea dixi, quod est caelis lumen, terris est calor, & eius attenuatio & imminutio frigoris & aliae variae qualitates: sicut varia est & multiplex Solis & stellarum luminis ratio. Cuius rei exploratissimum argumentum est aestus, quo terris aestate iactamur frigusque, quo hyeme conficimur. Aestus etiam maritimi, qui ortu & obitu Lunae commouentur. Sed hunc calorem caelestem alio loco pluribus attigimus. Motu ergo & lumine suo immutant astra quod orbe suo Luna ambit. Hactenus ergo dictum est de toto ortus, & interitus causarum genere. De facilitate vero & difficultate quae se res aliae in alias vltro citroque vertunt, nihil amplius dicere oportet, quam in ea re non solum

De facilitate & difficultate quae se res aliae in alias vertunt.

primas, sed alias etiam qualitates considerandas esse. Tamen quoniam ea quæ se vertunt omnia, siue elementa, siue mixta sint, ex quatuor, ut probauimus qualitatibus constat adiudicandum de celeritate & tarditate conuersionis, qualitates animaduertendæ sunt, quæ præstant & eminent. Tunc quæ maiore earum, quæ præstant societate tenentur, siue primæ, siue secundæ sint qualitates, facilius se vtro citroque vertunt, quæ verò minore difficilius. Ut quia ignis calore excellit, aer etiam ignis raritate, aer item, facilis erit & celer eorum inter se conuersio. Tamen quia ignis & terra, licet siccitate vterque exuperet, verum longè raritate discrepant inter se, non ita facile inter se mutabuntur. Ita etiam quia ignis & aqua ijs qualitatibus eminent, quæ valde inter se contrariæ sint, difficilis & tarda futura esse videtur eorum inter se versio. Sed tamen quia rarior est aqua, quam terra fortè celerius, quàm terra in ignem conuerteretur. Animo etiã reputandum est, quæ qualitates vehementius efficiant, & quæ magis resistant, ut calidum & frigus acrius efficiunt: siccum & humidum minus, sed magis resistunt, sicut etiam durum & densum. Quæ vehementius agunt & vrgent faciliorem commutationem reddunt. Quæ firmiter resistunt eam magis impediunt. Qualitates ergo sunt omnes ponderandæ, ut certius iudicium de facili, vel difficili conuersione fiat. De ijs verò rebus quæ necessario sunt, vel oriuntur & occidunt, vel in alterutram partem cadunt, ut oriri vel non oriri, aut esse & non esse possint, nihil aliud restat explicandum, quàm ea quæ in metaphysicis posuimus.

Cap. 8. De accretione & diminutione.

Hactenus de ortu & interitu disseruimus, quæ mutationes sunt: quibus nascitur aut extinguitur essentia, quod est in materia positum. Nunc de accretione, & diminutione disseramus, quibus quantitas adijcitur, vel abijcitur, quod est etiam materiæ. Atque has esse mutationes, sicut & ortus nemo dubitat. Quidam tamè arbitrantur accretionem non continuè fieri, sed separatim, ut si multè deinceps generationes fierent. Multique non contemnèdi, sed graues auctores in hanc sententiam citantur. Quare ex horum auctorum sensu & opinione accretio non est motus. Motus enim natura sua actu & potestate continuatur, & eiusdem ad numerum motus finis & terminus, interruptio est. Ita ut si motus semel interruptatur, non idem ad numerum motus sit. Multisq; nos declarauimus, cū de motu egimus, motum esse continuum tempusq; cum metiri & quemadmodum tempus diuidi. Ut sicut tempus per se vique sua continuationem requirit ita & motus. Præsertim cum nihil aliud tempus sit, quàm motus numeratus consequentia quadam & connexionione prioris & posterioris. Quam connexionionem planè tollunt, ac proinde motum, qui accretionem continuam esse negant. In quo miror eos, qui de Arist. disciplina gloriantur & eius interpretes esse iactant. Non animaduertere quantam hac opinione Arist. doctrinam euerterat, & quàm sibi ipsis contrarij sint. Nam Arist. interpretantur, atque sequun-

Accretionem continuè fieri.

sequuntur motum in tres species partientem, in quibus numerat accretionem & diminutionem. Item cū dicit motum in tribus duntaxat rebus versari in quantitate qualitate & loco. Sed si accretio motus non est, quis nam alius motus ad quantitatem referri potest? Iam verò accretio per se est actus eius, qui accrescit qua ex parte potest accrescere: igitur est motus. Quod sit actus perspicuum est, non enim accretio esse dicitur, cū nihil accrescit, sed accrescere potest. Sicut motus non est cū nihil mouetur, sed moueri potest. Quod autem sit eius qui potest accrescere, qua ex parte potest, ex eo perspicui licet, quod aliter non fieret, sed facta fuisset accretio. Sicut simul atque actus eius est, qui generatur, non amplius generare dicimus. At incrementum tempore fit, & per tempus aliquid augescere dicimus. Nam tempore maius occupat locum quod accrescit. Quod argumentum vehementer hos auctores rescommouere deberet. Etenim accretionem & diminutionem consequitur sua vi motus ad locum. Motus autem ad locum continuus est diurnitateque conficitur. ergo & accretio & diminutio continua & diurna est. Si enim quod augescit vi, & natura sua mouetur loco. Nihil autem loco moueri potest, nisi tempore, nihil ergo nisi tempore crescit. Sicut igitur tempus continuum est, ita & accretio erit continua. Quo etiã labefactatur argumentum & totum contrariæ sententiæ firmamentum & robur. Dicunt enim illi incrementum nullum sine generatione constat. Res enim viuente animalia arbores & plantæ augentur, quòd aliquid eis corporis viuen-

tis accedit, nihil autem corporis viuentis sine ortu existere potest. Oritur ergo corpus illud, quo viuens corpus augetur. Ortus autem neq; continuus, neque motus est, incrementum igitur, nec continuum, nec motus est. Quod si hoc argumento aduersari implicantur cur illud de motu, quod posuimus non explicat. Cum eadem vi eisdemque vestigijs vtrunque concludatur. Sicut enim illi dicunt accretio non est sine generatione, ita & nos dicimus accretio non est sine motu ad locum. Et sicut isti assumunt generationem non esse continuam, sed temporis puncto consistere. Ita & nos etiam adiungimus motum ad locum continuum esse temporeque confici. Nos autem facile eorum argumentationem dissoluemus illud generationem non esse continuam, quod assumunt, enodantes. Vel enim generatione incipit existere, vel non incipit, sed quæ erat augescit. Si existere incipiat, non continuum, sed temporis puncto eius esse principium necesse est. Ut alijs locis declarauimus, si autem non incipiat, sed quod erat augescat. Sicut motus sit accretio, ita motus naturam sequitur, ut tempore diurno fiat. Sicut etiam lumen dubium non est, quin temporis puncto per aera totum quem illustrare potest diffundatur: tamen si corpus quod lumen affert motu cicatur, ut exempli causa Sol extremæ tamen aeris partes, qui eius fulgore collucet, quæ vniuscuiusque regionis finitorem terminatur, sicut Solis motum sequitur, ita sine dubitatione motu temporeq; alias, & alias aeris partes extremas incipiunt illustrare, sic ut nulla assignari possit finitoris extrema pars,

qua prior alia, & alia illustrata non sit, Ita in accessione nullius partis re ceter genitæ ostēdi potest accessio quā alterius prioris accessio nō præceserit. Et sicut motus omnis inchoatur extremo temporis puncto quo non est, & proximè post erit, ut iam explicatū est, ita & accretio ac proinde eius substantiæ, quæ accrescit ortus. Sic ut rectè dicatur nunc hæc pars, quæ accrescit non est & proximè post erit. Quod si tunc illa non est: ergo cibus est, ex quo efficienda est. Non enim vilo temporis instāti vacare materia forma potest. Quod si cibus tunc est illud instans est extremum quod cibus est. Quare cibus in accretione interit & esse desinit extremo aliquo eius tēporis instanti, quo est suprestes. Accretio ergo & generatio, quæ eam consequitur & continua sunt & tempore fiunt. Et ita nominatur accretio velox & tarda sicut & motus. Sed in eo vehementer absurdi sunt, qui contrariam amplectuntur sententiā, quod accretionem motum ad quantitatem esse statuunt, & continuam esse negent. Perinde quasi motus vilo modo esse possit non coniunctus, atq; continuus, aut temporis puncto fieri. Cum natura sua sit e rebus cōtrarijs acta & potestate concretus, quæ simul esse repugnat. Ortus autem licet vi sua temporis minimo momento sit. Quod res tota quæ oritur simul constet. Tamen cum multæ deinceps generationes consequuntur, ut in accretione non repugnat, sed potius congruit convenitq; naturæ aliam esse generatiorem re ipsa & aliam potestate, quo motus tota ratio completur. Et sicut in accretione generatio incidens continua est, ita & in diminutione interitus.

In eo igitur ortus & interitus, qui simul cum accretione & diminutione sunt accretionis & diminutionis similes sunt, quod ad hęcscāt inter se, & alia alias apprehendentes continuatur. In eo verò sunt valde dissimiles, quod ortus & interitus referuntur ad substantiam: ille ut nascatur hic, ut extinguatur. Accretio vero & diminutio ad quantitatem illa ut augeat, ista verò, ut decreat. Non referuntur autem per se ad maiorem vel minorem quantitatem, ut quidam docent. Nam cum maius & minus sint in his, quæ cum aliquo conferuntur, si per se illa spectarent, motus esset ad ea, quæ ad aliud affecta sunt. Cum positum sit non esse nisi ad quantitatem qualitatem & locum. Quarit ergo accretio & imminutio per se quantitatem per aliud autem maiorem vel minorem. Quia ex eo quod additur alteri, est maior quantitas, ex eo verò, quod detrahitur minor. Tum in eorētā discrepant, quod accretio per se vique sua est continua: nam per se est motus. Generatio verò per aliud quod motui adiuncta sit motuque dirigatur. Ad hæc in generatione nihil præcedentis essentię remanet, sed tota de integro fit, nam ex non homine fit homo, utriusque sola prima materia subiecta. In accretione verò idē corpus manet, cui aliquid accedit, quod crescere dicitur, vel abscedit, quo decretere. Quare in ortu nihil se vertit, atque mutatur, sicut in accretione & diminutione, quod nullum corpus, quod sensu percipiatur, subsit in ortu, sicut in accretione & decretionē. Quod item accrescit, atque decrecit, loco moveri necesse est, tenet enim semper vel maiorem locum, quod

In quo accretio a generatione discrepet.

crecit

crecit, vel minorem, quod decrecit, quod oritur verò ex se, & sponte sua locum non mutat.

Cap. 9. De modo accretionis.

Nunc opera dāda est ut explicemus quo pacto accretio procedat. Quæ ratio ut firma certa que habeatur tria integra servanda sunt, quæ prisca recentisque philosophi in accretionem convenire voluerunt. Vnum est quamvis partē eius, quod augetur crescere, ut si augetur arbor, quantumque eius partem ex crescere & animalis eodem modo. Quare ad hoc genus accrescendi non attinet cum ignis, vel aqua alio, vel igne, vel aqua ingestis augeantur, neque quando ignis alia admota materia excrecit. Sed accretio, in qua versatur, res tantum viuentes attingit, quorum est proprium, ut ad singulas earum partes pertineat. Alterū quod in accretione, quam persequimur postulat est, ut id ipsum, quod augetur saluum & incolume servetur, ut iam expositum est. Tertium, ut quod augeat, alicuius rei accessione maius reddatur. Quibus præpositis inuestigandum est quid nam illud sit, quod accedit. Non enim corpore vacat & inane est, ut aliqui putarunt. Siquidem illius accessione maius redditur id cui accedit. Ergo ipsum magnitudinem affert, ergo magnitudinem habet: nihil autem magnitudine præditum corpore vacare potest: quippe quæ in corpore tantum cernatur: corpus igitur est, quod apponitur. Nec enim accretio mutatio est ex re, quæ nec magna, nec corporea est in re, quæ magna & corporea sit. Hanc e-

Tria in accretione servanda.

nim mutationem ortum esse posuimus, ab eaq; multum accretionem discrepare. Tum quod licet ortus subiectum sit id, quod non est substantiæ corpus. Tamen est eius subiectum, atque materia corpus quantitatis, ut explicatum est. Corpus autem quantum aliqua magnitudine teneri necesse est. Cum ergo ortus ex re nō sit, quæ sit corporis & magnitudinis expers, multo minus accretio esse potest, quæ sua vi in corpore magno tota versatur. Sed si ex corpore accretio sit, ubi nam corpus illud, quod accrescit, est? Nam vel intra corpus ipsum quod augeat. Tum duo corpora in eodem essent loco, quod fieri non potest, vel extra, tunc explorandum est, quo pacto cum partibus omnibus coherescat, tam cum his quæ extra, quæ illis quæ intra sunt. Sed animadvertendum est à cibo quo, qui vitam agunt, aluntur, succū fecerunt, eumque ad totum corpus per fibras in plantis, in animalibus verò per venas & arterias, & per alias vias & semitas angustissimas, quibus omnia corpora plena sunt, manare ad singulas corporis totius partes, quo vi cuiuscunque partis in ipsam verso alitur & augetur. Itaq; corpus quo accretio est intra ipsum corpus, quod augetur est per eius vias & angustiores semitas permeans atq; transiens. Quod si nihil amplius singulis huius succi partibus imbibatur, quam ab earū calore consumptum est, ali tantummodo censetur. Sin autem aliquid amplius absumatur augeri dicitur. Exposita igitur ratio est, qua quod augeat alicuius rei accessione augeatur. Sed nunc restat explanandum quo pacto verum sit, quod positum est singulas

Accretio quo pacto fiat.

corpo

corporis partes augeri, cum sint innumerabiles & infinitæ, vt alijs locis traditum est. Tum multæ partes corporis colore vel alia vi humoris absorptæ, quotidie extabescunt. Non ergo omnes excrefcunt. Sed huius rei difficilior explicatio est, quod nihil artificiosè, aut hominis industria potest per omnes partes accrescere & imminui. Sed vt hoc planum à nobis & perspicuum fiat, considerandum est. minimè illud quod positum est, ita intelligendū esse, vt per singulas materiæ partes accretionem & diminutionem manare putemus. Et enim fluit labiturque materia semper. Et partes eius sunt infinitæ. Sed cū omnes partes augeri dicimus ad formæ & figuræ partes referendum est. In quo tota intelligendi accretionem, & imminutionem difficultas sita est. Sed vt id facilius percipiatur, non tota corporis molles, sed cuiuscunq; partis figura ante oculos ponenda est, vt frontis, naris, oculi, nerui, brachij manus ve figura. Deinde considerandū est, quod si aliqua artis, aut ingenij vi, vel trianguli, vel quadranguli, vel circuli, aut alia quæcunq; figura augeri aut imminui posset, quatenus talis esset. Quod fieret si eadē figura relinqueretur: quantacunq; pars, quæ adiungeretur esset. Omnes figuræ partes maiores fieri necesse esset. Nam tunc eadem proportione & ratione, qua ante pars cū parte comparetur. Sed vna pars est maior, quàm antè cui additum est, ergo omnes partes sunt maiores. Idē argumētum in diminutionē transferri faciliè potest. Cū ergo manus, vel brachij, vel musculi figura ex adiunctione & in seuerfione succi, qui ex alimento seceratur, ex-

Ad figuræ partes referendum est cum omnes augeri dicimus.

erescat, si eadē manus, vel brachij, vel musculi figura, quæ antè remaneat omnes eius partes excreuisse necesse est. Rectè ergo & nature ordine præpositum ex philosophorū sententia est omnes eius, qui crescit partes excrefcere. Ex quo faciliè patet quando rebus alijs, vt igni aquæ & aeri, aut cumulo aliquid accedit, aut abscedit accretionem, vel imminutionem esse materiæ non formæ: quod forma semper & figura mutantur. Quare huiusmodi accretionis, & diminutionis ratio non pertinet ad philosophum, qui totus in rerū formis versatur. Quod autem decurrente ætate animalis nonnunquam figura leuiter commutetur, nihil huic rationi obstat: siquidem idem animal eademque eius esse figura dicitur. Accretio ergo est in sitæ magnitudinis per omnes eius partes, quod ad formam attinet accessio. Diminutio autem abscessio. Est ergo sponte sua accretio & diminutio, non alterius rei mutatio, quàm magnitudinis: ex minore in maiorem accretio, ex maiore verò in maiorem diminutio. Nam res eadem magna, & eadem affecta qualitate in alterutra magnitudinis mutatione subest. Accretionis verò & diminutionis materia eadem est, quæ eius, quod nutritur. Cibus enim accretioni, diminutioni, & nutritioni viuientis materiam affert. Eadem est etiam ipsorum forma. Tunc enim cibus auget, vel imminuit, vel nutrit, cum eius, quod augetur imminuitur, atque nutritur forma ad cibi materiam permanat. Quod si postquam informatum est aliquid, ei, in quod est versum accedat, accretio est sin autem abscedat diminutio, si nihil autem, nec accedat

Accretio quid sit.

Materia accretionis.

dat, nec abscedat nutritio est. Quare cibus sua vi nō augetur: licet contingere possit, vt maior, quàm ante fiat, cum moueri & affici incipit. Quia minimè remanet, sed in id potius, quod attingit, conuertitur. Ob eamque rem illud excrefcit, cuius causa cibus suscipitur. Causa verò harum rerum efficiens est vis ipsa, non viuientis, solummodò, sed etiā cibi, dum se cum illa cōfundit. Quo fit, vt cibus alius alio sit, ad munus suum præstandum aptior. Explicatum igitur est, quid sit accretio, diminutio, & nutritio. In eaque re id obtinimus, accrescere, atque decrescere, atq; ali, quod idem remanet. Præterea illud, quatenus partem, aut maiorem, aut maiorem reddat. Et ex re corporata, quæ maior sit, augetur, nec in eodem loco duo corpora esse.

Et ex re corporata, quæ maior sit, augetur, nec in eodem loco duo corpora esse.

Cap. 10. De terminis accretionis, & diminutionis.

Verum quæri à physicis solet, vt rum rebus omnibus sint à natura constituti termini accretionis & diminutionis. In qua re examinanda intelligendū est nihil ad hanc tractationem eas res pertinere, quæ nulla ratione augetur, aut imminui possunt, vt celi & stelle. Illæ verò res quæ maiores fieri queunt, aut augentur ratione materiæ, aut ratione formæ. Ratione materiæ ex crescent, quæ adiectione quadam ex parte & nō ex omni parte maiora redduntur, vt ignis & aqua, & id genus alia, vt capite superiori explicatum est. Hæc licet non sua vi, quæ in forma insita est, sed externa augetur, finem crescendi non habet. Quia externa

Res aut ratione materiæ, aut formæ augentur.

vis modis infinitis adhiberi potest. Itaque licet, vel terra, vel aqua, vel aer; vel ignis totum spatium quod est intra Lunæ ambitum occuparet. Sicut id nature vi fieri non posset, ita maior aliqua vis cælorū impedire meatum tollere posset, quo ultra id quod augetur, progredere. Quod quidem non harum rerum nature, sed totius vniuersitatis repugnaret. Res verò quæ sua & non extranea vi augetur, sicut nullius rei vis est infinita, ita in infinitum non possunt crescere. Quare certus rebus omnibus, quæ viuunt modus ac terminus præscriptus est, quem præterire non possunt. Quod ipsa rerum constitutio declarat. Nam ea quæ sunt eiusdē generi nature & species parum magnitudine discrepant. Statu enim habitu & corporis lineamenti homines inter se pares sunt & æquales: leones item elephantēs & equi. Nec vnquam homo equo, aut elephanto, aut cupressō pinui, aut monti equalis visus est. Quod si rerum generibus non essent à natura termini vlli crescendi constituti, longè maior in eis varietas & differentia esset. Terminos ergo res oēs habent accretionis, quos cuiusvis genus & natura postulat. Diminutionis verò nō tantum ijs rebus, quæ vitæ sunt participes, sed etiā quæ vitæ sunt expertes existimo esse constitutos. In eoque differt accretio à diminutione, quod accretioni earum rerum, quæ aliena & aduentitia vi augetur, nihil per se & vi sua obstat. Non enim ab earum est natura alienum, vt alia & alia partes infinitè copulentur & cohærescant. Sicut non est numerorum rationi contrarium, vt vni plures & infiniti numeri adijciantur. At multa dimi-

In quo accretio à diminutione differat.

Certa magnitudinem quævis natura postulat.

Diminutio earum natura non patitur. Sicut enim præparationem quãdam quævis natura desiderat antequam materiam occupet & informet, ita & certam magnitudinem. Etenim magnitudo & paruitas sicut accidentia sunt materiæ & corporis quanti, ita illud, sicut alia accidentia pro formæ suscipiendæ ratione comparant. Non enim quævis magnitudo satis est cuiuscunque formæ ad munera sua præstãda. Et sicut hominis non sufficit naturæ ad officia sua exequenda muscæ vel formicæ magnitudo: ita neque fortè ignis ad calefaciendum & comburendum, neque aqua ad refrigerandũ. Cùm ergo certa paruitas, vel magnitudo in præparationibus formarum numeretur. Certus est eis finis & modus à natura præscriptus. Tamen probat Scotus eis rebus quarum omnes partes similes sibi sunt, ut igni aeri & carni non esse vllum, quod attinet ad paruitatẽ, terminum à natura præscriptum. Nã earũ materia infinite secari potest. Formaverò est quacunque parte similis, ad partes ergo quantunque paruas redigi potest. At illarum rerum materia nullo est sectioni impedimento, quippe quæ in partes innumerabiles, quod sit quantitatis corpus, diuidi possit. Forma verò diuisioni repugnat, quia non quacunque parte separata seruat, licet cum alijs copulata salua & incolumis sit. Tum quod potius vi, quàm re ipsa pars sit. Sed vrget ille, harum rerum forma est per totum corpus diffusa, ergo sicut ab ipso corpore quacunque minor pars separari potest, ita & a talibus corporibus, ut ad minimã nullã perueniri queat. At alia ratio est corporis quatenus

corpus est alia quatenus tale. Quatenus enim corpus est, quacunque præparatione contentum est. Quatenus autem tale, corpus est non quacunque, sed ea quæ congruens conueniensque suæ naturæ sit. Et ita congruentem tali formæ magnitudinem requirit. Et sic facile dissoluitur quod adiungit. Quod si minimum illud corpus similitum sibi partium proponatur, diuidi potest, cū quantum sit. Ergo in minores partes, sic ut proposita nullo modo minima sit. At diuidi quidẽ potest corpus quantum, sed simul atque diuidatur labitur & fuit illa eius natura quæ minorem partem non patiebatur. Maneat ergo fixumque sit rebus omnibus quod attinet ad paruitatẽ terminum aliquem esse à natura præscriptum. Proximum est ut doceamus qualeshi termini sint. Nam quatuor noui physici terminos distinguunt. Duos insitos & innatos, & alios duos assumptos, atque remotos. Insitorum alius ad accretionẽ, alius ad diminutionem spectat. Accretionis terminus ita declaratur, ut sit is, ad quem res natura sua potest peruenire, & ultra non potest progredi. Quem illi vocant maximũ quæ sic, potest latinè maximũ terminũ quem res cõsequitur nominari. Diminutionis verò est ad quem res recidere potest, ad minorem verò non potest quem illi nuncupant minimum quod sic. Id est minimum qui à re obtineri potest. Assumpti verò & externi termini sunt vnus etiam accretionis & alius diminutionis. Accretionis est quem res ad ipsi non potest, & quencunque minorem potest. Quem illi nominant minimum quod non, hoc est minimum eorum quos res continere nõ potest.

Quatuor terminos accretionis & diminutionis.

potest. Diminutionis verò est ad quem non potest redigi res & ad quencunque maiorẽ potest. Quem appellat maximum quod non hoc est maximum eorum quibus res contineri non potest. His positishos terminos, quibus res natura circumscribi & definiti demonstrauimus existimat Paulus Venetus insitos esse non posse, sed assumptos, atque extrinsecus ductos. Hoc argumento conuictus. Si enim ad terminos insitos res vlllo modo perueniret, simul atque illos euelleret ex definitione data periret. Ut si maximus homo aliquo casu intumesceret, aut minimus contraheretur, continuo periret. Notaretur ergo extremum instans in quo aliqua essentia est. Si quidem res ad metas hærens est: & statim, ut illas euellit, non est. Extremum ergo notatur punctum, in quo est. Vel possumus ita hoc argumẽtum premere & vehementius vrgerẽ. Simul atque ille homo intumescit occidit, cū tumor motus sit ex his quæ de motu diximus, constat tempore inchoare, & ita principium eius declaratum. Nunc tumor non est & statim post erit. Sed si tumor nõ est ergo homo est. Et si statim post erit. Ergo statim post homo interibit. Notatur ergo punctum quãdo homo non est & statim post non erit. At hoc est extremum eius punctũ. Ergo extremum essentiæ demonstratur instans. Et cum illa extincta statim oriatur alia, videlicet cadauer: & duo instantia non cohærescant, ergo tempus inter illa interiectum est, cadauer ergo tempore incipit consistere. Essentia igitur tempore sicut & motus incipit quod est

eius alienum naturæ. Sed ex alia parte non videtur esse negadum vim instam & innatam nõ habere suos terminos: sed alienos & aduẽtios. Sicut esset absurdum existimare lumine nullis definiti splendoris sui terminis, sed externis, cū pars aeris illuminata debeat à non illuminata distingui. Quare ne hoc quod planum esse videtur refutemus, & contrarij argumenti vim declinemus, dicendum est, naturã dedisse rebus & earum viribus terminos suos accretionis & diminutionis, quod spectat ad earum firmum, & incolumẽ statum, quod verò ad infirmum & caducum pertinet alieni & externi potius quam sui sunt eis circumscripti fines. Sicut interitu & tabe res in aliam naturam migrat. Non ergo concedendum ad eum magnitudinis terminum hominem peruenire posse, ut simul atque intumescat, intereat, sed ut labefactari & fluere incipiat eius incolumis & integer status, & tandem tempore deficiat & occidat. Ut solum declarari possit instans quo non est, cū proxime ante fuerit. Idem dicendum est de raro & denso, & alijs accidentibus quibus res omnes natura fulcit, & sustinet. Ut termini sui illi sint, accretionis & diminutionis siue intensiõnis & remissionis, quibus earum incolumitas, & salutis conseruatio continetur, quibus autem labitur alieni. Ac de accretione & diminutione, & earum terminis hæc dicta sint, & quoniam satis huius lib. magnitudo creuit, alium exordiamur.

(.?)

DIDACIA STVNICA

EREMITÆ AVGVSTINIANI PHYSICÆ, Liber sextus.

CAP. I. De commutatione.



Quoniam in disponendis rerum generibus primum egimus de substantia, deinde quantitate, ac tertio de qualitate. Ita postquam de ea mutatione, quæ est ad substantiam & ea quæ est ad quantitatem, sermonem habuimus, proximum est, ut differamus de ea, quæ est ad qualitatem, quæ commutatio dicitur. In cuius explicatione illud primum examinandum est, quod quidam arbitrantur, commutationem non esse continuam, sed eius progressum sæpe quiete quasi quibusdam intervallis esse discontinuum, ut quiete res commutanda ad qualitatem præparetur, ut rerum commutatio sit, sicut si plura tritici grana continenter efficerentur. Non igitur est horum sententia commutatio species motus. Siquidem per se vique sua motus continuus est, ut expositum est, quod autem per se cadit in genus, per se cadit etiam in speciem, cum ergo, ut isti dicunt, commutatio non sit continua, non est ex genere motus. At iam probatum est esse motus speciem id, quod etiam isti auctores docent. Absurda igitur est ista eorum opinio. Iam vero si commutatio motus non esset, nec esset item actio, vel perceptio. Cum utraque suavi, atque naturæ motus sit. Quid autem absurdius & a physico alienius, quam frige-

Commutationem esse continuam & speciem motus.

factione, calefactione, dealbatione, & alijs commutationis formis subiectum, in quo versantur, nihil ferre perpetique putare. Huc accedit, quod non potest intelligi quo pacto subiectum quiete, nisi commutatione præparetur. Calor enim non nisi calefaciendo, frigus frigefaciendo viam sibi muniunt ad afficiendum subiectum. Non ergo illa quiete est, sed motus continuatio. Nec minus decipi & falli videntur, qui tradunt commutationem esse continuam, posse autem non continuari. Sed simul eodemque instanti aliquam eius partem totam fieri. Quoniam si commutatio vlla potest non esse continua, potest non esse motus, ac proinde motus minime per se vique sua ad eius naturam pertinet. Quare non est eius genus. Et alia absurda recurrunt, quibus aliorum sententiam cõfutabimus. Age vero commutatio sæpe quiete interpellata, non vna, sed multe commutationes erunt. Sicut multi illi motus sunt, quibus sæpe aliqua quiete interiecta est. Sed operepretium est intelligere, quibus argumentis sibi illi persuadeant commutationem non esse continuam, & isti posse non continuari. Etenim commutatio instanti incipit, quia calor, frigus, colores quicunque, puncto temporis inchoantur. Siquidem ex Aristotelis doctrina res permanentes totæ simul sunt aliquo instanti, & ostendi

possit.

possit. At hæc qualitates constâtes, coherere, instanti igitur incipiunt. Earum verò principium est commutatio, ergo commutatio instanti est. At non potest instanti perpetuari continuatiq, non ergo est continua. Itaq, istorum sententia commutatio se habet, sicut generatio. Sicut enim ea quæ generatur puncto temporis constât, motu verò temporeq; augentur, ita & ea, quæ commutantur instanti primò afficiuntur, deinde tempore intenduntur. Illorum autem sententia qui commutationem seiunctam, atq; secretam esse opinantur. Ita eius totus progressus describitur: sicut de granis tritici diximus. Sed utriusque valde in eo decipiuntur, quod simul consistere, aut primam aliquam eorum partem notari posse putent, quæ motu consistit. Sicut enim motus prima pars non monstratur, quia sicut dictum est diuisi illa potest: cum rei sit continua, ergo dimidium eius prius fuit, quàm totum, & ita quacunq; proportionem secerit: sic ut nulla parte consisti possit. Eadem est natura earum rerum quæ motu fiunt. Quem admodum enim quæcunq; motus pars aliquid earum affert, ita quæcunq; earum pars motus naturam sequitur. Motus verò naturam sequuntur ea, quæ versantur in contrarijs, quibus aliquid medium interiectum est. Hæc enim suscipiunt illud magis & minus, quod præternehi nisi motu non potest. Quas res nunquam Arist. constâtes & permanentes esse putavit, sed labi & fluere, cum intenduntur, & remittuntur. Sed instanti illi, cum primum quod agit, accedit ad id quod accipit, consequitur commutatio: sed est aliquid extremum temporis punctum, quo quod agit applicatum & admotum

esse dicitur, Nam ut motu propius admoueat, notatur, ut dictum est extremum motum esse. Eo igitur temporis puncto, quo agens applicatum est ad id quod patitur commutatum est, illo ergo puncto est commutatio, & alicuius qualitatis in perpetue impressio. Puncto ergo temporis est commutatio, & illa prima qualitatis pars qua commutat. At licet instanti sit aliquod admotionis extremum quo agens applicatum est, illo tamen instanti commutatio non incipit: quia eius natura non patitur, ut puncto temporis incipiat, sed temporis potius. Quemadmodum quo tempore puncto cœlum procreatum est non motum fuit: quia motus naturam repugnat, ut instanti fiat. Sed aiunt illi: si minimum qualitatis, neq; intente, nec extente non assignatur. Non ergo natura definitum est minimum aliquid essentijs, ut igni & aqua, & alijs rebus contra quæ superioris libri extremo capite demonstratum est. Signetur. n. minimum ignis, & eius quantitatis dimidium summo, quod cœcipiat calorem, quem intedi volo quantum postulat natura ignis. Tum vel ignis consequitur vel non, si cõsequatur erit ignis minor minimo. Si non cõsequatur erit calor, qui semper igni committatur, specie ignis destitutus. At si tam exigua quantitas sit, ut capere non possit formam ignis, neque eam vim caloris accipiet, quæ ignis forma continuo cõsequitur: sed vel dilatabitur vel in aliam rem calore vertetur antequam extrema vis caloris accedat. Est ergo commutatio continua & species motus. Differt autem ab ortu & accretione quæ ortus ad essentiam, accretio ad quantitatem commutatio ad qualitatem referatur. Quare in ortu eadem non manet essentia, in accretione

Commutatio in quo differat ab ortu & accretione.

Ii tione

tionē manet, tamen semper aliquid eius generatur, cōmutatio neq; subiectū tollit, neq; aliquid eius gigni postulat. Itaq; in cōmutatione sic se habet essentia, sicut in ortu prima materia. Sicut enim in cōmutatione eadē subijcitur substantia qualitati cōparandæ & ammittendæ. Vt idem corpus valet & ægrotat idem es rotundum est & angulatum. Ita eadē materia & quantitatis corpus, aliās homo, aliās est cadaver. Differunt tamen, quod ortus nunquam substantiæ, sine substantiæ interitu constet, cū aliquando tamen subiectum sibi qualitatem asciscit & aliā non depellit, vt cū aer luce perfunditur. Cōmutatio item est motus, sicut accretio, ortus verò nō est motus, sed mutatio. Quare cōmutatio & accretio tempore fiunt. Ortus autem temporis puncto. Est ergo cōmutatio motus in vna eademque substantia ad qualitatem.

Cōmutatio quid.

Quidam satis imperitè diuidunt cōmutationē in intensiōnē, remissionem, & cōmutationem. Sicut enim motus genera ex terminis, in quos feruntur distinguntur, ita cōmutationes. In eis enim sui generis natura inueniri necesse est. At intensiōnis non est alius terminus, quā cōmutationis. Termin⁹ enim calefactionis est calor, qui idē est intensiōnis eius. Remissio verò motus est intensiōni contrarius, quare cōtrarium habet exitum vt sit remissio caloris cōmutatio in frigus, quæ nihil est aliud, quā frigefactio. Non ergo intensiō & remissio à cōmutatione differunt & inter se non aliter quā cōtrarię cōmutationes. Eodē accedit quod illud magis & minus rebus accedit, in quibus insunt. Accedit enim cando, quod sit magis vel minus can-

Cōmutatio nis imperita diuisio.

didum: vt utiq; enim eadem cando ris specie tenetur. Ergo ex illo magis & minus variæ naturæ & formarum rationes duci nō possunt. Sicut enim non est alia natura albefactionis & maioris albefactionis, ita nec cōmutationis & vehementioris cōmutationis. Iam verò nō rectè diuiditur genus in species, quæ nō sunt inter se aduersæ, vt in dialecticis dictum est. At intensiō & cōmutatio non tantum inter se nō sunt aduersæ, verum semper coherent, & ad conuersionem dicuntur. Nam cōmutatio est intensiō & vicissim intensiō cōmutatio. Nō enim potest esse calefactio, quin contendantur in eodem subiecto calor. Est enim calefactio motus continuus in calorem. Quare cōtinuè in eodem subiecto intenditur. Nec alia ratione progreditur calefactio cū incipit, quā cum accipit intensiōnem. Vtrobique enim calefactio adiectione maioris, & maioris caloris continuatur. Idem in remissione cōsiderari licet, dum termini ratio habeatur, qui sit, vt dixi intensiōni cōtrarius. Intensiō ergo & remissio varia genera cōmutationum non constituunt.

Cap. 2. Materie causa res commutari.

Verum aliud capientes exordium, vt penitus cōmutationis ratio intelligatur. Animaduertendū est accidentia quę in res cadunt coagmentatas, totis concretis attribui in eisq; dici, non in partibus earū. Vt homo videt, nō eius anima videt, homo est albus, non eius materia est alba, ignis audit, non eius calor, animal audit, nō aures eius. Hoc licet dictitent multi auctores

Accidentia totis concretis non partibus attribuntur.

auctores tamē eius causam nūquā attingunt. Quia nimirum partes in concreto re non sunt, sed potestate vt in metaphysicis dictum est & in physicis. Cū ergo non sint, neque aliquid esse, neq; per eas aliud esse potest. Adeo vt si tota vis & ratio rei tanquam pars significetur, nihil præstat. Nō enim humanitas vt ita dicā & tota hominis natura, atq; ratio ratiocinatur, ingredit & loquit, sed homo ratiocinatur, ingreditur, & loquit. Quæ licet vera sint tamen alia cōueniunt cōcretis causa vnus partis alia causa alterius, vt multa in sunt per materiā & non per formā, vicissimq; multa per formā & non per materiā. Id quod etiam accidit partibus alijs cernit. n. homo oculis nō auribus. Audit auribus nō oculis ingrediturq; pedibus & nō manib⁹: manibus nō pedibus cōprehendit. Nā vt propter partes aliquid ad cōcretū spectet, satis est partes in toto esse, licet nō per se sint, & hac eadē causa vera sunt instrumēta toti⁹ copulati. Vt oculi sunt instrumēta percipiēdi aures audiēdi manus cōtrectandi. Adeo vt ob eā rē oculi videre, aures audire, manus cōtrectare dicatur: quia per ipsa concretū hæc munera efficit. Ea ergo adiuncta materie in copulato assignantur, quæ in sua vi, atq; natura materie rationē sequuntur, hoc est fundi & dilari & cōtinua esse amant & in partes infinitas secari. Vt motus & ea quę motu fiunt. Sicut. n. nihil, quod diuidi nequeat, moueri per se potest, ita nec calefcere, aut frigefcere, aut de albari aliaue cōmutatione effici. Cōmutatio ergo omnis in materia versat & materia causa reb⁹ accedit. Ea vero quę formā conferunt, neq; extēdi & dilari postulat, neq; ex diui-

Accidentia alia materie, alia forme causa conueniunt rebus.

Cōmutatio materie causa reb⁹ accedit.

sione corporis quāti atq; cōtinui ipsa diuiditur, vt rerū vires. Licet. n. calor & frigus per corpus quantum sua diuidatur vis tñ calefaciēdi & frigefaciēdi nō itē diuidit, sed tota cōmittatur rei calidę quācunq; partē. Idem est de vi sentiēdi & vidēdi de alijsq; rerū facultatibus existimandū. Quamuis ergo accidentia & adiuncta cohæreant nō in partibus, sed in toto copulato. Si tñ dissoluantur nō necesse est omnia eius accidentia cū eo pariter extingui. Vt homo vim habet ridēdi, sentiēdi, & intelligēdi. Minime tamē cū homine ei⁹ modi vires ammittuntur, quia forme causa sūt in subiecto, quæ homine deleto salua & incolumis manet. Ita vt licet anima & forma vnus hominis alteri corpori adiungeret eadē ad numerū vis sentiēdi & intelligēdi esset. Sicut eadē erit, quę antē cū à mortuis ad vitā homines excitabuntur. Ita adiuncta illa, quæ per materiā in concretū conueniunt, licet per concretū non per materiā consistat, tamē quia materie causa cōcreto vsuueniunt, quāuis cōuella tur totū, salua & integrā materiam sequuntur cuiusq; illa forme apta fuerit & quodcunq; concretū coagmentauerit. Ex quo facile intelligi debet, cur mihi non probeat quorundā auctorū opinio afferētium quicquid accidētis est in cōcreto pariter cū ipso deleri de integroq; omnia in eo concreto, quod alterius interitu oritur vna cū forma generari. Ita quod homine intercepto non eadē albedo, non eadem figura & partiū forma, non eadē cicatrix ex vulnere in cadauere relinquatur, sed omnia renouari reuocariq; simul atq; sua forma cadauer fuerit informatum. Sed cur ab illis percōtor similis

Non quicquid accidētis est in cōcreto pariter cum deletur.

forma similisq; figura partium, similisque cicatrix in cadauere fit. Non enim hæc vi fiunt occidentis hominem: nam fortè gladius est casu ad actus, non vi formæ succedētis, quid enim ad illā talis figura, aut cicatrix attinet. Quæ nā ergo causa præscribit, ut hæc & non alia adiungeretur accidentia cadaueri. Necessitas (inquunt illi) materiæ. Sed hæc necessitas nō est ex natura materiæ, ergo aliūde accidit ei. Non ergo expulsa substantia formæ omnia ammisit adiuncta, sed hoc illi relictū est, quo formam sibi ingeneratam cogit his potius, quā alijs affectionibus copulari. Præterea hoc naturæ ratio fert, ut patibiles qualitates passione ingenerentur. Et ob eam causam earū non nullæ patibiles à philosophis nominantur. Compertū est enim frigus rei nulli nisi frigeat contingere, calorē nisi caleat, albedinē nisi de albetur. Motu ergo per se viq; sua huiusmodi qualitates ingeruntur. Nō ergo subito & tēporis puncto, sicut essentia effici possunt. Quo ergo exēplo, aut effectu naturali isti auctores inducti audent affirmare subito calorem candē frigus & alias similes qualitates nasci: cū nulla res calore frigore caloreve afficiat, aut cur cadauer frigidū sit cū nunquam frigeret, nihilq; vnquā ipsum frige fecerit. Siquidē affectiones, quibus cadauer præditū est nūquā antè existitū sentētia fuerūt, sed de repēte sicut ipsum cadauer, ortæ sūt, nuda & rebus omnib⁹ vacua materia prima hominis mortui relicta. Quod quidē magnū esse incōmodū iudico. Eodē accedit, quod cū affectiones eę quibus vrgeretur & circumuenitur egrotus, aditū patefaciunt ad cadaueris formā: cur ergo, quod ei

nihil repugnat, sed maxime consentit forma intrans repellet? Tum qui fieri potest, ut subito & vno tēporis momento tot res appareretur & ornentur, quæ necessitas flagitat formæ generadē, vt equi leonis hominis & aliorū animalū affectiones & singulæ proprietates & figura: osiūm venarū neruorū carniū, & aliorū instrumentorū per quæ sensus & vita sustentatur. Deinde cur certatēpora natura præstituit ad formandum & effingendū in vtero quodcunq; animal. Si quidquid est multis diebus aptatū & cōparatū primo aditū & introitu eius formæ, quæ expectatur funditus dissipatur & labefactatur. Certū ergo fixūq; sit eas affectiones quæ ad materiam spectant simul cū ipsa materia in eo cōcreto quod alio intereūte nascitur relinquit. Sed aduersariorū firmamētum ac robur est affectiones non in forma, neq; in materia, sed in copulato atq; cōcreto coherere, eo igitur sublato funditus oēs percelli necesse est. Iactū tamen iam est fundamentū defensionis nostræ, ex quo facile hoc argumentum eleuatur & infirmum esse cognoscitur. Nam etiam materia nō est in se, sed in toto concreto minime tamē vna cū concreto deletur, ita nec affectiones illæ quæ consequuntur illam. Item mēs & ratio & aliæ animæ vires, nō sunt in anima, sed in toto coagmentato ex anima atq; materia tamē dissoluto homine non concidūt, sed eas secum animus affert. Vrgent tamen ex eo, quod accidentia migrare nequeunt ex subiecto in subiectū, at si ea quæ erāt in homine antè, deinde sint in cadauere, migrant manantq; subiectum, non ergo eadem accidentia, quæ erant in homine, manare possunt

possunt ad cadauer. Sed cur mutari & migrare non possunt accidentia? Nisi quia non possunt à subiecto se cerni. Si verò aliquid esset per quod possent separari mutare etiā possēt subiectū. Separatur autem seiuncta materia per quā herent in subiecto itaq; sicut materiæ causa insunt in subiecto: ita materiæ causa distrahūtur. Sed instat etiā cōsequens ex hac doctrina esset eundē numero motū diuersis subiectis posse continuari, contraquā supra dictum est, vt si viuus homo combureretur, vsque dum ad cineres redigeretur. Idem motus est in homine qui in cadauere, quia eadē est vtriusque materia per quā motu cietur. Eodem modo argumentantur, si canis præceps è turri ferretur, in viaq; animam ageret, eodem pulsu ageretur canis & eius cadauer, quod eadē sit vtriusque materia. At nos non materiam eandē, sed idem subiectū exegimus, vt motus idem perpetuari censeretur. Materia verò motus non est subiectum, sicut explanatū est, sed id per quod motus est in subiecto, quod est torum concretū & coagmentatum. Itaq; vnus motus, quia fluit & labitur idē postulat subiectū, quod moueatur. Accidentia verò quæ inhærent, & permanent, quō eadem sint eodem sunt subiecto contenta per quod inhærent, & insunt. Nihil ergo ista argumēta sentētiā nostrā refellunt: in ea igitur maneamus. Hactenus ergo de cōmutatione, & de causa, cur cadat in subiectū.

Cap. 3. De tactu.

Quoniam de ortu accretione & cōmutatione disputatum est antequam ad varios rerū ortus explicandos acceda-

mus variæ sunt cōmutationes ex planadæ, quibus res, vt orientur afficiuntur. Ad rerum autem cōmutationem nihil magis attinet quā efficiencia & perpelsio. Nam in eodem sunt motus genere & in eisdē qualitibus versantur. Ex tertio enim qualitatis genere, sicut cōmutatio ita & affectio & perpelsio proficiunt. Nihilq; sine efficiencia & perpelsione cōmutat. Vicissimq; nulla est sine cōmutatione effectio & perpelsio. Quare agendum est de efficiencia & perpelsione, vt tota ratio cōmutationis cognoscatur. Quæ vt aptius declareretur repetendum est, quod supra dictum est de ijs, quæ se contingūt, magnitudines esse distinctas, quarū extrema apta sunt inter se & cohærescūt. Quare huiusmodi tangendi modus in his esse necesse est, quæ sitū habēt. Sed latius patet, quā vt ad institutū sermonē spectet, & geometras potius, quā physicos attingit. Illi. n. & lineā & planū circulū & globū, ita contingentem cōsiderāt. Quæ quod motus aliena sint physici partes nō sunt cōsiderare. Illud autē propius ad nostrū institutū accedit, quod etiā in superiori sermone expositū est. Contingere se ea quæ mouentur & motum afferūt: & aliquid esse quod moueat & nō moueat & aliquid quod moueat pariter & moueatur. Sed hic mod⁹ licet physici sit, quoniā motū includit. Tamen, quia motum etiā continet ad locū, extra cōmutationē est, quæ in alia motus specie collocat. Is ergo tact⁹ physicæ partis est quā tractamus, cū vltro citroq; efficiūt, & patiuntur, quæ se tangunt. Ita vt tangens tangatur. Si. n. tangit tamē non tangitur vt cōrumelia. Quæ nemo est tan agrestis, qui nō moueat.

Qui tactus ad physicū pertinet.

Tamen ipsa contumelia vicissim non mouetur. Item sol calore afficiens tamē non afficitur. Qui modi non sunt huius nostræ tractationis, sed quod ita tangit, vt contingatur quod dū mouet, moueatur. In quo effectio & perpessio vtro citroque posita est. Hæc autem tria genera tactus, ita se habēt inter se, vt supremum genus & interiecta genera. Nam primi generis ratio manat ad duo quæ consequuntur secundi ad tertiū, minimè tamē retro vicissim comeāt. Nam extrema cohærescūt & situm habent quæ secundo & tertio modo se contingunt. Item quæ faciunt, & accipiunt, mouentur. Quare imperitè quidam docent tactus his tribus modis ambiguè dici, quemadmodum sanum atque salubre, quod ad valetudinē referantur, vel quod eam tueatur, vel quod eam faciat, vel quod eius signū sit, vel receptaculū. Ita hæc tactus tria genera ad vnum affecta esse dicūt: quidam ad primū genus alij ad tertiū. Sed quod ita vsurpatur alia, & alia ratione attribuitur. Nam alia vt dixi ratione sanum in animali in est, alia in pharmaco, alia in pulsū. Tactus ergo non ambiguè, sed vna ratione in tribus generibus intelligitur: sicut essentia corpori & animali conuenit.

Cap. 4. De effectione & perpessione.

DE effectione & perpessione deinceps differendum est, sic vt rationem modūque faciendi & patiendi interpretemur. Nam alia in metaphysicis declarata sunt, quæ si memoria repetatur, nonnullum his lumē afferent.

Democritus opinatus est efficiētiæ & perpessionis rationem in similitudine sitā esse. Nam effectione vnaquæq; res sibi similem quærere videtur. Et effectione rerum ortus cohæret quō simile redditur. Sed si effectio similitudine nititur, ergo & perpessio. Cum inter se conferatur. Patitur ergo quidpiā & quasi accipit à se ipso: nam ex eodē regulā ducitur similis. At illud pati videtur, quod vim accipit externā quod autem suum est, nullo modo externū cēseri potest. Rebus item omnibus datum est, vt se ipsas tueantur, non vt sibi vim afferat. Tum ex effectione & perpessione pugna quædam conflatur. At similitudo concordia & amicitiam conciliat, nō est ergo causa pugnae. Alij verò philosophi communi consensu asserūt, nihil à simili pati. Nō enim esset causa cur alterum potius, quā alterū patere tur, aut faceret. At si omnino diuersa sint, & nulla ex parte, eadē quæ patiuntur & agunt, eorū vis nullo pacto explicari potest. Quam enim vim colori linea, ni si fortè & temerè per aliudque afferre potest. Aut ex decem illis generibus in quæ res omnes à nobis in metaphysicis diuisæ sunt quid vnum quodq; ab alio ferre & accipere potest: Non ergo omnino diuersa & omnis expertia similitudinis, quæ patiuntur & efficiunt esse debent, sed partim aduersa, partim eadem, atque similia. Est enim actio & passio quā modò tractamus quasi pugna quædam inter eum qui agit & eum qui patitur commissa: pugna verò inter diuersa de eadem re est. Ita faciunt & ferunt, quæ discrepāt inter se, neque simul esse possunt & idem subiectum eandē vt materiā quærunt, Vt calor & frigi-

Effectio nō nititur similitudine.

frigus vtro citroque, certant cū vtique alterius subiectū occupare conatur. Quare actio & passio nascit ex eodē subiecto & ex aduersa eorum, quæ circa illud subiectū versantur, natura. Tota igitur faciendi & ferendi ratio in cōtrarijs posita est.

Faciendi & ferendi ratio in cōtrarijs posita est.

Nam à cōtrarijs cōmutationes proficiscuntur, ortusque & interitus à cōtrarijs in contraria progrediuntur. Alias autē actiones & perpessiones de quibus in metaphysicis mentionem fecimus quæ vulgari hominū sermone declarantur, vt scribere & scribi legere & legi physicus nō contēplatur. Itaque, sicut contraria in eodem genere reponuntur, repugnantibus autem differentijs separantur, ita eandem materiā sequuntur, de qua inter se aduersis formis certāt. Effectio verò & perpessio aliās in subiectū, aliās in contrarium ipsum cōfertur. Vt ignem dicimus calefacere & calidum, item hominem curari & ægrotum. Verum enim uero cum constet ex dictis contrarium vim afferre cōtrario, in eoque agendi patiendique vim esse sitam. Dubitatio est, an pati & aliquid accipi possit à simili, vt cēsebat Democritus. Etenim quod magis calidū est, calefacit minus calidum. Verum huiusmodi perpessio nō proficiscit à simili, vt simile est, sed vt dissimile.

Simile non patitur à simili.

In eo enim quod minus calidū est, est magis frigidū, atque ita dissimile, atque contrariū, & hoc ipso vim accipit externā caloris. Sed cū actio & passio physica in his cōtrarijs cernatur, quæ suscipiūt illud magis & minus. Et quæ minus est tale aliquid accipiat ab eo, quod magis est. Secetur hoc magis & minus in partes & quasi quosdam gradus, vt motus atque quodcunq; continuum distribui po-

test. Vt planius tota efficiēdi perpetiendique ratio cognosci possit. Deindeque percōtabor, Vtrum quod quatuor partes habet caloris, possit amplius, quā alias quatuor partes excitare necne? Quidā putant posse plures quā quatuor gradus excitare. Quod argumentō certissimo probari putāt: nam ex ferro & carbone candenti ignis erūpit si stupa admoueatur. Ignis autē calidior est candēti ferro, atque carbone. Summus enim calor est in igne, & quod per se viget, sua calidum est calidior esse debet, quā quod per aliud calidū est. Minus ergo calidū excitat magis calidum & pauciores plures gradus caloris. Quod argumentum aliqui, vt dissoluant, distinguunt inter caloris, & alterius patibilis qualitatis intensiōnē, & vim ad calefaciendū. Vis enim non solum intentione, sed etiam extensione qualitatis ponderatur. Etenim calor ferri candētis minor est, quā ignis, quæ nō ad eos gradus, quos ignis exigit peruenerit. Tamē plus comburit, facilius enim manu flammam attrēctaremus, quā ferrum candens. Ferrum. n. tale, licet minus caleat magis calefacit. Dēsior enim materia facit, vt plures eius partes calorem conceperint, quibus simul iūctis licet minus accēsis maiori vi calor fertur, quā paucioribus magis accēsis. Alij negant vllō modo fieri posse, vt intēsiōr calor vi remissioris erūpat. Non explicant tamen illud ferri candentis argumentum. Illi qui putant calidiū à minus calido effici posse, totam efficiēdi perpetiendique rationē, quam ex nature viribus communi omnium philosophorum consensu expressimus, labefactare videntur. Non enim contrarium à contrario pateretur, &

Qualitates intensiores non efficiuntur à minus intensis.

acciperet. Postquam enim ad pares caloris gradus patiens peruenit, eis, quos faciens habebat, non est iam contrariū, sed planè simile & idem. Simile ergo patitur à simili hoc ipso, quòd simile est. Quod à natura actionis & passionis alienum esse demonstrauimus. Præterea patiens accipit à faciente, sed a faciente gradū vel gradus, quibus vincit ipsum, non quibus simile & idem est. Iam verò quod simile est nulla; ex parte diuersum, cur potius patietur, quam efficiet? aut cur potius accipiet, quam præstabit? aut qua via patiens ab agente distinguetur? Tum si potest quis à simili pati, & à se ipso patietur, cū nihil magis, quam ipse sui similis sit. Non ergo efficiens & patiens differant, sed eadem & non contraria erunt. Quæ cū absurdissima sint, dubium non est, quin maior calor à minori elici non possit. Alij verò, qui inter vim ad calefaciendum & calorem distinguunt, id explicare minimè poterunt. Nō enim alia vi, quam calore calor calfaciet, ac proinde non potest maior esse vis caloris, quā calor ipse. Quare si concedant minori calore maius excitari eadem, quæ priores, incommoda suscipere cogentur. Restat vt nos argumentum illud de ferro candenti stupam inflammante enodemus, quo tertij implicantur, & istarum opinionum firmamentum est. Nam dicunt ignem erumpere ex stupam si ferrum cadens admoueat ei. Sed vnde compertum habent, quod vulgò iactatur flammam esse ignem. Exposuimus autem iam nostram de igne sententiam, demonstrauimusque neque elementū esse neque superum locum proximè & secundum ambitum Lunæ esse, ei

natura assignatum. Ostendat nunc isti philosophi, qui vulgi sermone in hanc opinionem rapiuntur, vbi nam isti ignis sit, aut à natura seruetur. Ego dico nihil esse per se ignē, sed aliam rem inflammata, hoc est, in qua ita calor emineat, vt excandescat. Flamma ergo est aer candens, sicut ferrum candens. Pruna item carbo, vel lignum candens, ita res omnes nimio calore candentes ignis erunt sicut ipsa flamma. Non ergo compertum est maiore calore flammam præditam esse, quam ferrum. Imo vehementiorem esse iudico calorem ferri candētis, quam flamma, quia longè minori calore inflāmatur aer quòd sit rarior, quā ferrū, quòd densior. Ita fieri potest, vt ferrum antequam cādescat plus caloris conceperit, quā aer incensus. Et omnino & in totum materia excandens, quò est confipator, eò maiorem sibi calorem asciiuit. De frigore verò contraria ratio est: densior enim materia minore frigore confrescit, vt leuiore frigore confrescit oleum quā aqua, aqua quā aer, quo facile aliud argumentum dissoluitur, quod alijs difficilè videtur, alijs autem probare appulsu tenuioris frigoris grauius nonnunquam concitari. Nam aqua frigore congeliat, propter aerem illam attingētem, qui tamē minus quā ipsa dicūt isti, frigeret. Cū non concresecat neque congeliet. In hoc ergo tota efficiendi & patiendi ratio consistit vt de eodem subiecto contraria certent. Nec fieri potest, vt aliās contraria sint, aliās non sint. Sed cum res vt explicatum est, aliæ re & actione sint, aliæ vi ac potestate, efficiencia ab eo ducitur semper, quod re est, contrā verò perpepsio ab eo quod esse

Flammam non esse ignem quem vocant elementum.

Efficientia esse potest. Si enim sit quod re calidum est, & pariter ad sit quod calidum esse potest, continuo actio & passio ponitur, quæ est calefactio. At sicut de motu traditum est esse aliud, quod moueat, nec moueatur aliud, quod moueat, & moueatur, aliud, quod tantū moueatur. Ita in facientibus vsuuenit, vt aliud faciat, nec patiat, aliud, & patiat & faciat, aliud tantū patiat. Etenim sicut in motu quod mouendi principatum obtinet, immobile est, ita in efficiencia quod primo loco efficit ab omni vi externa ferenda liberum & solutū est. Ea etiā efficiencia quorum vis & ratio cum materia non cohærescit, impatibilem in faciendo naturam habent, vt angeli & intelligētiæ. Quæ verò non eadem materia prædita sunt, licet faciant, non perpetiūt vt medicina curat & non curatur, sanat & non sanatur, medicus etiam. Cibis verò partim vim affert, partim fert. Nam dum alit calefcit, & calfacit refrigerat & refrigeratur, pharmacū etiam. Quæ vis & ratio semper eius est, quod vltimo loco mouetur, vt semper aliquid attingat cum eadē materia copulatum, quod moueat. Siquidem inter contraria, vel inter ipsa interiecta facienti patiendiq; quædam vicissitudo est, vt vltro citroque patiantur & efficiant. Quod facienti & patiēdi genus noui philosophi parum latinè nuncupant re agere & repati. De quo ita insulsè & stultè loquuntur, vt verear nestultum & insulsum sit ea commemorare. Omnes hęc vicissitudinē esse concedunt, quia multæ nos res ad hanc experientiam excitant. Nā in aquam gelidam calida si infundatur & illa ab hac calefcit, & hęc ab

illa refrigeratur, vt ex vtraque conflata temperetur. Item ferrum candēs aqua mersum frigescit & aqua calefcit. Gelu manu attrēctatum calore manus liquefit, vicissimq; manus frigeret. Cibis item & pharmacum vt dixi. Itaque confitentur omnes vicissitudinem esse facienti & perpetiendi interficientem rem & perpetientem. Varijs tamen & insulsis modis hęc vicissitudo explicatur. Quidam inter eadem contraria vicissitudinem ponunt, sed non eadem subiecti parte, vt manus ex vna eius parte frigescat à gelu ex alia verò ipsum calefaciat. Sed hęc non secus vicissitudo est, quā si dicerent, gelu manum frigere, igne verò ipsum liquefcere. Non enim hęc contraria sunt, etenim sicut in cōtrarijs petūt dialectici, vt dicatur idem in eodem. Vt Petrus ambulat contrarium non est illi, Paulus non ambulat. Ita physici nigror, qui est in coruo, non repugnat cādori, qui est in niue. Quemadmodum enim omnino & in totum cōtraria circa idem subiectū versantur, ita & hęc contraria circa subiectum hoc. Alij eidem subiecti parti vicissitudinem ascribunt, sed non inter eadē contraria, sed inter alia. Vt ignis efficiat calorem & patiat humorem. Sed eodem incōmodo, quo altera, hęc sententia tenetur. Non enim hęc vicissitudo est inter contraria. Deinde quis hanc insulsum non irrideat calidum calfacit & nigrum dealbatur. Iam verò vtraque sentētia nihil attinet ad difficultatem, quam experimur. Nam cibus calidus calfacit & refrigeratur, ferrum calidū calfacit aquam & refrigeratur ab illa. Alij opinantur non semper contraria vltro citroque efficere & acci

pere, sed tunc cum prope paribus, aut non multum inferioribus viribus inter se pugnant. Et frivole distinguunt inter vim ad efficiendum & inter vim ad resistendum. Et tum actionem constare ponunt: cum maior vis in vno contrario sit, ad agendum, quam in altero ad resistendum. Quod si tantum aliquando sit alterum contrarium, ut maiori vi sit ad efficiendum, quam alterum ad repugnandum vicissitudinem non esse inter contraria, sed alterum nihil a contrario patiens efficere. Sed ego facile demostro quoties effectio est vicissitudinem esse. Quotiescunq; enim effectio est, contrarium contingit, aut per se, aut per aliud alterum contrarium, cui affert vim. Ostensum quippe est mouens rem motam tangere oportere. Proponamus nobis ergo facilioris explicationis gratia ea contraria que se tangunt. Dico vtraque semper vtro citroque afferre & ferre vim externam. Sint illa exempli causa calidum & frigidum calidique sit longe maior vis affero aliquid a frigido accipere. Si quidem effectioem extare explicuimus quoties est alterum contrarium re & pariter adest eadem materia que talis esse potest. Sed ponitur iam esse frigidum re attingens, quod frigidum esse potest, quia si calidum eiusdem materiae adest, frigidum esse potest. Erit ergo continuo frige factio & frige bit calidum. Non solum igitur faciet, sed etiam accipiet calidum. Quibus vestigijs quacunque effectioe & perpessioe eadem conficietur demonstratio Si recte igitur ratione subducta, summam feceris cognosces, non in maiorem difficultatem incurrere vicissitudinem efficiendi & perpetien-

di, quam ipsam per se effectioem. Licet valde proluxa & abstrusa disputatione a nouis philosophis limentur. Sed veniamus ad argumenta, que in eas salebras & difficultates eos impulerunt. Effectio proficiscitur a maiori vi, ergo viride exempli causa lignum nullam affert vim ve hemetissimo igni. At maiorem habet vim viride lignum ad humectandum & refrigerandum, quam ignis, quare humectatur & refrigeratur a maiori vi. Sicut lignum calefit a maiori vi ignis. Sed si pateretur & acciperet aliquid multus ignis a ligno duobus contrarijs motibus idem subiectum simul ciceretur. At id inficiamur, nam motus calefactionis est in ligno, refrigerationis est in igne. Vterq; enim motus actionis & passionis probauimus esse in patiente. Sed dicunt ignis leuiter refrigeratur a ligno, ergo continuo frigus repellit, lignum autem incutit, repulsus, & incusio frigoris sunt motus contrarij, cadunt igitur in eadem rem. At eodem argumento quancunq; actionem confutare possent leuiter enim fere semper incipit actio, cui obstat contrarium, quod patitur resistens & vim pro sua parte amouens. Quod si maior fuerit vis efficientis progreditur effectio, sin autem patientis comprimitur. Saepo porro iam declaratum est cum contrarium suam qualitatem immittere conatur in alterum contrarium, vt exempli causa cum ig. re calefcit aqua non esse simul duas qualitates contrarias calorem & frigidum, sed in vno interiectum tepore recidi. Et sicut vna est in patiente qualitas, ita vnus tantum, quo agitatur, motus. Sed aliter argumentantur. In motu ad locum non est vicissitudo vlla faciendi

ciendi & perpetiendi, ergo neque in motu ad qualitatem. At in motu ad locum, sicut ad qualitatem non est a natura constitutum contrarium quod contra nitatur. Ac declaratum est, in quo sit posita vis & natura effectioe & perpessioe, & que ratio sit vtro citroque faciendi & accipiendi.

Cap. 5. De mistione.

Equitur vt de mistione disputemus, que nonnullis ita difficilis visa est, vt non esse crederet. Nam mistio declarat duas saltem, aut multas res, que permisceantur. Tum vel vtraq; permanet, aut nulla, aut alterutra. Si vtraque non mistio est, sed duarum vel plurium rerum compositio & suis locis accommodatio, vt parietes domus & tecta. Sin autem nulla super sit. Quorum rerum est mistio? Si vero alterutra, nec ita mistio est cum ex duabus vel pluribus rebus non coalescat. Quae argumentatio plane efflagitat, vt quid inter ortum interitum, & permistionem intersit, exponamus. Ac primum ortum sua vi permistionem non esse planum & apertum est. Ortus enim per se duas res ex quibus fiat minime exigit, sed ex non homine hominem fieri dicimus, sicut ex gre statua. Nec quando nascitur plura, vel animal mistionem, & temperationem rerum natura fieri censemus, sed ex semine procreari dicimus. Nec in essentijs materiae eius forma admiscetur, sed exprimit potius, informatur, & ad statum perducitur. Sicut neque subiectum vllum temperatur, atque confunditur cum affectione, que adiungitur ei. Nec enim corpus cu-

Quid intersit inter mistionem ortum & interitum.

figura, aut candore permiscetur: sed illa ipsum delineat, hic vero candidum reddit. Et ita in alijs affectionibus existimandum & iudicandum est. Vno itaque nomine, neque subiectum, neque materia vlla cum ea forma quam suscipit confunditur. Cum vtrunque saluum, & integrum relinquatur & vnū altero nitatur. Neque enim est subiectum, aut materia sine forma. Nec forma vlla, aut affectio sine materia vel subiecto. Quod in permistione non seruatur. Siquidem ea que permiscetur & inter se confunduntur, non ita affecta inter se sunt, vt forma & materia, vel subiectum. Cum igitur permistio non sit ortus, perspicuum est, nec interitum esse. Interitus enim terminus exitusque rem est non esse: at permistio aliquid esse declarat ex varijs rebus temperatum, non igitur permistio sua vi interitus est. Vt autem facilius quid sit explicetur, quomodo vera mistio fiat declarandum est. Primum autem permistio nis materiam deinde formam exploremus. Eius autem materia sunt variae diuersaque res, que per se separatae consistant. Quo circa accidentia nulla temperantur inter se, nec cum suo subiecto. Non enim ab illo secerni possunt: neque vlla rerum forma & materies. Nam se iungi non queunt. Quamuis autem illae distrahi & secerni queant vera permistio minime sensus tantum iudicio consistit. Vt res temperatae in tam paruas particulas diuidantur, & ad puluerem tenuissimum redactae, ita confundantur, componantur inter se, vt vnaquaque per se sensum effugiat, vt si tritici cum hordei farina permisceretur. Licet enim singulae alterius partes, alterius singulis ad-

Mistione materia

hæresce

hærescerent, vt neutra farina sensibus apparet, non esset permistio sed compositio quædam, & perturbatio. Sicut cum maiores partes inter se aptantur: licet sensus iudicio minores particulae satis inter se permisceri videantur. Quare aridae res non sunt aptae ad mistionem, quod difficilius determinatur & diuiduntur. Quare res illae quasi materia subiectae sunt permistioni, quae vim habent liquoris. Et id causae est, cur si vtraque farina perfunderetur aqua commodius coirent & inter se temperarentur, quia humore vtraque illiquefacta melius terminari & de finiri posset. Humida tamen si viscosa sint, vt oleum & quidquid est adipale & pingue non facile temperantur, quia difficilius determinantur. Praeterea earum rerum esse debet permistionis materia quae vtroque citroque faciunt, & patiuntur, quod quadam inter se repugnantia contingantur. Duplici ergo de causa res, quae non habent eandem materiam in permistione venire non possunt, tum quod actio & passio, vt declaratum est inter eas non reciprocatur. Tum quod vna mistionis materia ex eis constari non possit, id quod est permistioni necessarium. Iam vero multa cum paucis, parua cum magnis valentissima cum imbecillibus congregata, atque coniuncta non permiscantur, sed id quod vincit ac praestat amplificatur. Vt si aquae gutta multis amphoris vini admisceretur. Nam tunc aqua in vinum se verteret. Si vero alterum tantum patibili natura sit, vel alterum valde patibili, alterum vero parum, tum vel nihilo, vel certe paulo maius fiet quod ex eorum permistione existit vt si stannum & aes permiscantur,

totum fere stannum consumitur, quod magis patibile sit. Acetum etiam calore conficitur, si oleo admisceretur. Vt igitur perfecta mistio fiat, oportet eorum, quae permiscerentur, vires aequare. Et haec & de materia mistionis. Forma vero eius confertur utroque, interempto faciendo patiendi, vicissitudine, & in id, quod medium est, atque commune utriusque, mutato. Commune vero mediumque censetur id quod licet aliam ab utroque formam & naturam habeat, tamen utriusque, vires & attestations quadam ratione retinet. Sicut quando nigrori candor repugnat inter medium insidet color. Itaque, mistionem ortus & interitus consequuntur. Interitus earum rerum quae inter se temperantur, ortus rei quae permistione fit. Quaedam exiliter mista, quod vires earum rerum, quae permiscerentur aequae non sunt, licet in alterum alterum vertatur non nihil alterius naturae reseruat, vt eius subiectum & quasi receptaculum esse videatur. Vt stannum licet euanescat, & non appareat inducit tamen aeri colorem & cinis aquae multae iniectus. Oleum etiam non nihil acetum infusi retinet acrimoniam. Quod quidem in alijs perspici licet. Permistio ergo est earum rerum, quae inter se commutantur copulatio, & in naturam intermediam conuersio. Declaratum ergo est quid sit permistio & ex his rebus constare, quae patibiles sunt & facile secari determinarique possunt.

Cap. 6. De varia eorum, quae permiscerentur, ratione.

Dein-

Forma mistionis.

mistio quid sit.

Primum tractanda sunt varia permistorum genera & eorum rationes explicanda. Sed prius in memoriam oportet redire primarum qualitatum, quas quatuor esse posuimus calidum, frigidum, humidum, siccum: habentque vim habere faciendi vim calidum, frigidum, relique vero duae patiendi humidum & siccum. Quicquid enim affectionibus suis res est, si illa vi fieri putamus. Siue visumant, siue copulet, siue excoet, siue humidum reddant. Contra vero istarum vi praestari censemus, quod accipiant & quasi patiantur. Vt quod tenera sunt, flectantur, & facile quocumque ducas sequantur quia humida sunt. Quod autem durum sit resistat, nec facile torqueatur, quia siccum sit. Tum si quicquam facere volumus, vt liquefacere, adurere, flectere, allicere, informare, coniungere & id genus alia calidum adhibemus, vel frigidum. Sin autem nobis opus sit aliquo quod flexibile sit, atque molle quod arbitro nostro fingatur humidum inuestigamus. Sin autem quod durum, firmum fixumque sit, siccum inquirimus. Ipsa igitur factio nostra, & rerum ipsarum officio facile declaratur, calidum & frigidum vires habere faciendi humidum vero & siccum patiendi. Tum ex eorum definitionibus id intelligitur: siquidem ex Aristotelis & omnium, quod ego sciam, philosophorum sententia calidi frigidique natura ex eo quod separat & cogit explicata est: separare vero & cogere efficere est. Humidi vero & siccum ex eo quod facile, vel difficile cedat & coerceatur. Cedere autem & coercei ea censentur, quorum naturae aliquid accipiant, atque patiantur.

Qualitates in eorum quae habent faciendi & in eas quae habent patiendi vim.

Ex hoc ergo facile patet, primas quatuor qualitates alias vim habere faciendi, alias patiendi. Sed antequam ad eorum varia munera, quibus in permistionibus funguntur tractanda accedamus, id maxime oportet animaduertere; calidum, frigidum, humidum, & siccum, non simplicia sed ambigua esse verba differentesque; ex eis sententiae accipi possunt, id quod ex eorum definitione perspicuum est. Nam calidum esse diximus quod separat ea, quae sunt eiusdem generis; frigidum, quod ea cogit, quae sunt diuersi generis. At si recte non intelligatur definitio ex eis concludetur nihil esse calidum praeter ignem. Nam ignis modo eo munere fungitur quod definitione declaratur. Non enim licet homo calidus sit suo calore separaret ea quae sunt eiusdem generis, neque vllum aliud animal licet calidum sua vi esse censetur. Ita neque frigus vllum praeter id quod est in gelu, copulat, quae sunt diuersi generis. Calidum ergo dum eam naturam significat, quae est in tertio genere qualitatis, vt est in metaphysicis expositum, quia simplex illa est, neque ad aliud refertur tantum in summum calorem, quo ignis duntaxat praeterit, & cadit. Etenim solus ignis est simpliciter calidus. Ita gelu simpliciter frigidum. Alia omnia calida vel frigida sunt ex comparatione. Quare eadem res calida & frigida est cum diuersis colorata, sicut magna & parua, vt homo calidus est cum asino comparatus, cum leone vero frigidus. Quam ob causam eam calidum naturam continet, quae est in primo genere eorum quae cum aliquo conferuntur. Idque dupliciter, sicut duplex esse potest comparatio: siquidem vel compara-

Quomodo sunt intellectus generis quatuor qualitatum definitiones.

tur

*Que calida
vel talia
cōferantur.*

tur cum reliquis tribus qualitatibus
ic tum calidum est id subiectum in
quo calor præstat alijs tribus primis
qualitatibus. Vt animal est calidum
natura sua, quòd calor in eo emine
re videatur, cadaver frigidū, quòd
frigus excellat, lapis & alia eodem
modo vinum, mel, oleum, sanguis,
adeps humida, quòd vincat ceteras
qualitates humor. Lapis autē, lignū
arena, cornu, vnguis, vngula, charti
lago sicca, quòd plus sint siccitatis,
quàm aliarum qualitatum consecu
ta. Vel cōparatio est cum alijs eiuf
dem generis, vel summi, vel infimi,
vel interiecti. Et tunc collatio cum
eo fit cuius cōstitutio in medio po
sita est eiusdem generis. Vt cum la
pidem, cornu, vngulam, lignū sicca
nuncupamus, per se cōparatio du
cta est ex genere corporum amplif
simo: significamus enim alijs corpo
ribus esse sicciora. Quòd eorū sicc
tas vltra mediam corporum siccita
tem progrediatur. Vt si mediū qua
litatum omnium locum teneret ho
mo, vt Galenus & alij iudicant. Ex
interiecto genere sumitur compara
tio cum leonem, canem, equum ca
lida esse ducimus, quòd alijs anima
libus calidiora sint, & mediam ho
minum temperationem superent.
Ita de equo dicimus, vt cum homi
ne calidum esse, vt cum cane frigi
dum, & canem vt ad hominem &
equum siccum, vt ad formicam &
culicem humidum. Ex infimo autē
genere trahitur comparatio cū res
singulas cum similibus cōferimus,
Vt alius homo calidus, alius siccus,
alius humidus, alius frigidus habe
tur comparatus cum alijs homini
bus & eodem modo fiet in quibus
cunque alijs animalis formis. Cuius
comparationis norma, ad quam de

fectus & abundantia ex igitur, me
dium temperamentum in eo gene
re est quòd optimū iudicatur, cog
nosciturque ex functionibus mune
ribus cuiusque generis proprijs. Vt
res illa indiuidua, atque singula sit
optimo medioque temperamento
quæ facilius & promptius muneribus
fungitur nature sue accommo
datis. Itaq; his omnibus modis sicut
magnum & paruum, ita calidum &
frigidum, humidum & siccum dici
tur, vt sicut magnum & paruum in
his sunt, quæ ad aliud affecta sunt,
ita & primæ qualitates. Calidum
etiam & frigidum, humidū & siccū
est vel re ipsa, vel potestate. Illud
sensu percipitur statim, vt ignem, a
nimal, cor eius, & iecur calidū esse
senties simul atque eis manum ad
moueris. Hoc autem nō statim, sed
leui commutatione calidum fit &
sensu cognoscitur, vt piper, zimzi
ber, & sinapis. Si pinsetur, aut stoma
cho conficiantur. Tot ergo modis
primis qualitatibus rem quamque
affici putamus. Earum autē permi
stio multis modis cōtingit, qui om
nes ad nouem temperamenta tan
dem reuocatur. Primus est si vtriuf
que repugnantia partes æquatis vi
tibus, ita componatur, vt nulla pars
abundet & effluat. Sic vt nō magis
calidum, quàm frigidum, humidū,
quàm siccum concretum sit. Cuius
modi cutis humanæ misionem Ga
lenus esse suspicatus est: ea præfer
tim, quæ est in vtraque palma ma
nus. Deinde quatuor temperatio
nes coagmentatur si alterius repug
nantia alterutra pars abundet. Et
tum vt dictum est ex ea repugnantia
parte concretum, & ipsa temperatio
nominabitur quæ excellit, vt calidū
concretum sit, & calida eius tempe
ratio,

*Nouē sunt
diuersa tē
peramenta*

ratio, in qua calor emineat, ita frigi
da, in qua frigus, humida, in qua hu
mor, sicca, in qua siccitas. Alia verò
quatuor constāt permisiones, si v
triusque repugnantia alterutra pars
præstet. Et vtraque parte vincente
temperatio & concretum appella
bitur, vt si calidum ex vna repug
nantia humidū, ex alia excellat, cal
lida & humida temperatio vocatur
quòd calore & humore excellat. Sic
frigida & humida, quòd frigus &
humor abūdet. Calida verò & sicca
quòd calor ex vna repugnantia par
te, siccitas autem ex altera effluat, sic
eodem modo frigida & sicca, quòd
frigus & siccitas magis extent & ap
pareant. Nouem ergo constituuntur
diuersa temperamenta, tempe
ratissimum quo quatuor qualitates
inter se æquantur. Deinceps qua
tuor alia sunt, quibus vna magis
apparet qualitas, vt vel calidum vel
frigidum, vel humidum, vel siccum
sit. Deinde quatuor alia in quibus
duæ qualitates eminent, vt sit cali
dum & humidum, aut calidum, &
siccum, aut frigidum & humidum,
aut frigidum & siccum. Illud tamē
semper est in mente in hac rerum
tractatione agitandum, licet huius
modi qualitates vires & instrumen
ta nature sint ad res temperandas,
atque gerendas: in primis tamen
concreta constant vi essentia has
qualitates mouentis, & ad opus v
numquodque dirigētis, vt semper
essentia causa sit præcipua non ac
cidens, sed essentia, eademque
actionum omnium & per
persionum
dux.

Cap. 7. De putredine.

His ita constitutis mūnera
notanda sunt quibus qua
litates sanguuntur, quæ vim
efficiendi & patiendi habent, & ea
rum varias permisiones, ac tempe
rationes tractandæ. Et sicut egimus
primum de ortu ita prius est de pu
tredine differendū quæ ortui maxi
mè contraria est. Nā semper interi
tū sua spēte affert. Et ortu res cōsti
tuuntur, putredine labefactatur. Or
tus est denique rerum principū, pu
tredo finis & exitus. Vt autem pu
tredinis ratio melius intelligatur
optimus corporum status & quasi
vita cognoscenda paucis & animad
uertenda est: quæ tota humore &
calore insito & innato continetur.
Innatus est, qui cum re ipsa nasci
tur & existit, & suæ formæ, atque
virtutis sedes & domicilium est, qui
quidem calor humore nascitur, hu
mor verò calore fouetur, qui vndi
que sibi aptum humidum allicit &
conciliat, & intimis corporis parti
bus includit. Corpore verò putres
cente contrā contingit. Quoniam
humor innatus extrahitur, quem
comes eius calor consequitur. Quo
fit vt intimæ rei partes humore ca
loreque destituantur extraria verò
humidiores & calidiores reddatur.
Vt ex vulnere intelligi licet, quod
pure & sanie, quia putrescat, humi
dior fit. Et stercus putre aruis est ma
gis idoneum, quia humidius & cali
dius. Cum ergo humor & calor inti
mus ad corporis partes externas tra
hatur, interiores frigus & siccitas
occupat. Quare humida primum
deinde arida sunt quæ putrent; &
ad extremum impulerem conuer
tuntur, vt ex lignis constat, quæ ca
rie & tinea conficiuntur. Nam cum
humore siccitas cogatur & deter
mine.

*Putredo or
tui cōtraria*

*Calor inna
tus quid.*

*Putredo
quomodo
fit.*

netur, eo sublato effundi & dissipari necesse est. Restat tamē, ut declarem, quid causæ sit, cur extrahatur ex intimis partibus calor, & humor educantur. Id autem fit vi eius quod circumfusum est, siue aer, siue aqua, siue alia res sit aliena, à qua profectus calor vincat rei, quæ tabescit calorem: qui victus innatum humorem suum defendere, & tueri non potest, quo minus ab alieno calore attrahatur, & alliciat. Ea enim est caloris ratio & natura, ut quoniā eius partus est humor, vndique eū pro sua parte accersat. Ita enim fit, ut ignis magnus propinquum, & longe minorem igem absumat, nō alio modo, quā humidum quo pascitur alliciēdo multa maiore vi. Cum ergo calor insitus humorem suum victus retinere non possit, eū sequitur à quo distrahi non facile patitur, quo fit ut pariter cum humore calor adducatur frigidæque & siccæ partes interiores relinquatur. Vnde vermes nonnunquam in rebus, quæ putrescunt gignuntur, quod signum est caloris & humoris. Siquidem videtur aliquid caloris, partes nonnullas humoris sui, cum quibus natura copulatur maiore vi ne ab eis diuellatur completi. Sic ut vitam eis cælo, & alijs superioribus causis iuantibus præstet. Quod autem putredo & caries calore contrahatur ex eo perspicuum est, quod si frigore calor innatus opprimatur: Res non putrescit, sed congelatur, aut aliquid aliud patitur & accipit. Ex his ergo qualitibus, quæ vim habent faciendi, calor duntaxat putredinem efficit. Et

Cur porius
æstu quam
hyeme res
putrescant

ob hanc causam hyeme minus, quā æstu res putrescunt. Quia hyeme minus est caloris in eo quod

circumfusum est, quā ut vincere possit intimum, & innatum calorem. Præsertim quod frigore comprimantur itinera, per quæ humor educitur æstu verò aperiuntur: nam caloris est separare. Item quæ nimis frigent, aut calent non putrescunt. Illa quia maiori vi frigus humorem constringit, quā calore eius quod circumfusum est trahi possit. Hæc quia maior etiam est vis caloris intimi ad humorem retinendum, quā ambientis rei ad accersendum. Quæ fluunt atque mouentur minus putret, quā quæ quiescunt. Quia cum incidant in aliam & in aliam aeris partem nullū spatium habet commouendi tum ipso non vehemēti motu ventilata non nihil extrinsecus refrigeratur. Quo vis ambientis caloris coercetur. Ob eamque rem citius palustres, quā fluuiatiles aquæ putrescunt. Similique ratione ea, quæ maiori molle & copia sunt difficilius putrescunt, quā ea quæ minora sunt. Quia plus est in eis caloris aut frigoris naturalis, quo magis alieno calori repugnet. Ita maris aqua separata putrescit vniuersum autem mare nunquam corrumpitur. His ergo signis & argumentis facile patet putredinis definitio est igitur humoris & innati caloris ab alieno calore extinctio.

Putredinis
definitio.

Cap. 8. De concoctione & inconcoctione, & earum formis.

Quoniam de ijs commutationibus & permissionibus disputauimus, quæ rebus accidunt vel orientibus, vel occidentibus. De illis deinceps differamus, quæ eisdem natura constantibus

Concoctio
quid.

bus vsuuenient. Patibiles ergo qualitates, vel calore, vel frigore coercetur, si calore cōcoctæ censentur. Est autē coniectio quædam à calore perfecta apta patibiliū qualitatū perfectio. Non autē necesse est ut Arist. definiuit à natuo calore manare, sic enim nihil concoctio à maturitate distinguitur: cum multa concocta dicantur, quæ nō appellantur. Matura ut ea quibus arte quadam calor supeditatur. Lactis enim est cōcoctio nō autem maturitas. Carnes cōcoquantur & nō maturescunt, & alia. Cum ergo humida materia vitalis determinantis aptam perfectionem est consecuta cōcocta est. Materia verò calori mouenti subiecta, aut altera est patibilium qualitatum, aut ex vtraque temperata. Calor autem determinat cum materiā humoremque superat & aliqua, ne rotus effluat siccitate cōstringit. Apta est perfectio cum eam formam est adeptæ, quæ natura, vel arte queritur. Natura ut cum arborum fructus sunt concocti, atque perfecti, & cibus in vetriculo, vel in venis. Arte, ut lac est coctus & carnes coctæ cū aptiora sunt aduescendum, & multum satis esse decoctum iudicamus, cum vinum suaue sit. Hoc modo, quæ putrescunt, dicuntur esse concoctæ, ut phymata cū purulenta sunt. Et pus ipsum coctum est & pituita in catharis, cum crassiora redduntur, & ea forma, quam medicina querit, ex qua cognoscit à calore insito aduentitium humorem vinci. Idem lachrymæ declarant sordidiores redditæ. Sic vrina cocta & alui sedimenta sputum, & vno nomine excrementa. Itaque concoctio omnis vel arte, vel natura facta formā quandam, tanquam finem propo-

sum habet cum tantus & talis humor insit re, quæ vel assa, vel elixa redditur, vel putrescit, vel quodam alio modo calefit. Et nonnunquam arte & natura perficitur hoc est insito & aduentitio externoque calore, ut cibi concoctio balneis, & alijs eiusdem generis adiuuatur. Et ea quæ concoquantur sicut calidiora, ita aridiora determinante calore redduntur. Et quia aridiora crassiora & quodammodo maiora efficiuntur. Id igitur concoctio est, Quod si nō calore, sed frigore coerceatur humor. In concoctio (ut ita dicam) est, quæ ut est concoctio cōtraria, ita contrario modo frigore fit imperfecta quædam & aliena forma. Quod calor, vel innatus, vel extrarius congruēti perfectioni desit. Et ita cibus est in concoctus, caro in concoctæ, pus incoctum, vrina, lachrymæ, sedimenta & sputum. Quod contraria affectione teneantur, quā concoctio exigit. Vbi enim calor deest frigus suppetit. Ita igitur se cōcoctio & inconcoctio habent. Sequitur ut earum formas exponamus. Calor autem quem concoctio desiderat, vel natura, ut dicebamus, vel arte adhibetur. Si natura modò, maturitas est, ut in arborum fructibus alimenti concoctio maturitas est. Quæ tunc integra & perfecta est cum semen in fructibus inclusum tale aliud præstare potest, quale ipsum est. Ita enim animalia perfecta & absoluta esse putamus: Ita non translate, ut Aristoteles vult, sed propriè phymata, pituita, vrina, alui sedimenta, matura sunt, cum ab intimo & naturali sunt calore decoctæ, licet ab extrario iuuentur, cum cataplasmata adhibentur. Quæ & eiusdem generis alia

Incoctio
quid.

KK eodem

eodem modo prorsus maturefcunt quò de coquunt, vt humorè calor determinet, atq; definiat. Quodquidem nifi dominetur non potest cõficere: dominatur autem cum humorem nonnihil à ficcitate accipere & pati cogit. Quare quæ maturefcunt ex tenuibus femper crafsiora fiunt, vt ex aeris quidem aquea & ex aquæis terrena reddantur. Dum calor naturalis alia ad fe alliciat, alia abijciat. Crudititas autem aduerfa est maturitati & modis omnibus contraria. Vt ficut maturitas est perfectio quædam quam affert inſitus calor. Ita crudititas est inchoatio quædam & imperfectio, quam frigus id est caloris indigentia procurat. In cruditate non calor, fed frigus in humore dominatur, illumq; continet, atq; determinat. Ob quã cauſam crudarum rerum exiguus est ſuccus, ſapor acris, nec ad veſcendum, nec ad bibendum accommodatus. Sicut autè maturitas ita & crudititas in res varias quadrat, vt vrina diſtillationes ſedimenta cruda etiã ſint, cū à calore non ſunt ſatis ſubacta, atque concreta. Nomine tamè abutentes per translationem laterè crudum & lac crudum dicimus improprie tamen, quia matura non appellantur, cū id caloris non acceperint ob cuius penuriam cruda nuncupantur. Ac quid maturitas & crudititas ſit dictum eſt cū ab innato calore vel determinatur, vel non determinatur humor. Sin autem ab externo definiatur, vel humidus eſt, vel ſiccus: ſi humidus ſit elixatio ſit quæ eſt ab humido calore concoctio. In qua extrã calor exhibitus, cū ſuperior, ſit rei elixæ humorem trahit. Quare carnes elixæ, licet humore ſuo priuentur,

Crudititas quid.

Elixatio quid.

& in eius transferatur, molliuntur tamen magis, quàm ipſorum eſt natura aquæ externo humore. Hoc concoctionis genere, cibus in ſtomacho, & in venis cõficitur cum potiùs ſtomachi, quàm ipſius cibi calore decoquatur. Qui humidus quidem redditur tum propter innatum humorem, tum propter potum. Aliquando extrinſus quidem calor eſt: ſed humor intimus, vt cū lac cõcoquitur, vel muſtum, vſque ad tertiam menſurã partem, vt ſapa fiat. Quæ verò elixantur, vel craſſiora, vel minora, vel grauiora, vel molliora, vel ſicciora, vel duriora fiunt, vel aliqua ratione ab humido calore mouentur, vt ſuccus & ſapor, qui in humore eſt in aliud genus conuertatur à calore, qui extrinſecus adhibetur. Carnes ergo propriè elixantur, quia molliores fiunt. Cibus item lac etiam & muſtum, quia craſſiora efficiuntur. Panes & lateres propriè cilibanis & furnis elixantur, quia coquuntur: & ab humido externoq; calore, ergo elixantur: cū firme & conſtanter aridiora & ſicciora facta commutantur. Aliqua elixari non poſſunt, quòd nihil eorum humor commoueri, & affici poteſt, vel quoniam modicus & paucus eſt, cum multa ſiccitate implicatus, vt lapides. Vel quia præ craſſitudine à calore ſuperari non poteſt, vt ligna: licet ligna improprie & translatione in aqua elixari dicantur. Aurum, verò argentum, & alia metalla potiùs liqueſcunt, quàm elixantur. Siquidem neque craſſiora, neq; leuiora redduntur, neq; alio pacto commutantur. Nam ſtatim concreſcunt, & ad eandem naturam redeunt. Oleum non elixatur, licet extrinſecus calore quodam

quodã artificio adhibito magis purus & à fæcibus vacuus reddatur. Nam eius humor craſſior & viſcoſior eſt, quã vt ab igne ſubigi & modificari poſſit. Ita neq; calore deſius neq; tenuius efficitur. Aqua etiam non elixatur, quia licet minor igne ſubiecto fiat, quæ reliqua eſt propter humorem nimium nunquam à calore vincitur, vt craſſior & ſiccior præteretur. Ac elixationem externo calore humidoq; cõcoctione eſſe expoſitum eſt. Eius autem contrariũ, quod à frigore affertur propter caloris penuriam nomine vacat. Eſt autem imperfecta quædam & non plena elixatio: cū externus & humidus calor minor eſt, quàm vt ſubigere & modificare rei elixandæ humidum poſſit: maior autem quàm vt nihil cõmoueat & pulſet. Vnde duriora reddi ſolent, quæ nõ plenè elixantur: quia eorum humor nihil exprimitur, ſed inflatur quodammodo, atq; excitatur. Elixatio ergo & eius contrariũ conſequuntur calorem, humidum & extrariũ. Quòd ſi calor extrinſecus admotus nõ humidus, ſed ſiccus ſit, aſſatio eſt quæ eſt à calore arido alienoq; facta concoctio. Quare ſi calor nullo inſectus humore, ſed igni ſubiecto adhibeatur rei, quæ elixari nõ inſito ſed aduictio humori poteſt, aſſatio conſtat. Quæ non ſicut elixatio humorem innatum rei, quæ elixatur, edducit, ſed licet excitet incluſum in re ipſa relinquit. Nam aridi caloris vi partes extremæ igni propinquiores citiùs ſuo humore deſtitute cõeunt & cohærent inter ſe, quo humor inſitus intercipitur cū itinera minus aperta ſint, ita vt trahi & elici non queat. Quod in elixis, vt diximus cõtrã contingit. Quare ma-

Aſſatio quid.

iore coqui industria opus eſt ad aſſum aliquid quàm elixum reddendum. Quòd egregiùs in aſſis, quã in elixis priores & interiores partes equaliter concoquantur. Niſi enim in aſſatione induſtriùs calor adminiſtretur citiùs aduſtum, quàm aſſum fiet. Nam ſi plus ſatis in aſſis vis caloris progrediatur aduſtio ſit. Cõtrarium verò eius frigus exhibet ob caloris indigentiam non valentis perficere, ſed inchoare aſſationem. Declaratur autem circuitione & anfractu, quòd nomine careat apud latinos, vocatur ergo imperfecta, & inchoata aſſatio: quæ accidit, vel paucitate caloris, vel copia humoris mouèdi. Aſſo & elixo interiectum eſſe videtur, quod ſartagine torretur. Quare vtriq; quædam ex parte ſimile, & alia contrariã eſſe videtur. Elixum imitatur quoniam omnino arido, ſed humido calore adipis, vel olei, coquit. Aſſum, quod munus ſit adipis vel olei, quã vt elixari poſſit, ſed ſartaginis potius arido calore concoquitur. Item extremitates copulantur & comprimuntur. Vt viæ non pateant humori inſito, ſed intus retineatur veluti in aſſatione. Trahit tamen, quod torretur, ad ſe aliquid externi humoris, nam vincitur ab interiori propter paucitatẽ. In quo elixorum ſimile eſt, quibus, vt diximus penetrat & diuidit externus humor. Ac ita torrendi ratio declarata eſt ex qua eius contrariũ, vt in alijs cõctionis formis cognoscitur quod etiam eſt circunſcriptio ne declarandum. Ac explicatum eſt torum concoctionis genus, & eius formæ maturitas lixatio aſſatio, in ſartagine toſtio & corum contra-

Torrens quid.

Cap. 9. De permistorum coagmatione.

Physicos aliter quam medicos de temperatione iudicare.

Quoniam de quibusdam actionibus differimus, quibus res permiscetur, restat ut de ipsa corporum coagmatione disputemus. In qua re materiam & efficientem causam exquirere oportet. Materia eius sunt quæ vim patiendi habent qualitates siccum & humidum. Efficiens verò causa, quæ vi sunt efficiendi calidum & frigidum. Quæ quatuor qualitates aliæ agentes aliæ accipientes in coagmatione & temperatione copulantur. Sed vtriusque virtus ex vtraque repugnantia vicerit, ex ea rotum quod temperatum est imprimis nominatur. Ut aridum illud est in quo siccitas præstat, humidum in quo humor. Animaduertendum tamen est in quo medici nonnulli physicos agentes decipiuntur. Aliter physicos, quam medicos de his affectionibus iudicare. Physici qualitates ipsas conferunt inter se, & ex ea, vel eis, quæ superent nomē imponunt, ut diximus. Medici verò quod temperatum & permistum est. cum hominis temperatione conferentes illud, exempli gratia, calidum esse tradunt, quod homine est calidius, & ita in alijs qualitibus. Nam in hominis tantum valetudine medicinam versari existimant. Ita physici animalia omnia, atque adeo omnia, quæ viuunt, calidum esse iudicant siquidem calore insito vita continetur. Medici verò multa animalia, ut ciniphes muscæ & insecta omnia multa etiam herbarum genera frigida esse tradunt: quia ad hominis temperationem frigida habentur. Oleum item non esse

calidum, sed bene temperatum Galenus narrat. Quia si corpori temperato adhibeatur, nec frigus, nec calorem excitat, sed optimam eius temperationem conseruat. Tamen ab Aristotele in calidis liquoribus numeratur: ob eamque rem, sal & nitrum ab eo non resolui putat. Nulla tamen contradictio est. Quia oleum: licet non sit homine calidius, magis tamen in eo calor eminet & apparet. Illud etiam considerandum est alia corpora re ipsa, alia potestate esse talia. Ut quæ liquari possunt potestate humida sunt & mollia, ut gelu & grandio, licet re ipsa dura & arida esse videantur. Item alia, per se vique, sua alia per aliud talia sunt. Ut cinis aquæ admixtus humidus est per aquam, cum per se aridus sit. Cum autem quatuor primæ qualitates principia sint omnis coagmationis, atque compositionis. Quatuorque corpora sint in quibus præter cætera hæc qualitates extent & emineant, terra scilicet, aqua & aer & ignis. Illud corpus in quo aliqua ex his quatuor qualitas excellit ad illud ex his quatuor corporibus pertinere putatur, in quo qualitas illa superior fuerit. Ut quod in siccitate excellit ad terram, quod in humore ad aquam expectare, ita ut sicut humor & siccitas corporibus materiam, ut dictum est exhibent: ita terra & aqua in quibus hæc qualitates eminent rerum omnium naturalium materiam esse videantur. Licet enim aer non sit in humore inferior, sed forte superior aqua. Minus tamen aptus est ad temperamentum, quod non tranquillus sit & quietus, sed immoderate agitur & fluctuat. Nonnulla tamen humida corpora aliqua ex parte ad aera referuntur. Ignis autem nullam materiam

Coacta quo modo referatur ad elementa.

riam prebet, sed vi & efficientia caloris res omnes efficit & informat: ita ut frigus cum eo comparatus potius patiatur & materiam esse, quam agere videatur. Nam in his reperitur, quæ vim patiendi habent, & ex quibus rerum materia petitur aqua enim & terra frigida sunt. Nihil autem frigore viuit, sed potius interit. Omnia verò semina, quæ terra concipiat & aqua procreet, ea temperatione caloris oriuntur, & auferuntur. Frigus autem facit aliquando non per se, sed per calorem, ex eo, quod calorem colligat & ei vndique obstat. Ut cibi melius hieme, quam vere coquantur, & fulgur frigore in nubem compellitur. Itaque præcipua faciendi vis calore vel igne continetur, patiendi humoris, vel siccitatis, quod est aqua, vel terra. In terraque & aqua animalia, & aliæ res concretæ versantur. In aere verò nihil fere nascitur, aut parum certe consistit, quod illa rerum naturalium materia sint. Omnia ergo quæ coagmantur, atque concretescunt, vel ad aquam, vel ad terram, vel ad vtranque pertinent. Sicut autem aqua liquida est, & exiccatur, & vaporem ex se fundit, & nihil in ea subsidet. Ita & quæ ad eam spectant, ut vinum, urina, lixiuum, acetum, serum, & sanies: quæ frigida per se sunt, sed alieno calore calida. Quippe vinum concoctione calet, lixiuum fusione per cineres urina per partes calidas penetratione, & concoctione cibi. Quæ si vel igne, vel alio externo calore agitentur tota si in vaporem vertunt. Quod si non nihil ex eis reliquatur, atque si deat, id terra est. Hæc frigore, caloris inopia coguntur, sed non condensantur, cum congelantur, &

calore liquantur externo. Alia verò liquida è quibus vapor non excitatur non solum ad aquam, sed ad terram etiam pertinent. Ut lac quod ex triplici natura constat ex sero quod aqua est ex caseo, qui terræ & ex pingui illo, ex quo butyrum exprimitur, quod quia olei naturam imitatur, ad aerem & terram spectat. Quod si nihil aut parum cremoris lac habeat ex quo caseus conficitur aqua magis naturam exprimit. Nec est aptum ad alendum, ut lac camelorum & asinæ. Sanguis etiam liquidus est, non est tamen eius natura simplex & solitaria: nam eius sanies aqua tribuitur. Illud autem quod fibras habet & refrigeratum exharefcens coit, terra vendicat. Qui verò cogi, & coire nequit quia fibris caret: qualis est sanguis ceruorum, damarum, & bubalorum, is aqua potius assignatur. Siquidem fibræ terrenæ sunt, atque solidæ, quibus detractis aqua est id quod remanet, quemadmodum lac casei cremore sublato. Quod ex eo cognoscitur, quia vitiatu sanguis minimè concrefcit: quod parulentus sit, totusque pituita & sanies, quæ aqua est quippe quæ nec concocta, neque à natura subacta & modificata sit. Fit enim caloris inopia, ideoque in senioribus abundat: & in eis quibus frigidior est ventriculus. Quia ergo sanguis ex sanie & fibris totus componitur, quod est ex aqua & terra frigidus à quibusdam medicis & physicis habetur per se: suaque vi, aduentitia verò calidus: quia manat à corde, in quo sedes & domicilium est totius animalis caloris. Ab animali tamen separatus, aut animali extincto statim refrigeratus exharefcit, & cogitur. Calor enim

Sanguinis natura.

aduentitius exigens secum humorem trahit eius sanguinis, qui fibris tenetur. Ab eo autem, qui fibris vacat torus humor, quod magna vi & copia sit, elici pariter cum calore non potest quamobrem non concrecit. Ratio tamen non est, frigidum esse sanguinem putare, qui caloris & vite animalis vehiculum est. Cum eius vita calore potissimum contineatur. Idcirco Hippocrates, Aristoteles, & Galenus, & alij medici, atque physici calidum esse tradiderunt, licet ex terra & aqua eius materia confletur. Forma tamen insita ei & naturalis calore tota constat, sicut ipsa animalis vita. Ita ut licet animalis materia terra sit, & limus, tamen pro vita eius & forma calidum est. Ita & sanguis dum est in animali viuo. Nam se iunctus, & animali vita defunctus alia natura & constitutione est sicut ipsum cadaver. Ideoque Galenus, & Hippocrates, humidum & calidum sanguinem esse narrat. Quod in eo humor & calor ceteras qualitates excellat. Lac vero sanguine est calidius, ut suauior eius sapor indicat, & quia maiore in vberibus concogitione totus fit. Qua de causa ferius separatus concrecit. Oleum tamen in liquidis numeratur, & in eo nihil desidet, sed ei natura magis habet dubitationem. Nam si pertinet ad aquam, cur frigore non cogitur? Si ad terram, cur non concrecit calore? Ut mox de ijs dicemus corporibus, que terre naturam retinent? Cumque a neutro cogatur, vtriusque vi crassius redditur. At facile intelligitur, cur frigore crassescat. Eius enim vi aqua ei admista aliquantulum cogitur: & non nihil aeris inclusi in aquam se ver-

Olei qualitas.

tit. Minime vero omnino cogitur, atque coit, quod eius id lentor impediatur spiritum & aerem restricte obseruans, ex quo olei materia constat. Id quod hinc sciri potest quippe quod in aqua innatet: aer enim & spiritus sursum fertur. Veruntamen cur igne crassescat difficilius explicatur. Præsertim quod Aristoteli quodam loco dicit non $\pi\alpha\chi\upsilon\tau\epsilon\pi\omicron\nu$ & ob eam rem non elixari, & alia loco $\pi\alpha\chi\upsilon\tau\epsilon\pi\omicron\nu$, igne reddi. Quod igne calor obscuretur & euanescat. Sed cur igne calor euanescat? An maiore sua vi interiorem humorem accersens, quem calor sequitur. Sicut ea, que elixantur, aut putrescunt. Sed oleum de eiusdem sententia, neque elixatur, neque villo modo putrescit. Tum si euanescente calore ex aere oriretur aqua, qua crassesceret, id quia calor absentia contingeret, potius frigore, quam calore fieret. Crassitudo ergo ei nunquam calore, sed semper frigore eueniret. Contra quam in questione punitur. Oleum ergo crassius igne, & verustate redditur, quod illa terre pars quam secum ex baccis oliuisque traxit non nihil cocat atque cogatur, sicut eis rebus, que terram imitatur, ut mox dicemus, vsuuenire solet, ut igne desentur, atque concrecant. Omnino vero non cogitur, atque concrecit, propter aerem & spiritum, quem ut diximus reprimat. Exalbescit autem alicuius partis aquæ expiratione, que & in aerem conuersa maiores ei spiritus præbet, quibus ex candescit, ampliusque tumet, atque crassescit. Exalbescit etiam ablutione, ut Galenus testatur. Quod ita purgetur, & ab illa terra parte purius efficitur. Non exicat autem oleum, nec solis, nec ignis vlla vis, quia glutinosum

Seminis animalis natura.

sum est & aerium. Nec aqua quæ in eo est exarescit decoquitur, quod lentor & gluten eius vniuersam, aut multam eius expirationem coerceat. Semen animalis in liquidis etiam, est olei non dissimilis, in eo, quod aerium sit: nam spumam imitatur: cum agitatione procreetur qua spiritus & aer intercluditur. Unde fit ut frigore non cogatur, nisi eius efficientia, prius in aquam se conuertat. Atque deinde humor vna cum calore exeat. Quod similiter accidit spumæ & spuro, licet minus calida sint, & ob eam rem nihil lentoris sicut semen habent. Alia licet in liquidis numerentur: liquoris tamen aquosi sunt expertia, & terra magis quam aquam sequuntur: nec concrecant. Ab utroque, tamen frigore & calore densantur, ut mel & mustum. Nam calidum mel aquæ frigidæ iniectum refrigeratione densantur mustum de coctione sappa fit. Ad quam etiam pertinet argentum viuum licet plus aeris in se contineat, quod non nihil liquoris habeat & non condensetur, nec concrecat. Hæc tamen, licet concreta sint ad aquam referuntur aurum, argentum, æs, stannum, plumbum, vitrum, pix, & plerique lapides, nam calore liquantur, frigore concrecant. Ergo, que ad aquam spectant, igne non coeunt: sed que coiere, eius vi resoluunt. Idem vero eidem eodem modo, atque ratione non est causa contrarij. Præterea ea de causa coguntur, quod calor expellatur, eius ergo regressu resoluantur necesse est. Quod circa frigiditatis efficientiam vique coguntur & coeunt. Coeuntia vero non densantur. Densitas enim constat humoris abiectio, dum id cogitur, quod siccum est. Aqua ve-

Mel & mustum.

Argentum viuum.

ro præter cetera liquida non densatur, quod parum, aut fere nihil terre admistum habeat & ita nihil eius subsidet. Earum vero, que liquida non sunt, sed per se consistunt, illa maxime ad aquam referuntur que frigore coguntur. Non quod vlla pars humoris exprimatur: sed viæ meatusque comprimantur, quibus humor efflueret, ut gelu nix, grando, pruina. Quæ autem calore coeunt, atque concrecant, quod humor multus expressus sit & exhaustus terre subiicitur, ut lateres, caseus, nitrus, sal. Quæ vero frigiditatis & caloris efficientia concrecant, cuiusmodi sunt ea, que calore liquata rursus refrigeratione coguntur, ut metalla, que aquæ attribuimus, terre etiam tribuuntur, quod non in eis intus humor totus comprimatur: sed vna cum calore bona eius pars excludatur. Itaque humoris & caloris priuatione coeunt, & utroque frigore & igne constipantur, ac terrena sunt & aquosa. Cera etiam quia refrigeratione concrecit, & ob eam causam vtrique est item communis. Ex his autem quorum non omnis calor, & humor, sed maxima pars expressa est, ad terram illa quidem magis spectant. Sed possunt molliori, ut ferrum & cornu. Quod si sæpe repetita refrigeratione cohereat, ita frigore pariter & calore concrecant, ut resolui calore non possunt. Vsu. n. euenire solet, ut multus humor cum calore expressus, qui reliquus est, ita frigore comprimatur, ut calor ei effluendi viam non aperire possit. Ita. n. chalybs ex ferro fit. Siquidem liquidum ferrum redditur, quo subsidet sæx: & in profundum dimittitur: & rursus refrigeratione concrecit, quare chalybs ferrum est purgatum. Et

licet minus fecis, plus tamen habet terræ. Sicut & ea quorum omnis humor expressus est quales late res sunt succinum, myrrha, tus, gummi, ad terram omnia pertinent. Item ferrum, cornu, vnguis, os, neruus, lignum, pili, folia, cortex, quorum alia magis, alia minus, ad terram tamen omnia referuntur. Iam verò sal, nitrum, & ea lapidum, quæ similiter sicco calore coeunt, nec vim ullam habent liquoris, eodem spectant. Lapidem etiã terreni modo sunt: quod paulatim dum exsicantur, concrecant. Ligna verò & terræ, & aeris naturam imitantur. Nam præter ebeum in summa aqua innatant, & comburi possunt. Atque hinc facile scire licet, coagmētationis causas efficiētes calorem & frigus esse quæ cogendo & condensando suum munus & officium præstant. Sed omnia fere calor administrat, & in omnibus rebus calor inclusus est, quo fouentur & sunt: frigore interimuntur & concidunt. Sed in quibusdam rebus frigus nonnihil deficiente calore facit, vt frigus caloris defectus esse videatur. Cùm ergo hæ causæ sint efficientes: humor & siccitas patiendi munus obeunt. Ideoque ex elementis corpora illa solida & expressa, in quibus hæ patiendi vires insunt concretorum omnium solidorumque corporum materia sunt. Aquam & terram intelligo humoris enim corpus aquam, siccitatis terram ponimus. Ex quibus omnia constant, quæ procreantur in orbem terrarum, tam ea quæ eruuntur à terra siue lapides, siue metalla, quæ terra gignuntur & auferuntur, & animalia, quarum rerum materiam terra & aqua suppeditant, & in eis spiritus inclusus, qui ex utroque ex-

primitur. Sed res omnes ita coagmentata, atque consistentes, varijs proprietatibus & affectionibus inter se differunt pro modis varijs, atque rationibus, quibus compactæ & coagmentatae sunt. Narrauimus autem eas res quæ in coagmentatione suam aquam, tum terræ naturam imitantur: nunc earum quasdam proprietates & affectiones operæpretium est declarare.

Cap. 10. De varijs coagmentatorum proprietatibus.

AC primum alia concrecere possunt, alia non possunt concrecere autem, vel frigore, vel calore, vel utroque. Calore quidem quod humorem excitet, frigore verò quod calorem extrahat, & humorē comprimat. Quare quædam humoris, alia caloris penuria coguntur. Ita vt quæ ad aquam referuntur caloris absentia. Et eo magis quo magis ad ipsam spectant, vt lixiuum vrina, & alia quæ vaporē reddunt & exiccantur, & nihil in eis subsidet, quæ quidem aquæ species esse videntur. Quæ verò terræ sunt attributæ humoris inopia concretionem accipiunt, vt sal nitrum. Quæ verò utroque calore & frigore concrecunt, vtraque etiam humoris & caloris vicissim priuatione coeunt, vt metalla. Hæc autem omnia contrario modo, quàm concrecunt liquantur. Vt quæ caloris absentia, eiusdem præsentia, vt gelu & pruina, & alia quæ terrena sunt & aquosa vt cænum & lutum, cùm in gelu coguntur, es & plumbum, quæ verò humoris priuatione coacta sunt, humore accedente liquefiunt, vt sal, & nitrum. Sed non humore quocun-

Concretio quomodo fiat.

cunque adueniente, sed eo tantum qui sua vi cum frigore copulatur, licet aduentio calore calefiant, vt aquæ & eorum quæ aquosa sunt, vt vini & vrinæ. Si autem humor earum rerum adhibeatur, quæ per se calidæ sunt, non resoluntur. Vt olei humore non resoluitur. Illa verò humore liquefcere intelligo. Nisi caloris opera, ita sit humor expressus, vt meatus omnes, & itinera sic constipata sint, vt amplius humori nulli pateant aditus, vt lateres, qui, si prius quàm calor adueniat, duri sunt frigore facti. Sicut cænum nonnunquàm & lutum. Primum efficientia caloris, ita molliores redduntur, vt in fornacibus cum de coquantur distorqueri soleant. Quæ verò frigore & calore concrecunt, vt metalla, nisi magna vi caloris, qui frigore expulso, quod in eis humoris reliquum est, excitet resolui nequeunt. Si sæpe tamen frigore & calore repetita refrigeratione concrecant. Ita humor extenuatus, atque deiectus frigore constringitur, vt amplius nullo calore commoueri possit. Vt in calyce, & quibusdam saxis, in quibus id etiam accidit, quod viæ sint omnino humori interclusæ. Sicut de lateribus diximus. Concretionis autem vi careat, quæ licet liquida sint, humoris tamen aquosi sunt expertia. Non enim vaporē ex se fundunt vt oleum. Mustum etiam & mel, licet densentur parum, aut nihil coguntur. Nec illa, quæ licet ad aquam referantur, multum tamen in se aeris coercent vt oleum, argentum viuum, gluten & glutinosa, vt in quibusdam terris pix. In his enim ab Aristotele numeratur. In nostra tamen regione satis aer expressus esse videtur, nam bene concrefcit. Hastenus de his quæ

concrecunt liquantur. Alia mollia reddi possunt, alia non possunt. Molle vt ab Aristot. & alijs philosophis definitur est cuius extremitates cedunt corpori prementi, nec per extremitates corporis prementis funditur. Durum autem è contrà est quod in se per extremitates non cedit. Quare aqua non est mollis, quia eius extremitates non cedunt, sed per oras prementis transferuntur. Quas definitiones perspicuum est totas sumi ex his, quæ cum aliquo conferuntur. Nam id, quod cedit alteri vel non cedit, ita se habet sicut magnum & paruum, multum & paucum. Sicut enim idem ad diuersa est magnum & paruum, ita & molle & durum. Nam ad id, cui cedit, erit molle, ad id autem, quod ei cedit, erit durum. Cùm ergo hæc definitio tota posita sit in natura eorum, quæ cum aliquo conferuntur, ex ea non potest intelligi quid per se molle sit, vt Arist. & eius interpretes significare contendunt. Qui enim fieri potest, vt ex eo per se intelligat esse, quod totum est ad aliud. Nam quod dicitur per se, & absolute durum tactu definiti, quasi medio quodam adhibito id non est durum & molle per se, sed ad tactum relatum. Sed cum durum & molle non sit ex se in secundo, sed in primo genere eorum quæ cum aliquo comparantur sicut scientia, & id quod sub scientiam cadit. Etenim ex primis qualitibus gignitur, quæ per se non faciunt comparationem, & id quod est ad aliud sed aliam naturam, quæ sua vi consistat. Quam oportet inquirere, vt tota mollis & duri natura comprehendatur. Eam Arist. alio loco satis doctè tetigit molle esse dicēs, quod non totum ad aquam pertineat, vt

Molle quid

gelu, vitrum, grando, & cristallum, nec totum ad terram, vt ex eo totus fere humor sit expressus, vt nitrum & sal. Aut inæqualiter fufum per corpus, vt lateres, qui ob eam rem franguntur, potius antequam mollescant. Sed in quibus sic humor & siccitas temperata sint & permista, vt trahi & duci possunt. Dura verò erunt quæ nec trahi, nec duci possunt. Sed si ægre trahi & duci possunt dura potius habentur. Vt ergo mollitie teneatur faciliè duci, ac trahi oportet. Quæ facilitas vel difficultas ex tactu iudicatur. Quo quidem pacto simplex & absoluta mollis, & duri natura intelligitur. Trahi autem possunt ea quæ in eodem loco posita eorum extremæ & summæ partes ad id transferri possunt quod mouet. Itaq; aliud est, quam repellere & propulsari, hæc enim per se loco mouetur illud verò non, vt pilus, lorum, neruus, farina aqua subacta gluten, cera, & pix. Aqua verò lapis, cornu, non trahuntur. Quæ sunt affectione corpora prædita propter viscū atque lentorem tenacem, atque glutinosum, cuius quo magis sunt participes eo magis trahuntur, minus autem quo magis ei siccitas admiscetur. Sua enim tenacitate gluten facit, vt partes tractæ non distrahantur. Duci autem possunt ea corpora quorū summæ partes eodem ictu, & in latitudinem & longitudinem, & in profundum commutantur. Duci verò non queunt, quæ eam vim non habent. Cuius causa est humor etiam aliquantulū glutinosus & tenuis equaliter à siccitate per omnes partes modificatus, ex qua ratione, quod magis & minus est perpenditur. In eaque aurum principatum obtinet, ita vt

Dura que sint.

Que ducantur.

aliqui affirmant posse aut viciam agri decem iugera tegere. Id quod ex laminis tenuissimis, quibus aurifices vtuntur, cognoscitur. Proximè autem & secundum aurum argentum maximè ducitur. Deinde alia metalla, vsq; ad ferrum minus huius affectionis habent. Lapidés lateres, & aqua duci non valent. Alia eiusmodi sunt, vt in eis aliquid imprimi possit. Alia in quibus nihil imprimi potest. Imprimatur autem in eis, in quibus extrema aliqua pars ab alijs non diuisa, sed coherens in interiores partes compellitur. Extremam partem ponimus, quia si interiores interius recedant non est impressio. Præsertim, quod aliqua externa vi compulsio facienda est, vt impressio habeat. Interioribus autem nisi per externas partes vis non adhibetur. Fit autem externa vis, vel pulsus, vel ictus. Pulsus est motus ab eo qui pellit allatus, ita vt non dimittat, sed rangat, quod pellit. Ictus autem motu fit in sine tangenti, vt verberatio. Aliquam etiam partem ideo dicimus quia si omnes intro se cedant non est impressio, & illa pars quæ secedit cum alijs coherere debet: nam si ab illis diuidatur, abruptio potius est quam impressio. Intro verò partes impressione recedunt per itinera, atque meatus, qui vel inania sunt corpore eiusdem rationis, vel saltem absidentur tenuiore, & molliore corpore, quam id, quod in ea secedit. Ita igitur se habent ea in quibus aliquid imprimi potest: quæ vel dura sunt, vt aurū, vel mollia vt cæra, vtriusque cū tactu comparatione. Rursus vel impressa manent, vel non manent. Quæ impressa manent fingi formarique possunt, vt cæra. Quæ non impressa manent

In quibus imprimi possit.

non

non sunt ad fingendum formandūque apta, vt lana & spōgia. Ea verò imprimi non possunt, quæ colligi in suos meatus natura nequeunt. Vel quia nullos habent, vel quia ple nos rebus ijs, quæ non sunt molliores, quam id quod in ea cōflueret: vel quia ipsa duriora sunt, quam vt pulsū, vel tactu colligi intro queat. Quæ vel arida sūt, vt lateres & saxa vel humida, vt aqua, vinum & alia liquida: illa quia summæ eorum partes intro præ duritia non cedunt: hæc quod partes aliæ alijs non cedant, sed obstant & sursum erumpant oras prementis corporis complectentes. Eorum autem quæ imprimuntur, alia duci valent, vt cæra & lutum alia non valent, vt spongia & lana. Alia exiccantur, alia non exiccantur. Pertinet autem exiccatio ad res humidas, ex quibus ea exarescunt, quæ aqua sunt, aut aquæ tanquam generi species subiectæ, vt vinum, acetum, lixiuium, exiccatur autem vel frigore, vel calore: frigore, cum parum est humoris aquosi, & vis tanta frigoris offusi, vt calor exire cogatur, & secum humorē trahere: ita vestes frigore exarescere contingit. Alio modo res exiccatur calore, qui extra cum sit interiorem & insitum allicit humorem. Vt in ijs quæ elixantur & æstu exarescunt. Itaq; omnia calore exarescunt, vel externo, vel intimo, atque insito, cū humorem, cui est admistus secum respiratione extrahere cogit. Exiccant etiam medici rebus aridis adhibitis: nam vis etiam est faciendi in patibilibus qualitibus. Non exiccantur autem ea quæ lento sunt humore & glutinoso prædita, vt oleū & gluten. Humectantur quædā & alia non humectantur, sit autē duo

Exiccatur que nam.

bus medis humectatio, vel humore insito, vel extraneo. Insito cum humor, quem habet ex se res, vertitur in aquam, vel liquatur. Vt cum olei humor vel vapor alius frigoris efficientia in aquam se vertit. Vel cum res concretæ liquantur, sicut metalla. Itaque intima humectatio vel frigore, vel calore administratur. Extrinsecus etiam quædam humore perfundi possunt quædam verò non. Ea humore perfunduntur, quæ madefacta molliora redduntur. Huiusmodi verò sunt, quæ habent eos meatus, per quos aqua penetrare & fundi possit, & partium suarū coagmentatio tam dura est, vt ab aqua non dissoluatur, qualis est lana & terra, & quidam lapides & fructus. Quorū vero tā parui & exigui sunt meatus, vt per eos aqua introitus non habeat, minimè humore inficiuntur, vt metalla, lateres, vitrum, saxa & multi lapides. Quorum verò meatus è contrario tam laxi toto corpore fusi sunt, vt vix partes præ ariditate coherant, humore non perfunduntur. Sed liquantur potius, vt sal & nitrum & terræ puluis cænum sit. Liquantur autem, quæ vim habent liquoris, vel igne, vel aqua, igne, vt metalla. Aqua quorum partes vix, vt dixi præ siccitate copulantur rimisque multis & foraminibus sunt plena, vt nitrum & sal. Quare ea, quæ liquoris vim habent, madere non possunt, neque humore perfundi, siue igne resoluantur, nam metalla & vitrum humorem respuunt: quia non molliuntur, siue aqua liquentur, quia sal & nitrum madida non possunt reddi, neque ea terra quæ aqua resoluitur nisi parū aquæ accipiant. Quæ potius humida quam liquata sint. Illa enim proprie & sua natura

Humectatio.

natura

Flecti & diriguntur.

natura humorem recipiunt, que vel multa aqua molliuntur, & non liquantur, vt vestes laneæ. Flectuntur etiã & diriguntur quedam corpora vt vimen & arundo. Alia verò minime vt lateres, qui nec flecti possunt, nec semel distorti possunt dirigi. Recta verò forma vna est & simplex, eodem semper modo se habens, flexuosa verò & infixa multiplex, sed duabus formis continetur quæ a recta forma proficiuntur. Nam a directo vel flectitur in concuum, vel in conuexum. Concauum pertinet ad extremitatem orbis inferiorem, conuexum ad superiorẽ. Quare quod flectitur, vel in conuexum, vel in concuum mouetur: quod enim in rectum mutatur, nõ flectitur, sed dirigitur: aliud enim est flecti, aliud dirigi. Quæ flectuntur, vel dirigitur, alia in eadem, quã antea formam reuertuntur, alia inflexa, vel directa manent in ea figura, in quam. vi. composita sunt. Quod reuertantur in causa est humor viscosus & tenuis equabiliter per totum corpus factus in eandem formam, qua principio cõformatum est subiectum coactans, vt optimè temperati gladij & arous balistarum. Si enim suam figuram relinquerent temperatio mutaretur, dum aliquid humoris viscosi in aliam partẽ, quã ante erat cõfluere. Et ob eam rem quæ non ita bene fabricata sunt, & quorum humor est natura crassior, & inequaliter diffusus inflexi, vel directa manent. Meatum & siccitatis causa nonnullæ rebus accidunt affectiones, vt quod frangi, rumpi & findi possint, vel nõ possint. Franguntur autem ea quæ in multas partes, aut plures saltẽ duabus diuiduntur. Vt gelu, vitru & lapis. Rumpun-

Frangi findi & rumpi.

tur autem, quæ in magnas paucioresque partes dirimuntur, vt ligna. Finduntur verò ea, quæ amplius diuiduntur, quã id quod diuidit attingat, vt semper partitio præcedat id quod partitur. Fractionis autem, & comminutionis causa est, quod concreti meatus & itinera nunc in longum, nunc in latum componantur. Quorum autem itinera longe porrecta sunt rumpantur. Quæ verò itinera vtriusque generis habent & franguntur & rumpuntur, vt lateres. Quorum autẽ vias, atq; meatus in longitudinem sunt producti, fissilia sunt, quæ secus non sunt fissilia. Nihil autem quod ad tactum molle sit, finditur, quia nimis humidum est, nec valde dura finduntur. Sed ea demũ quæ nec liquida sunt, nec imprimi, nec frangi possunt. Secari autem ea possunt ex ijs, quæ mollia, vel dura sunt, quæ nec confranguntur, cum diuiduntur, nec tactu diuidẽti præcedit diuisio. Quæ verò aliter se habent, vel liquida sunt ea non secantur. Nonnulla verò secari possunt, & findi vt ligna. Sed quæ fissilia sunt longitudine finduntur, quod ita disposita itinera postulant, quæ quidem latitudine secantur, ne antecedens diuisio sectionẽ impediatur. Humor autem causa hæc affectiones incidunt. Glutinosum est aliquid cum liquidum est & molle & trahi potest, ex liquidis pituita & oleum ex mollibus, vt cera & viscu & massa ex cera piecque confecta. In his enim ita cum humore siccitas complicatur, vt trahi & cõtrahi facile possint. Condensati verò, ea possunt quæ comprimi ita possunt, vt eorum compressio maneat, veluti cera & massa ex tritico. Quæ verò vel cõprimi non queunt, vel stabilis eorum

Secari.

Glutinosu

Condensatio.

Comburi.

eorum non sit compressio non condensantur. Hactenus de ijs egimus affectionibus, quæ in rebus insunt, quæ sunt, nunc de ijs differamus, quæ res, quæ intereunt, consequuntur, ex quibus alia comburi possunt, alia nõ possunt, vt lignum, & os & lana aduri possunt: lapis & gelu non possunt. Comburuntur autem quæ foramina & itinera habent directa, eisque huiusmodi spiritum & humorem inclusum, qui ab igne vinci possit. Itinera & foramina directa poscimus, ne ignis iectus spiritu præcludatur & suffocetur. Si autem meatibus vijsque careant, aut minores sint, quã vt ignem capere possint, vt gemmæ & præciosi lapides comburi nequeunt. Sin autẽ humoris pleni sint, quẽ ignis coercere non possit ad vri non queunt, vt gelu & pruina, & ad modum viridia ligna. Comburuntur autem ea omnia quæ in cinerem rediguntur. Ea verò quæ comburuntur, alia flammam emittunt, alia non emittunt: emittunt ea, quæ ad aerem referuntur, multumq; eius humoris habent. Est enim flamma nihil aliud, quã aer incensus. Quare quæ acria sunt & habent terre soliditatem flammam reddunt, vt ligna palæ & stupæ, quæ aerem habere satis declarat quod in aqua innatent. Quæ verò terrena sunt, vt metalla terra ipsa & multi lapides non inflammantur. Quædam autem vt oleum pix feruum, & cera, & liquida alia horum similia, quãuis per se idonea non sit ad flammã præbendam, quia licet sint acria, satis tamen non habent siccitatis quam ignis natura requirit. Alijs tamen adiuncta celerrime inflammantur. Etenim pingue est aerium, aeri autem si addatur siccitas,

Inflamari.

facile ignis fit. Quia in humore modò ab igne discrepat. Ea etiam quæ inflammantur alia in carbones se vertunt, alia non se vertunt. Conuertuntur autem ea, in quibus plus dominat, terra quã aer, vt ligna. Paleæ verò papyrũ & stupæ, quia magis aerem, quam terram referunt, quæ licet flammam fundant carbones minime præbent. Item igne alia liquorem exhibent & non flammã vt metalla, alia flammam & non liquorem, vt ligna alia vtrunque & flammam & liquorem, vt tus. Quia æs parum habet humoris aerei, nec toto corpore diffusum, multum aquosum atque terræ, quæ quod opaca sit, natura sua aliena est ab flammæ splendore. Ligna verò multo abundant aere, quia cum sit perlucidus, facile splendescit. Aqua verò deficit in illis & ob eam rem non liquantur. Tus verò ex vtroque constat, ex aqua, & aere. Aquam declarat fusus liquor, aerem, quod glutinosus sit, & oleo naturam imitatur, qua de causa turis soliditate adiuncta inflammatur. Rursus vi caloris & ignis alia vaporem, alia exhalationẽ ex se fundunt. Vaporem ea fundunt quæ nõ comburuntur, quod nimis aquosa sint, vt pruina gelu & terra madefacta vinum, vrina, & acetum. Vapor autem est vi caloris in aera facta spiratio, quæ vim habet madefaciendi, exhalatio verò est flatus & exspiratio eadem expressa vi non madefaciens. Quæ duplex est alia, quæ calorem inducit, quæ fumus appellatur qualis lignorum est, & earum rerũ quæ lignum imitantur, quo genere continentur ossa, crines, frondes, pennæ, squammæ. Alia axhalatio calorem non inducit, sed tempore in aera exprimitur, vt res ex quibus calo-

Liquari.

Vapor & exhalatio.

calore, qui trahitur euanescere partim arida reddantur partim in terram postquam putruerunt conuertuntur. Ex ijs autem quæ exhalationis vim habent, ea sunt ad flammam fundendam idonea, quæ liquari non valeant, quia quicquid in eis concretum & solidum est, ex terra potius, quam ex aqua ductum fuisse videtur. Cumque siccitatem cum igne communem habeant, quod aeris reliquum est facile ignis efficitur. Atque lignorum, capilorum, frødium, squamarum & eiusdem generis aliorum exhalatio fumus dicitur. Cæteræ autem turis, picis quæque sunt huius generis fuligo. Olei verò & eorum quæ eius naturam exprimunt, quod pingua sint, & quod per se flammam non reddunt, si autem cum alio copulentur, facillimè ut dictum est, inflamentur, nidor eorum exhalatio nuncupatur. Ex his autem facilius earum rerum coagmentatio, quæ sui similes parte habent cognoscitur. Sui similes partes habere intelligo, ut quæ eruuntur à terra, aurum æs, argentum, stannum, ferrum, lapis & huius generis alia. Et quæ in stirpibus & animalibus sunt, in stirpibus, ut lignum, cortex, folium, radix & cætera eiusdem rationis. In animalibus, ut caro, ossa, nerui, cutis, viscera, pili, fibræ venæ. Ex quibus & alia constant quæ dissimiles partes habent. Coagmentationem eorum cognosci dico, quod attinet partim

ad materiam ex ijs quæ diximus de illis quorum materia, vel ad terram vel aquam, vel aerem refertur. Partim quod attinet ad formam ex ijs proprietatibus & affectionibus expositis, quibus inter se distinguuntur. Ex quibus tum materia, tum forma odorari, & inuestigari potest. Omnia autem officio ac munere suo definiuntur. Vera enim illa sunt, quæ munere suo funguntur, ut oculus si cernat. Quæ autem munus suum præstare non possunt, licet eodem, ambiguo tamen vocatur nomine, ut mortui oculus, qui alterius rationis non est, quam lapideus, est enim viui imago quædam, eadem est carnis & aliarum partium ratio. Licet earum officium minus, quam linguæ & manus appareat. De aqua etiam aere & terra eodè pacto existimandum est tamen minus eius officium, quam carnis naturali definitione ostendi, & demonstrari possit. Illa etiam quæ gignuntur à terra, ut stirpes & ex eius cauernis eliciuntur vt metalla, ex suis muneribus definitione declarantur. Omnia enim vi quadam consistunt, aut quæ faciunt, aut quæ accipiant atque patiantur ac eius modi rerum omnium humor & siccitas materia est quæ calore & frigore eorumque mutationibus coguntur, atque concretæ sunt, eorumque genera deinceps persequemur.

DIDACIA STVNICA
EREMITÆ AVGVSTINIANI PHYSICÆ, Liber septimus.

CAP. I. De quibusdã meteorologia principijs.



Oniam de toto ortus genere & eorum, quæ ortu consequuntur nimirum de genere toto accretionis commutationis permissionis & coagmentationis disseruimus, sequitur, ut horum generum formas & species exponamus: primum illas partientes in eas quæ sublimibus & in eas quæ infimis locis gignuntur. Hæc autem vtrique loca ambitu orbis lunæ continentur. Nam supra lunam, hoc est, cælis ipsis omnibus nullus est ortui & interitui locus relictus, sed omnia sunt immutabilia & necessaria. Disputauimus etiam de cælis ac de elementis, quæ cæli complexu suo coercent, ostendimusque omnem locum infra lunam à tribus elementis aere aqua & terra occupari. Loca ergo sublimia aëra vocamus infima aquam & terram. Sed antequam ad ea, quæ sunt in locis sublimibus accedamus. Operè pretium est Aristotelis, & Philoponi argumenta dissoluere, quibus opinionem suam confirmare nituntur sublimem locum ex duobus elementis constare aere & igni. Nam si totum spatium, quod est à terra, usque ad orbem lunæ aer teneret, non esset ea ratio, atque proportio inter aerem & alia elementa, quæ est inter aeris, & aliorum elementorum partes, cum esse oporteat. Siquidè

Locum sublimem ex duobus elementis non constare.

ex vna parte aquæ sunt, ut plerique credunt decem aeris & viginti ex altera parte terræ. At si totus locus inter terram & lunam esset aeris plenus, multo pluribus, quam decem partibus aquæ & pluribus, quam viginti terræ magnitudinem superaret. Sed probaret Aristot. aliquid ad statum, & incolumitatem mundi pertinere eandem esse proportionem totius aeris ad totam aquam & terram quæ est partium eius ad partes vtriusque. Non videtur autem satis demonstrare sententiam suam ex re valde obscura & incerta, qualis est proportio necessaria inter elementorum magnitudinem. Etenim non solum æqualis proportio, sed etiam alia proportiones habiles & aptæ sunt ad rerum constitutionem, & coagmentationem. Præsertim cum cõstet, non idem aquam totam toti terræ quæ vtriusque partes partibus proportionem reddi. Siquidem vna terræ pars aquæ decem reddere dicitur, at tota terræ longe maior est magnitudo, ut dictum est, quam totius aquæ, quæ extat & apparet. Non igitur opus est ea proportione vniuersum corpus elementorum esse constructum, quia eorum inter se partes compactæ sunt. Nihil igitur incommodi accidit ex eo quod aer totum compleat locum, qui est inter terram, & lunæ orbes. Sed argumentatur Philoponus incommodum magnū esse. Nam esset mundus mancus & inchoatus.

inchoatus si elemēto pulcherrimo, & ad res procreandas aptissimo de-
stitueretur. Sed iam explicuimus,
quā esset vniuersitati inutile si
ignibus, atque flammis totus cir-
cūdaretur orbis. Ac non solum
inutile id esset, sed etiam valde de-
trimentosum. Cur enim totum
elementorum corpus incendio nō
deflagraret & ignesceret? Si tanta
ignis & flammarum vi circumscri-
beretur. Deinde cur ignem vocat
elementum, cum nullam causam
& argumentum afferat cur elemen-
tum sit? Sed eam fortē Aristotelis
rationem tangit, qua probat qua-
tuor esse elementa, quia quatuor
modis duæ non repugnantes pri-
mæ qualitates connecti copulari-
que possunt. Si vtraque qualitas,
quæ habet agendi vim cum vtra-
que quæ patendi vi prædita est con-
iungatur. Veluti calidum siccum,
calidum humidum, frigidum sic-
cum, frigidum humidum. At pri-
mō docendum erat vllam con-
creti corporis coagmentationem,
ex duobus modo qualitibus effi-
ci posse: cum nos iam monstraue-
rimus in ijs id esse quæ fieri neque-
unt. Deinde vt fieri posset, non sequi-
tur esse, & elementum esse totum-
que ambitum orbi lunæ subiectum
complecti. Hæc enim omnia pro-
banda erant ab eis qui toties hanc
doctrinam physicis inculcant. In
nostra ergo maneamus sententia,
totum sublimen quem dicimus lo-
cum ab aere obsideri. Nec elemen-
tum esse si in eam partem hoc acci-
piatur, vt eius aliqua magna mol-
les aliquem vniuersatis locum si-
cut aer & aqua teneat. Sed si intel-
ligatur in eo calor præter cætera
corpora excellere. Illud etiam sta-

tuendum est hanc commutabilem
& variam vniuersitatis partem,
multa ab ea quæ stabilis & perpe-
tua est, perpeti & accipere. Quod
quidem facile & perspicue indicat
quadripartitæ temporum commu-
tationes. Quæ Solis accessu & disce-
su solstitijs brumisque cognoscun-
tur. Tum id etiam manifeste decla-
rat ipsa dierum & noctium quoti-
dianaviciisitudo, ex qua varias quo-
tidie in terris affectiones experi-
mur. Iam verò satis compertum est
quanta vi Luna humores omnes
moderetur. Nam ipsa crescente, &
senescente æstus maritimi guber-
nantur, ostrea & conchylija omnia
cum Luna crescunt pariterque de-
crescunt. Arbores cum luna Senes-
cente tempestiue caduntur, Luna
à Sole illuminata grauiditates &
partus asserre narratur. Denique
stirpes omnes, & animalia vna
cum accretione & diminutione lu-
minis Lunaris, aut omnino, aut
aliqua ex parte varijs modis affi-
ciuntur. Iam verò stellæ tum erran-
tes, tum inerrantes accessu, recessu,
congressu, digressu varias orbi ter-
rarum procellas, & tempestates
serenitates, & cœli perturbationes
asserunt. Ex his igitur perspicuum
est non solum hanc elementorum
regionem multa à cœlis pati, sed
etiam totam ab eis regi & guberna-
ri: sicut omnes philosophi & astro-
logi putant. Sed adhuc exploran-
dum & exquirendum restat, qua
ratione hæc nostra regio ab illa cœ-
lesti commoueatur. Duobus autem
sensibus huius rationis nonnulla
vestigia consequimur, oculis & ta-
ctu. Oculis cernimus cœlestia cor-
pora colucere & totum mundum
illustrare: tum loco repetitis circun-
uectio

*Sol & alia
sidera non
esse calida.*

uectionibus moueri. Eorumque mo-
tum ad aeris locum pertinere cog-
nosimus ex cometis, qui cum in
cœlis esse non possint, sed in aere,
cœli tamen motum sequuntur.
Tactu præsentimus calorem, quo
terra propter Solem & alia sidera
teneatur. Primum igitur animad-
uertendum est vtrum Sol & alia si-
dera calfaciant, quia calida sint,
an alia de causa. At calida non
esse planum est: nam calore com-
mutantur res, in quibus inest, cœ-
lestia verò corpora incommutabilia
omnino sunt: nullo ergo calore te-
nentur. Age verò, si calidi cœli
sunt frigidi etiam esse possunt: si-
quidem calor & frigus circa idem
subiectum versantur: quippe quæ
contraria sunt. At absurdum est
cœlos frigidos & calidos esse. Nam
essent etiam humidi & sicci. Sem-
per enim patibiles qualitates eas,
quæ habent agendi vim commitan-
tur. Essent ergo cœli fragiles caduci
atque mortales per partes saltem, si-
cut hæc mundi elementa. Sed nihil
in cœlis vnquam commutatam esse
iam inde ab eorum principio ani-
maduersum est. Non ergo sidera ca-
lida sunt, licet infra Lunam calorē
excitent. Alia igitur causa querēda
est cur Sol, & alia sidera calorem cir-
cūfundant. Eius causam esse pu-
tat. Aristor. Solis circunuectionem,
quod celerior, quàm Lunæ sit &
terris propinquior quàm alia sidera &
orbes. Sed cur non Veneris & Mer-
curij orbibus id causæ attribuat,
cum celerior vterque Luna sit, &
propius à terris absit, quàm Sol &
alia sidera. Sed hoc ex illa sententia
videtur esse dictum Arist. qua pu-
tatit terram Lunæ cursum proxi-
mè ambire, eique supra terram pro-

ximam Solis circunuectionem esse.
Quam esse falsā omnib⁹ astrologis
exploratū est. Deinde cur die poti⁹
quā noctu estate & hyeme maiorē
vim caloris sentimus cū idē motus
Solis omni tēpore cōstet. Præterea
Solis motus non peruenit vsque ad
eam aeris partē quæ terram circun-
fūdit. Quo ergo modo calefcit aer.
Aliam etiā Arist. asser huius caloris
causam. Quod ignis qui aera cingit
sæpe pulsus, quo agitur, dissipatur,
& deorsum detruditur. Sed hoc te-
mere affirmari & doceri videtur: cū
nulla huius dissipationis & detrusio-
nis causa proponatur, nec eam nos
vllō sensu percipiamus: præsertim
quod cœli equabiliter semper cir-
cūferantur. Cū ergo has caloris
qui in aere inest, causas, quæ Aristor.
teli placent nobis non probentur,
aliæ sunt perquirendæ & statuen-
dæ, vt nostræ doctrinæ series pro-
cedat. Et in primis considerandum
vtrum alio modo calor, quàm ca-
lore effici possit. Nam calore gigni
sine dubio cognoscitur: siquidē vim
habet efficiendi & nihil aliud ab
eo, quàm calor oriri potest, & sicut
in alijs rebus simile facit simile, vt
hominem homo, equus equum, ita
& calor calorem. Sed in eo difficul-
tas consistit, vtrum ab alia re, quàm
à calore commoueri possit. Arist. lo-
co, quem proximè cōmemorauī, &
alijs locis ingenuè docet motū esse
causam caloris, quod ita vulgare, &
trivium est, vt in prouerbij consuetu-
dinem venerit. Sed huius rei cau-
sam pauci docent, aut nullus quod
ego sciam, licet multi de hac re
disputauerint. Quidam asserunt
huius rei nullam rationem, aut cau-
sam esse querendam, cum per se
cognoscatur, sicut calorem calefa-
cere

*Que nā sic
caloris cau-
sa in aere
& terra.*

cere, frigus refrigerare. Sed magna est inter has enunciationes differentia. Non enim ex verbis ipsis liquet motum per locum calefacere, sicut patet calorem calefacere. Item non calor, sed locus per se terminus est motus per locum, ergo non per se, suaque vi calor consequitur motum talem. Huc accedit quod motus per locum aliquando refrigerat, ergo non per se mouet calorem. Nam ventilatio motus est per locum, tamen frigus efficit. Alij dicunt motum esse causam caloris non per se, sed qua ex parte actio est reualens in contrarias res, ex quarum discrepantia & quasi pugna calor oritur. Vt ex calore, quo calet animal quando mouet cognoscitur. Sed si in eo vis huius causae consisteret tantum animal motu calefceret. Verum plumbum iaculorum motu liquefieri cernimus. Non igitur tantum animal motu calet. Alij dicunt motum per locum caloris esse causam, quia est primus & princeps motuum omnium. Est autem ita natura comparatum, ut primum in quocunque genere sit aliorum causa que eodem genere continentur. At consequens esset non modo calefactionis, sed etiam refrigerationis futurum esse causam. Refrigeratio enim species est motus. Alij dicunt quod motus natura sua dissipet, & rariius faciat: quod etiam est proprium caloris, quam causam in meteoris Arist. videtur tangere. Sed hoc pacto non esset calor prima qualitas cum ab alia fieret. Eodem accedit, quod calor sua vi nunquam frigoris, sed semper caloris esset effector. Variè itaque varij auctores de re difficili loquuntur. Sed haud difficile puto id a nobis explicabitur. Et hoc primum pono, motum per locum, nec ca-

lor sua vi, nec frigus efficere. Addit tamen vim & nihil efficienti, & efficienti quidpiam sua natura. Nam gladius, ferra malleus, forceps, lapis, iaculum, nihil facere valent: mota tamen ista multum possunt efficere. Ignis etiam facit, sed vehementius loco motus. Videmus enim quantas lucernae motu suo edat ruinas: torris & lucerna fumans si pulsu agitur accenditur, quia motu fumi calor augetur. Sic etiam quod frigidum est refrigerat, sed acius pulsu agitur. Et ob eam rem flante borea & septentrione frigore conficimur, quia frigidi cum sint, agitati, sunt intolerabiles. Ventilatio etiam refrigerat, motu aeris circumfusi cum frigidus est. Austro tamen & subsolano reflante calefacit, quod calidi illi sunt. Aquam etiam valde frigidam sustinere possumus cum ea fuerit manus submersa, tamen si manum moueamus frigus tollere non possumus, itaque non solum calor, sed etiam frigus motu commouetur. Sed quoniam maiorem, ut diximus, vim habet facienti calor, quam frigus in re calida & frigida vehementi motu potius calor excitatur, quam frigus. Ut conflictu lapidum, vel ferri, & lapidis elicitur ignis. Nam tritu constipantur spiritus & partes tenuiores sic, ut eo calore ignis accendatur. Plumbum etiam sagittatum, quae pelluntur liquatur si per aera Sole calefactum ferantur. Si tamen per aquam, aut per aera septentrione, aut borea refrigeratum non solum plumbum non liquefceret, sed etiam forte frigidum redderetur. Ita etiam animal motum calorem acciscit, quia calidum est. Eodem tamen motu cadaver non caleret quia frigidum est. Itaque motus est causa caloris si res calida mouetur

Motus per locum addit calori & frigori.

Calor lumine fit. tur, frigoris autem, si motu cieatur ea in qua viget frigus. Quia ex se suaque vi motus vires, vel praestat, vel auget ad efficiendum. Veruntamen non modo calore, & motu calor fit. Sed etiam lumine, si corpus illustret quod calorem possit accipere. Quod fit ut Sol & stellae fulgore, & lumine suo orbem totum quem Lunae ambitus cingit calefaciant & inflament. Quia calorem & alias qualitates concipere & pati potest. Orbibus autem qui sunt supra Lunam non potest calorem praebere, quia ab eis percipi nequit. Potius igitur Sol lumine, quam motu suo in aere, & in terris calorem efficit, & ob eam rem noctes & hyems frigidiores sunt, quia multo Solis & stellarum lumine priuantur. Quod breuiter tangitur in libro Iob, Per quam viam spargitur lux, diuiditur aestus super terram. Videmus etiam quicquid lucet calorem efficere, ut flamma & prunae. Speculorum etiam opera lumine tantum accenditur ignis. Est ergo calidus aer lumine Solis, praeterquam quod ipse natura sua calidus est. Calor ergo gignitur, vel calore, vel motu, vel lumine. Cum ergo his tribus modis terra calefaciat. Et caloris ea vis sit, ut dissipet & extenuet, & leuius reddat. Respirationem & anhelitum solidiores partes afficiendo mouere necesse est, non vno, sed duobus modis. Si enim res aquosa calefaciant anhelitus humidus est & vapor dicitur, ut lebetes & ollae aquae plenae, quibus ignes subiecti sunt respirationem fundunt, quae in operculis in aquam coguntur. Est ergo vapor anhelitus humidus & calidus. Humidus propter materiam ex qua exprimitur, calidus propter

Vapor quid

efficientem causam. Sin autem aridae terrae partes calefaciant, anhelitus trahitur siccus ratione materiae, calidus ratione causae efficientis, qualis est fumus, qui ex lignis, qui aduruntur redditur. Terram etiam recenti fosiione fumare videmus, est autem fumus, nihil aliud, quam siccior quidam aer, & crassior. Anhelitus ergo calidus & siccus est exhalatio. Vterque autem anhelitus, cum rei sit calidae extenuatae & leuis supera loca petit. Sed exhalatio sublimius, quam vapor fertur, quod illa ignis naturam imitatur, cum calida & sicca sit. Hic vero aquae quod sit humidus, & madefacit. Quidam autem opinantur vaporem esse aquam, exhalationem vero terram, in eorum materia nixi, per aliudque, id est per calorem accidentem, sursum ferri dicunt. At non conuenit per aliud, quod si tollatur, res omnino labefactatur & petit, sublato vero calore, nec vapor est, nec exhalatio. Non igitur forte cadit in illa calor. Praeterea de vapore fit aqua de exhalatione difficile terra, non igitur ille aqua & haec terra est. Quod enim aqua, aut terra fit, neque aqua, neque terra est. Tum aqua & terra per se grauius sunt, haec vero per se leuius. Neuter enim constat, nisi non impeditus in sublimem feratur. Non igitur per se terra sunt & aqua. Et quoniam earum rerum generationes primo persequemur, quae in aere contingunt, ut ad alias deinceps veniamus. Est animaduertendum aera totum in tres partes a meteorologicis distribui in superam infimam & his interiectam. Supera ea est quae Lunae conuersione attingit infima, quae terras ambit, interiecta quae per altissimos terrae montes manat, atque protenditur.

Fumus quid

Nec vaporem esse aquam, nec exhalationem terram.

Aer in tres partes dividitur.

Cap. 2. De flammis & simulacris que in celo apparent.

Que na materia exhalatione fiat

Faces ca pte.

Is ita constitutus de ijs primam distramus, quae exhalatione sunt, quoniam exhalationis natura fert, ut sublimius, quam vapor feratur. Contingit autem exhalationem motu calefcere & inflammari. Motu vero duplici de causa agitatur, vel caelorum conuersione, vel aeris concrecione. Interdum enim eousq; loca superiora capessit, ut ad eam aeris partem, qua posuimus perueniat, quae caelorum circunuectione rapitur, & vna conuoluitur. Inflammata vero in varias formatur figuras pro situ ei & copia. Et ita varijs nominibus pellatur. Si enim lata sit & longa inflammatio. Flamma a similis est ei, quae vsuenerit in agris cum stipulae comburuntur. Si vero magis in longitudinem, quam in latitudinem pateat, faces sunt. Sin autem faces mittent, & nonnullae extra ipsas scintillae compareant incendij Caprae vocantur. Quidam interpretes Aristotelis dicunt esse Capras faces quae ita sunt flammis conformatae, sicut funis nodis apta, atq; conexas aut murus pinnis. Sed cum haec exhalationis inflammatae figurae ex historia potius teneantur, quam via & ratione vlla incertum partium numerum diuidatur. Si illi eam, quam describunt, inflammationis figuram viderunt, aut ab vlllo homine prius inspectam esse audierunt, Caprae vocentur. Eam tamen ego nunquam figuram vidi, nec Arist. eam verba testantur. Illam tamen, quam pono Caprarum figuram & spectant, & Arist. eam verba significant. Si vero non paucae exhalationis partes eodem modo longae ac latae in

Stellarum que trajiciuntur de nimbis motu. varia & proxima loca diffusa sunt, & inflammescant stellae existunt quae trajici videtur. Sin autem exhalatio pulsu agitur ut flammescat, non caelorum conuersione, sed quia antequam intermedia aeris regionem superaret, vehementi frigore concretus aer ea protrudit, non seus ac nucleus a digitis compressis expelluntur. Hoc igitur motu inflammata eadem flamma, quas numerauimus figuras habere potest. Mouetur autem concretionis, vel in sublimem, vel deorsum, vel ad latus quocumque, forte & remere eius latitudo & longitudo propter situm propedeat. In sublimem fertur, tum natura sua, tum maiori prorusionis, & expulsionis vi. Deorsum quia vapor, in quem incidit, in quo plus humoris inest refrigeratus concrefcet, concretus suo pondere deorsum fertur, & exhalationem impellit, eamque deorsum quodammodo iaculatur, sicut etiam ob eandem causam fulmina deorsum propelluntur. Quare huius motus origo non a calore ducitur exhalationis. Siquidem calor potius ad loca superiora contendit, sed a dissipatione trahitur, quae tritus & confusus vaporis conerescentis inducit. At latus autem pellitur, quod externa vi deorsum, sua vero sursum feratur, ita sit, ut utraq; vi ad latus motu cieatur. Quae enim ita se habent, per diametrum pulsu agitari solent. Et hoc in causa est cur motus stellarum quae trajiciuntur obliquus & inflexus plerumque existat. Eius etiam celeritas infra Lunam fieri declarant. Sicut etiam tela quae a nobis immituntur, quod vicina sunt celeritate Lunam, Solem, & stellas, longe multumque vincere videantur. Cum tanta sit stellarum celeritas, ut ne cogitari quidem possit, causa etiam

Cap. 3. De cometis.

De cometis varia sententia.

Causa exhalationis multa imagines & vna species.

etiam exhalationis multae imagines & rerum species in caelo ostenduntur, ut hiatus, fossae & colores cruci. Si enim ignis saltem speciem concipiat exhalatio ita, ut ardere & flammam fundere videatur, excellentis candoris adumbrat speciem, cui si alia aeris pars opaca & obscura adiungatur: quod candidum est altitudinem habere videtur quod obscurum est profundum. Ita enim pictores res concauas faciunt & profundas. Quae obscuritate, si non nihil flammae, & candoris propter exhalationem fulgeat & faces decidere & stellas trajici videntur; & speciem nonnullam quam afferunt armatorum militum & exercitus instructi. Si autem plures sint exhalationes candentes, pluribusque adhæreant densis & obscuris nubibus fossae sunt. Ac denique, si inter exhalationem inflammatae vel ignescentem & aspectum nostrum fumosus aliquis & crassus aer interijciatur, varij efficiuntur colores, sed imprimis phœniceus, purpureus & cruentus huiusmodi enim colores oriri solent, si igneum & candidum cum nigro ita temperetur, ut alterutro illorum nigrum offundatur. Sic enim orientes & occidentes stellae, si per aestum & terrae fumum translucant, cruentae & purpureae videntur. Aer etiam relatus & reflexus varias facit colores, si speculum eiusmodi sit ut non figuram, sed colorem reddat, ut in opticis declarabimus. Harum denique rerum omnium exhalatio causa ut materia est, ut efficiens motus vel caelorum quotidianae conuersionis, vel aeris concrecionis. Quod autem eius coagmentatio & conglutatio cito dissipatur, causa est cur ista non ad longum tempus duret.

IN superiori aeris regione stellae sunt crinitae, quas Graeci cometas nominant. Quarum non est facilis & aperta natura, sed multis obstructa difficultatibus, variaeque sunt de earum vi & ratione sententiae. Democritus & Anaxagoras ex congressu consistere docent errantium stellarum. Quae Graecis sunt planetarum: cum ex eo quod prope accedant videntur esse coniunctae. At vel errantes inter se copulatae vel cum fixis faciunt ex horum sententia crinitam. Nam alia ratione stellarum coniunctio esse non potest. At contingit aliquando, cum nulla sit planetarum coniunctio, quia vel oes de nocte aperiuntur, vel a Sole occultari sciuntur, stellam crinitam apparere. Non ergo coniunctio ne errantium facta fuit. Item nos vidimus Iouem cum Saturno coniungi in pisce tamen nulla consistit stella crinita. Non igitur ex planetarum coniunctione cometa conficitur. Neque si cum in errantibus copulentur nam Arist. vidisse testatur Iouem cum vna ex ijs, quae in geminis sunt congressi ita, ut eam Iupiter occultaret, tamen minime fieri crinitam. Non ergo crinita constat, neque ex errantibus inter se, neque cum inerrantibus copulatione. Praeterea errantes stellae in animalium orbe quem, Graeci Zodiacum nuncupant durtaxat circunferuntur: at extra hunc orbem crinitae frequentius apparere: non igitur ex planetis pendere. Huc accedit quod non solum sidera quae vaga & mutabili ratione labuntur, sed etiam, quae stabili crine aliquando nanciscuntur, ut Aristoteles vidisse dicit stellam quadam in canaliculo femore crine traxisse. Non ergo

ex congressu solum planetarum crinis stellis adiungitur. Eodem accedit, quod tanta aliquando magnitudo stellæ crinitæ est, ut omnium planetarum, atq; adeo mille stellarum adiunctione compleri non possit. Præsertim cum tã parvæ nobis stellæ videantur, ut congregantes sequi inter se contingentes nullam præseferant maioris magnitudinis speciẽ. At ea stella crinita, quam cõmémorat Arist. ad tertiam vsq; cœli partem lumen suum diffudit. Horribili etiam magnitudine ille cometa fuit, quem in Palatinatu P. Creuellerus apparuisse narrat secundo idus decembris anni 1527. gladijs, sagittis & alijs armis multis etiam capitibus obruncatis plenum. Illa etiam stellam crinitam, quã ego & tota ferè Hispania in Scorpione animaduerti anno 1577. mense Nouembri, ita magnitudine præstitit, ut mille quidem stellæ cum exequari non possent. Tum planetarum cum planetis, cum alijs stellis coniunctio non ad tantum tempus durat, quantum cometa durare solet. Non ergo Democritus, & Anaxagoras veram stellæ crinitæ rationem attingerunt. Quare quidem Itali philosophi ex ijs, qui Pitagorei habentur, alia via eius naturam explanant dicentes, stellam crinitam esse vnam ex errantibus, quæ quod paulum à sole digrediat, non nisi longo interiecto tẽpore appareat. Id enim etiam Mercurio contingit, ut sæpe oblitescat, quod paulum à Sole separetur. In eadem sententia fuerunt Hippocrates Chius & auditor eius Eschilus. Nisi quod non vi suam crinem habere cõsent, sed dum errat, ab humore, quem illa interdum ex terris ad se trahit. Eo nãq; fieri refle-

xionẽ cum ab illo humore aspectus noster ad solẽ referatur. Quare crinitam stellã minimè fieri posse docent, nisi tres simul causæ cõringant, & quod erras à Sole digrediat, & quod satis humoris & aquæ allegerit, & quod cum obrinuerit locum, à quo possit ad solem aspectus noster referri: quod quia raro accidat, & non nisi aequilonali regione, rarè etiam stellæ crinitæ & non nisi aequilonali à parte coguntur. Nam ad australem, si errans setatur licet multam habeat humoris copiam, quia tamen orbis, quo voluitur, ambitus longè maior est, quẽ de nocte quã die conficit, non potest (dicunt) nostrorum oculorum acies ad Solẽ reflecti, & ita eius coma in conspectu nostrum non venit. Quare tantum cū errans in aequilonali regione à Sole in eadem regione circumuecto digreditur, coma eius conspici potest. Quæ quidẽ doctrina multis erroribus tenetur. Nã vel errans cui crinis adiungit, est vna ex quinque errantibus, vel alia præter illas. Si vnam esse affirmant ex errantibus in Zodiaco dũtaxat circumferunt, crinita verò stella sæpe extra Zodiacum apparet, non ergo crinita stella est aliqua ex quinque errantibus. Sin autẽ licet erret, ex quinque errantibus non sit, ut putauit Apolloni⁹ Mindius auctore Seneca, quẽ ipse sequutus est, & non vnã sed multas errantes esse quæ crinẽ aliquando cõparat, & extra Zodiacum diuersis cœli partibus vagari. Primũ futile & cõmentitiũ esse videtur illas stellas afferre, quas nemo vnquã vidit, nec vllus illarum astrologus mentionẽ fecit. Deinde exponeret illarum motus rationẽ, & quonã modo crinẽ adipiscant. Et vtrũ quoties à sole degrediunt crinitæ fiant.

tae fiant. Si. n. crinitæ non sunt, cur tũ non appareant? Siquidẽ nulla vnquã stella errans visa est præter eas septẽ, quas astrologi notant. Præsertim quod euanescat sæpe cometa à Sole satis remotus, sicut ille, quẽ me vidisse dixit, tamẽ nullũ stellæ vestigiũ fuit relictũ. Quo argumẽto non tantũ Pitagoreorũ Seneca, & Apollinijs, sed et Democriti & Anaxagorẽ opinionẽ possum⁹ cõfutare. Quod autem non sit cometa vna ex errantibus stella, ex eo conuincit, quod narrat Cornelius Gemma duas simul stellas crinitas bis apparuisse anno 729. per toto quindecim dies: quarũ vna mane Solẽ prægredebatur, altera vesperi sequebat. Alias etiam duas anno 1472. non ergo cometa vna est stella errans. Nec illud verũ est, quod Hippocrates & Eschylus dicebant. Crinitã stellã eo tantum loco gigni, qui ad septentriones spectat. Idq; tunc cū Sol circa æstiuum solstitiũ circumferatur. Arist. n. auctor est magnã illam crinitã, quẽ orta fuit in terræ motu Achaico & inundatione eo loco esse ortã, quo Sol occidit in æquinoctio, multasq; in regione australi extitisse crinitas. Et in regione australi crinitam esse generatã mense Ianuario, cū Sol in hyemis solstitiũ esset. Ex his ergo sciri potest falsas eas esse causas, quæ ab his philosophis allatæ sunt. Alia ergo sũt à nobis exquirẽdæ, ut stellarum crinitarum natura illustretur. Sed cū res valde occulta & obscura sit, & quæ vix sensu percipiãt ad eã indagandã ratiocinatione probabilitaltẽ niti cõs. dereq; debem⁹. Ac nõ esse crinitarum naturã cõleste: Hinc sciri potest, qd dictũ sit à nobis celorum vim perpetuã & stabile esse ab omniqu; alienã interitu. Crinitæ verò

Vere can
se stellarum
crinitarum.

passimoriãt, occidat, multisq; rationibus nã minores & maiores sũt, cõmutet. Cũ ergo tã varia & multiplici natura sint in celo nõ existũt. Nihil. n. mortale, atq; caducũ aut celum esse partẽ aut in celis locũ obtinere potest: restat ergo vt in ea regione sint comete, in quã res aliæ fragiles & caducæ versant, quæ illa est, quẽ Lunę circũuectioni subiicit. Quod autẽ superiorẽ ei⁹ locũ stellę teneat quæ traiciunt earum altitudo declarat quæ tãta est vt celorum motũ imitentur, & ab eis in orbẽ rapiant, quod faces & capræ & stellæ vage traiectiones nõ adipiscunt. Materiã verò eius facile patet, nõ esse purã & simplicẽ aerẽ. Cur. n. alia eius pars, poti⁹ quã alia ignesceret, & ex ea crinita existeret. Est ergo ei⁹ materia aer infestus fumo & exalatiõe terrena. An heli⁹. n. eos, qui ad superiorẽ aeris regionẽ perueniunt, exhalatiões esse possumus. Est ergo crinitæ materiæ exhalatio, nõ qualiscũq; sed ea tantũ, quẽ vltima est, & à domicilijs nostris altissima. Minime tũ satis est altissima esse, sed et nec ita tenuem, & imbecillã, vt in flãmata facile restingarũt, nec ita magna, vt cito tota simul ardeat. Sed sensim ex inferioribus partibus exhalatio cõmoda excitata, eo vi caloris crinitæ iã inflãmata, ita deducat, atq; trahatur, vt ei quasi passũ suppeditet. Ita stella crinita existit, pro ea figura, quã exhalatio fuerit cõsecuta. Ardet autẽ & ignẽ cõcipit huiusmodi exhalatio nõ vi alterius ignis, cū null⁹ sit sed vi mot⁹, nõ autẽ eius motus, qui vel detrusione vel expulsiõe efficit, cū null⁹ eũ locũ vapor aut nubes obtineat, qui exhalationẽ expellat. Eo igit motu lumẽ eius accedit, quo in orbẽ celorum vi incitat. In quo loco

Locus cometarum.

Materiæ cometarum.

eò magis huius motus vis viger & valet, quò propinquior est cœlorum cursui, Lumen autem ex se crinitas habere, nò ex eo quòd ad Solem referantur, vt Hippocrates & Æschilus opinabantur, ex eo constat quòd ad nostros oculos a simili splendore fulgeant ei, quo faces & traiectiones stellarum splendent, quæ ad Solē non referri coniectura magna est, quia cum nobis sunt propinquitate penè finitimi, in vmbra terræ incidunt ferè semper, vt non possint ad Solem, sicut Luna deficiens referri. Vsu etiã eueniret crinitis, si à Sole lumen & splendorem acciperent, vt aliquando propter terræ vmbra defectionem paterentur, quòd hactenus nemo vnquam obseruasse, & norasse testatur. Sua ergo vi non aliena corruscant, quia ignescunt, & flammæ fundunt ea de causa, quam diximus. Ex eo etiã cognoscitur crinitarum concretionem igneam esse, quòd cum existunt venti siccitatesq; consequuntur. Quia enim aer magna vi siccitatis abundat, in ortu crinitæ humidus vapor dissolui & dissipari necesse est, vt non facile in aquam concreseat. Materia deniq; cometæ exhalatio est vis autem eius fulgens & ignea. Constat autem crinita dupliciter aut è regione alicuius stellæ, aut per se. E regione stellæ cum infra aliquam stellam, vel infixam, vel errantem exhalatio cogitur. Nec enim crines aëtris ipsi adiunguntur, sed quemadmodum coronæ Solem & Lunam circundantes eis adhærere, & ipsa sequi videntur, cum locum mutant. Ita & crines se ad stellas habent. Hoc tamen interest, quòd in coronis splendor in est, ex eo quòd ad Solem, vel Lunam referatur, in

crinitis autem lumen est & splendor insitus, & suus. Per se autem cogitur crinita, cum per se consistit, nec vllam sequatur, aut comiteretur stellam sed suo se nutu commoueat. Sed quia crinitam in eam figuram formari diximus, qua exhalatio est, aptè partemur eam in eas formas, quæ ex figura ducuntur, & sicut figura alia est orbiculata, alia recta, ita & crinita, vel in orbem tota ducitur, & omni ex parte sui similis est, & tunc crinita dicitur, vel longè patet & barbata est. Alijs modis astrologi Arabes, & Latini partiuntur cometas. Sed quoniam omnes differentie ex accidentibus summuntur, quæ infinita sunt parum crinitarum naturam explicare videntur. Nam quæ non ex figura trahuntur differentie, petuntur aut ex colore, aut ex magnitudine & paruitate, aut ex situ, aut ex motu. Quidam astrologi quinque earum differentias esse tradunt ad quinque eas planetas inutiliter referentes. Alij nouem esse docent non minus inutiliter ad nouem exaltationes quas vocant planetarum eas accommodantes. A Plinio verò expositæ crinitarum formæ omnes ex vñs, quas imitantur rerum figuras peruntur, quæ cum innumerabiles sint, miror cur nouem tantum fuerit contentus, vt prima sit ei species Cometes, secunda Pogonias, quæ est barbata, tertia Acontias quæ iaculi figuram refert, quarta Xiphias quæ gladij similis sit, quinta Discus, quòd clypei, sexta Pytheres, quòd dolum exprimit habet enim in medio nonnihil obscuri, quòd dolij cauum imitari videtur. Alij rosæ a similem esse volunt. Septima Ceratias, quòd ad cornu similitudinem accedat, octaua Lampadias, quòd fa

Cometarum
partitio.

ces

Motus crinitarum.

ces ardentes & turbinis speciem exprimit nona Eppiteus, quòd equi iuam emitteretur. Sed in quo numero ponet quæ tubæ a similes sunt quæ duobus, vel tribus cornibus fulgurant, & quæ vñcum expriment, cuiusmodi ea fuit quam vidisse dixi. Illa ergo præter cæteras artificiosa diuisio est, quam Arist. posuit in crinitam & barbata. Motus autem crinitarum est ab ortu in occasum. Qui motus non est secundum propriam eius naturam, sed secundum naturam orbis, in quo hærent & infixæ sunt inerrantes stellæ. Qui vna secum orbem omnes quos completur eodem motu pellit, & ita superiorem aeris partem, quæ illos attingit in qua crinitæ coeunt. Sed alio etiã motu cientur crinitæ, quò feruntur ab occasu in ortum, qui motus habetur proprius ab astrologis vagarum & errantium stellarum. Sed proprius minimè dici potest crinitarum. Sunt enim in aere, & eius pulsu agitantur, aeris autem non est in orbem ex sese pelli. Cœlos autem philosophi, & astrologi existimant à sua vnumquenque intelligentia torqueri ea conuersione, quæ suæ est apta naturæ. Quare motus ab occasu in ortum cadit in crinitas non quòd ita impellant, sed potius quòd reliquantur, quia cœli à quo rapiuntur imperum non assequantur eo intervallo, quo in ortum volui videntur. Aer enim in quo sunt minus est habilis & aptus ad circuectionem quam cœli. Tum natura sua volubili & vaga, & quæ maximè est cedens, & omni motu desipibilis. Tum etiam tardior aduentitijs exhalationibus redditur. Et vt breuiter præstringamus, quòd multis in astrologis tractabimus: fortè ipsi vagarum

stellarum orbem non suæ quisque intelligentiæ vi in ortum circuectionem, sed nullus eam celeritatem in credibilem eius orbis, à quo rapiuntur consequi potest: & eò tardius circuectionem, quò magis ab illa vi distat primi motus à quo incitatur. Et quia Lunæ conuersione cæterarum maximè abest tardius in occasum fertur & ea de causa velocius in ortum incitari videtur. Atque hinc sciri potest crinitam eò celerius in ortum pelli quo nobis propinquior est. Nam aer eò tardius in orbem pellitur quòd terris vicinior est. Quousque tandem in eam vicinitatem conferatur, vt ad eum vis cœlorum pulsus non veniat. Quare eæ crinitæ quæ stellas, vel infixas, vel errantes sequuntur omnium aliarum altissimè feruntur, & fortè nullam sequuntur & committantur stellam: sed quia multum distent longissimæque sint à regione, quam nos incolimus seiuncte, sequi trahique videntur. Quòd autè dissoluatur, & dissipetur, quam earum digressus à nobis conspici distinguique possit. Hinc etiam cognosci licet quam admirabilis in audita & portenti similis fuerit altitudo, siue crinitæ, siue nouæ stellæ, vt quidam putarunt quæ anno millesimo quingentesimo septuagesimo secundo, mense Nouembri, in Cassiopea, quæ per duos fere annos eodem, quo cepta est cerni, loco permansit, neque ab eo transuersum vnguem discessit. Cum singulis diebus quotidianum conuersionis cursum conficeret. Cumque omnes planetæ nonnihil hoc ipso cursu quotidie relinquuntur, sublimiorem locum, quam omnes planetas tenuisse, ac proinde in cœlo ipso, in quo inerrantes stellæ inhæ-

Ll 5 tent

rent collocatam fuisse non leuis est coniectura. Quod etiam declarat nullam aspectui, quam astrologi vocant paralaxim reddisse. Tum quod micabat, sicut alia stellæ, quæ longissimè à nobis distant, quod nulli vago & errati astro visuonit. Quia ergo hæc stella eo loco orta est, & interijt, quo philosophi tradunt, & à nobis expositum est, non esse, neque ortum, neque interitum, eius generationem omnem naturæ vim vincere, superareque existimandum est, neque eam hanc nostram, & omnium philosophorum doctrinam refelli. Sicut neque illa stella, quæ magis in oriente est, licet valde aliarum stellarum, & inhaerentium, & errantium & crinitarum fuerit, ut à D. Mattheo narratur, dissimilis siquidem alia stellæ in orbem cõuertuntur, hæc recta ducebat ad locum, ubi Christus seruator erat. Alia noctu modo lucent, hæc etiam interdum, nam iter monstrabat. Cum ingrederentur Magi Ierosolimam delituit, cum egrederentur se aperuit supra locum stetit, ubi puer erat, quare prope terras fuisse videtur, quæ omnia valde distant ab ea crinitarum ratione, quam nunc persequimur. Ita etiam alia, ratio fuit stellæ in Calsiopa inhaerentis, neutraq; nostram crinitarum doctrinam labefactat. Quæ quidem explicatione ego esse contentus, nec mihi vllus resideret scrupulus. Nisi mihi succurreret, quod Hali in secundum quadripartiti Ptolomei c. 9. affirmat se obseruasse stellam quandam sublimiorem Venere gradu. 15. Scorpj Sole oppositum. 15. gradum Tauri tenere. Idque docet sententia Albumasar, qui huiusmodi stellam nonnumquam apparuisse commemorat. Quæ

Magorum
stellæ.

re aut non recte à duobus astrologis peritissimis notatum & obseruatum est, aut non omnia, quæ sunt supra Lunam sempiterna esse videtur, aut confugiendum est ad portum, & prodigium, quod sit supra naturæ vires, sicut poetæ ad Deos confugiunt, cum exitum fabulæ explicare non possunt. sed quoniam in motu Cometarum versamur, animaduertendum, non semper recte in ortum vel in occasum ferri, sed nonnunquam ad latera deflectunt, sicut illi, quos Seneca narrat apparuisse Claudio & Neroni temporibus. Nam hic à septentrione, quo primum extitit, ad orientem ferebatur ad cœli medium declinans. Ille eodem loco primum visus, contra tamen ad occidentem conuersus ad Austrum diuertebat. Et aliud nostris temporibus viri docti notas se tradunt, qui meridie ortus ad septentrionem cursum inflexit. Huius motus cum cœlorum cõuersio nec mora & retardatio cometæ in causa sit forte exhalationis situs causam affert, sicut de flammis & traiectionibus stellarum diximus. Quæcumque enim ex parte flamma concitata opportunitatem passus nata sit, ea potissimum incenditur. Tamè differt inter traiectiones & crinitas quod ille subito, hæc sensim & pedetentim, ut oportunitas fert exhalationis incendatur, & incensionis processum motum esse exhalationis putamus. Quod autem Seneca quosdam cometas minime moueri putat, non ita existimandum est, ut omnino non moueantur, sed quod sint ad motum tardiores, quia inferiori, & humiliore aeris parte eogantur. Gignuntur autem crinitæ, ut ex historia cognoscitur sæpe &

sæpius

sæpius autumno & post Lunæ deflectiones, alijs tamen temporibus extitit, ut illa de qua narrat Aristoteles se hyceme aperuit Aristeo Acheronte. Tempus autem quo daret, atque consistat ex naturæ principijs minime puto definiri posse. Plinius tamen auctor est breuissimum esse seprem, dies longissimum sex menses dicit esse. Seneca. At Iosephus scribit illam crinitam ad annum totum durasse quæ vastitatem & euersionem Ierosolymorum proxime præcesit. Ut de illa taceant quæ nostris temporibus se in Calsiopa aperuit, quæ duos fere permansit annos. Extitit autem crinitæ sæpius extra, quam intra solstitia. Fortè quia calor & motus magis intra solstitia viget quorum vis secernitur & dissipatur exhalatio, ut non sit exhalationi oportuna. Non enim cometa constat nisi magnæ exhalationis sublimè cogantur & ob eam rem rarè & insolenter existit. Quid autem crinitæ portendat multa est astrologorū tractatio. Sed suæ naturæ vi, quæ physici partes sunt explicare ventos imprimis monstrant futuros. Cum enim magna exhalationis copia loca superiora capebat necesse est longè maiorem locis inferioribus, quibus venti perflare solent, relinqui. Significant præterea siccitates, quia sit arida exhalatio, ac proinde sterilitates agrorum & inopia frugum. Cum humore, quo aluntur, priuentur. Morbos etiã prædicunt & egrotationes mortiferas, eas præsertim, quæ ex sicca intemperie manant. Terremotus etiam monstrat & terræ labes. Cum enim exhalationes trahantur à terra exitum & eruptionem totis viribus querunt. Quo terram vehementer conquassari ne-

Crinitæ
quid significent.

cesse est. Quod autem astrologi tradunt mortem & pericula magna principibus, populo rerum publicarum & legum cõmutationem portendi. Hæc quia non naturæ necessitate, sed hominum etiam adbitrio administrantur licet aliquando contingat, plerunque fallunt. Quæ propter in certa valde sunt, & multis admixta mendacijs. Dubium autem non est, quin huiusmodi portentis, & ostentis sepe Deus opt. max. cum hominibus loquatur. Nam de illa vniuersi orbis futura euersione ipse dicit, Erunt signa in Sole, & Luna, & stellis, &c. Et de Christi Seruatoris morte dicitur tenebræ factæ sunt super vniuersam terram. Et in secundo Machabeorum narratur, antequam Antiochus vniuersum prope deleteret Iudeorum regnum visos fuisse Ierosolymis quadraginta dies equos per aera discurrentes, scutorum motus, galeatorum multitudinem gladijs districtis & telorū iactus, & creorum armorum splendorem omnisque generis loricarū. Et illam magnam crinitam, quam ego vidi cuius ante mentionem feci magna consecuta est clades & excisio quam acceperunt in Africa Lusitani regis interitus & magnatorius regni cõmutatio. Illa etiam stella crinita quam narrat Iosephus per annum minatam fuisse exitiū Ierosolymis & interitum reipublicæ Iudæorum, id quoque vehementer confirmat. Ac denique omnes historiarum libri his ostentis, atque prodigijs referti sunt, quæ magnas ruinas & formidolosissimas tempestates populis portendisse res postea & euentus comprobauit. Vanum tamen & futile esse puto præfagire, atque prædicere quid significent ante-

ante-

antequam res oblata sit. Sed illud prudentissimè faciendū, quod narratur Iudæos fecisse, cū illa eis prodigia monstrata sunt. Qua propter omnes rogabant in bonū monstra conuerti. Sicut illa stella quæ magis se aperuit, humani generis salutem pronunciauit.

Cap. 4. De lactis orbe.

Quoniam circulus lactis, ita crinitarum splendorē imitatur, ut materiā eius esse exhalationē Aristoteles, & alij crediderint, aptè cohæret, ut de eius nunc natura dicamus. Et indecorè quidem, ut mea fert opinio, nonnulli philosophi commemorant & refellunt de hac re poetarū dicta, licet enim non indecorè poetæ fabulis delectentur: indigna tamen & indecens philosophis earum commemoratio est. Pythagoræ igitur existimarunt hoc orbe aliquando Solem, aut aliquod astrum suum cursum confecisse, & ob eam rem illustratum, & quasi conflagram esse locum. Quæ sententia ex Phaetontis fabula hausta esse videtur. Nam absurdissimū esset opinari alium quāmodo est vnquam siderum ordinem & cursum fuisse. Demonstratum enim est nullam in cælo fieri mutationem, sed omnia cælestia esse sempiterna. Facile etiā conuincitur, quod cum signiferus via sit, qua non solum Sol sed omnes etiam planetæ circumferuntur: nullum tamen in eo huius collustrationis, & conflagrationis apparet indicium, nisi qua parte lacteum orbem attingit. Democritus autem, & Anaxagoras docuerunt, lac proprium esse lumen stellarum. Siquidem alia astra non suo, sed So-

De lactis orbe opiniones.

lis lumine lucet. Prestringitur enim eorum splendor Solis multo maiore lumine. At lumen Solis (dicunt) illustrare non potest stellas quæ sunt in lacteo circo, quod umbra terræ impediatur. Sicut quando Luna deficit. Et sicut Luna luce solis omnino destituta, non nihil suo nitore splendet, ita & stellæ quæ sunt in lacteo circo. At sicut Sol loco mouetur, & eius umbram loco etiam moueri necesse est. Quare lac etiam de hac sententia loco mutaretur: semper tamen eadem omnino loca tenere videmus non ergo ab umbra terræ fit. Præterea traditur astrologorum præceptis terram vix centesimam partem cū septuagesima Solis esse ob eamque rem in trianguli speciem umbram terræ formari, & eius conum Mercurij tantum orbem tangere: quo stellarum infixarum circumuectio longissimo interuallo superior est. Quare non potest ad eam umbra terræ peruenire quod luminis Solis, ut isti dicunt impedimento sit. Alij dixerunt lac esse aspectus nostri relationem ad Solem. Sicut Hippocrates & Eschylus crinitam esse putarunt. Sed id conuenire non potest. Cum enim Sol loco moueatur & relationem, quæ ad eum sit, loco etiā moueri oportet. At lacteus orbis nunquam mutatur, sed eandem semper obsidet cæli partem. Non igitur ex relatione constat ad Solem. Arist. autem sententia est lactis splendorem eiusdem rationis esse, cuius & stellæ crinitæ existunt. Quare exhalationem materiam eius esse tradit cometamque eius generis esse, cuius esse diximus stellas crinitas, quæ aliquod astrum, vel errantium vel incertantium sequuntur. Nam si vna vim habet stella alliciendi crines

Arist. natur.

nes, quo magis verisimile est tot sidera, quot in orbe lacteo existunt trahere cunctos illos crines, quæ in lacteo circo lactis speciem præbent. Liquer enim in nulla cæli parte tot sidera coisse, quot in lactis orbe. Sed qui fieri potest cum exhalatio non sit natura sempiterna, sed mortali, atque caduca ex ea fiat quidpiam in quo nulla vnquam sit animaduertita mutatio? Semper enim se habet lacteus orbis eodem modo, nec maior est in stellis, & in toto cælorum cursu, quā in illo constantia. Aut quo pacto cohæret, ut lac ex crinitarum genere sit, cum vtrunq; crinitarum genus varijs modis commutetur, oriatur, & occidat: lac verò immutabile sit. Præsertim cū Arist. tradat necessarium esse, ut quod ortum sit mortalitas consequatur. Si esset ergo ex exhalatione ortum lac, aliquid eius saltem interiret, aut aliqua ratione labefactaretur. Iam verò Arist. ex omni æternitate cælos fuisse tradit, aut ergo lacteus orbis ex æternitate etiam extitit, aut ortus fuit. Si illud, non ergo factum ex vlla exhalatione fuit. Sin autem hoc ex æternitate, ergo infinitis que temporibus caruit cælum lacteo orbe. Cur ergo postea factum sit stabile & immutabili modo? Cum in alijs rebus necessaria sint quæ sunt immutabilia. Aut quo nam pacto ex te mutabili cuiusmodi exhalatio est res constans & immutabilis fieri possit. Iam verò si quæcunque stella crinita magnas terris firecitas & multos ventos asferre solet. Ut dictum est, quid fieret tam immensa illa & inaudita crinita quæ totū cingit æther cur tota iam terra non conflagraret? Aut ventorum & tempestarum vi non ageretur & dissiparetur? Eo-

dè accedit, quod si exhalatio traheretur stellarum maxima copia, quæ in orbe illo coniungitur, quam eandem crinita sequeretur. Cur in toto cælo simile vestigium non animaduertitur, quamuis aliqua eius parte multæ magnæque stellæ confluerint, ut septem Vergiliæ antegenua Tauri. Quo etiam argumento non nihil Aristotelei conuincuntur dicentes lac esse multarum propinquarumque stellarum splendorem. Præterea stellæ principijs & radicibus suis hærent, quibus micantibus maior redditur splendor cum ergo radix & principium stellæ non appareat, nec aliquid aliud ei, in quo minus fulgoris est. Qui ergo cerni villo modo potest? Lac ergo est perpetuæ cælestisque naturæ, ut planè constantia eius & stabilitas indicat. Et in eodem residet orbe, quem infixe tenent stellæ. Quod quidem ex eo patet, quod nulla in eo stella vaga occultatur, obscuratur, aut villo modo obruitur: quod fieri aliquando oporteret in ea eius parte quæ signiferum intercipit, si inferiori loco, quā alius esset, planeta. Et sicut astrologi & physici præcipiunt astrum quodcunque in cælo esse sicut nodus in tabula, quod sit cæci densior & solidior pars. Ita lac est densior & solidior cæli cingulus. Ut sit inter cælorum & siderum corpus eius vis & soliditas interiecta, ita, ut nec sicut cælum omnino, nec planè sicut stella sit, sed aliquid inter vtrunque intermedium, ac de cometis & lactis orbe, hætenus dictum est.

Quid sit lac cælestis.

Cap. 5. De ventis.

A de natura stellarum crinitarum & lactis diximus initium fumentes tractandi ca,

De Ventis
varie opi-
niones.

quæ in sublimi generantur à superiore aeris regione: nunc ad intermediam accedamus. Sed antequam ab exhalationis viribus discedamus de ventis disputandum est, quorum vis & ratio exhalatione nititur. Licet quidam existimarent ventum nihil aliud esse, quàm aeris impulsum atque motum. Itaque aera ex se nihil à vento differt, sed extrinsecus & per aliud. Vt aer pulsus sit ventus atque flatus, quietus autem, atque tranquillus sit aer. In qua sententia Theophrastus & Seneca esse videntur. Sed ratio non esse videtur si aer qui nos circumfundit quacunq; ratione moueatur ventum esse putare. Vt si casu flabello, aut parietis ruina aut telo ageretur. Iam verò superior aeris regio ventis caret: tamen in orbem cœlorum vi circumfertur, vt quò propius ad Lunæ ambitum accedit vehementiore motu cieatur. Non igitur aer motus est ventus. Præterea multa de ventis in meteorologicis tractatio est. Cur autè potius de aeris pulsu & motu, quàm aquæ & terræ ratio habenda esset. Si non esset aliud ventus, quàm aeris pulsus, atque motus. Quare Arist. ventum exhalationem esse docuit. Sed non explicuit, quid interesset inter exhalationem, quæ est materia traiectionum & crinitarum, & eam quæ ventum esse dicit. Si enim existimauit eam exhalationem, quæ sublimè fertur, ex qua gignuntur, quæ in superiori regione fiunt, ventum esse, non caret incommodo. Cum vêtis illa regio non ageretur. Præferim cum ventum ipse Arist. definiens ponat circum terram impelli. Præterea vaporem & exhalationem meteorologicorum materiam dare dixit Arist. non meteorologica esse. Sicut

ergo vapor non habetur meteorologicus, ita nec exhalatio. Quid exhalatio vi & natura sua sursum pelitur, ventus autem obliquè: non ergo exhalatio vêtis est. Vt autè ego sentio, sicut vapor non est aqua, sed aquæ pluuiæ materia; ita exhalatio non est ventus; sed vêtis materia: nec sola & per se, sed sicut eorum quæ ex permissione existunt, hæc res, quæ permiscetur inter se eorum materiam præbent. Ita aer & exhalatio ventorum materia sunt, cum aprefuerint inter se temperata. Ita fit vt ventus partim sit aer, vt Theophrastus & Seneca opinabantur; partim verò exhalatio vt Arist. tradit. Forma vero venti est sicut in alijs temperamentis ea ratio & essentia, quæ illorum duorum corporum temperatione constat. Est ergo ventus temperamentum ex aere & exhalatione, quod circum terram obliquè fertur. Oportet tamen causam cur obliquè fertur reddere, & totam rationem motus ventorum declarare, quæ difficilis quidem habet explicatus. Sed ante commemorandum est differre inter eam exhalationem quæ est materia cometarum, traiectionum atque flammarum, & eam, ex qua venti existunt. Quod illa plus aeris in se continet, & ea de causa leuior est & sublimius fertur & est inflammationi aptior. Ista verò magis terrena est, & ob eam rem grauior & sicciore, & non longè à terra aera penetrat, atque diuidit. Nunc de ventorum motu disseramus. Quem Arist. euenire obliquè dicit, quod circumfusus aer cœlestium corporum motionem consequatur. Sed si hæc vera esset causa, in eandem partem omnes venti cocitarentur, cum ab oriente in occasum omnes orbis circumferantur.

Vetus quid

Materia ventorum.

Causa motus ventorum.

ferantur. At secus esse videmus: non igitur hæc vera causa est. Eodè accedit quod orbium motus ad inferiorem aeris regionem, in qua magis venti vigent, non peruenit. Alia ergo causa motus ventorum inuestiganda philosopho est. Quam nos, vt facilius interpretemur, animaduertendū est, res oēs leues, vel æra & ignem ita mobiles & concitatas esse natura sua, vt minimo momento in celerimum motum impellantur. Videmus enim, vt cuncta disturbet & dissipet ignis, vt neque immensa terræ moles eius impetum coercere possit. Experimur etiam sæpe vires horribiles terræ motus, & tempestatis. Atq; adeo, quæ in ære pendent, licet per se grauissima sint, perleui tamen momento hæc & illac impelluntur. Nec citò semel leuiter incitata quiescunt. Ventus autem in leuibus est, quod cum ex aere constat, tū ex exhalatione, qua leuior sit, siquidem aera penetrat exhalatio, & non parua eius parti innat. Quare leuior est, sicut ea omnia, quæ aquæ innatant, aqua leuiora sunt. Tum aer fit exhalatione sicciore, quo propius ad ignis naturam accedit, & fit violentior. Illud etiam est considerandum, quod sicut rebus vires natura tribuit, quibus ea persequerentur, quæ sibi consentanea sunt: quamobrem ignis & aer sursum petit, aqua verò & terra deorsum. Ita etiam vt ea subterfugiat, quæ aliena sunt, atq; contraria. Præterea notandum obliquum & in latus motum intermedium & interiectum esse eis, qui sursum & deorsum fiunt. Quare si res vlla ex rebus constet, quæ loca contraria capessunt: obliquè potius & in latus, quàm sursum & deorsum fertur. Ita etiam

duobus coloribus, aut qualitatibus primis contrarijs inter se permixtis, color intermedius, vel qualitas oritur. Ventus ergo superiora loca petit, quæ exhalationem calidam & siccam in se continet & quæ aer est inferiora verò, quæ terrestris exhalationis aliquid habet, & quæ est aquosa, nec enim siccum sine humido, ex quo ductum est reperitur, sed hæc omnia ex eo quod superat dicuntur. Et quæ ad intermediam accedit aeris regionem, quæ natura sua, vt postea tractabimus frigida est, & ob eam rem vt sibi contrariam refugit. Quatenus etiã in aeris, vel frigida, vel nimis calida loca incurrit. Vt frigida sunt, quæ septentrionem, nimis calida quæ ad meridiem vergunt. Nimis autem calida ventum extinguunt: quia exhalationem abluunt, atque conficiunt. Sicut magno nonnunquam adhibito igne ignis sine fumo inceditur. Contrarijs ergo viribus ventus impulsus non potest in rectum progredi, sed in latus inflecti necesse est. Quod autem tanto nonnunquam impetu ruat, eius mobilis & concitata natura in causa est. Principium ergo motus venti non est à terra, vt Arist. dicebat. Exhalatio enim quam primum erumpit à terra vi caloris, vel Solis, vel ipsius terræ, non est ventus, sed tum cum admiscetur aeri, & ea forma quæ consequitur eorum temperationem est principium & venti & eius motus. Deinde duplex eius materia aer & exhalatio, quæ ex parte caloris, siccitatis, aquæ, terreque particeps est. Locorum item in quibus nascitur & ad quæ venit affectio initium etiã est puluis & motus eius. Quærent etiam nonnulli vtrum sit naturalis an verò contra naturam

vento

*Ventorum
motum esse
naturalem.*

ventorū motus. Videtur enim contra naturam esse: quoniam à locis sepe propulsatur in quē incidit. Pręterea motus naturalis rerum caducarum, quę animo vacant, aut est sursum, aut deorsum. Ventorū autem motus est obliquus & inflexus non ergo est naturalis. Tum est contra terrę & aquę naturam, quam in se continet dum non fertur deorsum: contra naturam verò aeris & ignis, quā etiam imitatur dum non agitur sursum. Omnino ergo motus eius contra naturam est. At est maximè aptus ad venti naturam, quoniam eius constitutio talem motum & impulsū, vt declaratum est, postulat. Nec tam propulsatur à locis, in quę incurrit: quā ipse eā naturaliter fugit, atq; declinat. Mouetur autem ventus per se, non sicut Seneca dicit, quem admodum animalia. Non enim instrumentis vllis suū motum & pulsū dirigit. Sed mouetur vi sua & non aliena, sicut de grauib; & leuib; dictum à nobis est. Quid autem astrologi de ventis dicant, nihil attinet commemorare. Cū eorum doctrina duntaxat experimento nitatur, physicus autem causas & rerum initia quærīt. Nunc quę in ventis observamus persequamur considerantes, vtrum ex his præceptis explanari possint. Singulis continenter annis ventos nubes & pluuias esse videmus, magis tamē & minus, prout anhelitus natura fert, Siquidem interdum vapor multis partibus largior est, quā exhalatio, interdum verò contrā ob eam rem fit, vt nonnunquam alijs annis pluuię & humoris maxima copia decidat, alijs venti, & siccitates infestę sint. Interdūq;

tota regione, interdumq; certis eius partibus. Sæpe enim regio tota quā tum patet in circuitum magnos & assiduos imbres habet, aliquādo maxima ex parte. Sed in quadam eius parte omnia siccitate arefcunt. Interdum verò contra fit, dumque tota ferè vndiq; regio modicos imbres recipit, in quadam eius parte largus imber defluit. Quę omnia facile ex ijs, quę posuimus declaratur. Fit enim propterea quod in tota regione magna vis vel aridæ vel humidæ expirationis existit, vel in vna parte vapor, in altera verò exhalatio exuperet. Imbres etiam eadē regione nonnunquam recurrunt, aliquando siccitas consequitur, & finitima regione pluuiā. Illud accidit, quod magna humidæ expirationis vis ex imbribus superiorib; à Sole vel terrę calore expressa est, quę largos imbres parit. Istud autem contingit, quod vapor non in suam regionem fluit, sed in regionem finitimam à ventis depellitur. Hoc ergo modo in regionibus & varijs terrę locis contrariorum vicinitudo, & anhelitū mutatio efficitur. Iam verò imbrem venti eisdē locis sequi solent. Nam terra imbre perfusa suoque & Solis calore tepēfacta, cōpresu suo difundit multatā exhalationem, in qua ventorū vim consistere diximus. Ventis etiam nonnunquam sedatis, atq; repressis pluuiā cōsequitur. Quia semper calor secernitur, & ad locum superiorem aspirat à quo vapor desertus cogitur & severtit in aquam. Ex his etiam facile cognoscitur, cur venti ab septentrione & meridie potissimū & vehementiū perflectent. Aquilonum & austrī præter ceteros vētos magna vis & frequētia est. Quoniā cum

*Causa eorū
declaratur
quę inuētis
observatur*

cū in ortu & occasu semper Sol suo cursu versetur, & sua vi vapores & exhalationes dissipet, eas ad latera depellit quę sunt meridies & Septentrio. Vaporū verò magna copia, magnam etiam pluuię copiam efficit. Vbi autem imbrum magnam vim terra tulerit, magnam etiam habitū vim reddat, necesse est. Sicut ex viridibus lignis largior fumus oritur: vapores autem & halitus ventos pariunt. In exhalationibus autē eorū initium situm est. Cū ergo in Septentrionem & meridiē maior copia vaporum & exhalationū confluat, maiorque in eis vis sit propulsandi ventos, quod calor & frigus eis contrarium in his locis excellat. Sæpius & violentiū ex his lateribus vēti flent necesse est. Vbi enim multa materia & multavis efficiens suppetit, cur non multus effectus consequatur? Causa enim effectū indicat. Venti verò qui à Septentrionibus sūt Aquilonēs, qui verò à Meridie Austrī nominantur. Ventorū autem ortum & accretionem ex multarū exhalationū concursu sensim existere, non aliter quā fluuiorū scaturigines sciendū est. Ita vsuuenit, vt principio leues sint & imbecilli, quō autem longiū progrediuntur ex alijs locis ventis etiam tenuibus cōfluentibus, eorum vis crescit, & insignior fit. Ita Septentrione venti frigore torpent, & vix cōmouētur tamē quod illic sensim & obscure fiat. Cū longiū fuerit prouectū planē ventus est. Duabus autē de causis omnia tranquillitas & à ventis tuta esse solent vel frigore, vel æstu. Frigore, quod exhalationem comprimat eius calorē restringens. Quare si gelu seniat, tranquillitas adest. Aestu quod halitum etiam consumat, totam eius

humiditatem exiccās. Sol autem aliquando ventos coerctet, aliquando concitat. Coerctet, quia leues & imbecillas. respirationes suo maiore calore obscurat, & obruit. Et si quas è terra trahit, statim dissipat, atque comminuit. Aliquando autē terrā exiccāt, quā vlla facta sit secretio, vt si magno igni parua materies apponatur, prius aliquando combūritur, quā vllus fumus oriatur. Concitat autem ventos, cū è terra madefacta largum trahit anhelitum. Tranquillitas etiam est, vel quod nondum excitatę sunt, vel quod iam omnino exaruerunt, neque alię eliciantur exhalationes. Quare interiectis estati & hēmi tēporibus, antequam planē mutatio sit tranquillitas ad esse solet. Mutationes autē sicut aliarū rerum, ita temporum ancipites sunt & incertę & valde conturbāt. Quare ortu & occasu Orionis, hoc est prope Aprilis & Octobris exitū nubes & vēti multum excitari cōsueuerūt. Vt doctę poeta dixerit, Nimbus Orion. Venti verò Septentriones quos, & Etesias vocant quibusdam post solstitiū & caniculę exortū flare incipiunt. Quoniam Solis propinquitatē & assiduitate sua loca gelida & frigore horrida in Septentrione colliquefcere incipiant. Noctū verò Etesię quiescunt, quod liquefcere desinant, quę frigore cōcreta sunt propter frigus noctis Austrī tñ post solstitiū brumale nō perflā, quāuis eadē proportione in orbis descriptione Etesijs respōdeāt. Cuius causa est q; non tāta humoris copia est in illis locis, quę ad austrū spectāt, neq; eo tēpore Solis tāta vis ad anhelitus excitandos. Quare licet sit magnasimilitudo atq; proportio affectionis & virium

Mm mag-

magna est dissimilitudo. Septuagesimo tñ die post brumale solstitiũ Ornithiæ flare incipiunt, qui sũt Ece siq̃ quidã imbecilliores, nec cõtinenter flãt. q̃ ea quæ leuiter & in sũma parte cõglaciãta sunt, tũc colliquescũt, atq; trahãtur. Quæ verò tenaciõs congelãtũ, maiore calore indigẽt. Eisdem verò de causis venti & cõmouentur & sedantur, ortu & occasu Solis & meridie. Ortu cõprimuntur, si tenuis exhalatio sit, qua nituntur, quia dissipatur à Sole. Excitantur cum nulli sunt, si Solis calore nõnihil exhalationis extrahitur. Occasu verò sedantur, quod Sol occidat, cuius vi pellebãtur. Nonnunquã verò agitantur, quod locum, terras deserens exhalatiõni relinquat, quã præsens reprimebat. Meridie verò ṽt̃i oriuntur, quod maiore caloris vi dilabitur & liquefiat, quod tenacius erat coactum. Quare ab eadẽ causa effectus proficiscuntur cõtrarij propter variã materiẽ preparationem. A locis etiam vim venti capiunt. Si quidem per locorũ angustias motu vehementiore feruntur. Sicut aquæ riuũ si inciãt in arctiores vias. A lateribus enim relati impelluntur & incitantur vehementius. Quare inanis & fenestris magis ventos sentimus. Calidi etiam aliquando, & aliquando frigidi venti habentur. Quod aliã frigidum, aliã calidum aera concitent. Iam enim positum est quãdõ caloris, & quando frigoris motus sit causa. Ex quo illud, quod in prouerbij consuetudinem venit. Ex eodem ore calidum & frigidum. Nõ enim vere dicitur, sed semper calidum est, quia tamen ore angusto pulsus ventus magis agitãt aera exteriorem multa copia refrigeratũ vaporis frigidi vide-

tur. etiam frigidum quod ab ore exit. Eadem de causa venti in oris maris & fluminum frigidiusculi habentur, quod aera concitent ab aquis refrigeratũ.

Species ventorum.

Species autẽ ventorum ex locis à quibus perflant distinguitur. Et ex eisdẽ qui, quibus cõtrarij sũt. Loca verò notanda sũt in finiente orbe qui Græcis est Orizon. Quare circulus est describendus, qui referat quozõta. Nihil autẽ attinget in eõ notare, quæ partes terre, aut incolant, aut nõ incolãtur vbiũq; enim sit hominũ habitatio finiens orbis eadẽ proportione respondet. Præsertim cũ vniuersum terrarum orbem nauigatio his tẽporibus peruaserit & peruagata fuerit nullãq; eius partem incultã offenderit. Huiusmodi igitur circulus in duas partes æquales secetur linea per eius mediũ punctum deducta qua parte verò circuli tãgit vertex cõstituat, Arcticus & altera simili parte vertex sit Antarcticus. Deinde alia simili linea ad rectos & pares angulos in eodẽ medio diuidatur, cuius vna pars circulum attingẽs erit ortus, altera verò occasus æquinoctialis. Quibus quatuor punctis quatuor notãtur principes orbis terrarũ venti Boreas, vel Septentrio à vertice Artico, Auster, vel à Meridie, vel vertice Antartico. Ex his alijs situs ventorum varijs modis describuntur. Nam Arist. in ortu & occasu æstiuo duos alios ṽtos ponit, Cæcias in ortu Argestes, vel Corus in occasu. In ortu verò & occasu brumali alios duos Vulturinus, vel Eurinus in ortu, Africus in occasu. Alios deinde quatuor ventos collocat, sed vix certa loca illis attribuit. Nam lineã progredi vult partiente eã finientis partẽ quæ proportione respon-

respondet ei orbis cœlestis parti quæ nobis semper apparet. Et ex ea parte verticis Arctici, quæ spectat ad ortũ collocat Aquilonẽ, vel Messẽm, ex ea verò quæ ad occasum Thraciã. Quibus è regione alij duo venti in altero vertice respõdet Libonotus qui Aquiloni & Phœnicias, vel Euronotus qui Thraciã. Sed cum cœli pars quæ semper apparet sit incerta. Nam vna cũ vnoquoq; finiente mutatur & aliquãdo nulla semper apparet, vt eis qui orbe vtũtur recto quibus vterq; vertex finientẽ attingit. Cũ ergo incerta valde sit ea pars, quæ semper infiniẽte se ostendit: anceps etiam & valde ambigua est hæc ventorũ collocatio. Ob eamq; rem rectius à nautis nostris ventorũ omnium situm hĩ describi videtur. Vt postquam definiens in quatuor illa puncta iam dicta diuisum, est à quibus Boreas, Auster, Subsolanus, Zephyrus flant. Vnaquæq; in duas equas distribuatur, quo octo partes constabunt. Quarum vnaquæq; in alias duas secetur, quo decẽ & sex partes fient, & in singulis punctis diuisionis finientis singuli venti collocentur. Nulla. n. est finientis pars aqua ventus aliquis oriri non possit, si loca apta & oportuna ab illa parte sint, hoc est patetia & aquosa. Quod in causa est cur variæ prouinciæ varijs ventis expositæ & patetẽs sint. Nam Athenis vt Plinius auctor est infestus est Sciro, qui aut Argestes est, aut ei valde propinquus. Qui & in bonã Castellæ partẽ ruit quẽ vocam⁹ sermone nostro Gallego. Magis nam Beticæ partẽ Subsolanus acriter perflat. Narrat etiã Seneca Atabulũ in Apulia maximè perflare Calabriã Iapix eodem auctore valde infestat. Pamphiliã Categis, Galliã,

Circius. Nec aduẽtos excitãdos aliquid attingit ea cœli puncta quæ notat Arist. sed illam quã dixi terrarũ affectio, atq; dispositio. Melius igitur ex illa nautarum descriptione venti distinguẽtur. Venti verò contrarij cognoscẽdi sũt ex communi contrariorum definitione. Vt ij venti contrarij sũt, quæ loco maximè distãt, sicut à loco totũ genus ventorũ sumitur. Ea verò loca plurimum inter se distant, quæ media linea quam diametron geometræ vocant inter se absũt. Vt Septentrio ni Auster contrarij est Subsolano Zephyrus, Argesti non Cæcias, sed Vulturinus. Africo verò Cæcias, & ita alijs locis ṽt̃i cõtrarij diametro designantur. Vehementiores autem venti habentur, quæ à Septentrione, quã qui è meridie flant. Quia loca quæ ad Septentrionẽ pertinet maiori niuis aquæ & humoris denique copia abundat, qua ṽtis multa materies suppeditat. Si autẽ Auster ab altero vertice exoriat, vt quidam volunt, cũ longè distet sæpe fortè prius dissipatur & euanescit, quã ad nos perueniat. Sin autẽ in terris sub meridie positis gignatur, cũ aridiores sint nõ tantã ventorũ materiam subministrat. Septentriones habent frigidi, quia à terris frigore rigẽtib⁹ perflãt. Austri calidi quia calidã aëris partẽ Solis propinquitate & asiduitate mouẽt. Subsolani sũt calidiores & alij qui ab ortu flant, frigidiores, qui ab occasu. Cuius differẽtiæ causã reddit Arist. quod diutius Soli subsint ij, qui flant ab ortu. Quod citius eo loco Sol recedat in quo occidit & serius ad eum reuertat. Quæ causæ redditio indigna est ingenio tanti viri, cũ Sol singulis sui cursus partibus æqualiter

adfit & abfit propter motum eius
 equabilem. Præsertim cum quæ vis
 cœli pars cum diuersis finientibus
 comparata sit ortus & occasus. Cali
 diores igitur nobis sunt, qui ab oriēte
 flant venti. Propterea quod loca,
 quæ ad orientem vergūt, calidiora
 sunt, vt ex aromatis casia & alijs fru
 ctibus, quos ferūt facile patet: loca
 verò, quæ ad occasum pertinent, fri
 gidiora propter oceanū. Venti verò
 contrarij, quia è regione positi sunt
 diutius flare non queunt. Nam mo
 tus cōtrarij simul esse non possunt,
 quare imbecillior cedat necesse est
 & flare desinat. Qui verò non sunt
 contrarij nihil prohibet simul & in
 terdum in idem signum flare, licet
 non eodem flatu, neque ex eodem
 loco perflent. Contrarijs autem tē
 poribus contrarios ventos flare, eo
 rum naturæ congruit. Vt æquino
 ctio verno Cæcias, & Aquilo, & om
 nino ij (vt ad nautarū dispositionē
 sermonē accōmodemus) qui vltra
 solstitium æstiuum positi sunt. Cum
 enim Solis calore impellantur Sole
 ad ea loca vnde oriuntur accēdere
 eos cōmoueri consentaneū & con
 sequens est. Eademq; de causa Afri
 cus in autumnali æquinoctio orietur.
 In solstitio autem æstiuo Zephyrus.
 Cum enim frigidiora (vt diximus)
 sunt, quæ ad occasum vergūt, maio
 re vi caloris affecta in ventos erum
 pere cōuenit. Quæ verò ad orien
 tem spectant cū sint calida suavi So
 le proxime accedente auctus & exa
 geratus calor potius ventos discutit
 quā cōcitat. In brumali verò solsti
 tio Sole recedente orientis loca non
 nihil refrigerata ventos pariunt. In
 uehantur in alios ventos maxime
 eosq; reprimūt & sedant Septentrio
 nes Trasciæ & Cori. Propterea quod

vehementiores sint è proximo enim
 inuadūt. Quamobrem serenitatem
 afferunt nubes abigentes ab alijs vē
 tis coactas. Sin autē frigidiores sint,
 quā vehementiores. Citius nubes co
 gunt, quā dissipant. Cæcias autem
 non affert serenitatem, sed potius
 nubes ad se trahit (vt veteri prouer
 bio usurpatū est) sicut ipse in se con
 uertit. In se verò cōuertit, quia pro
 pe terram flans in montes altiores
 incurres refertur. Sicut teste Theo
 phrasto in Macedonia vsuuenit flā
 te Borea vt nubes in ipsum redeat.
 Quoniam in Olimpum montē al
 tissimū irruens ad se referatur. Ve
 rum quia ex varijs locis varias ven
 torū species numerauimus: Solque
 ventorum initium, ut ex Solis muta
 tione, qua varia loca lustrat, diuerso
 rum ventorū visitudo cōsequitur.
 Veluti cū Sol in ortu sit brumali Sub
 solanus flar. Sole verò deinde ortū
 æquinoctialem petente. Subsolanus
 sedatur & Cæcias ei consequēs ori
 tur. Deinde verò Sole in ortum æsti
 uum perueniente Aquilones excita
 buntur. Ita pro varia Solis mutatione
 varia ventorū erit vicissitudo, quæ
 ex ea eorū situs dispositione intelli
 getur, qua vel ab Arist. vel à nautis
 ventus dispositos esse docuimus. Id
 autē frequenter. nō perpetuo acci
 dere putandū est nihil enim perpe
 tuum ex rebus caducis, atq; morta
 libus statui potest. Præsertim quod
 non raro contingat repente ventos
 in contrarios mutari. Quod nubes
 pellant ad loca cōtraria, quibus con
 trario vēto satis materiæ suppedita
 tur. Vsu etiā euenit cōtrarios vētos
 eiusdem & similis effectus esse cau
 sam. Contraria enim eorū ratio ex
 dissimili tātūm locorū situ sumitur.
 In dissimili autē situ similis affectio
 & qua

*Pro varia
 Solis muta
 tione varia
 ventorū vi
 cissitudo.*

*Ventorum
 effectum.*

& qualitas esse potest. Vt Argestes
 vel Cor^o & Vulturinus vel Euris cō
 trarij venti sunt, quia à locis contra
 riijs irruunt, tamen vterq; aridus est.
 Cæcias autē & Africus cōtrarij sunt
 tamen vterq; est humidus. Fit tamē
 vt licet Vulturinus initio, vt dictum
 est, siccus sit ad extremū humidus
 fiat. Africus autē propterea humi
 dus est, quod medius interiectus sit
 Fouonio & Libonoto & à Fauonio
 frigus ex Libonoto verò humorem
 accipiēs humidus redditur. Cæcias
 autem Aquiloni & Subsolano inter
 medius, ex locis Aquilonis imbutus
 humore, & Subsolani affect^o calore
 tandē humidus efficitur. Niuēs ma
 ximè Mese & Septentrio perferūt.
 Nam sunt frigidissimi. Grandinem
 Septentrio Thrafcias & Cor^o efficit,
 quod cito densandi, atque cogendi
 vim vnusquisq; habeat. Calorē, Au
 ster Vulturinus, atq; Fauonius affert.
 Sed hic calidus est cū alijs vētis, qui
 ad occasum spectāt cōparatus: quia
 ætate flar. Si tñ cū ijs, qui ad orien
 tē pertinent cōferatur, frigidus est:
 quia oritur à mari & vesperti potissi
 mum cōmouetur. Tenuioribus nu
 bibus cœlū cogit Africus. Densio
 ribus Cæcias quod in se vertatur, vt
 expositū est, & quod intermedius
 interijciat Aquiloni & Subsolano,
 quare vtriusq; particeps. Qua verò
 ex parte ad Subsolanū refertur mul
 tum vaporis & materiæ trahit, quia
 calidus, qua verò ex parte cū Aqui
 lone communicat, quia frigidus est
 aerē vaporibus abundans densat &
 nubes cogit. Serenos esse ostendi
 mus Thrafcias & Corus, qui fulgu
 ra gignūt & Mese maxime. Quod
 frigore rigeant, & frigore fulgur ge
 neratur, nam nubibus densatis ex
 cutitur: Procellas verò, quas Ecne

phas Græci vocant, maxime Septē
 trio, Thrafcias & Corus perferunt.
 Siquidem oriuntur procellæ ex eo
 quod in ventos flantes alij irruunt.
 Dictū verò est hos præter alios in vē
 tos flantes incurere solere. Huius
 quoq; rei causa antè allata est. Etesiq;
 verò qui Græcis venti sunt singulis
 annis eodē tempore redeunt. Ijs
 qui ad occasum habitāt cōverti so
 lēt ex Septentrionibus in Thrafcias,
 Coros & Fauonios. Ijs verò qui ad
 ortū incolunt in eos ventos, qui ad
 ortū spectant, vsq; ad Subsolanum.
 Ac de ventorū quidē natura formis
 & proprietatib^o hæcenus dictū est.

Cap. 6. De terræmotu.

Coniuncta maxime est terræ
 motus tractatio cū ea que vē
 torū est. Iacta. n. sunt funda
 mēta in ijs quæ de vētis diximus ad
 naturā terræmotus declarandā. Nec
 aliud est terræmotus, quā vētus sub
 terram eam quaties & loco mouēs,
 vt ex effectu, quod insignior sit no
 men sumat. Ventus autem per se su
 pra terrā fertur. Varias tamen fuisse
 de terræmotus natura philosopho
 rum sententias narrat Arist. Plutar
 chus, Plinius, & Seneca, quas cōme
 motare me non solū piger, sed etiā
 pudet. Nihil enim ferè afferūt quod
 non absurdum & puerile sit. Si quid
 tamen ad vmbrauerint in vera sen
 tentia interpretāda attingemus. In
 terræ ergo concavitatibus & visce
 ribus magnam vim esse aeris cer
 tum est, cum nihil inane esse possit:
 spiritusque manet per omnem cor
 porum coagmentationem & cōpa
 ctionē. Cumq; à re humida & sicca
 calore, vel Solis, vel rei ipsius exha
 lationē excitari necesse sit. Que qui
 dem aeri spirituiq; admista ventū
 Mm 3 facit.

*Terremot^o
 quid.*

facit: qui quā facile quantaq. vi & ce-
leritate moueatur, dictū est. Quod
si in ea loca & receptacula flaeus in-
cidat, multo etiam vento & exha-
latione referta, vehementius im-
pellitur, ita vt eius magna vis: nul-
lis carceribus & angustijs terræ co-
hiberi possit. Sed erumpit, ruit, &
exitum querens terram quatit &
sedibus suis conuellit. Cuius rei sig-
na sensu à multis obseruata sunt.
Nam in locis quibusdam tremo-
tus factus, non antè desistit, quam
ventus supra terram procelle instar
erupisset. Vt ad Heracliam ponti,
& in Sicilia accidisse narrat Aristot.
In Sicilia enim quædam terræ pars
in tumuli, & collis speciem cum
sono & fragore quodam primum
concitata est. Et ad extremum tu-
mulo vel colle perfecto ventus e-
ruptionem fecit. Cuius rationis &
causæ non nihil sensisse videntur
Anaxagoras, cum terræ motus na-
turam tradens dixit æther natura
sua semper sublimè ferri, si æther
non ignem solum, sed æra etiam
calidum esse, credidit qualem ex-
halatio reddat. Quare in terræ con-
cauitates incidens, eius natura fert
vt vi erumpere, & euolare qua-
rat. Sed in eo imperitus fuit, quod
terram in duas partes distribuit aliā
superiorem, & inferiorem aliam.
Superiorem eam esse quam nos in-
colimus, alteram inferiorem, qua
cum aer comprehensus fuerit tum
modo tremotum existere. Nam
superas terræ partes & inferas ita
statuere, vt non vndique omnes
in medium ferantur, absurdum,
& stultum est, quia terra globosa
est. Vt alibi demonstratum est, &
omnes eius partes sint eiusdem
naturæ, vt ad medium omnes vni-

Anaxago-
ra de terra
motu opi-
nio refelli-
tur.

uersi ire contendant. Nec solum al-
teras, sed etiam eas, quas nos habi-
tamus tremotum agitari. Eiusdem
imperitiæ est terram affirmare ære
niti, & propter eius magnitudinem
stare. Quasi verò & moueri sursum
ab ima parte, cum pulsa agitur,
nullaque ratione alia tremotum
explicare. Terra enim non innatat
aeris, cum eo grauior sit, nec ab æ-
ri sustentari potest. Nec ex hoc
intelligitur, quibus locis & tem-
poribus terræ motus fieri soleat. Id
quod ex nostra interpretatione fa-
cile patet. Nam eis locis quibus
magna ventorū copia capi potest fa-
cilius tremotus efficitur. Et enim
ijs temporibus, quibus maxime
venti gignuntur, & ijs locis quibus
magna ventorum copia capi, & ex-
citari solet, tremotus crebrius effi-
citur. Item vere & autumno, & cū
imbribus & siccitatibus nimis om-
nia horrent, atque vastantur. Sicci-
tates autem ventos afferunt, quod
multas aridas expirationes pariunt,
que ventorum materiam suppedi-
tāt, ac proinde tremotus efficitur:
quos etiam imbres præstant, quod
multa halituum & exhalationum
copia terræ concauitatibus aqua
refertis gignatur. Quæ quidem ex-
halationes locorū angustijs compul-
sæ moueri querunt, neq; terræ pon-
dere coerceri queūt, sed superiores
esse incipiūt, quod earū magna vis
in paruum locū concludatur. Vetus
eruptione facta graui vehementiq;
pulsu agitat. Sicut, n. in corporibus
nostris tremorem & pulsum affert
conceptus spiritus. Sic in terra ven-
tus motū, & qualum efficit. Quan-
ta verò vi spiritus & ventus excel-
lat, præter ea, quæ à nobi posita
sunt, cum de ventis ageremus ex
ijs

Tremotus
causa.

ijs, quæ in corporibus animalium
eueniunt perspicui licet. Siquidem
& rigores & neruorum distinctio-
nes, ipsius spiritus quidam motus
& agitationes sunt. Tamen tanta va-
lent vi, vt si multi simul obstant &
motum egrorum reprimere coneti-
tur, vincere, & superare minime
queant. Idem in terrarum orbe fie-
ri, vt magna paruis conferamus
existimare debemus. Ventus igitur
tremotus causa est, cum terræ vis-
ceribus inclusis eiusdem propter e-
ius magnam vim contineri non pos-
sit. Sed intus primum fluit, deinde
claustra restringens foras toto impe-
tu ruit. Ita fit vt maxima ex parte
maiores tremotus tranquillo tem-
pore existant. Quoniam halitus in-
tus totus inclusus, simul deinde ter-
remotus foras erumpit. Quod si ven-
to flante tremotus existat eius mi-
nor est vis, propterea quod eius ini-
tium & causa partim intus, partim
foras distracta sit. Vel sicut aliquan-
do duo venti perflant, ita potest co-
tingere, vt foras alter, intus verò al-
ter teratur. Sed si ventus nō partim
foras, partim in visceribus terræ in-
clusus diffunditur, sed confertim a-
gitatur, plus valeat, necesse est. Qua-
re quia noctes diebus sunt tranquil-
liores propter Solis absentiam, qui
exhalationem trahit & ventos pro-
gignit: plures ac maiores terræ mo-
tus noctu efficiuntur: qui verò in-
terdiu existunt, vel meridie, vel pri-
ma luce commoueri solent. Quod
meridies sit pars diei omnium tran-
quillissima: & maiorē tum Sol vim
habeat ad expirationes in terram
compellendas. Prima verò luce ini-
tium standi ventos facere diximus,
nec non extrema & obitu Solis. Vt
eiusdem temporibus, quibus venti, ter-

Terra mo-
tus quando
oriatur &
eorum loci
& signa.

remotus oriatur. Ea verò loca maxi-
mè quati solent in quibus mare flu-
ctuat. Vel quasdam concauitates &
varietates habent. Itaque in Helle-
sponto, in Achaia, in Sicilia tremo-
tus sunt frequentes, quod maris flu-
ctibus alluantur & Mexici in noua
Hispania, quod eam totam magnā
locus circumfundat. In his enim, &
harū similes terras aquæ, veluti per
tubos quosdā influunt, & tremo-
tus sunt propter angustias. Ventorum
enim vehemens cursus, qui
quidem è terra fluit & oritur natu-
ræ vi aquarum obiectu & occurfu,
quæ magnam illic vim habent, in
terram repellitur. Cuius magna co-
pia assiduo fluctuum repulsi in an-
gusta loca coacta tremotum tandē
foras exit. Regiones autem quæ
multis concauitatibus & raritati-
bus abundant: quia magnam ca-
piunt ventorum vim, sæpius tremo-
tum feruntur. Intelligi etiam li-
cet ex ijs quæ in Sicilia accidunt
ventum sub terra fluere. Nam ante
sentitur auster flaturus. Nam so-
num reddit Æthna mons è quo
flamme erumpit. Propterea quod
iam eminus mare intra ventum,
qui è terra excitatur, compellit.
Qua verò parte ventus repellitur
propter locorum amplitudinem &
venti repulsi paruitatem sine ter-
ræ motu resonat. Eam etiam cau-
sam, quam posuimus terræ motus
confirmat Sol sine nube obscurior,
& magnus rigor, qui ante matu-
tinos terræ motus aliquando offer-
tur. Nam Sol caliginosum esse ne-
cesse est prope ortum, si anhelitus
se in terram recipere incipiat, qui
quidem dissoluit & dissipat æra.
Frigus autem euenit, quod intro
compellatur exhalatio quæ per se
Mm 4 calida

calida est: vapor autem relictus ob humorem cogitur & confluit, quo frigus impendet, quibus in locis hic effectus vsuuenit. Eadem causa esse videtur eius signi, quod terræ motus interdum (vt Aristoteles & alij narrant) solet antecedere. Vt interdum, aut paulo post occasum sereno cælo nebula quedam tenuis appareat porrecta, & longa, veluti linea quæ in rectum ducta sit. Quod ventus tunc leuatur & obruatur, propterea quod intra terram trahatur. Quemadmodum si mare æstu ferueat, & ventorum vi agitur densi admodum, & inflexi fluctus ad littora voluuntur, si verò mare tranquillum sit propter exiguam effusionem tenues, & recti redduntur. Quod ergo mare in terra id æra circa finientem nonnulla caligine obscuratum efficere putandum est. Ita vt sereno cælo ventisque vacante nubes, quæ aeris quasi fluctus est, tenuis & recta existat. Itaque hæc terræ motus significatio ventus eius esse causam declarat. Dicunt etiam philosophi, & astrologi circa Lunæ defectus terræ motus existere solere, cuius rei causam conatur Aristoteles explicare, nihil tamen mihi proficere videtur. Dicit enim, calorem, quem Luna ex se fundit, obrui & obscurari antequam eius lumen deficiat, cum prope adest interpositio. Sed cum lumine Luna calorem efficiat, cur antequam lumen desit, calor extinguatur, non exponit. Lunæ verò defectiones, sicut ventos supra terram, ita sub terram excitare possunt, cum omnia vehementer commutent, & ita terræ motus orientur ea de cau-

sa, quam diximus. Cum ergo ventus inclusus sub terra, terræ motus causa sit, postquam semel coeperit, non cito, aut eodem semper & qualique tempore desistit: sed tandiu durat, quandiu ventus eius materia sub terra suppetat. Non consumitur autem, nec simul foras prodit, propter figuram locorum, per quæ defertur. Vbiunque enim ventus inuehitur, nec facile penetrat, ibi vehementer quatit, & cohibeatur necesse est. & in angustijs contineatur, quousque claustra refringat. Tandiu ergo necessario quatit, quò ad eius reliquias subsint. Leuius tamen, id faciunt, & ad eum vsque finem dum minus sit, quod relinquatur, quam quòd planè mouere possit. Contingit autem, vt ingens terræ motus ad dies quadraginta sæpe progrediatur. Deinde etiam ad annum & biennium etiam eisdem locis minatur, vt Aristoteli placet. Atque adeo Auerrois auctor est biennium Cordubæ à terræ motu fuisse periculum. Quare dicunt auctores in his rebus experti si factus semel terræ motus post dies duos redierit, non esse ab eo vsque ad dies quadraginta securitas. Sin autem post dies quadraginta eisdem locis iteram terræ motus exoritur, annum esse expectandum. Postquam si vllg eius apparuerint reliquias nihil in illis locis, vsque ad biennium à terræ motu esse tutum. Soni etiam qui terræ motum antecedunt, eius causam & initium ventum esse indicant. Quamquam etiam sine terræ motu nonnunquam soni varij reddantur. Quod enim in varias concavitatum figuras ventus incurrat, varias & multiplices voces mittit.

*Democritus
de terremo
tu opinio ve
nitur.*


Vt terra, sicut nonnulli narrant, mugire videatur. Cum autem ventus propter amplitudinem concavitatum & locorum, quibus visceribus terræ continetur fluit & refluit, pellic & repellitur solidioribus eius partibus, sed non ita constringitur, & in eas angustias compellitur, vt erumpere & terræ mollem perfringere cogatur, sonus sine terræ motu redditur. Quin etiam aquæ terræ motu erupisse narrantur. Minime verò aquæ terræ motus sunt causa, vt Democritus opinabatur. Dum in terram aquæ plenam alia influit aqua pluuiæ, quam cum non possit capere, eius impetu frangitur. Et terræ motus existit. Sed quomodo explicabit aliquando estu & siccitatibus magnis terræ motus existere. Alia denique quæ hæcenus commemorauimus, terræ motum antecedere, cum hæc causa non cohærent. Sed terra mota & suis conuulsis sedibus aquam eam, quam in se continebat, effundit. Vnde Pherecides quidē ille Pytagoræ magister cum vidisset hæultā aquā de iugi puteo terræ motu dixit instare. Fortè q̄ turbidam præter consuetudinem, & multā terrā inquinatam vidit. Ex quo caput cõiecturam terram moueri iam & agitari. Itaque ventus semper est causa aqua motus proficiscitur terra verò & à qua materiæ locum obtinet. Vbi autem vna cum terræ motu inundatio contingit, venti inter se contrarij simul flantes in causa sunt. Nam tum vsuuenit, cum ventus is, qui terram propellit mare non potest repellere, quod à contrario vento incutitur. Cumque vim vltro citroque inferant, ventus terræ motum efficit, fluctus autem inundationem. Id quod in magno il-

lo terræ motu & Achæiæ inundatione Aristoteles vsu euenisse testatur, cum duæ florentissimæ vrbes Helice & Buri sunt omnino submersæ. Nam in mari Auster, in terra verò Aquilo perflabat, qui Austri vi superatus locum reliquid multis eorum pugna congestis & conglobatis fluctibus, & ita mare terram inundauit. Cumque cælum esset de Aquilone tranquillum, quod se in terram abdiderat, qui aquarum copia compressus, & ex omni parte flare & effluere impeditus terræ motu etiam fecit. In insulis autem quæ pleno mari cinguntur minus terræ motus accidit, quam ijs, quæ continentibus sunt finitimæ. Maris enim vastitas exhalationes tum frigore cohibet, tum ventis exagitata fluit, vt quatit & perfringi non possit. Nec insulæ sine toto mari quo alluuntur impelli & moueri queunt. Quæ verò sunt continenti vicinæ, exiguitas maris quod interiectum est, nihil affert, cur non sint continentis pars. Regiones etiam quorum solum ex luto cæno, vel arena constipatum & coagmetatum est, quòd magis concavitatibus, & raritatibus careant magis sunt, quam aliæ natura tutæ, atque munitæ contra terræ motus. Cuiusmodi est Aegyptus & omnes fere Africæ oræ. Terræ motus autem horribiles & pertimescendæ vastitates, quæ narrantur, ad infinitam nimirum altitudinem agro Priuernati terram desedisse, labe adeo ingentes esse factas, vt flumina fuerint, & vrbes absorptæ, multaque integra opida corruerint. Montesque inter se distantes esse coniunctos, & alios de integro factos. Horum euentorū, si vera sunt ratio, & causa facile ex ijs quæ à nobis posita

*Quæ terræ
magis ter-
remotibus
pateant.*

sunt cognoscitur, ex aliorum vero philosophorum doctrina minimè, nec ex illa quâ Seneca, Anaximenes Milesio tribuit. Quod terra ipsa vetustate consumatur, & conficiatur. Ita enim maiores, & frequentiores terremotus in dies euenirent. Nec ea, quæ frequenter terremotus antecedere narrauimus, vt tranquillitas,

rigor, sonus, nubes potrectæ, & longæ, & in rectum ductæ ex hac doctrina declarari & illustrari queunt, quare reijciatur, & explodatur. Ac de terremotus causa, atque natura, ac de alijs, quæ in illo vsuenerunt solent diximus.



DIDACIA STVNICA
EREMITÆ AVGV TINIANI PHYSICÆ, Liber octauus.

CAP. I. De vapore, & de ijs quæ ex eo fiunt.

Anhelitu in duas formas diuisimus exhalationem & vapore, hactenus disputatum est de exhalatione & eius effectis, deinceps de vapore similiter differamus. In tres etiam partes partiti sumus vniuersam aeris regionem superiorem & intermediam & infimam. Versati sumus in superiori in quam exhalationes natura sua efferuntur, nunc ad intermediam accedamus in qua vapores sua vi detinentur. Hanc autem partem circumscribere operæ pretium erit. Nam eius circumscriptione reliquæ duæ partes definientur. Ab orbe ergo terrarum progredientes eius principium ibi constituemus, vbi radij Solis à terra relati desinunt. Quem locum tradit Vitellio quinque millibus ducētis passibus à terris abesse. Finis verò & eius exitus ibi erit, vbi aer motum cælorum sequens amplius in orbem non circumfertur. Quanto verò interuallo hæc aeris meta à nobis dissiugatur, vt ex eo sciat, quâ latè pateat hæc regio, cõpertum non est. Eius autem naturam omnes physici frigidam esse dicunt. Tum quòd radij Solis à terra relati ad eam non perueniant, tum quòd frigidis vaporibus plena sit. Quibus causis licet Arist. contentus sit tamè eas ego tanto frigori sufficere non puto. Præsertim cum frigus eius sa-

*Media ac
vi: regionis
natura.*

ris apertè sentiat, quòd propius ad eam acceditur. Licet multi adhuc Solis radij à terra & montibus referantur. Vt altissimi mōtes & colles nō alia de causa magis, quā equa & plana loca frigescent, quā quòd interiectæ illi regioni viciniore sint. Licet multos etiā ab eis radios constet referri. Quid? si ea de causa frigore rigeret, quia illā relati radij non attingunt. Cùm hæc causa valeat in toto consequenti aere, cur vapores longè multumque in superiorè regionem non penetrabunt? vt duæ illæ simul per maius spatium causæ concurrant, quibus frigidam reddunt interiectam regionem, & quòd radijs relatis distituatur, & quòd vaporibus abundet. Quare ego mihi persuadeo non ob has causas duntaxat aduentitias frigidam esse, sed natura factam reliquo toto aere frigidiorè. Nam quòd necessarium est ad rerum naturam non causis aduentitijs, sed necessarijs & quæ per se sint efficitur. Sed pluuia res est orbi terrarum necessaria ad ea quæ terra ex se gignit alenda. Fit autem & cogitur ex vaporibus frigore regionis intermedie. Frigus igitur ei conuenit per se & non per aliud. Id quòd apertè in Genesi significatur, cùm Deus fecisse dicitur firmamentum in medio aquarū & diuisisse aquas, quæ erant sub firmamento ab eis, quæ erant super firmamentum. Nam firmamentum est

est medius aeris locus, quem nominat aquam, quod frigidus sit & humidus natura sua, sicut aqua. Ea igitur est mediæ aeris regionis natura. Vapor autem ex aqua & rebus aquosis vi caloris elicitur & sublimè fertur. Fertur autem tum calore suo, tum extratio à quo ex loco superiori trahitur. Ea enim est vis caloris, ut humorem ad se alliciat ex ijs rebus, quas calefacit. Quia in rebus caducis & mortalibus insitus humor pascitur & sustentatur. Calore igitur sursum pellitur vapor, frigore verò deorsum deprimitur. Qui viderit autem in locum suum rapit vaporem vel quod est ex vapore factum. Primum autem vertit se vapor, vel in nubem, vel in nebulam. Est autem nubes multi vapores in vnum locum conuenientes ex quibus aqua frigore exprimi potest. Quia propter venti nubes aliquando dissipant, quia impediunt quod minus in vnum locum coeant. Aliquando verò cogunt, quia in vnum locum compellunt. Est autem nubes calida natura sua, quia loco superiori suspensa detinetur. Est etiam humida, quia aëria, & ex ea aqua exprimitur. Differ autem ab aëre, quia densior & facilius in aquam vertitur. Nubes porro, aut nigra, aut alba est. Si nigra sit, quia multum est eivi caloris humoris detractum & satis terrestris siccitatis relictum quo luci aditus ad eius interiores partes est interclusus ventorum talis nubes materiam præstat. Sin autem nigra nubes est, quia lux in ea minimè penetrat quod multus humor frigore coactus est pluuie materia est. Alba verò nubes redditur, quod multam in se lucem accipiat, cui si nonnihil fumi vel fuliginis sit ad mixtum rubea & phænicea sit.

Nubis natura.

Quod si fusca sit & obscura nonnulloque purpureo colore resperfa & nonnihil onere quodam terrestri depressa tonitrua fulgura & fulmina affert, & ignem iam concipere videtur. Nebulam verò docet Arist. & alij eius nubes esse reliquias, quæ in aquam concreta est. Quod si ita se res haberet nebula esse non posset, nisi prius nubes & pluuia antecederet. At videmus sæpe nebulam prope terram cogi & dissolui antequam nubes vlla conspiciat. *Nebulanaura.* aut pluuia orta. Non est ergo nebula natura sua natura sua nubes reliquias. Est ergo nebula multi vapores in vnum compulsi ex quibus frigore non elicitur aqua. Sunt enim nebulæ vapores terrestriores & sicciores pulueris naturam imitantes, & ob eam rem deorsum nebula cogitur & deorsum pellitur, & frigore non concrefcit in aquam, nisi vapores & aliqui aquosi addantur. Quibus additis si frigus impedeat pruina constat, vel calore superiora loca capessit & nubes fit. Nebula itaque per se vique sua quasi nubes quedam sterilis est, quia ex ea per se, neque pluuia, neque pruina, neque aliud oritur. Nubes autem superiora petens, cum in mediam regionem incidit, eius calore partim frigore loci in superiorem regionem dissipato, partim restincto, nubes caloris discesu, & frigore loci rursus in aquam cogitur & pluuia ex nube oritur, quæ orta in terram rursus dilabitur ac refluit. Si paulatim defluit guttæ nominantur. Si verò crebrius maioribusque partibus imber pluuia & nimbus appellatur. Sed non semper nubes in aquam vertitur in media aeris regione, sed aliquando in inferiore. Cum nubes ante-

Aqua pluuia generatio.

antequam locum intermedium obtineat, vndique calore & æstu circumfusa obstitens calori in vnum locum contrahatur. Qua re quod est in ea frigoris intus calorem effugiens accrescit. Frigus enim & calorem inter se omni ex parte cõfigere certum & alterum vincens alterum natura fugere. Ob eamque rem æstate interiores terræ partes frigent & hyeme calent. Hoc etiam in superiori loco fieri putandum est. Itaque æstiuo tempore frigus quod intus inclusum se calori imminenti vndique opponit, aquam elicit & pluuiam generat. Quod fit ut æstate maiores guttæ, quam hyeme cadant quod celeriter & prope terram isto modo cõcrefcant. Ac de aquæ pluuie materia & quo loco generet dictum est. Ex pluuia verò grando ex igitur. Est enim grando gelu cuius est aqua materia. Sed non aqua pura est materia grandinis, sed quæ nonnihil siccitatis terreæ cõtraxerit. Quæ obrem nonnunquam in grandine paleas, & alia terrena corpora coacta esse animaduertimus. Efficiens autem grandinis causa frigus est vehemens. Sed maior difficultas est in loco cognoscendo, quo grando gignitur. Nam multi & in media & in inferiori regione sicut aqua pluuia cogi tradunt. Siquidem in vtroque loco maximum frigus vsu euenire potest: quod est tota grandinis efficiens causa. At grando minimè cadit in montibus excelsis, ut auctor est Arist. Non igitur in media aeris regione oritur, excelsior enim est editis montibus. Quid aqua grandinis est materia, ergo ante fieri aquam oportet quam grando nascatur, sed aqua cum cogitur minimè frigore nimio locus riger. Ergo locus, quo

Grandinis natura.

grando concrefcit, partim est temperatus, ut aqua oriatur, & partim nimis frigidus, quod grando nascatur. Sed in regione interiecta huius differentiarum ratio non est. Cum tota aut equaliter, aut non multum diuerso modo frigeat. Non igitur in illa grando generari potest, cum causa, qua grando existit in ea non possint accidere. Quamobrem in regione inferiori ego grandinè semper oriri duco: cum nubes aqua facta in magnum aliquem æstum delabitur. Nam calor vndique offusus frigus in nubem interiorem compellit, & paulatim auget. Sic ut prius pluuia exprimitur. Quæ quædo in nubem interiorem dilabatur in gradinem omnes eius guttæ coguntur. Cuius rei non leuis coniectura est, quod vere & autumnno grandines maximè oriuntur, & æstate potius, quam hyeme. Quod si aliquando hyeme tunc cum minor est frigoris vis. Quo declaratur non minus calore, quam frigore opus esse, ut grando cohalescat. Cumque locus aeris intermedius totus sit natura frigidior, cum calorem non patitur, quem ut cohercat grandines possunt. Iam verò sæpe nubes visæ sunt non procul à terra cum magno fragore ferri, atque agitari. Quod ingentem afferant grandinis copiam, quæ cum eiusmodi nubes visæ & notatæ sunt decidit. Grando itaque semper in inferiori regione, qua calor magis viget, coheret. Sed aliquando, procul à terra, aliquando prope terram: quod eorum figura & magnitudo declarat. Si enim rotunda figura & minore magnitudine existant, longo interuallo ferebatur, quod loco sunt remotiore ortæ, & ob eam rem vndique attenuatæ & imminutæ sunt. Sin autem

Grandinis locus.

figura

figura rotunda non sint, prope terram concreuisse indicat. Et magnæ ea de causa esse solent, quod nihil, aut certè parum motu magnitudinis amiserint. Pluuia igitur interdum regionis interiectæ frigore modo constat, interdum non regionis frigore, sed nubis repugnantis calori, quo circumuectur & vrgetur. Et ob hanc causam in Arabia & Ætiopia æstate non hyeme pluit. Atque id magno impetu & sæpius eodem die. Cito enim nubes refrigeratur contrario conatu, atq; nixu, quem admodum calida regio poscit. Grædines autem non illo primo modo, quo pluuia, sed hoc secundo tantum concrescit. Celeritorem verò & maiorem concretionem facit aqua nõ nihil vi caloris obstitentis concallescens: quo frigus magis vndique penetrat, & partes deinde distractas cogit. Vnde multi qui celeriter aquam refrigerare volunt prius eam in Sole ponunt. Ac grandinis materiam & locum in quo cohæret hætenus explicuimus. Nunc ad nubem redeamus, quæ in aquam aliquando cogi diximus. Cogitur etiam frigoris magnitudine in niuem, niuis enim materia nõ est aqua, quia aqua si congelat, gelu fit. Nix autè planè differ à gelu. Gignitur ergo nix ex nube aquosa & humida antequam in aquam se vertat. Sed non ex quacunque nube, sed ex ea solum quæ motu & agitatione, qua in superiorem locum depulsa est, ita paratur: vt spumæ haud dissimilis sit. Spuma porro, & agitatione generatur & multum continet aerem, quo fit candidior. Et ob eam rem nix candida est, quia aëria & spuma procreata. Maiori verò frigore nix, quàm aqua cogitur, cum quod nix sit aqua fri-

Niuis natura.

gidior, tum quod nubes ex qua elicitur nix, sit calidior. Quia magna in ea vis incst caloris. Quo sicut spumas agens in locum mediæ regionis depulsa. Itaque nix vel temporis, vel loci frigidi significatio est. Non enim nisi magno frigore magna illa caloris vis superaretur. Non ergo nix in aeris inferiore regione potest coalescere, cum tanta frigoris copia in ea non existat. Quod autè frigus à calore in intimas partes nubis compulsum augeatur, & ita niuis causam afferat, non conuenit, sic enim grandinem fieri diximus & eadem omnino causa diuersos effectus afferre non potest. Tum quod isto pacto prius in aquam temperatiori frigore couerteretur. At aqua non est niuis materia, vt putauit Anaxagoras vnde niuem nigrã affirmauit. Non igitur ita nix consistere potest. Cogitur ergo nix in loco aeris intermedio. Qui locus amplior est & equabiliter fuso frigore tenetur. Ita fit vt excelsi montes niue perfundatur. Imo quod sunt editiores eò niue magis obrigescent. Nix etiam hyeme potissimum cogitur, & cum maior est frigoris vis. Nunquam æstate, nec cum frigus se frangit. Nix etiam maiore frigore concrescit, quàm grandis, quia plus caloris nubes, ex qua fit inclusum habet, cum sit in locum à terra remotiorem delata & spumam agat. Mollior tamen est nix, quàm grandis. Sicut mollior est spuma quàm aqua. Eadem de causa nix diffusa & dissipata est. Grandis verò solida, atque concreta. E loco ergo superiori ad nos tria corpora quæ frigore coguntur, veniunt, nix, quæ loco aeris interiecto concrescit pluuia, quæ interiecto & inferiori. Et grandis

do quæ modo inferiori congelat. Sed in nube, quæ sua natura mediã regionem capebit. His tribus corporibus infra & in eo loco, qui est terræ proximus, alia duo corpora respondent, ros & pruina. Quæ tantum intentione, & remissione multitudinis & paucitate ab illis differunt. Nam vapor excitatus cum non longe fertur à terra propter caloris efferentis paucitatem refluentem in rorem, vel pruina frigore conuertitur. In pruina si magnum frigus sæuiat, in rorem autem si non ita magnã. Quate verunque plerunque nocte cogitur & mane potissimum, cum maius frigus impendit. Quod Sole veniente in interiores finientis orbis partes compellatur. Quare montibus, & excelsioribus locis nec ros, nec pruina cogitur. Cum enim caloris non sit tanta vis, vt vaporem quem excitauit in sublimè ferat, rursus in locum inferiorem delabi sinit. Tum montium altitudines humore infra semper defluente aridiores sunt, quàm ex eis vllus vapor elici possit, ex quo ros vel pruina cohæreat: quia ex concavitatibus aquarumque receptaculis, vapor trahi solet. Aer etiam excelsio loco maxime diffluit & agitur, quo vaporis concretio dissipatur. Ita vt locis humilibus, nisi cælo tranquillo, atque sereno ros & pruina non gignatur. Nec enim vapor ad superiora fertur, nisi tranquillitas esset, nec concresceret si ventus perflaret. Vapor ergo in rorem concrescit, sicut in pluuiam. In eo tamen differentia est, quod in ortu pluuiæ nubes interponitur, vt dictum est. Ros autem sine nube vlla frigore cogitur: cum tantus æstus non est, vt excicet ante vaporem ellatũ. Itaq; æstate minime

Roris & pruinae natura.

nascitur ros. Pluuia etiam guttæ ex nube paulatim excidunt, ros autem totus simul, atque aer refrigeratus est delabitur. Ros denique in eo maxime pluuiæ naturam refert, quod sit aqua ex vapore frigoris vi procreata. Sed pluuia ex magna habitum vi, quæ refrigeratur, oritur. Nam & locus est amplior & tempus diuturnius, in quibus concrescit. Ros autè minor est copia, propterea quod die vno & angusto loco cogitur: quod ex eius ortu intelligit, qui celeriter & parua copia extat. Pruina verò partim niuis partim grandinis similis est. Niuis quæ alba, quæ diffusa sit, quæ neutra ex aqua fiat. Sed nix ex nube, pruina ex vapore congelatis vtriusque. Verum in eo differunt, quod nix ex nube spumæ similis fiat, pruina ex vapore, qui parum aberat, vt in aquam se verteret. Quamobrem candidior nix est pruina sicut spuma aqua est candidior, cui proximè accedebat, pruina materia. Pruina verò candidior grandine, quod grandinis materia sit aqua. Pruina vapor, qui nondum erat aqua, sed adhuc aëris & ignis plus, quàm aqua continebat, ex quibus candor nascitur. In vapore enim plus incst aëris & ignis, quàm in aqua hinc intelligi licet, quod vapor sursum fertur & in aere pendeat. Ita fit vt maiore forte frigore pruina, quàm grandis cogatur. Quare non nisi hyeme & frigidis locis pruina generatur, est etiã niue solidior, pruina & diuiniã grandine, quod eius materia inter vtrunque interiecta sit, vt expositum est. Itaque ros Austro leniter flante semper cogitur non autè Aquilone, nisi in Ponto vt Arist. narrat. Auster enim serenum & temperatum cælum efficit, quia calidus est.

est. Aquilo verò, quia frigidus vapore comprimatur, quia eius calore restinguit. In Ponto verò non ita Austro cœlum fouet ac tēperat, vt halitus oriatur. Aquilo verò vndique repugnans calorem in vnum compellit, quo euenit, vt maior vaporum vis calore elliciatur. Vapores ergo aut superiorem locum, qui nubibus assignatus est capessunt, aut loco terræ proximo feruntur: ex illis, qui ad nubes ascendunt, pluuia, nix & grando conflat, ex illis, qui prope terrā a calore deferuntur, ros & pruina coheret. Quorum omnium causas & naturam exposuimus.

Cap. 2. De ijs, quæ ex vtroq; simul vapore & exhalatione fiunt.

Cum anhelitum in vapore & exhalationem diuiserim, hætenus de ijs disputauimus, quæ ex vnoquoque per se gignuntur: deinceps de ijs differamus, quæ ex vtroq; simul conflat. Plerunque enim nubes multum in se flatus & spiritus continet. Tunc nubes ex vapore, spiritus autem exhalatione constat. Quidquid autem est caloris in summo sine nubis quia in locum altiore ascendit, suæ naturæ vi nubem relinquit: quod autem calor omittit, frigus per se occupat. Ita fit vt nubes superiore sui parte frigore cogatur, & ita densior & grauior fiat. Ex quo vsuuenit, vt quod in ea inclusum est exhalationis & vehementis spiritus propellatur, & deorsum feratur. Ob eam sanè causam, licet exhalatio per se vique sui caloris sublimè feratur, ferri tamen deorsum necesse est, nubis in supe-

riori parte densitate, & grauitate compulsa. Sicut nucleus, quia grauiora corpora sunt, deorsum natura mouentur, digitis tamen compressi exiliunt, & superiora capessunt. Sed eiusmodi exhalatio, cum ita depellitur, vel non mutat, vel mutat colorem. Non mutat autem procella, & Turbo. Procella efficitur cum halitus confertim & densus maiorique copia deiecitur. Quamobrem vehemens, & violenta est. Iactus enim celeritas impetum & violentiam affert. Sicut enim pluuie & aquæ magna vis effunditur, cum multis humidis vaporibus nubes abundat: & imber dicitur. Ita cum magnam halitus calidi & sicci copiam concepit, & eam continenti quadam connexionē deiecit procella nominatur. Itaque procella est ventus, è nube rectè deorsum deiectus. Sed cum pulsus in nube ventus exitum reperiri non potest, vel quia in aliud ventum incurrit, vel quia densiorem nubis partem inuasit, quam vt eam prærumperet possit, repellitur, & in obliquum ferri necesse est. Nam idem euenit, quod cum flatus & ventus ex locis patentibus in angustias portarum, aut viarum compellitur. Viu enim venit vt parte prima venti repulsa, vel quod loci angustia non cedat, & viam relinquat, vel quia flatus aduersus occurrat. Prima itaque parte spiritus progredi prohibita & altera atergo urgente & impellente, in latus in obliquumque, quæ ex parte nullam vim accipit, ferri cogitur, & alia atque alia quæ continentèr cohærent, dum vnum efficiatur & ad eum locum redeat, à quo in angusta via moueri cepit, quo circulum orbemque fieri necesse

Quid procellat.

Turbo.

esse est. Dum ad eum locum motus regreditur, vnde profectus est. Hoc ergo modo, quo vertigines in terris existunt, in nubibus fieri intelligendum est. Cum ergo procella irruens penetrat & nubem non potest diuidere, affectus is existit, qui turbo, vel vortex appellatur. Expiratio enim & exhalatio, quæ fecerni non potest, è nube in orbem voluitur. Cumque nubes in summo suo sine densata, quia calor excidit, premit & impellat halitum deorsum, se in orbem versans fertur, & aliquid è nube abreptum secum trahit. Quoniam vero in sublimè natura sua fertur, id in quod impetu incidit, abripit, & quasi absorbet & in cœlum excitat. Ita fit vt fluctus interdum cum nauibus plenis conuoluat & altius tollat, & naues deinde obruat. Non oriuntur autè, nec procellæ, nec turbines frigidi gelidisque temporibus. Frigus enim halitus calorem extinguit, vt vel in nubem non cogatur, vel vires, si fuerit coactus, amittit. Atque ita procella & turbo exhalatione non mutato colore existunt. Color autem exhalationis immutari contingit, quia ardorem concipiens inflammatur. Sed Empedocles flammam & ardorem quæ in nubibus animaduertimus à radijs Solis proficisci nubibus inclusis tradit. Sed flammam similes in aqua & in alijs densioribus rebus radij Solis vel ignis non ingenerant: Cur in nubibus impressi generantur? Sed si ipsos esse radios putentur cur alias apparent, alias non apparent. Præterea cur nocte ostenduntur. Absurdum enim esset putare absente Sole radios eius in cœlo relinqui. Nam cur aliqui & non omnes

Empedocles sententia refellitur.

Quod si omnes non iam nox, sed dies esset. Iam verò fulgor, & ardor quem obseruamus, iacturam magnam interdum & calamitatem afferunt, vt iactu fulminis deflagratio existit. Cur ergo radij Solis vi tanta prærumperent? Cum sua natura rebus salubres & mites sint? Quo argumento Clidemi etiam sententia refellitur, qui tales colores, atque fulgores esse quid in rerum natura negat: sed videri non aliter, quam cum quispiam mare flumina & lacus bacillo pellit. Quod quidem facile & inconsideratè profertur. Nam huiusmodi effectus causa existit quod radij alicuius lucidi ad aspectum nostrum referantur. At cum hi fulgores accidunt, aliquando nihil lucidi potest indicari, ad quod noster aspectus referatur, vt cum vterque Sol, & Luna nostra non ad sunt finient, aut cœlum nubibus totum est obductum. Non ergo ista huius est affectus causa. Anaxagoras autè, vt æther igne esse putauit, ita hunc splendorem esse posuit, quod aliquid ex æthere deieciatur. Sed æther æternum esse demonstrauius, nihil igitur eius amitti, nihil detrahi potest. Eodem accedit, quod nullam affert causam cur aliquid eius deducatur, aut cur cœlo potius nubibus obducto, quam sereno, quare leuiter id dici videtur. Sicca igitur & arida expiratione huius effectus causam esse putamus, dum ipsa apta est ad incensionem: & certo quodammodo impellitur & agitur, motu enim & corporum conflictu ignis aliquando elicitur. Ita Turbo & vortex dum se nube, in qua se induit, explicare conatur. Incenditur & turbo fit accensus, vel præter. Aera enim inflammat, dum eum ardore tingit. Solo verò nubium conflictu

Clidemi opinio reprobat.

Anaxagoras refutatur.

Præter quomodo fit fulgur & fulmen.

Nu ignis

ignis exprimi non potest, ut aliqui philosophi tradiderunt, nisi sicca & arida exhalatio intercludatur. Nubes enim, sicut explicatum est, humidæ natura sua sunt, quare minus aptæ ad ignem procreandum. Exhalatio vero, quæ ex nubium angustijs euadere nititur, dum multa vi agitur, ignem varium & ardorem excitat. Quod si ea modo vis eius sit, ut se insinuet & ostendat fulgur nominatur. Sin autem ad terram usque vis eius perueniat fulmen est. Itaque fulgur & fulmen intentione tantum inter se differre videntur, ut fulmen maior sit, & insignis exhalationis vis. Vterque tamen flatus est. Nam flamma, quam nihil aliud esse diximus, quæ aera incensum, id quod ex magnis incendijs cognosci licet & ego in eo incendio quo ædes multæ Vallisoleci conflagrarunt notavi. Nam flamma recta concursans lateras quidem vias translibat. Non alio corpore, quam ipso vento & aere nixa. Sed fulminis duæ sunt species, ut alius tenuis, alius minus tenuis flatus sit. Qui tenuis est tanta vi & celeritate penetrat, ut nullum vestigium relinquat, nec enim adurit, neque aliquo colore inficit. Quem argeta poetæ nuncupant. Qui vero minus est tenuis quæ ploioenta vocant non tanta vi & celeritate præterit. Quare rebus illis parum, aut nihil nocet, qui locum eius raritate dant. Densiora tamen & quæ non cedunt, sed resistunt dissipat & diuidit ut sibi viam aperiat. Quare vsuuenit ut æs, vel ferrum, quo lignum tegitur liquetur, cum interea lignum ipsum nullum detrimentum acceperit. Quia propter ligni raritatem spiritus antè defluit

atque præterit, quam vrere, aut villo colore possit inficere. Eodem modo vestes penetras non adurit, sed in lanam quasi conuertit. Hominem interim, cum nullum vulnus imposuerit, & in alijs animalibus vulneris nonnullum vestigium apparet. Fortè quod hominis caro, ceterorum animalium, ut lenior, ita rarior sit. Contingere etiam narratur dolijs integris relictis eorū totum vinum absumere. Quod propter tenuitatem dolia transijt. Et propter nimium calorem vinum exhaurit. Ex quibus experimentis bene colligitur spiritum esse non lapidem, aut aliud telum, ut multi existimant imperiti. Quod autem Auicena commemorat lapides ex ære & ferro quasi conflatos, eis locis fuisse repertos, quibus fulmina iacta fuisse constabat. Si vera narrat vi sunt exhalationis ex terra ad id accommodata confecta, sicut multa metalla sunt. Quod autem idem auctor narrat fulmine virulum esse illatum & de cælo lapsum. Absurdissimum esset si a fulmine factum esse suspicaretur. Sed turbine forte abreptum ad locum fulminis est delatum. Sicut autem vi vehementis exhalationis constat ut diximus: ita vini totam extremitatem cogi ac densari commemorantur, ut dolijs deiectis a fulmine vinum per se cohereat, atque consistat. Sicut scribit Albertus magnus. Quod etiam nonnulli pronunciant, aquilam & lupum marinum & laurum de cælo non rari lupius, & aquila fortasse nature instinctu fulmen futurum præsentunt, & cauent. Laurum vero non contemnendi auctores scribunt a fulmine appetitum & percusum fuisse. Fulmen autem minus tenue adeo crassum aliquando & concretum

tum est, ut non solum tingat: sed etiam signa comburat: quemadmodum si aliunde ignis & flamma fuissent adhibita. Sicut euenisse cõpertum est cum turris in æde beati Laurentij a Rege ædificata de cælo tacta magno incendio cõflagrauit. Magna etiam consequitur mutatio in ijs rebus, quæ a fulmine sunt iactæ. Tradunt enim nonnulli non indocti auctores venenata a fulmine iacta veneno priuari: contra vero quæ veneno carent venenata fieri. Vehementissimo enim motu exspiratio agitata valde mouet, id quod tangit. Illud etiam est animaduertendum quanta vi nubes, dum in summo sine frigore cogitur, exhalationem impellit. Ut eam tam præcipiti & celeri motu deorsum deiciat, cum per se viq; sua sursum feratur. Nulla enim alia causa a philosophis tanti motus affertur. Eius speciem & imaginem exprimit Bombardæ cum tela sulphureo puluere agitata conijciunt. Vis eius etiam tanta declaratur ex sonitu, qui redditur quæ tonitru nominant. Cum enim exhalatio nubibus refrigeratis comprehensa exprimitur & in nubes offusas incurrit eas cum dirumpit, ac diuidit, cælum tonitru contremitt. Sicut etiam, ut parua magnis conferamus, cum aduruntur ligna, sonus efficitur ex eo, quod spiritus inflammatus lignis disruptis exiit. Sic etiam halitus è nubium densitate erumpens, tonitru efficit. Varia vero sonorum genera referuntur propter varias inequalitates & nubium concavitates, quas penetrans offendit. Sed non semper exhalatio erumpens sonum efficit, procella enim, turbo & præter tonitru non reddunt: fulmen autem

Tonitru ca
usa.

semper tonitru efficit. Fulgur interdum tonitru fundit, interdum vero non, prout facile aut difficile exhalatio tincta nubes diuidit. Prius autem natura diuidit, quam se nobis ostendat. Quare prior est natura tonitru, quod ex diuisione constat, quam fulgur: prius tamen cernitur sæpe fulgur, quam audiatur tonitru, quoniam acrior est aspectus, quam auditus. Aliquando vero exhalatio pulsa nubesque dirumpens antè extinguitur, quam nubibus se explicet & oculis se afferat. Itaque auditur tonitru & fulgur nullum videtur. Fulmen vero quod propius a terris & maiori impetu fertur, simul cernitur & tonitru, quod edit auditur. Ita que exhalatio in aere, dum certo quodam modo admiscetur & pellitur, ventus est, sub terra tremotum efficit: in nubibus autem procellam, turbinem, præterea fulgur, fulmen & tonitru procreat de quibus dictum est.

Cap. 3. De his meteoris quæ colora
ta esse videntur.

DE illis meteoris disputauimus, quæ sunt aliquo colore tincta, deinceps de illis differamus, quæ videntur quidem esse colore suffusa, re tamen vera is eorū color, qui se offert insitus non est & stabilis, sed tantum esse videtur. In his sunt corona, arcus, Sol duplex virgæ & alij affectus, qui quidem a rerum natura proficiuntur, eos tamen de natura scientia sine mathematicarum disciplinarum præsidio perfecte explanare non potest. Quare eorum tractatio dif-

facilis quidem physicis est si prorsus sint geometriæ & optice ignari, eis tamen, qui harum artium rudēs omnino non sint, facilius & fortè certius, quàm alij, qui hactenus de his rebus verba fecerunt eas explicabimus. Nam Aristot. peritissimus harum rerum magister magnum quidem physicis in his rebus exponendis negotium faceſſit: siquidem dum non tam physicus, quàm mathematicus videri vult ex recessibus geometriæ & astrologiæ difficiles sanè, sed parùm necessarias affert demonstrationes. Nam faciliori via ea quæ dicit ostendi demonstrarique possunt. Nonnulla igitur fundamenta primùm iacienda sunt, vt horum effectuum causas physicis explanemus. Primùm lumen natura diffundi ad formam & similitudinem turbinis, vel pyramidis. Vt quò magis progreditur eò magis dilatecur, ita fit, vt cū se vix lux rectorum rimis insinuet parietibus tamè aduersis amplificatur. Sic parua lucerna totum cubiculum luce circumfundit. Sol, Luna, & stellæ, totum hemispherium illustrant. Illud etiam est intelligendum si orbi luce fulgenti planum aliquod corpus æqualiter & ad rectos angulos distās obijciatur, ita vt radius duct⁹ à puncto medio fulgētis orbis plani extremitatem ad perpendicularum attingat turbinem, vel pyramidem constare contingit, cuius conus in globo radiante sit & extremus eius ambitus in plano, quod ex superiori fundamento faciliè intelligitur. Et illud etiam omnes angulos quiquidem sunt innumerabiles, qui sunt ex radijs in extremo turbinis ambitu, quos incidentes optici vocant, esse pares. Id enim postulat turbinis

ratio. Tum quòd cum radij pari eademque vi vndique se iactent non est cur angulus angulo maior sit. Lumen autè referri planum & cōperum est. Nam speculum & aqua radiata in partes alias opacas, & quas radij perse non attingūt lumen fundit. Aer etiā vaporibus crassus & cōcretus, vt in Solis ortu & occasu vñ uenit speciē nubis præbet propter relationē, ex quo fit vt ortu & obitu maiora sidera videātur, quā cū medium cœli locum tenent, quòd eorū radij per aera, qui inter ipsa & aspectum nostrum interijcitur, densiorem fulsi stellarum à quibus proficiscūtur propter relationem figuram amplificēt. Dubium igitur nō est, quin lumē referatur, potissimū porrò ab omnibus planis leuib⁹ que corporibus in quorum numero aer, & aqua sunt. Sed ab aere præcipuè, cū crascescit & cogitur relatio proficiscitur. Sed aliquando sine concretionē aer ad aspectum infirmam & imbecillam relationē facit. Etenim propter imbecillatē faciliè lumen relatum penetrat & formam imprimit. Quam causam, Arist. & alij reddunt cuiusdam Antipherontis imaginis, quæ semper ei incidenti præire videbatur eumque aduersum intuebatur: sui enim corporis imaginem aer ad eum nō acriter, sed leuiter intuentem referebat. Sed ab aqua magis quam ab aere lumen referri solet atque adeo ab ea quæ oriri & se insinuari incipit. Vt cū vapor, qui in nubibus inclusus est, in guttas cogi incipit, sed nondum pluit. Est tamen animaduertendum, licet ea lucis natura sit, vt secum coloris & figuræ speciē ac formam afferat eius rei, aqua proficiscitur, tamen aliquando

Lumen refertur.

Imaginis Antipherontis causa.

do

do illud à quo referri cōtingit colorem tantum rei sine figura exprimit. Cuiusmodi sunt parua & prope indiuidua specula, quæ si continuata quadam serie inter se copulantur, colorem tota molles, non figuram exprimet. Color enim non definitam quantitatem postulat. Si cut figura omnis sua vi colorem non requirit, potius enim partiū distinctionē totum figura genus, quæ coloris exigit. Ita nubes ex guttis, quæ iam concreſcunt consequētia quadam conflata Solis, vel alterius atri non figuram, sed candorem & nitorem refert. His positjs facile rationem figuræ coronæ & arcus demonstrabimus, in qua maior difficultas consistit: deinde colorum causæ explicabuntur. Sit ergo nubes aliqua leuis & plana è regione sra Solis, à Solis centro ad eius planam extremitatem radius ad perpendicularum ducatur perspicuum & planum est, ex eo quod proximè posui, Lumen ab eodem centro Solis profectum ad speciē & similitudinem turbinis ad planum & extremitatem nubis produci, ita vt turbinis extremus circulus nubis planū attingat, licet ex hoc satis physico constet luminis illustratione globū




in nube fingi. Hoc ipsum mathematicè ostendemus. Nam ex utroque latere radij ad perpendicularum, vt posuimus ad nubem à centro Solis relati à liij duo radij ad pares angulos ad idem nubis planum delati sumantur, vt in C. descriptione, & alij duo antè retrò, qui omnes

ductis in eodem plano lineis, lineæque medium locum tenet copulantur. Cum pares accepti sint in centro solis pares etiam sint, quæ conficiuntur, ex eo quod obliquæ lineæ cum ea quæ ad perpendicularum directæ est, coniungantur. Quatuor igitur illa triangula æqualia sunt, eademque se inter se proportionē comparantur. Sed linea ad perpendicularum ducta quatuor illis est cōmūnis, & sibi ipsi æqualis. Lineæ ergo, quibus cum ea alia in nubis plano connectuntur triangula sunt æquales. Ambitus igitur, qui illas tangit, atque coercet est circulus. Cū eius extremitas paribus à medio radijs attingatur. Eisdem vestigijs alium huic similem turbinem exprimi concludetur. Cū à nube radij ad aspectum referuntur. Cuius turbinis extremus circulus in nube situs est eisdemque alterius adiunctus plano: vertex verò eius est in oculo. Etenim radius qui rectè fertur à medio solis ad nubis planum, fertur etiam rectè à nube ad oculum. Reliqui autem radij, vt obliquè nubi incidunt, ita oblique ad oculum referuntur. Itaque vnus modo radius à Sole profectus, & ad nubem perueniens, nō refertur ad aspectum, sed rectè ad illum sicut ad nubem fertur: is nimirum, qui ad perpendicularum ad nubis medium ducitur. Quare ex hoc radio minimè aspectus lentiet nubem, quam prius sol illustrat. Quia ad oculum ita fertur, sicut si per aera purum omnibusque nubibus spoliatum ferretur. Alij verò radij, qui proximè circum circa sunt, licet obliq; accedat: quia tamè parū franguntur, est. n. magnus valde angul⁹ refractionis, minimè etiā nubē


Nn 3 ostent-

ostendunt. Quousque tandem ad radios, qui maximè refranguntur, perueniatur. Nam tum multa refractione, tum multorum radorum concursu fit, vt oculus nubis illustrationem cognoscat. Quam illustrationem in orbem conformari necesse est. Cùm ambitum eius pyramidis circumscribat quæ ad oculum ex nube refertur. Anguli verò, qui in nube existunt ex eo, quòd eam Sol sic luce compleat, equales esse omnino eis, qui ex relatione constant planè optici docent, vt ex hoc facile intelligi possit tota illustratio nis pyramidem omni ex parte relationis similem esse, eandemque ad vtranque demonstrationem globosæ & rotundæ formæ pertinere. Est tamen considerandum duobus modis vtrunq; turbinem illustrationis & relationis posse confici. Vel ita vt

Corona ratio.



Arcus ratio.



nubes inter astrum & oculum intermedia sit sicut in. A. descriptione. Vel ita vt oculus intericiatur inter nubem, & astrum sicut in. B. descriptione, vtroque verò modo astrum, & mediū orbis in nube nitore conflatus, & oculus in eodem radio sunt ad perpendicularū ducto. Primo tamen modo vtraq; pyramis illustrationis & relationis locis diuersis, atq; distinctis deinceps accidit. Vno superiori, & altero inferiori. Secundo verò modo pyramis relationis tota includitur pyramide illustrationis. Vtroque

etiam modo, quo longius vtraq; progreditur pyramis maior eius sit extremus globus, id. n. pyramidis natura poscit. Ex prima porrò descriptione coronæ ratio scitur. Cuius omnis candor & splendor circuli speciem præbet. Quia radij oēs, qui ad aspectū perueniūt equaliter refraguntur: quo duplicatur & iteratur, & vehementius ad aspectū funduntur. Tum fractione radij, vt optici docet coniunguntur & ad rectā lineam, quæ ad perpendicularum duci diximus accedunt. Quare si alius sit, & alius oculorū obtutus: alia etiā & alia vniciuiq; offertur corona. Cū alia sit, & alia ad perpendicularū à Sole ad medium coronæ & aspectus singulos tracta ad perpendicularum linea. Existit autem corona circa Solem & Lunam, & circa aliam quancunque stellam. Sæpius autem circa Lunam, quàm circa Solem coronæ fiunt. Sol enim nimio suo calore celerius illam aeris concretionem deiecit coronæ accommodatam. Vnde nigror, qui ex nocte atræ nubi adiungitur, auger coronæ candorem & eam illustriorem reddit. Dicunt autem temporum coniectores, si nubes, in qua conflatur crascescat & arrior fiat pluuiæ signum esse certissimum. Densior enim & crassior fieri videtur, quòd tanta sit in aere vaporis vis, vt in pluuiam verti necesse sit. Cū autem nubes dissipatur, ventos futuros significat. Flare enim ventus incipit in rerum natura, licet locus in quo sumus eorum vi agitari & turbari non cæperit, quod ex eo sciri licet, quòd ex ea parte ventus oriatur, ex qua nubis accidit deiectio. Si verò nubes sensim extenuetur & tandem consumatur, serenitatis est prænuncia.

Declaratio.

Arcus explanatio.

Declaratur enim vaporem minimè à calida exhalatione separatum esse, sed ab ea potius vinci, neque suā naturam accipere fini, quod est serenitatis causa. Ac de corona dictū est. Cuius figuræ causa ex prima, quam posuimus, descriptione declaratur. Ex secunda verò arcus figura plana sit de qua nunc differemus. Arcum porrò ex relatione procreari ex eo latis confirmatur, quod aspectu, ad quem refertur à loco in locum mutato, ipse etiam locum mutat. Quod minimè fieret si eius essent colores, & figura infixa, & non ex relatione accepta. In eotamen maxima differentia est inter coronæ & arcus relationem. Quòd radij quibus corona fit nubis totum corpus traiciunt, quibus autem arcus, regrediuntur potius, quàm vltra nubem progrediantur. In causa est, quòd in corona nullum corpus opacum opponitur, sicut in arcu, quod radorū aditum intercludat. Quare vltra nubem in qua arcus exprimitur semper magna aliqua caligo offusa est, quod in coronæ relatione vsuuenire non potest. Quod quidem corpus opacum facit, vt cum lumen progredi non possit regrediatur quo regressu turbinem signat in eo inclusum turbine qui à Sole, vel alia stella ad nubem profectum fuerat cuius iam descriptionem dudum figuræ. B. expressimus. Quare nubes, in qua editur arcus in hoc speculi naturam imitatur. Sed in eo valde est dissimilis, quòd speculo accedentibus ipsa etiam, quam in eo vident accedit imago, à recedentibus autem ipsa etiam recedit. At arcus accedentes fugit, recedentes persequitur. Cuius effectus & dissimilitudinis id in causa est, quòd spe

culi extremitate plana, atque leui imago refertur. At arcus non tantū nubis extremitate, sed ipsa nubis altitudine varijs locis alius & alius imprimitur & signatur arcus. Itaque se lumen in nubem induit, eiusque corporis tenuissimi non modicam partem penetrat. Tota enim nubes ex quibusdam quasi speculis conflatur, vt ante exposuimus, quæ propter paruitatem aciem fugiunt oculorum. Quod autem ex omnibus constat vnum propter consequentiam & continuationem videtur. Sicut enim si dextra, vel sinistra moueamur. Mutatur & arcus propter continuatam nubis magnitudinem: ita si ante vel post incedamus, arcus etiam propter profundæ nubis altitudinem accedit & recedit. Tanta tamen inter aspectum & eam nubis extremitatem, qua species arcus exprimitur, oportet esse distantiam: vt turbini quem diximus, spatium relinquatur. Cuius conus qui ad oculum pertinet non potest ad anguli recti magnitudinem peruenire. Cum enim rectus etiam angulus sit, qui fit linea, quæ cadit ad perpendicularum, triangulus conficeretur, cuius tres anguli duorum rectorum magnitudinem superaret. Quod geometræ fieri nō posse demonstrant. Ex quo fit, vt si ad nubem ipsam, quæ refert arcum, appropinquemus, continuo euanescat. In eo etiam arcus à corona differt, quod coronæ integer circulus apparet. Arcus autē nunquā circulus existit, nec maior esse quit, quā sit dimidiatus orbis. De his porrò arcibus modo loquor, qui fiūt ex relatione nubis, nō ad nubem aliā, sed ad aspectū. De illis. n. tātū Vitellio mentionē fecit, nosq; postea nō nihil dicemus.

Arcus autem dimidiatus se ostendit orbis, tum modo cum Sol est in ortu, vel occasu. Quod autem his locis Sol positus arcus dimidiatus orbis è regione existat. Ita facillimè demonstratur. Sit verbi causa Sol in ortu tum communis diuisio finitoris & Solis erit Solis diametros, in eadem autè recta linea esse diximus astri medium, in quo vertex est pyramidis & oculus in quo alterius pyramidis vertex est, & medium arcus. Sed Solis medium est in extremitate finitoris Solem secantis, ergo ab eadem Solis medio ducta recta linea in oculum & in medium arcus incidet, vt planū sit in posita figura. B. Rursus ergo communis diuisio arcus & finientis erit arcus diametros. In duas ergo partes æquales arcum secabit quarum vna erit infra altera vero supra finitorem. Patet ergo quod propositū fuit. Et si qua differentia est in eo posita est, quod oculus à centro distet vniuersi. Sed cum hæc differentia sub sensum non cadat, nihil impedit quo minus arcum dimidiatū orbis cerni dicamus. Hoc vt Aristoteles demonstrat, longo vtitur anfractu & circuitione demonstrationū, vt magis delectari videatur prolixa repetitione pronunciationum mathematicarū, quàm facile & plana doctrina naturalis facultatis. Tū ea sumit quæ nihil necessaria sunt. Vt quod sit anguli, vel lineæ quantitas nota. Siue enim nota sit, siue non sit idem concludetur. Sed in hoc astrologus videri voluit ad quem huiusmodi cognitio spectat. Si verò Sol, nec in occasu, neque in ortu sit, dimidiatum arcus orbem non posse cerni, ex eo sciri potest, quod ab Solis centro ad aspectum, vel terræ cē-

trum ad rectos angulos ductus radius angulum finitoris extremitate efficiet tanta quantitate, quanta Sol se ortu, vel occasu extrulit. Cui angulus è regione collocatus æqualis est. Sed hic angulus declarat quantum arcus centrum sub turre deprimatur, nō ergo dimidiatus eius globus videri potest. Illius tamen effectus causa est declaranda, cuius Arist. pollicitus est declarationem, nec tamen præstitit. Cur cū Sol sublimis sit, licet dimidiati orbis arcus non appareat, maioris tamen circuli arcus videtur. De qua re multi physici & optici varias sententias dixerunt, nullus tamē, quod ego sciam, veram protulit causam. Logum autem esset & vt opinor inutile singulorum sententias commemorare & confutare, satis à nobis habebunt physici si veram eis causam demonstremus, ex ea enim facile alias falsas esse cognoscent. Ergo quod Sol sublimior est, eo ad nos propius arcus accedit. Etenim quod magis Sol capitibus nostris impendet, eō magis arcus nostris pedibus appropinquat. Siquidem è regione Solis arcus collocatur. Ita vt cū Sol im mortalium capita ad per pendiculus immineret, si vlla nubes esse posset, in qua designaretur arcus interquam & Sol aspectus esset interiectus, sub pedibus esset ponenda. Id enim radius & linea requirit à Solis medio ad medium orbis arcus, ad rectos angulos aspectu traducto. In qua duorum turbinū vertices sunt, & eorum extremorum ambituum medium (vt explicatum est) certum igitur est, eō arcum esse oculis nostris propinquorem, quo sol à terris ex tollitur. Huc accedit, quod arcum erectum esse è finitoris extremitate

mitate necessarium cū sit, radio verò medij arcus ad rectos angulos cadente erigi ab extremitate finitoris non potest, nisi propius ad aspectum accedat. Quo accessu arcus & finitoris communis seiunctio angulum præstat acutum ex definitione trianguli, quia rectus est quem edit axis linea in arcu. Quod autem proximè aspectum est, maius videtur, quàm quod remotius, quia maiori angulo sensu percipitur. Si ergo quo magis Sol extollitur, arcus propinquior est, quod magis extollitur, arcus maior videtur. Quod autem id ipsum quidam demonstrare contendunt ex refractione qua in aere densiore, vel re intermedia crassiore & concretiore, parum eruditè sit, potius enim contrarium probatur, arcum scilicet dum Sol est in ortu, vel occasu, esse maiorem, sicut ipse Sol maior videtur propter aeris interiecti densitatem & concretionem. Quod autem Vitellio ostendere conatur, maiorem arcum videri cum Sol est sublimior: quia remotior ab aspectu est & pyramis aspectus, eō maior est extremus eius orbis quod longius profertur. Ex eo quod à nobis est demonstratum satis huiusmodi sententia refellitur, cū propius arcum accedere ostenderit quod Sol sublimius fertur. Eodem accedit, quod oculis non iudicamus de rerum magnitudine ex ambitu pyramidis extremo, sed ex eius vertice & angulo, qui oculis aptus est. Aliter eō maior res videretur quod longius oculorum acies intenderetur, si pyramis ambitus longius productus crescit. Nihil attinet aliorum futiles & commentitias sententias recitare. Ac de arcus figura dictum est.

Cap. 4. De coloribus arcus.

NVnc de coloribus eius disputemus, quas nec in fitas nec innatas esse dicebamus, sed externas & aduentitias & ex relatione factas. Primum ergo de in fito & naturali eius colore differamus, vt ex eo aduentitios & extrarios declarem. Nubes autem in quibus arcus & corona signantur ex asperionibus quibusdā, quæ quidem in aquam iam erumpentem severtunt, constare pluribus declarauimus, huiusmodi autem asperiones quoniam aquosæ sunt, aquæ colore tenentur, quæ est atra natura sua. Sed plus in nube ad arcum apta, quàm in ea quæ ad coronam atrox insidet. Quia in corona inter aspectum & astrū nubes interiecta est. Astri ergo fulgor & splendor vmbra remouens, quam per se guttæ & asperiones efficerent: facit vt candida nubes potius, quàm atra esse videatur. Quamobrè non multatis, sed vno candido colore corona suffunditur. Eius verò quæ accidit circum Solem eo die, quo Augustus Cæsar ex Apollonia reuersus urbem intrauit, de qua Seneca narrat, vario colore fuisse, illud in causa fuisse putandum, quod Sol nubem nactus est densiorem & concretiorem, & minus æquale eis quæ frequentius, cū corona conflatur, astris subesse solent. In ea verò nube in qua designatur arcus, aliter euenit. Non enim nubes intermedia est inter Solem & aspectum. Sed aspectui ipsi, & nubi ipsi quasi quadam guttarū consequentia continuata atra caligo offunditur: quæ radios totam nubem penetrare

Corona color.

Arcus color.

Na 5 pro.

prohibet & ad aspectū referri cogit. Quare & multis guttarum vmbri-
 atrior & multiplex nubes redditur
 natura sua & externis causis. Illud
 etiam considerandum est quod op-
 ticis, ita manifestum experiētia est,
 ut illud non demonstrent, sed po-
 nant, lumen colore infici, si per res
 permeet, atque transeat coloratas,
 colore tamen, qui non insitus est,
 sed ex relatione luminis percipitur.
 Itaque licet tota rei magnitudo il-
 lustretur, nulla tamen eius pars, ita
 colorari videtur, nisi ea quæ ad ocu-
 lum relationem fundit. Ut quam-
 uis totus, aut fluuius, aut lacus splen-
 deat: eius tantum ea pars candida
 cernitur ex qua lūmē refertur. Gla-
 dij etiam candor tot locis mutatur,
 quot relatio. Ita fit ut candor & splē-
 dor intendatur, vel remittatur ex
 maiore, vel minore vi, qua radij ad
 oculos referantur. Ex varia ergo &
 multiplici relatione, qua Solis lumē
 ad oculos refertur, varij diuersique
 colores in arcu accidunt. Nam a ni-
 gro, vel re nigra interiecta si lumen
 referatur. Ex eo, quod cum eo mis-
 ceatur, phænice coloris speciem
 præbet. Ita enim in viridium ligno-
 rum igne phænicea flāma videtur.
 Quod fumi magna vis ignis cando-
 ri & splendori admisceatur. Nigror
 autem nō solum colore fit, sed quia
 quædam est negatio cādoris. Nam
 cum languescit oculorum acies, ut
 vix eò, quò intēditur, perueniat, a-
 trior, aut minus alba res videtur.
 Itaque omnia, quæ procul absunt
 nigriuscula vidētur, & quæ remota
 sunt nigriora minoraque & tenuio-
 ra. Ob eamque causam nubes ni-
 griores apparent in aqua, quam cū
 ipsas quis intuetur. Ignem etiam
 si procul quis contueatur ruber, &

quasi purpureus videtur: item Sol,
 & Luna cum oriuntur & occidunt,
 quòd etiam nigri sunt eis vapores
 offusi. Coniuentibus oculis lumē
 Solis speciem offert phænice coloris,
 deinde prope claudentibus pur-
 purei. Viridis etiam maris aqua vi-
 detur, fluuiorum non item, quòd
 maiores in illo vndæ maiores vm-
 bras efficiant, quibus cum eo nigro
 re coniunctis, quem præ se aqua
 fert lumen ab illis relatum viridita-
 tis speciem oculis affert. Vesū colo-
 res etiam columbarum & anatū
 plumæ cernuntur, quòd vmbri-
 quas eidem plumis reddunt impli-
 catum lumen diuersarum colorum
 speciem imitatur. Perspicuum igit
 est lumen a re atra, vel re atra inter
 media relatum variorum colorum
 naturam imitari. Acriorque & vehe-
 mentior relatio phæniceum colorē
 exprimit, huic finitima in viridem
 vertit. Quæ autem imbecillior est
 purpureum refert. His habitis & ar-
 cus figura explicata facile illius va-
 rij colores explanabimus. Primum
 radius qui a medio arcus ad rectas
 lineas in aspectum cadit, quia non
 refertur, ut optici docent, nullum
 affert lumen aliud & colorem, qui
 sensu percipiatur, præter illum, qui
 nubi ipsi insitus est, quare atra nu-
 bes ex illo radio cernitur. Alij verò
 radij, qui medium proximè ambiūt
 licet referantur maioribus tamen
 angulis, quàm ut ad aspectum atti-
 neant. Quare omnes referuntur alio,
 quousque tandem ad illos peruenia-
 tur, qui egrè quidem illi & lāquidè
 referuntur. Et ob eam causam pur-
 pureum colorem imitantur. Quam
 speciem offert totus arcus intimus
 ambitus. Deinde proximè sequitur
 alius arcus totus viridis, qui color
 pro-

propius, quàm purpureus ad can-
 dorem accedit, quia valentior est
 relatio. Vis autem relationis in eo
 sita est, ut anguli sint acutiores, qui
 ad aspectum referuntur, ita enim
 densior redditur lux. In extimo ve-
 rò & tertio arcu anguli sic sunt acu-
 ti, ut radij duplicari videantur. Tri-
 plex igitur totus arcus est, hoc est
 tribus dimidiatis circulis distinctus,
 qui ob eam rem distinguntur, quòd
 distinctis sunt coloribus præditi. Fla-
 uus autem color, qui inter viridem
 & phæniceum interiectus est, non
 ex relatione fit, sed ex eo, quod phe-
 niceus iuxta viridem situs candoris
 speciem imitatur. Quod ex eo cog-
 noscitur quòd cum in nube obscu-
 ra & atra maximè arcus imprimi-
 tur, ut valde purus, ac sincerus arcus
 exprimat, tum phæniceus color
 propius ad flauum accedere vide-
 tur. Euenit autem huiusmodi arcus
 relatio, non solum interdiu a Sole,
 sed etiam noctu a Luna plena qui-
 dem, sed Vitellio narrat arcum esse
 perspectum, cum esset non plena
 Luna, sed *quæ nigra*, ut Græci dicunt
 & eadem oriente, vel occidente.
 Quæ cum raro simul accidat. Nam
 vno mensis die Luna plena est cui
 orienti, vel obeunti nubem esse in
 ortu, vel obitu paratam ad arcū ex-
 primendum non facile est. Præfer-
 tim quod homines noctu domi se
 contineant, ut quauis casus aliquis
 & fortuna huiusmodi effectum af-
 ferat facile possit latere. Et ob hanc
 causam veteres putasse Aristoteles
 scribit, arcum a Luna proficisci non
 posse ipsumque amplius annis quin-
 quaginta bis modo illum obserua-
 se. Est autem quem Luna imprimit
 arcus albius, quàm qui Sol, quia no-
 ctis attror relati luminis intēdit ean-

dorem. Arcus etiam species hyeme
 circū lucernas offertur eis, quibus
 oculi humidiores & imbecilliores
 sunt. Nam propter imbecillitatem
 facilem radij relati aditum habent.
 Referuntur autem ab aere crassio-
 re, cui cum admisceatur fuligo, quæ
 ex flamma defluit, speculum propter
 atro rem imitatur. Fuligo enim
 fumi similis est. Sed in tali arcu phe-
 niceus color non exprimitur, quia
 nullæ sunt causæ candoris & multæ
 nigroris. Nam lucernæ lumen non
 est candidum sicut solis, sed potius
 vndique videtur purpureum, aer
 autem nocte, & fuligine nigrior exi-
 stit. Aspectus autem leuis & imbe-
 cill^o, & qui egrè colorem percipiat.
 Et ob hanc causam phæniceus color
 circa lucernas non exprimitur, sed
 viridis & purpureus. Arcus porro,
 quem remi, qui è mari referuntur,
 efficiunt, in eo cœlestem imitatur,
 quòd a Sole lumen ad aspectum re-
 feratur interiectum inter Solem &
 remos. Sed in eo ab eodem discre-
 pat. Quòd cœlestis speculum non
 sit aqua, sed nubes, quæ in aqua co-
 gitur. Quare quia nigrior aqua est
 phæniceum colorem non præstat,
 sed viridem & purpureum sicut is,
 qui circum lucernas videtur. Nihil
 ab eo arcu, qui remis exhibetur dif-
 fert is, qui euenit, cum quis è loco
 opaco leuibus resperisionibus per-
 fundat eum, quem Sol aduersus il-
 lustrat. Nam qua parte radij vmbra
 distincti vicissim commutantur ar-
 cus apparet ei, qui è loco opaco res-
 pergat, nihil dissimilis ab eo, qui re-
 mis efficitur. Os enim vel manus
 remorum munere fungitur. Auctor
 est Vitellio arcum esse obseruatum
 non tribus coloribus distinctum,
 sed qui totus speciem offerret can-
 doris.

doris. Cuiusmodi arcus mihi oblat-
 tus est anno. 1595. in festo concep-
 tionis Virginis sacrosanctæ: cum
 Toletio Matritum iter haberet, vt fa-
 cultatem ad hæc excudenda impe-
 trarem. Cuius rei mihi non placet
 illa causa, quam affert ipse Vitel-
 lio Solis radios a nube adeo crassa
 & densa esse relatos, vt quod illam
 diuidere & penetrare non possent
 a prima extremitate recurreret. Sed
 cum rei imaginem in puncto refra-
 ctionis contueamur si in nube præ-
 crassitudine atra arcus conspicere-
 tur, ater potius, quam candidus vi-
 deretur. Sicut res atræ videtur quæ
 in expositis & leuibz lapidibus cer-
 nuntur. Illam potius talis effectus
 causam fuisse duco, quod in nube
 tanta inerat raritas, vt umbræ a gut-
 tis erumpentibus profectæ multum
 Solis candorem & splendorem nihil
 fere impedirent nihil inficeret. Præ-
 cipuam enim causam & principale
 momentum diuersorum arcus co-
 lorum in umbris quas diximus stræ
 esse puto. Cuius causæ indicium fa-
 cit insigne, quod arcus quem ego
 vidi expressus est ea cœli parte quæ
 nebula Sole oriente expulsa est.
 Ita vt nubes, quæ fuit arcus impres-
 sus, ex nebula fuerit relicta. Est au-
 tem nebula rarior quædam nubes.
 Sequitur vt de duplici arcu disera-
 mus cum ita se offerunt, vt vnus al-
 terum complectatur. Tunc qui am-
 bit obscurioribus est coloribus: &
 eos habet ordine contrario disposi-
 tos. Cuius rei causam non tractauit
 Arist. neque rei difficultatem indi-
 cauit, quæ in eo posita est, vt vtrum v-
 terque arcus eadem an diuersa ex-
 tremitate designetur. De quæ re
 tantum dixit, id quod qui vis di-
 ceset, exteriorem arcum in loco re-

Duplex ar-
 cus.

motiori fieri. Et ex hoc ostensam cau-
 sam esse credit, cur superioris arcus
 colores obscuriores & minus distin-
 cti sint. Sed si eadem extremitate
 vterque arcus contineatur, duo tur-
 bines vt expositum est exprimuntur
 radijs ac oculo relatis, quorum
 extremi circuli aduersa illa extremitate
 circumscribuntur. Cumque in-
 terior in exteriore inclinetur, ma-
 ior ergo in oculo angulus est exte-
 rioris, quam interioris turbinis. Vt
 optici probat. Acutiores etiam sunt
 anguli relationis, quia con-^o maior:
 & angulus lineæ a medio ad perpē-
 diculum ductæ vtriusque æqualis,
 quæ rectus, ergo anguli in ambitu
 sunt minores ex natura trianguli.
 Quibus cum sint anguli incidētes
 æquales magis ergo duplicatur, &
 coagmentatur lumen in arcu exte-
 riori, quæ ineriori, & conus ad oeu-
 lū perueniens est maior distinctior
 ergo & explicatior esset exterior,
 quam interior ambitus. Potius ergo
 Arist. argumentū refellit, quam con-
 firmat, quod apparet. Si eadem ex-
 tremitate arcus vterque imprima-
 tur. Tum verò sicut vno loco vnus
 extremitatis, atque adeo amplæ spe-
 culi, aut aquæ, aut rei leuis ad vnū
 aspectum lumen refertur. Ita & So-
 lis radij vna extremitate vno nō du-
 plici loco referri possunt. Non igitur
 vna extremitate, sed duplici du-
 plex arcus referatur. Et illa, quæ per-
 tinet ad exteriorem arcum sem-
 per est remotior, quæ sua maiori
 distantia fit, vt ab ea relati radij
 oculum attingant, sed ægrius, &
 obscurius, ex quo illa causa intel-
 ligitur quæ multis doctis viris dif-
 ficilis visa est, cur interiectum inter
 vtrumque arcum spatium omni va-
 cet arcus colore. An quoniam nul-
 lus

lus ab illo spatio radius refertur? Si-
 cut etiā interiori orbe cuiuscunq;
 arcus nullus percipitur color talis,
 siquidem aliō radij omnes propter
 maiores angulos conferuntur. Ma-
 ius etiā interuallum facit, vt inti-
 mus exterioris arcus ambitus, phæni-
 ce^o appareat sicut interioris extim^o
 quæ propius accedat ad interioris exti-
 mū, quo valēt^o dicta de causa lumē
 ad aspectū refertur. Etenim licet an-
 guli sint luminis relati minus acuti,
 & ob hanc ipsam causam lumē mi-
 nus densum, quam ei continentis
 viridis & tertij purpurei: tamē quia
 propinquiores sunt, & ei loco vici-
 niores, quo radij vehementius a nu-
 be fuisset ad aspectum feruntur. Luci-
 dior, & illustrior est arcus intimus
 exterioris, quæ alij eiusdē arcus, quo-
 rum lumē obscurius refertur & sen-
 sum propter longum interuallum
 prope euanescit. Et ob eam rem ar-
 cus ordine contrario disponuntur.
 Vt intimus sit phæniceus ei conse-
 quens viridis & tertius purpureus.
 Ex hoc facile perspicitur licet veram
 non esse illorum sententiam, qui as-
 serunt extimum arcum ex intimi
 relatione cōflari. Nam vt in eadem
 vterque esset extremitate, huiusmo-
 di relatio non potest euenire. Siqui-
 dem optici tradunt angulos, quos
 vocant incidentes, æquales esse re-
 latis. At si in vna extremitate vterq;
 esset vna recta linea eadem planitie
 coniungerentur. Non ergo vllus ap-
 taretur angulus incidens cum duæ
 lineæ ad angulum necessariæ sint.
 Multo minus relatio constabit, si di-
 uersa vterque extremitate sit. Quo-
 niam si ante exterior esset, ipsa sua
 eminentia impedimento esset quo
 minus ad eum splendor ab interiori
 arcu ferretur. Ponē verò relatio nō

funditur, sed in aduersam & contra-
 riam regionem. Præsertim quod e-
 tiam ipsa nubes interioris arcus e-
 minens, atque præiecta obscuraret
 potius, quam illuminaret eam nu-
 bē quæ ponē esset. Nullo ergo mo-
 do extimus arcus ex relatione inti-
 mi existere potest. Illud etiam hinc
 opinor esse verum quod Arist. tra-
 dit tres arcus esse non posse, licet se-
 cus nonnulli doceant: Quia secundi
 relatio adeo tenuis est propter di-
 stantiam, vt si longius tertius, vt es-
 set necesse, distaret, atque sciunge-
 retur, ita languesceret relatio, vt va-
 nesceret & profus ad nihilum re-
 cederet. Aliam arcus causam Vi-
 tellio docet, quæ non dimidiatū, sed
 integrum eius orbem cerni posse di-
 cit. Si Sol in candidam aliquam nu-
 bem & valde splendidam incidat, a
 qua referatur ad aliam nubem, quæ
 speculi naturā imitetur, inter quas
 duas nubes aspectus noster interie-
 ctus intrabit in nube quæ specu-
 lum imitatur totum arcum expres-
 sum. Sed de ista arcus ratione solus
 Vitellio, quod ego sciam mentionē
 facit. Si cui aliquando apparuerit
 easdem quas per tractauimus cau-
 sas habere putandum est. Ab eis dē
 etiam causis virgæ & duo Soles pro-
 ficiscuntur. Cum enim a latere So-
 lis nubes aliqua fuerit densa & obs-
 cura, & quæ nondum in aquam se
 verterit, sed parum abest quin seuer-
 terit. Quemadmodū enim è regio-
 ne Solis nubes sita magna, obijcit
 oculis speciem arcus, ita a Solis late-
 re nubes non ita magnæ collocatæ
 Solis radij ab illis ad nos relati, vel
 virgarum, vel alterius Solis imaginē
 & speciem offerunt. Nubes enim
 ipsæ, cum directo cernuntur aspectu
 nullum præter insitum & inatum
 colo-

Virgæ &
 duo Soles.

colorem oculis obijciunt. Si vero relato aspectu, ut in aqua conspiciant virgis refertur videtur. Quod ita preteritum vsuuenit, cum Soli nubes proxima est. Quam si quispiam cernat tantum candida apparet, eandem tamen si in aqua intuetur arcus colorem preterit. Relationem ergo colores immutare satis ostensum est. Quod igitur euenit cum ab aqua relato nubes cernuntur id ipsum accidit cum Sol a nubibus relatus perspicitur. Et sicut in aqua nubium color alius aspectui se offert: ita in nubibus lumen & splendor Solis alterius coloris oculis specie prebet. In arcu enim virgis, & altero Sole color, qui apparet, non est innatus, sed quod Solis lumen per nubes ad oculos deferatur, dum nubes, ita concretæ sunt, ut parum absit, quin ex illis aqua erumpat. Sic enim tota nubes paruis quibusdam guttis coagmentata, & leuis speculi naturam exprimit. Quod non figuram propter guttarum paruitatem, sed colorem tantum & splendorem referant. Sed cum hæc communis sit alterius Solis, & virgarum constitutio, in eo differunt, quod nubes virgas referentes non æqualiter concretæ sunt, ut ex alia parte densæ sint, ex alia tenues & raræ partim humidiores partim minus humidæ. Quoniam vero Sol ex nube in æquabili ad aspectum refertur, cum ipse lucidus & candidus sit, alia nubis pars phæniceæ, alia viridis, vel purpureæ, aut flauæ coloris speciem imitatur. Virgæ igitur propterea existunt, quod speculum non sit æquale, non figura, sed colore. Alter vero Sol imprimatur in nube, quam maxime æquabili, ut æquabiliter densa, atque crassa sit. Itaque candidus & splen-

didus apparet. Æquabilitas enim speciei coloris vnus exprimit speciem. Ob eamque causam pluuiam magis alter Sol, quam virgæ prænuñtiant. Nam crassior & concretior aer, maiorem vim habet gignendi aquam, fiante præsertim Austro, quam Aquilone. Quod facilius aer Austrinus, quam Aquilonalis in pluuiam conuertitur solet. Virgæ vero & Soles existunt semper ex obliquo circum ipsum Solem. Vel cum se erigit, vel cum inclinatur, sed ferè cum occidit, nec proxime sunt Soli, nec nimis remotæ. Nam si prope a Sole sunt, ab eius calore dissipabuntur, si procul omnino ab illis ad aspectum lumen non referentur. Ob eandem causam, nec supra Solem vnquam generantur, nec etiam infra Solem existunt nam si Sol prope a terra sit dissoluentur radijs a terra relatis & multis vaporibus obscurabuntur, nec ad aspectum perueniet relatio, quod scilicet secundum terram dum fertur qua si per immensum quoddam spatium prius dissipabitur, vel halibus intercludetur. Cum paruis ac tenuis longo intervallo ad aspectum accedat. Nec è regione Solis erunt. Nam eius vi diffundentur: ita enim ne coronæ è regione Solis gignuntur. A Solis ergo latere effectus isti conficiuntur. Cum nec mediū cæli locum, nec ortum, nec occasum tenent, sed se iam erigit, vel inclinatur. Ob quam causam non multum hinc iusmodi affectiones sicut, nec arcus durant. Quamuis Arist. scribit toto die duos Soles in Bosphoro ad occasum durasse, tamen id ratio vsuuenit. Noctu vero non cerni auctor est Arist. Pontanus tamen cauit. Sæpe etiam duplicem in tenebris est cernere Lunam, Nube nouam referen-

te aliam sub imagine formam. Sæpe tamen cerni non puto. Non enim Arist. industriam præteriret. Atque de arcu virgis & altero Sole diximus. Atque effecta tractauimus quæ supra terram ex anhelitu ab ipsa nato in aere sunt.

Cap. 5. De mari.

Nunc aera missum facientes ad aquam veniamus & deinde ad terram. De aqua vero qua ex parte elementum est & tertia pars eius globi, quem Lunæ ambitus complexu suo continet dictum est cum de tota mundi coagmentatione & de rerum ortu, atque interitu disputatum est. Modo vero de eadem ipsa ea tenus differendum est quatenus commutationes quoddam & affectiones accipiat. Sicut igitur aera in regiones distribuimus quæ non per se, sed per aliud inter se differunt. Ita & aqua alia maritima est, & alia non maritima ex aqua maritima mare fit. Quod propter eius magnitudinem & vastitatem priores philosophi totius aquæ principium & corpus esse putarunt. Consentaneum enim esse videtur, ut sicut ea cæterorum elementorum molles conglomerata, ubi maior est eorum copia totius elementi principium & quasi fons habetur, unde & mutetur & diuidatur, & cæteris admisceatur. Ut aeris totius sedes & locus is est, qui inter orbem Lunæ & terræ interiectus est. Terræ vero id, quod aeri & aquæ subditur. Ex quo illud efficitur, ut eadem ratione de aqua dictum esse videatur. Tale vero corpus nullum aliud ita confertum & aqua completum præter maris magnitudinem, videtur. Tum cum te-

Aque distributio.

net locum quem aquæ natura datum esse diximus. Nam ab aere proximus, terram quoad eius fieri possit ambit. Quibus accedit quod mare semper maneat, neque totum exhausti & exiccari possit. Singulorum vero annuum fontium & puteorum, nihil repugnat aquam exharescere & consumi. Ut aquæ elementi curam mari duntaxat naturam mandasse videatur. Sed huic rationi repugnat quod cum maris aqua falsa sit, si aliarum omnium esset principium minime dulces essent. Tum aliorum elementorum partes non tanta copia & tam necessaria ratione a toto elementi corpore & principio separantur, quanta partes aquæ secernuntur a mari. Quam ob causam Plato scribit in Phædone principium & fontem aquarum esse Tartarum, id est immensam quandam aquarum copiam, quæ medium mundi locum circumfundat, ex qua fontes amnes & stagna fluunt. Videtur ergo aqua elementum esse eius autem partes dulcis & falsa aqua. Præcipua tamen falsa sicut mare vi & magnitudine præstat aquis dulcibus. Et ita locum illum imprimis obtinet, qui aquæ congruit. De eius etiam ortu, atque principio variæ sunt veterum philosophorum opiniones. Nam qui theologi vocabantur, ut Homerus, Orpheus, & Hesiodus implicite & abscondite de eius ortu loquuntur. Nam eius fontes terræ radices esse ponunt, & globum maris, ac terræ vniuersitatis principium & veneratione dignissimum esse statuunt, eorumque cælum reliquum circa ipsum consistere, atque componi. Sed si fontes maris sunt, potius fontes, quam ipsum principia sunt. Deinde vel sensim, vel simul tanta aquæ vis & copia

Maris aqua non esse aliarum aquarum principium.

Non esse maris fontes.

pia fluxit. si sensim ergo aliquando mare minimè fuit, neque cœlum igitur circa ipsum coagmentatum. Vbi porro ipsius erant fontes? Aut qui nam eorū modus & ratio fuit? Aut quo pacto repressi sunt? Aut si nunquam repressi, in dies ergo singulos magis semper, ac magis mare cresceret. Vt infinite augeatur. Sin autē tota simul maris aqua fūssa est. Exponendum erat, Cui tanta manandi vis tam cito languit & infracta est. Aut verum aliquod erat antē tantæ aqua receptaculum vnde manavit. Aut nullum tale fuit, sed tota simul aque facta & in apertum relata est. Ita enim genitam esse potius, quam à fontibus vllis manasse putandum est. Ac maris nō esse fontes ex hoc intelligi licet. Quidam phisici dixerunt aquam, vt est suæ naturæ vniuersam terram cōplexu suo coercere, calore tamē Solis paulatim exiccari. Et ita eam terræ partem, quam homines incolimus aridam fuisse redditam. Ac tandē fore aliquando, vt vniuersa exhauriatur aqua & terra tota exharescat. Aquam verò, dum exiccatur, ita dispartiūtur. Vt vapores, qui à Solis calore excitantur, partim in ventos conuertit, partim partem Soli, & alijs astris præbere, quod verò aque reliquum est, mare esse tradunt. Sed cum non breui, sed longo tempore exiccari possit locus ad habitandum opportunus, illud horum sententiam consequitur: Vt multos annos orbis terrarum incolis esset destitutus. Aut exponerent, cur tanta aquarum vis tam cito esset exhausta: aut vbi primi homines, aut prima animalia extiterunt? aut cur non fuerunt simul cum orbe terrarum orta, aut à quo sunt

De mari an
tiquorum opi
niones resu
tantur.

procreata. Ridenda etiam est eorum omnium sententia ex parte, qua iactant sidera marinis terrenisque humoribus longo intervallo extenuatis ali. Quam etiam Cicero Stoicum agens ponit. Quod enim neque caducum est, neque mortale non alitur. Id enim, ex quo alitur, in id occidit, quod alit. Quod autem interit causam afferre non potest, cur aliud nunquam intereat. At cœlum & sidera diximus esse perpetua interitque & mutatione soluta. Perspicue etiam ac planè animaduertimus, quicquid vaporis specie superiora capessit, postea quam frigore rursus concretum est, in terram refundi: idque natura perpetua quadam serie facere conatur. Quod si non quotannis eademque in regione equaliter refluit. At certè raris quibusdam certisque temporibus quid ad superiora euolauit, recidit, & rursus trahitur in eadē, vt nihil aut paululum intereat. Vt stellæ & superiores naturæ nihil vaporibus excitatis alantur & renouentur, nec in aera se vertat, & ita perpetuo maneat. Sed quicquid fuit in sublimè latum ex equo dissoluatur, rursusque in aquam cogatur. Scitur etiā illud minimè futurum quod asserunt, vt totum tandem exhauriatur mare, quia si præteriti temporis memoriam replicemus, nihil multis annorum millibus imminutum esse mare reperiemus. Nam licet quibusdam locis non nihil exiccatur, & imminutum fuerit alijs tamen nihil minus est auctum. Aristotel. verò ex omni æternitate mare, sicut mūdum ipsum fuisse arbitratus est. At sicut nos mundum genitum esse demon-

Coagmēta-
tio maris et
terræ admi-
rabilis.

monstrauimus. Ita etiam & mare, eius autem originem diuina quadam sapientia narratur in Genesi, Sed vt perstemus in naturæ principijs admirabilis eius est terræque coagmentatio & copulatio. Tot enim ac tanti sunt introitus maris in terram terræque vicissim in mare, vt nusquam terræ multum à mari distet. Nam præterquam quod est humor terræ vtilissimus, vt eius partes non dissipentur, sed cohereant, magnas etiam commoditates mare affert incolis & habitatoribus terræ. Ac de maris ortu, & eius natura tot ac talia à nobis dicta sunt.

Cap. 6. De maris motu ac sale.

Veruntamen maris varij motus, difficiles habent explicatus si eorum causa exquiratur. Sic vt ex historia potius, quam ex naturæ causis cognoscendum sit, quod ad huiusmodi tractationem pertineat. Quemadmodum Solem lucere scimus, quia ita natura comparatum esse videmus, non quod vllas huius effectus altiores causas fuerimus consecuti. Quare modos prius narrabimus, quibus mare mouetur. Deinde quo ad eius fieri poterit, causas singulorum aperire conabimur. Vt illum igitur motum prætermittamus quo à ventis cietur, quod non sua natura, sed per aliud in ipsum cadat. Pulsu primum mare agitur ab ortu in occasum. Nam experiuntur nauæ, vel secundis ventis commodiùs & longè breuiori tempore nauigari à Palestina in Hispaniam, ab Hispania in nouam, quam vocant Hispaniam ab India, vel Calicut in pro-

Maris motus.

montorium Bonæ spei, quam è contrario. Cuius rei nulla alia causa est nisi quod ab oriente in occidentem secundo mari & aquarum motu nauigium feratur, contra verò aduerso mari, & impetu suo repugnante. Fluit etiam mare à Septentrione in Austrum, cuius motus Arist. mentionem facit. Nam Mæotis in Pontum influit & Pontus in Ægeum & cætera omnia maria, quæ consequuntur, id ipsum minus apertè faciunt. Adriaticum etiam mare in orbem incitari nauæ planè cognoscunt. Est etiam alius maris motus satis perspicuus & valde admirabilis, qui eius æstus nominatur: quo mare raris certisque temporibus accedit, atque recedit. Cuius est pro locorum varietate multiplex & diuersa ratio. Nam quibusdam oris æstus longè maior, quam alijs animaduertitur. Litora enim Oceani magis inundantur æstu, quam eius maris, quod est intra columnas, & Persici. Litore præsertim Lusitano, Britanico, Flandrico, Gothico, æstu maiore pelag⁹ ferbet. Mexici tamen oris & iuxta Cubam insulam, & intra columnas Ligusticis, Tyrrhenis, & Narbonensibus partibus vix estuat. Æstus præterea non eisdem temporibus totus vbique conficitur. Nam in Lusitania, Britania, & alijs locis senis horis fluit, & alijs senis refluit. Illis tamen oris quibus Garumna fluuius in mare influit septenis funditur, & quinque refunditur. Ea vero Æthiopiæ parte quam modo Guineam vocant, quaternis accedit & octonis recedit. Narratur etiam quibusdam oris semel modo vno mense effluere, & reflueret. Manifesto etiam compertum,

Oo & de-

& deprehensum est æstus omnes maritimi a Luna ita gubernari, vt oriente Luna accedere mare incipiat illis locis, quibus senis horis æstus efficiuntur, crescatque quousque medium cælum teneat deinde aqua recedat, vique Lunæ obitum. Et rursus inuadere incipiant, vique dum ad medium cælum perueniat eorum, qui aduersis vestigijs stant contra nostra vestigia. Deinde rursus mare imminuit quousque oriente Luna effusio aquarum incipiat. Bis igitur, bis denis quinquenis horis mare accedit, atque recedit, sicut Luna viginti quinque horarum spatio ad ortum regreditur. Observatum etiam est primis quadrantibus Lunæ crescentis & senescentis maiores æstus fieri, quam secundis. Ac tot, ac talia de maris cursu narrantur quorum causas, qui enotare nitatur, exquirat cur Luna æstus moderetur perindeque futurum puto, ac si queratur, cur Sol luceat, & cælum in orbem agitur. Eos tamen Luna dominatur, & vi sua, quia singulis horis eos quotidie excitat, vel sedat. Et vi Solis quatenus eius radijs incenditur. Quia accretione & diminutione luminis, vel accrescunt, vel diminuuntur æstus. Sed non leuem habet difficultatem, quod planum & perspicuum sit, cum æstu accedit aqua longè maiore, quam antè, aquæ vi horas maritimas allui, ita vt loca multa arida aquis operiantur & aliquando totas insulas & vrbes æstus absorberet nisi munitione, ac mole lapidum a mari separaretur. Contra verò recessu eisdem locis, ita exiccantur, & exhauriuntur aquæ, vt multæ litorum partes detegatur, & pateant, quæ sub vndis latebant. Difficili-

Maris accessus & recessus.

ter ergo internoscitur, vtrum tota illa aquæ vis accessu de integro generetur & recessu iterum absumatur & exiccetur, an aliunde tanta aquarum copia accessu adducatur & recessu reducatur. Sed hoc dici non potest, nemo enim vquam vsu euenire animaduertit, vt quoties vna parte pelagi accedant aquæ, alia recedat quod fieri necesse esset, si adducerentur & reducerentur aquæ. In commodum etiam sequi videtur cum, qui confirmet tantam aquarum copiam bis singulis diebus gigni, atque consumi. Tum difficile declaratur cuius nam vi procreatur, & protinus absumatur. De quare multas Plutarchus, & Solinus opiniones & veterum philosophorum sententias commemorant. Quidam asseruerunt sicut animal naribus spiritum haurit & redit, ita Oceano mundus, tanquam naribus quibusdam, aquam mittere & reuocare. Nec huius multum dissimilis ea sententia est, quam Platonis esse narrant, aquas quasi quodam specus hiatus sublimè sars fluere & resuere. Alij contenti sunt, si in Lunam, vel Solem totam huius effectus causam conferant. De hac re nihil Arist. locutus est, aliorum philosophorum dicta ita sunt aliena & insulsa, vt nihil tere reperias verisimile & nature causis consentaneum: atque adeo ne expositum in quo huius rei difficultas sita sit. Vt autè a nobis probabiliter id explicetur, præponendum est aquam per se dilatari & contrahi posse. Dilatari enim ita, calore animaduertimus vt ex vasis effluat. Contrahi etiam frigore cernimus. Est autem ea vis Lunæ & luminis, quod accipit a Sole a natura tributa, vt aquas non solum

De cursu maris & recessu maris vera opinio.

effundat, sicut calor, sed etiam dimittat, & in angustum deducat, sicut frigus. Et sicut ex astrologorum doctrina cognoscitur planetæ & alia astra res quas dominantur, vt ortus nascentium, & alia varijs modis afficere, pro locorum varietate quæ in cælis obtinent, & ita ab eis cælorum orbem in duodecim partes distribuitur: quas illi domos appellant. Ex hac ergo doctrina intelligi licet aliter Lunam orientem & occidentem, quam medium vtrunque cælum tenentem aquas maris quas gubernat commotum ire. Et aliter in coniunctione & cum apponitur Soli, quam cum ab eodem quarta cæli parte distat. Observatio verò docet quando accessum, & quando recessum efficiat. Itaque lumine Lunæ aliàs mare, sicut calore influatur aliàs sicut frigore contrahitur. Non ergo aqua in accessu generatur, neque aliunde aceritur. Sicut neque quando calore dilatur. Ita neque exhauritur recessu sicut cum frigore contrahitur. Ex eo autem sciri licet Lunam aquam & res humidas moderari, quod Luna crescente arbores humore augentur, quare non nisi senescente tempestiue cedunt. Ostra & cochylia omnia cum Luna crescunt pariterque decrescunt. Quod autè amnes & quædam maria non æstuent, ex eo est, quod non tanto abundat humore, quantum opus est ad vim illam Lunæ accipiendam. Quæ vt maxima est ita copiam maximam humoris requirit. Sicut nulla alia animalia præter cochylia cum Luna crescunt & decrescunt. Quia nulla fortè tam humida sint. Item olla, aut aliud vas satis aquæ pro ratione sua continens calore ferberet & ampli-

De cursu & recessu maris vera sententia.

ficatur. Si modicam tamen habet, aquam antè exiccatur calore, quam dilatur. Item refer ad arbores amputandos, vt diximus, Lunæ ætas nihil tamen ad lapides excidendos interest: licet etiam humorem habeant. Quoniam non solum humor sed etiam humoris copia attinet ad commutationes accipiendas, vel non accipiendas. Ex hoc etiam intelligitur cur non totidem diebus vbique æstus accidat. Et cur Euripus, qui Aristotelem male habuisse dicitur, vno die septies fluat & resuat cum hoc idem alio mari semel vnoque mense contingat. Ipsa enim loci natura syderum constitutio a quo fouetur, auget, vel minuit Lunæ vim, qua mare tumescit & inflatur. Ita quod bis vnoquoque die multis Oceani partibus fiat septies Euripo freta & semel vno mense alio mari vsuueniat. Quod autem estu quidam fluuij ad principium resuunt, alij verò minimè, maiore vel minore vi æstus contingit. Quod verò semel vno die quidam putei crescant, & decrescant, atque adeo tum crescere animaduersum sit, cum mare decrescit, atque recedit. Ea de causa accidit quod per alueos & cõcavitates longè productas ad mare pertineant, viarum tamen angustia facit, vt non tam facile, quam mare ipsum fundi & refundi possint. Et ob eam causam semel vno die aquis augentur, & priuantur, cum mare in quod deriuantur, bis singulis diebus tumescat & demittatur. Quo fit vt semel iam mare refusum esse eueniat, cum puteus adhuc nullam aquæ effusæ partem reiecerit. Quod autem æstus melius iuxta litora, quam alto & vari vasto percipiatur ex eo fit quod litora

*Causa fluxus
maris ab
Aquilone
in Austrum
& ab oriente
in occasum.*

ipsa mensuram præbeant acelus, atque recessus. Quæ in alto non suppetit. De alijs verò cursibus, quos mare tenet à Septentrione in Austrum, & ab ortu in occasum de illo Arist. disputavit, de hoc mentionem nullam fecit: est tamen hoc tempore, navis non minusquam ille notus & exploratus. Illius causam Aristot. esse duxit, quod mare, sicut flumina à Septentrione in Austrum in declivie feratur. Excellorem enim esse dixit Aquilonarem, quam Australem regionem, quod probavit ex fluuio in Aquilonare mare in fluentium multitudinem. Ex altis enim quibusdam terræ partibus amnes fluere constat. Cum ergo ex ijs locis, quæ ad Septentriones spectant maior aquæ vis dilabatur, altiora esse videntur. Itaque Aristot. sententia. Meotis influit in Pontum, Pontus in Ægeum, Ægeus in Siculum mare, Sardinium & Tyrrenum, & ex hoc efficitur ille maris motus ab Aquilone in Meridiem. Itaque rursum ille non convenit in mare sua natura, sed propter terræ situm. Sicut omnia flumina ex altioribus in humiliores terræ partes semper allabuntur. Sed cum ex omnibus terræ locis flumina in mare fluant, hoc tantum argumentum probatur, mare in terræ concavitate concludi, non vnam terræ regionem esse altiorem alia. Præsertim cum terram globosam & rotundam formam esse posuerimus, in qua tanta acclivitas esse non potest. Præterea si terræ situs huius est fluxionis causa, eius etiam erit, quæ est ab ortu in occasum. Cum nulla sit dissimilitudinis ratio, sed hæc à Palestina in Hispaniam, ab

Hispania in Cubam, & novum orbem produci animadvertitur. Tum ab India in promontorium Bonæ spei. Declivitas verò per totum milliariis millia perpetua serie continuata apta globosæ orbis terrarum formæ non videtur esse posse. Non ergo situs & terræ declivitas harum fluxionum causam esse potest. Nec videtur alia afferri & explicari posse, quam ipsa maris natura externo Lunæ & aliarum stellarum pulsu ita agitata. Cum enim de ventorum motu disputaremus, ostendimus quam facile res humide, & quæ alienis non suis terminis continentur, in quancunque partem impellantur. Motus autem in orbem quo in Adriatico sinu mare ceteri animadvertitur, nihil ab eo differt, quo ab oriente in occasum agitur. Quem quia perpetuare non potest, quia propter sinus angustias angusto loco coercetur, in orbem à litoribus Italiæ repulsum concitatur. Ac ita maris æstus, & alios eius cursus satis probabiliter explicari posse puto. Salsus autem eius sapor facilius est ad explicandum, nisi gravissimorum, & locupletissimorum auctorum opinionibus difficilior esset redditus. Empedocles enim mare terræ sudorem esse dicit eius mens ratio minime intelligi potest. Exarescit enim terra & madefit, sudare nunquam visa est, neque vllum in ea humorem ex sudore nasci. Qui ergo fieri potuit à primo ortu cum humida esset, exarescendo calore vllq; ex sudare. Exponendum esset etiam, cur humor & liquor ille per terram fusus salsus efficeretur. Vtrum ne quemadmodum aqua per cineres colata, aut

*Motus maris
vis Adriatici.*

*Salsus sapor
vis maris
causa.*

vrina

vrina quæ in vesicam colligitur, aut sicut cum corpus animalis multo sudore manat. Sed tum illa relicta esset difficultas cur fontes eruptentes de terra & fluuij per terram effusi non salsi, sed dulces sint. Alij dixerunt cum longe maior antea esset in mundo aquæ & humoris vis cum plurimum eius discessisset, & Solis calore in cælum attractum, ex eo qui reliquus fuit mare coagmentatum fuisse. Qui licet verisimilius Aristoteli loqui videantur, ex illorum tamen sententia non intelligitur, cur quod aquæ & humoris reliquum fuerit, salsum extiterit. Aut ex quo nam visuenit, ut flumina & fontes dulces mare verò salso sapore fuerit. Aristot. autem, sicut res cæteræ, quæ sublimè sunt ad duas causas exhalationem & vaporem reuocavit, ita & huius salsi saporis exhalationem & vaporem principia esse credidit. Cuius sententiæ confirmatio non videtur cohære. Ait enim, quod quemadmodum in ijs rebus, quæ aluntur excrementa salsa sunt, ut alimentum reliquæ, tam quæ subidit, quam quæ in vesicam de labuntur, sic etiam in vniuerso ex ijs, quæ nascuntur gignunturque natura, quod remanet tale esse oportet intelligere quale reliquæ sunt earum rerum quæ aduruntur. Talem etiam esse omnem exhalationem quæ ex re arida funditur. Quæ postquam sursum vaporis adiuncta & admixta fuerit in nubes deindeque in aquam coacta in terram refunditur, trahens secum illam salsi excrementi partem, quæ totum maris salsum saporem constare putat. Idque ordine quodam semper repetitum hunc salsum saporis in mari durare. Itaque ex eo

*Arist. nota
127.*

rum sententia, quibus placebat mare ex incendio procreatum esse, id verum esse pronunciat, ex terra, quæ talis sit qualis incendij reliquæ, mare erupisse. Primum hoc suo argumento significare videtur terrarum orbem esse salsum, quippe qui ex clementum totus sit rerum infinitarum quæ in terra aluntur & altè sunt. Sed cur aquæ, quæ per terram effluunt, atque colantur, salsum saporis non concipiunt, sicut illæ, quæ per cineres colantur. Præterea qui fieri potest, ut aqua pluuia, cum dulcis sit, salsum saporis inducat. Iam verò exhalatio nihil sua vi & per se affert, quam quod in rebus humidis leuitate præstat, ut caloris sursum euolet. Vnde ergo illi, ut salsum saporis iniiciat? Præsertim cum experientia constet nunquam aquam ex eo, quod ignis ei subdatur & magna eius pars in vapore se vertat salsum, fieri, neque illa aqua, quæ artificio ex herbis & rosis & ex alijs rebus humidis expresso prius vapore ducitur, salso sapore affici. Nihil ergo vapor & exhalatio ad salsum maris saporis attinent. Ut autem huius effectus causas planas & perspicuas faciamus, reuocandus animus est, ad notiones communes, ex quibus intelligemus, quem nam rei cuiuscunque proprium & insitum saporis esse putemus. Ex ijs autem, quæ in metaphisicis de proprio diximus, cognosci licet, quis nam sit proprius vniuscuiusque rei sapor. Qui nimirum in toto & solo genere semper intelligit. Quare salsus sapor non est aquæ proprius: quia aquæ fontium & fluuio quas dulces vocant eo sapore non tenentur. Denique quencunque saporis in re alia quæ non est aqua experimur

*Salsus sa-
por cuius
nam rei est
proprius.*

ab aqua alienū esse ducimus, & ad illud genus spectare, cui toti semper & Soli conuenit. Salsus ergo sapor rerum illarum est proprius que aliquid à calore perpeſſæ sunt & acceperunt eas tamen calor obtinere & superare non potuit, sed incoactas reliquit. Ita cineres & vtraq; ex cremēta humida & sicca salſa fiunt. Quia à calore commutata, minimè tñ victa, atque subacta sunt: ita etiā sudor est salſus. Sal etiam fit ex eis corporis reliquijs quas calor respue- rit, quia non potuit illas, sicut aliud corpus dominari. Quare sal præ se fert incoctum aliquid & indige- stum corpus, vbicunque illud sit. Nam magna vis caloris in cauer- nis etiam terræ continetur. Cum igitur salſus sapor aquæ proprius minimè sit. Quemadmodum cum aqua alterius rei sapore prædita est, illius rei ad mixtionem talem sapo- rem comparasse putamus. Ita cum salſum saporem conceperit incocti corporis admixtione illum pepe- riſſe existimandum est. Salsus ergo sapor non ex vapore & exhalatio- ne nascitur, sed in eius corporis admixtione consistit, quod sal, aut salſum sit. Quod quidem ex eo sa- tis perspicitur, quod experientia compertum est. Si enim vascerum in mare demittatur, cuius os ita sit obſtructum & obturatum, vt nihil possit maris influere, quicquid a- quæ per latera percolabitur dulcis erit. Ita enim terrenum illud cor- pus, quod salſum saporem sui ad- mixtione affert, secernitur & sepa- ratur. Sin autem anhelitus salſum saporem efficeret, sicut superiora ca- pſit, ita tenuior esset, quā cera ex- cluderetur. Mare ergo salſum est ea- solū de causa, quod corpus ei a-

*Cum mare
salſum sit.*

liud salſum admisceatur. Eius etiam crassitudo declarat non esse puram aquam, sed alteri corpori permittā. Etenim ipsa aquæ molles tantum habet terrenæ naturæ, vt fere lutū imitetur. Quod tantum mari pon- dus affert & à fluuiorum aquis dissi- militudinē, vt naues pari eodemq; pondere rerum, quæ vehuntur in mari, cursum optimè cōficiāt in flu- uijs demergi soleant. Ita nonnulli cum hoc ignorarent onustis nau- gijs in fluminibus nauigantes iactu- ram fecerunt. Hoc autem indicat aliquid aquæ maris terrenum cor- pus esse admixtū. Præsertim quod satis expertum sit, aquam salis per- mixtione crassam, ita reddi, vt qua plena innatet. Sic quod naues on- ſtæ commode in ea, non autem in flumine nauigent corpus ea tota- conſulum in causa est. Quod etiam indicat Asphaltites lacus, quod etiam mare mortuum nominant, quod bitumen gigni, cuius tanta est crassitudo, vt nihil in eo, vt au- ctor est Plinius, viuum demerga- tur. Narrat etiam Aristot. in Chao- nia fontem esse, qui salem incolis ita suppeditat aquæ paululum, quæ subditis ignibus efferbuerit, si re- frigeretur aqua sublata, quæ vi ca- loris euanuit, quod relinquitur in salem se vertit. Quæ etiam ratione ex quibusdam crassioribus & salſis aquis in salinis sal elici solet. In vmbria quodam loco iuncus & a- rundo nascitur, quorum incolæ ci- nerem in aqua decoquunt, quod autem aquæ superest, refrigeratum in magnam vim salis conuertitur. Multæ etiam præter sapes affe- ctiones ad mixtionem cum aqua vsu- veniunt. Nam quaecunque fuerit, id quod admixtū est tali etiā succo & qua-

& qualitate afficit. Sunt enim ple- risque in locis fontes & fluuij, qui varijs generibus saporis afficiuntur quorum omnium causa ad vim ca- loris instam & innatam referenda est. Terra enim pro ea ratione qua parum, aut nimium exuritur varia genera saporis coloris, & aliarum qualitarum retinet. Magnam enim in se aluminis & calcis, & aliorum id genus vim complectitur, per quam aquæ dulces dum profluunt commutari solent. Et aliæ quidem accescunt, veluti in Sicilia Sicanico agro, quo acida muria nascitur, eaq; pro aceto in quibusdam cibis vtun- tur. Est etiam vt Arist. scribit apud Lyncum fons quidam, cuius aquæ accescit. In Scythia etiam esse dicit alium amarum, cuius aquæ id flu- men in quod influunt amarum to- tum reddunt. Fertur etiam in Sici- lia Agragātino fonte pingue quen- dam liquorem gigni, quo incolæ vtuntur ad lucernæ lumē olei vice. Huius etiam generis bicumē apud Prutenos ex saxis effluit. Ex quo fri- gore maris, in quod influit, succinū siue electrum coalescit. Quorum & cæterorum generum rationem faci- lè ex his scire licet. Calor etiam ma- ris, quem loca maritima declarant. Nam calida pro sui situs proportio- ne omnia sunt, planā etiam rationē facit eius corporis quod ei admisce- tur. Quod per se vique sua inconcō- ctum esse diximus. Omnia verò quæ exusta sūt, vim in se caloris cōtinēt. Qualia calcem & cinerē & anima- lium excremēta licet animaduerte- re. Etiā vt quodque animal calidissi- ma est aluo, ita eius sunt excremēta calidissima. Corpus ergo terrenum calidū & incoctum mari permixtū calorem ei & salſum saporem præſtar.

Mare porrò idem ad numerū nunc esse qui ante planum est. Licet mag- na partium eius multitudo eadem non numero, sed specie nunc sit. Sicut idem est homo vir, qui fuit se- nex. Idem ad numerum Tagus flu- uius qui ante. Eadem etiam est ter- ra cum interim eius partes semper mutantur. Idem etiam aer. Ac de maris natura motu salſo sapore ha- ctenus disputatum est. Quo quæ pertinent ad aquam salſam omnia continentur deinceps de aqua dul- ci differemus.

Cap. 7. De fluminibus.

Aqua dulcis est fluuiorum & fontium, de quorum or- tu, ac principio magna du- bitatio est. Plerique enim, vt Ari- stot. auctor est existimarunt, exa- qua pluuia sub terram conglobata tanquam ex magno vno, vel plu- ribus alueis amnes omnes fluere. Nam maiora hyeme semper con- fluunt, quàm estare. Non alia de causa, quàm quod aqua pluuia, magis hyeme, quàm æstate abun- det. Et ea dicebant flumina esse perennia quorum receptaculis, & quasi fontibus tantā vis aquæ colligebatur, vt non ante consu- meretur, quàm imber, & hyems alia rediret. Eos autem fluuios non esse perennes, quorum alueis & terræ visceribus minor aquæ co- pia cohibebatur, quàm quæ toti ætati sufficeret. Quæ sententia A- ristot. non placet. Quia si quis a- nimo & cogitatione vas aliquod fingeret, quo tota reciperetur a- qua, quæ quotidie continenter fluit, totam terræ molem supera-

*De fluijs
Arist. sen-
tentia.*

ret. Et huius rei causam ad illa duo principia reuocat quæ rerum quæ in sublimi loco sunt, esse posuit. Vt sicut vapores super terram frigoris in aquam coguntur, ita & sub terra. Et quemadmodum supra terram exigua guttæ cohærentes, & rursus eadem cum alijs copulate, tandem aquæ pluuiæ vis magna labitur. Ita sub terra exigua primum respirationes inter se copulate & riuuli deinde multi ex diuersis locis in vnum locum confluentes amnium scaturigines efficiunt. Quod quidem ita esse declarant ij, qui aquæ ductus & puteos construunt. Nam scrobibus fossisq; aquam colligunt. Quod ab excelsis locis terra quasi sudans aquam emittat. Tum fluuiorum colluiones è montibus profluunt. Fontes etiam & fluuiorum scaturigines montibus subditæ sunt & proximæ, in campis autem patentibus pauciores, aut nullæ reperiuntur. Montosa enim & edita loca, quasi sponsa suspensa & eminentia, sensim illa quidè & leniter multis tamen locis aquam deriuant & quasi instillant, & eorum ventre excitatum vaporem refrigerant & rursus in aquam conuertunt. Id etiam Arist. confirmat ex ijs, quæ narratur ab eis, qui terrarum orbem describunt. Maxima enim quæque & illustrissima flumina ex montosis & excelsioribus locis manare ponunt. Multos autè hiatus & amplissimos fauces habere terras, quibus magna respirationum vis educi, & extrahi possit, & iterum in aquam cogi, ex eo Arist. ostendit, quod multa flumina locum, patentèq; quo se fundant non habentia sibi exitum in profundo inueniunt vi aquæ pulsa, quæ magno impetu ex loco superiori

decurrit, sicut in vteriori Hispania sub terras se fluuius Ana non paruo interuallo condit & iterum erumpit. Quod in plerisque locis præsertim in Peloponensi Arcadia vsuenerit dicit Arist. Et quemadmodum illi, quos commemorauit, philosophi perennitatis fluuiorum causam esse dicebāt, cauernarum amplitudinè, quæ sub terra quibusdam locis lateat, cum in alijs non sit. Ita Arist. in causa esse dicit editorum locorum magnitudinem, quibus magna halituum vis commoueri & frigore rursus in aquam cogi potest. Præsertim cū hæc ipsa maximā vim aquæ recipiant & contineant & offundant. Quibus argumentis signis & indicijs Arist. hanc sibi sententiam persuadet. Sed si tota terra non caperet aquam pluuiam ex qua tot & tantorum fluuiorum perennitas existeret, vt Arist. argumentabatur in primos illos philosophos. Quo minus caperet vapores, cum longè maiorem locum, quàm aquam occupet. Tum ipso terræ corpore vapores concitari non possunt nõ enim duo corpora simul eodem loco continentur cauernis igitur & terræ hiatus modò expirationibus locus relinquuntur. Sed hætenus in auditum est ex tot tam magnisque cauernis terram esse confectam, vt ex illis tanta aquarum vis, quanta fluminibus, fontibus & stagnis funditur, suppediteretur. Non igitur existimandum est ex vaporibus tantum fluuios omnes oriri. Iam verò mundus, vt ostendimus genitus est. Vtrum ne amnes simul facti sunt? An postea ex vaporibus confluxerunt? Si non simul facti, ergo aliquando orbis terrarum re necessaria destitutus est. Et erat insigne in rerum natura vitium,

Arist. nota

tium, atque deformitas, & ipse eius procreator in manifesto stultitiæ, vel imbecillitatis peccato teneretur. Sin autem simul facti sunt: ita etiam perfecti, vt non minus, quàm ipse mundus cui erant valde necessarij durarent. Non autem dicendum est vapores eorum esse seminarium. Ergo fluuij, sicut ipsum mare, ita constituti sunt, vt eorum esset scaturigo & cursus perpetuus. Quare non puto hanc vnam esse causam perennitatis amnium, quam Arist. exposuit. Plato verò in Phædone scribit Tartarum idest ingentem quãdam aquarum vim, quæ circum medium semper versatur esse fluminum principium. Quæ vltro citroque impulsa cursum amnibus consequentia quadam suppediter. Itaque vniuersi fluuij ex eius sententia in orbem feruntur, ad principiumque reuertuntur, vnde fluendi initium fecerint. Alij per eundem locum, alij per eum qui contrarij situm habeat, ex quo emanauerint. Sed tam ingens aquarum copia hætenus sub terra repta non est, neque vlla maior esse creditur, quàm ipsius maris. Tum si flumina rursus in medium influunt aliquando sursum versum contra naturam aquæ feruntur. Quod etiam argumentum valet aduersus quosdam theologos, qui flumina opinantur è mari erumpere ad idemque redire. Quod satis non explicat, nec aliud afferunt ad id suadendum argumentum, quàm oraculum illud Ecclesiastes, Omnia flumina intrant in mare & mare non redundat. Ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur, vt iterum fluant. Sed ea quæ sunt naturæ non sunt ex religionis, sed ex naturæ principijs declaranda, vt demonstrationis, & ra-

Platonis opinio de fluuijs refellitur.

tionis tradendæ scientiæ præcepta teneantur. Præsertim cum certum non sit, ita vt illi volunt oraculum illud esse intelligendum. Nam multi non indocti viri ad mare reuersti flumina declarant, si prius in vaporem se verrant, deindeq; in aquam cogantur. Sed mihi videtur auctores omnes hi non nihil afferre causæ scaturiginis & cursus fluuiorum, ne minem tamen totam causam enodasse. Quod autè aliquid aqua pluuiæ conferat ad ortum & cursum fluuiorum argumento satis manifesto est, quod hyeme & cum aqua pluuiæ abundat, maiorem aquæ copiam scaturigines & amnium initia præstent. minus autem æstate scateant & cum imbres defunt. Quod autè in hoc tota eorum causa sita nõ sit, ex eo constat, quod multa illustra flumina satis belle magna siccitate fluant. Tum in profundo terræ ad quod aqua pluuiæ, fortè aut nihil, aut parum peruenit aquarum riuu fluere reperiuntur. Quod autem in vaporibus non nihil huiusmodi causæ sit, ex eo perspicitur licet quod Aristot. multis persequitur maximos quosq; fluuios ab editis & montosis locis fluere fontesque & fluuiorum initia altioribus locis esse proxima. Quod autem hoc totam huius rei causam nõ complectatur liquet ex eo, quod multa loca montes habent, quasi sponsa suspensas, tamen nullos fluuios exhibent. Imo si montium & prominentium locorum partes, quæ aquam ex se fundunt, cum illis comparentur quæ nullam emittunt, ad modum paucæ erunt. Nec satis hoc incommodum Arist. depellit dicens paruos esse montes, qui impediunt, vel saxorum asperitate, vel argillæ copia præditos. Nam multi

Ratio fluuiorum exponitur.

*Mare im-
primis cau-
sam esse flu-
minum.*

sunt altiores & aptiores ad aquam effundendam, quam ij, qui aquam reddunt. Ex saxis enim & rupibus non admodum editis ego flumen non paruum in Betica scaturire vidi. Planius igitur eis declarandum est, qui in vaporibus causam ponunt, cur ab alijs montibus flumina manent ab alijs non manent. His argumentis perspicuum est, non solum a mari flumina aquam accipere, vt theologi quidam opinantur. Ego tamen mihi persuado mare cum primis causam & principium esse fluuiorum. Quod vt planius faciam animaduertendum est duobus modis aquam naturaliter posse moueri. Vno modo dum deorsum suavi fertur alio modo sursum non per se, sed vi alterius causae illam extrahentis. Positum enim est calorem humore pasci, & vndique ad se humorem adlescere. Licet ergo illum ex inferiore loco ducat nutu naturaliter sublimem fertur, quia vi naturalis causae locum superiorem capessit. Experimentia etiam constat, nam lana, vel cooperta, si prope aquam sit breui temporis intervallo tota humida redditur, eius calore aquam ad se eliciente. Dicitur etiam esse terram non modo frigore & siccitate, sed etiam calore & humore, vt res alias concretas esse coagmentatam: calore autem extrahit humorem e mari quo partes eius haerent & ipsa consistit. Quo etiam fit, vt fossis & scrobibus ipsa sua natura aquam quasi sudet. Si enim modica lana suo calore aquam proximam attrahit. Quo magis tanta terrae vis a tanta mari ei circumfusa aquam petet & alliciet. Hoc ergo modo mare in totum se terrarum orbem influet. Multae etiam maris partes multis terrae par-

tibus altiores sunt, id enim mathematici ostendunt. Compertum etiam est vt Arist. narrat mare rubrum tota Aegypto altius esse id: quod alijs maris & terrae partibus vsu venire necesse. Etenim sine dubio terra, quam aqua medio, quod terrae locum est, vicinior est. In eas ergo partes aqua maris suo opte nutu continenter per terrae venas, atque cauernas labitur. Quod in causa est illorum magnorum amnium & lacuum quos narrat Asclepiodorus, Philippum Macedoniarum regem per certos & mirifice gnaros homines in terra visceribus inuenisse, quibus ante effodiebantur metalla. Quos ex vaporibus in aquam coactis ortos esse ridiculum esse videtur. Initia vero fluminum sub montibus sita sunt, quod iugaeque faciles & apertos exitus habeant, quod plano & aequabili cuique loco non accidit. Id ipsum colluiones declarant, qui repente oriuntur: quod aqua per occulta itinera in vnum locum paulatim confluens, cum exitum nullum inueniat, ita augetur, vt terrae glebae constipatae eius cursus non possint resistere. Fluuiorum autem aqua non est salua: quia per terrae venas percolata tale saporem amittit. Neque sursum versus flumina, vnumquam feruntur cum non in eundem locum ex quo eruperint, sed in contrarium labantur. Nam semper a superiori mari, vt terras alluant prodeuntes, in inferius influunt. Quod quidem cum superiori copulatur, & ei aquam subministrat, ita natura disponente, vt mare incuruum sit, & inflexum, quod eius cursus, quo agitur ab ortu in occasum, & a Septentrione in Austrum causam, vt dictum est, Arist. esse voluit. Qua doctrina valde illa questio illustra-

illustratur quae veteres agitasse Arist. vult. Cur enim continenter quosdam flumines multitudinem innumerabiles & magnitudine immensam in mare influant, nullo modo mare augetur? Et tanta vis aquae in conuulsam appareat? Non enim minus multa flumina a mari oriuntur, quam in mare influant. Quis autem homo intelligens non videat ab Arist. ad non explicati dicente flumina cum in mare dilabuntur, quod in locum amplissimum vastissimumque effundantur statim eorum aquam exarescere, atque consumi. Sicut si in magnam mensam aquae cyathus diffundatur, facilius multo exiccatur, quam si vase collectus contineretur. At si in arida valde mensam aqua decideret, ita forte eueniret. Sed si aqua multa esset perflua, aut in vas amplissimum aqua plenum diffunderet, cur non amplius eius augetur virtus, quam si exiguo vase includeretur? Nam illud explanandum est, quod ad aquas in primis spectat, cur fontes & putei hybernis temporibus calidiores sint, quam aestate. Huius rei causam Hypocrates tradit, quod humore hyeme terra, ita constipatur, atque constringitur, vt quia eius spiritui non sit calefcat. Et ita fontes & loca sub terram calidiora fiunt. Nam hac de causa stercus coaceruatum calet magis, quam sparsum, vestes complicatae, atque compressae pelliceae praesertim inter se adustae putrescunt. Sed putei & fontes aperti cum spirare possint nihil tamen minus calidiores hyeme redduntur. Non igitur satis huius rei causam Hypocrates explanat, Galenus vero dicit, nec aestate, neque hyeme calorem fontibus addi, neque deimi aestate, sed tactum modo nostrum

*Cur mare
fluminibus
non augetur.*

*Cur hyeme
fontes sint
calidiores.*

commutari. Qui quoniam aestu calet, aqua frigidior videtur. Hyeme vero, quia friget, calidior. Ita enim in balneis vrina frigida tactui est, extra vero calore afficit. Ita etiam experimur si aqua aliquantulum calida in balneo adhibeatur. Sed haec est incredibilis sententia. Etenim si non re ipsa, sed comparatione tactus frigus augetur & calor. Ergo cum aquis fontium & puteorum, ita tactus frigescat, vt hyeme frigere solet, non amplius eius aquae frigus erit infestum. At si diutius puteis, vel fontibus corpus nostrum detineatur, frigore concimur, atque morimur magis ergo quam hyeme frigescent. Huc accedit, quod expirationes & anhelitus puteos & fontes excitare videmus hybernis non autem aestiuis temporibus, ergo maiore afficitur calore hyeme, quam aestu. Illa Arist. ratio verior. Sed mihi magis placet, vt terra aestu circumfusa calore frigus intro compellat, contra vero gelu circumdata in eius viscera se calor recipiat. Quam rationem vulgus philosophorum antiperistasis nominat. Quidam tamen huic rationi id incommodi putant accideret, quod accidens moueret loco, quod fieri non potest. Nam si moueretur per se, esset per se, ac plane essentia, atque substantia, cuius proprium esse dictum est, vt per se extet. An non accidens per se loco pellitur, sed per aliud, per spiritum nimirum in quo est, spiritus enim & aer tenuissimus per omnia corpora caedua manat. Qui vt leuissimus est, ita perleui momento vltro citroque impellitur. Rebus autem vt natura dedit quo essent, ita quo se tueantur. Fuga vero saepe contrarij sibi salutem & incolumitatem quaerunt. Quare calidus

dus spiritus vehementiorem spiritum frigidum declinat ac fugit. Haec igitur de salis & dulcibus aquis dictum sit.

Cap. 8. De terra & eius partibus.

Verba fecimus de effectis ijs quæ supra terram in aere & in aquis accidunt, nunc ad terram ipsam peruenientes ea tractemus, vel potius tangamus, quæ in terræ partibus, ac visceribus vsu ueniunt. In quatuor autem partes partitur tota terra, quibus continetur ea omnia, quæ ipsius molles am bitu suo cingit, atque coeret, in puluerem lapidem succum & metallum. Hæc uero ita sunt terræ partes, ut eius etiam formæ & species non ualde improprie nominari possint. Nam & terra sunt, & ex eis terra tota coagmentatur, atque componitur. Puluis autem est ea terra quæ aspersione aquæ lutum & gleba fit & manu subigi & aratro potest, cuius est multus in agris colendis usus. In hac parte numeramus lapides ad ædificia extruenda accommodatos, qui aqua madidi molliuntur, quod ad puluerem facile redigi queant. Huius uero terræ multæ sunt differentie, uel ex ipsa partium compositione & collocatione, uel ex coloribus, saporibus, & odoribus, & locis in quibus sunt ductæ. Ut aliæ macræ sint, aliæ pingues, aliæ medioctes, item aliæ raræ, aliæ spissæ. Sunt etiam molles & duræ, læues, & asperæ, & utriusque differentie aliæ sunt interiectæ. Rursus sunt albæ, nigræ, luteæ, rubræ, purpuræ, virides, ceruleæ, fuscæ, & quæ cinerem imitantur. Præterea dulces, pingues, acres, attingentes odore, uel suaves, uel in-

Terra partes numerantur.


suaves. Ex locis etiam distinguuntur, ut Lemnia terra Erethria, Samia, & aliæ similes. Item puluis aut simplex est, aut concretus. Simplex est cui alia terræ pars non est admixta, ut Ochra. Concretus qui est cum alia terræ parte confusus, ut melia, cui nonnihil est succi aluminis adiunctum, & mistum genus ex metallis. Succus uero concretus est ea terræ pars subdura, quæ aqua aspersa non mollis redditur, sed potius liquatur & facile frangitur. Diuiditur succus in macrum & pigue. In primo genere ponitur, sal, nitrum, chrysolilla, erugo, ferrugo, attramentum sulfurium, alumen, & si qua sunt alia. Ad alterum genus pertinet sulphur, bitumen, sandafaca, antipigmentum. Lapidem autem sunt, qui neque molliuntur aqua, neque igne liquantur. Qui in tria genera ita distribui possunt. Quidam uel & natura sua fulgent, atque nitent, qui gemmæ & margaritæ uocantur, ut Adamas pyropus, & alij multi. Alij tantum expoliti fulgēt, ut marmor cuius sunt multa genera, alij neque expoliti fulgēt, ut silix. Metallum autem forme numerantur, aurum argentum, æs, ferrum, stannum, plumbum, argentum uiuum & si qua sunt alia quæ omnia concreta sunt præter argentum uiuum. Quædam metalla non simplicia, sed mixta existimantur. Ut Electrum ex auro & argento conflatum, stannum ex argento & plumbum. Quidam etiam lapides, quod liquantur metalli admixtione concreti esse dicuntur, ut Pyrimachus, & alij lapides, de quibus narrat Aristoteles. Est etiam Chorinthium, quod multi pretij fuit ex multis quoque metallis mixtum esse credebatur.

Non-

Nonnulli uero conati sunt lapidum & metallorum materiam, efficientem causam, formam, ac denique totam naturam & compositionem exponere. nihil tamen profecerunt. Nam causas remotissimas, & ualde communes afferunt, & quæ parum rem illustrent & aperiant. Albertus materiam lapidum & metallorum dicit esse humorem & siccitatem. Parum quidem addidit primæ rerum omnium materię. Quæ enim res naturalis non humore & siccitate constat. Nec luminis aliquid affert. Adiungitur humorem lentum esse oportere, atque tenacem quemcumque enim humorem, quo aliquod corpus conerescit, tenacem esse necesse est, quod alia contineantur, & copulentur. Auicenna lentum quendam lutum lapidum materiam esse tradit Georgius Agricola lutum & succum frigore uolenti concretum. Sed hanc esse remotam & assumptam ualde materiam ex eo facile cognosci licet, quod tam multiplicitate sit uariæque lapidum rationi communis. Quare propria cuiuscumque lapidis natura non amplius ex ea constat, quam ex prima communique naturalium rerum materia singulorum generum propria atque cognata. Aristoteles autem uaporem & exhalatio-

nem lapidum, metallorum, & eorum omnium, quæ foduntur, & eliciuntur e terra, sicut quæ supra terram generantur materiam, atque efficientem esse ponit. Veruntamen in has causas mens intenta infixaque intelligentia nostra facile cetera capit, quæ ad confectionem eorum, quæ supra terram gignuntur, spectant, eo, quem sigillatim exposuimus, modo: at non ita tot lapidum metallorum puluerumque, his fundamentis attingimus rationem. Sed his positis rudimentis non minus rudes & ignari in tot rerum singularum compositione esse uidemur, quam ante. Sicut ergo eorum, quæ gignuntur e terra & animalium naturæ non ex scientia, sed ex usu, atque experientia petenda sunt, ita harum rerum. Quare ad historiam potius pertinet, sicut plantarum & animalium, quæ in rebus singulis tota cernitur, quam ad rerum scientiam quæ in uniuersis versatur. Et contemplatione potius quam experientia & rerum singularum usu comparatur, & hanc partem

iam nos alijs relinquitur.



DIDACI ASTVNICA
EREMITÆ AVGVSTINIANI PHYSI-
cæ, Liber nonus.

CAP. I. De animo



Quoniam res oēs naturales, quæ nobis sunt ad disputandum propositæ, vel vitæ sunt participes, vel ex partes deseruimus autem de ijs, quæ vita vacant duobus proximè superioribus libris, deinceps de illis quæ viuunt agamus. Quod si disciplina & scientia omnis in rebus præclaris & magnificis numeratur certè illa præclarior & excellior est, quæ in rebus magnificentioribus & mirabilioribus cernitur quibus duabus de causis hæc physicæ pars alij anteponenda est. Et sine qua naturalis reliqua doctrina rudis & imperfecta sit nec multam vtilitatem & delectationem afferat veritatis & scientiæ cupidis. Quæ viuunt autem animo viuunt, obeunt autem mortem, cum animam agunt. Itaque tota huius speculationis difficultas in peruestiganda animi natura sita est: quæ adeo est oculata, atque recondita, vt Galenus peritissimus philosophus & medicus postquam multa speculatus & perscrutatus fuerit, literisque mādauerit tandem fatetur se animi essentia & naturam ignorare. Multi vero philosophi, vt Democritus, Leucippus, & alij cum cernerent ex eo cognosci rem quamuis, vtrum animo prædita sit necne, si motu cieatur, an non. Animum esse tradiderunt, quod primum ac maximè mo-

*Animicog-
nitio diffi-
cilis.*

ueat. Qui licet animi naturam & substantiam non attigerint, non multum id affirmantes à proposito aberrarunt. Est enim animus principium & causa motus. Sed cum id quod moueat speciatim nominaret valde sunt decepti dicentes ignem & calorem animum esse: quod in his multa vis sit eorum corpusculorum quæ ramenta vocantur, quæ in radijs per fenestras introeunt: quorum concursum & dissipationem causas esse crediderunt naturarum omnium. Horum porro, quæ rotunda sunt, ea animum esse dixerunt. Quod eiusmodi fluxus facilius per mundum peruadat & moueat cetera omnia, cum ipsis etiam pulsu agitentur. Siquidem opinantur animum esse, quod motum animantibus afferat. In eadem sententia Pythagoras esse videtur & multi eius discipuli. Eorum enim nonnulli animum esse docuerunt ea corpuscula, quæ in aere circumferuntur, quæ quidè perpetuo motu agitantur, etiam si tranquillitas sit. Sed licet animus ex motu cognoscatur: motus ad eius naturam non spectat. Non enim ei motus per se vique sua conuenit. Siquidem non per se pulsu agitur villo. Non enim deorsum neque sublimè per se ferri potest. Neque enim grauis per se neque leuis est. Nec vi sua crescit, nec decrescit: nec enim quantitas est coniuncta, neque se iuncta. Nec vllam etiam commuta-

*Animi opi-
niones va-
rie.*

*Motus ad a-
nimum non
spectat na-
turam.*

tionem

tionem accipit, quia non qualitas. Cuiusque nulla sit alia præter hæc motus genera, nullo motus genere sua natura animus comprehenditur. Nec etiam tota eius natura consistit in eo quod motu cieat. Multa enim vel per se, vel per aliud motum afferunt quæ per se & natura sua non sunt animis. Ex motu ergo animus esse cognoscitur. Minime vero quid sit, aut eius essentia, atque natura. Quod autem nec ignis sit, nec corpuscula, illa quæ ramenta vocantur, licet rotunda sint, ex eo perspicitur licet quia generatim corpus animum esse non potest. Nam quod viuunt & animans est substantia est per se consistens. Non ergo ad corpus accedit quod in genere substantiæ collatur. Esset enim potius per aliud, quam per se. Sicut cum corpus candidum & calidum esse dicimus: quod calor & candor corpori adiungatur. Iam vero animus sua vi non totum cõcretum significat, sed potius partem eius, corpus autem per se totum indicat cõcretum, non ergo animi corpus esse potest. Quod illi philosophi præsentire, vel indagare vel se videbatur, qui animum rem esse tradebant maximè corporis expertem. Aut quod ex partibus minutissimis constaret. Itaque nonnulli putarunt ignem esse, quod vnum ex omnibus elementis maximè corpore vacet: Diogenes autem & alij hunc aera esse credit, quod sanè tenuissimum sit. Democritus autem animum à mente non differre existimauit, hanc autem constare ex primis & ex his corporibus quæ diuidi non possunt. Alij autem exhalationem esse autumarunt. Verum enimvero satis non est dictis de causis ad veritatem animum in cog-

*Corpus ani-
mi non
potest.*

nere ponere, quod si maximè corporis expertis ex minutissimisque partibus existat. Sed in eo quod omnino corpore careat. Alia de animo tradita est sententia quæ plerisque probabilis visa est animum esse harmoniam, quæ temperatio & compositio quædam est contrariorum. Quam sententiam secutus est Galenus animum esse docens temperationem quatuor qualitatum caloris & frigoris humoris & siccitatis, vel calidi & frigidi humidi & sicci. At qui quodcunque corpus haberet animum, siquidem in quocunque corpore est contrariarum qualitatum compositio & harmonia. Multi etiam essent animi in quocunque animante. Non enim eadem permissionis ratione qua caro os temperatum est, & ita de partibus alijs in numerabilibus dicam. Iam vero contraria in genere accidentis numeratur, ergo eorum ratio ac cõfusio accidens est, non ergo essentia & ratio esse villo modo potest substantiæ. Huc accedit quod animus est principium & causa vitæ quæ in motu posita est, & philosophi animum eiusmodi esse quærebant, qui vim maximam ad mouendum & cognoscendum haberet. At temperationis & cõfusionis, siue rationis eorum, quodcunque armonia sit. Non est mouere, nec temperatio vlla sua natura præstat motum: sed res, quæ temperantur, aut confunduntur. Non ergo animus harmonia vel temperatio, vel compositio vlla est. Vt ergo melius animi naturam aperiamus eius prius genus, deinde differentiam inuestigemus. Apertè vero non inquiretur genus eius in illis decem rerum generibus, de quibus in metaphysicis verba fecimus. Nam

*Animum non
esse harma-
moniam.*

*Quod nam
sit animi
genus.*

res

res cōplectuntur, integras & absolute animus autē propositus est & res inchoata, atq; imperfecta. Alia ergo genera perscrutanda sunt, quæ sum⁹ in metaphysica; persecuti⁹. Diuisimus ergo totum rerum genus in ea quæ re sunt, vel cogitatione. Tū in res vniuersas & singulas, sed hæc genera quidem sunt ampliora, quā vt ex ea quicquam luminis explicari possimus ad animi naturam declarandam. Partiti etiam res sumus in totum & partē, quæ genera nonnullam quidem notionem afferūt animi naturæ. Nam animus sua vi pars est & non totum. Exiguam tamen genus propter amplitudinem eius, & multarum rerum confusione, animi cognitionem præstat. Distribuimus etiam rerum genera in causam & effectum, & in actum & potestatem. Quæ genera licet non minus ampla sint, quā alia, tamen Aristoteli placuerunt ad interpretandam animi naturam. Duplicem enim, posuit eius definitionē, vnius actus alterius principii genus esse voluit. Sed videtur hæc genera remotiora, quā vt rem propositam illustrēt. Sicut si diffiniretur homo corp⁹ esse rationis particeps. Elaborandum enim est, vt logici præcipiunt, vt genus propinquum & finitimum ad rem definitione declarandam accommodemus. Cum autem in differentia primæ definitionis ponit actionem & perfectionem esse corporis organici, siue quod vim habeat instrumenti potius pertinet ad explicandum, quo modo vita ad ministratur, quā animi rationem atque naturam. Aliud enim vita, aliud anima est. Quod autem addit vitam potestate habentis. Planum etiam & compertum est dialecticis

verba quibus conficitur definitio non actionem, sed potestatem significare, vt tam aptam definitionē reddes dicens, animal rationis particeps, quā si diceres, animal vim habens ad ratiocinandum. Deinde cum in secunda definitione ait esse principium alendi sentiendi & ratiocinandi. Perinde sit ac si dixeris animal esse corpus quod sentit & ratiocinatur. Philosophi enim partes sunt, aliquid genere definiendo formis eius cōmune querere si fuerit potius, quā ipsas eius formas explicare & diuisionem in definitionem includere. Quare vtraque animi definitio ab Arist. posita mihi certē non probatur, quod difficilis sit, obscura, remota & non nihil superflua. Cum facile & planē ita possit definiri, est forma corporis vitæ participis. Forma enim aperte significatur, id quod Arist. implicatē actione, vel perfectione, prima definitione declarat. Quo verbo satis amplā sophistis garruendi materiam dedit, vt exponant quid inter actionem primam & secundam intersit. Magna etiam inter eos disceptatio est quam multa barbarie verborū vix, vel fortē nunquam expriment in quo differat forma substantiæ à forma accidentis. Cum paucis verbis satis explanari queat. Forma enim substantiæ facit substantiam, accidentis verò forma facit accidens non substantiam. Vt viuētis animalis, & hominis formæ faciunt viuētē animal & hominem quæ sunt substantiæ genera. Qualitas autem candor & calor faciunt quale, candidū, & calidum quæ ad genus spectant accidentis. Quod autem quidam dicunt in eo præsertim differre quod accidentis forma accedat ad rem quæ

Animi definitiones quas posuit Arist. notantur.

Animi definitio.

In quo differat forma substantiæ, forma accidentis.

quæ iam re ipsa & actu sit, puta substantiam. Substantiæ verò forma ad rem, quæ minimè re & actione, sed sola potestate sit. Cum de prima materia differuimus ridiculū & absurdum esse demonstrauimus. Quem admodū in rebus alijs omnibus corporatis forma notatur per quā res est & suis muneribus fungitur & corpus tāquam materia quæ formæ subdit. Vt securis natura posita est in ea forma, qua cōstat ferro adiuncta. Vt si alia forma, vel ex alia materia fieret, non esset securis. Ita pupilla & aspectus oculum conficiunt, vt aspectu, qui eius est forma detracto oculo non relinquitur, nisi fortē eiusdem nominis. Ita animatum & quod viuit cōstat ex anima eius forma & corpore tali formæ subiecto. Et sicut forma est per quam res suis funguntur muneribus, vt securis secat sua forma, oculus aspectu cernit. Ita quod viuit animo viuit & exequitur munera vitæ. Inanimatum etiam ab animato vita distinguitur. Genus etiam definitionis à nobis traditæ satis declarat animum esse causam & principium eorum corporum, quæ vitam habent. Nam forma in causis numeratur continet enim naturam & essentiam eorum rerum quarum est causa. Et ijs, quæ viuunt, animus est eorum essentia, atque natura. Forma etiam est ea causa quæ finem nominamus, vt alio loco exposuimus. Ita & animus est finis ad quē totus apparatus instrumentorum, quæ in corpore vitæ particeps versantur, refertur, vt planius mox interpretabimur. Est etiam, quia forma, ea causa à qua motus proficiscitur, quam efficientem nominauimus. Res enim per formam effi-

ciunt, & sua munera obeunt. Ita quod viuit animo exequitur munera vitæ, augetur, alitur & sentit. Constat etiam è genere positæ definitionis, cur ex animo & eius corpore non multa, sed vnum existat. Quoniam, vt in metaphysicis explicuimus, ex forma & eius materia vnum efficitur sic vna redditur securis ferro & eius forma. Vnum candidum corpore candore infecto, vnus oculus pupilla & aspectu eius, vnum corpus vitæ particeps ex corpore & animo constat. Sed cum animus ex vita cognoscatur quod ipse vitæ præstet opererepretium est intelligere in quo vita posita sit natura sua. Aristoteles id viuere dicit in quo aliquid horum modò reperitur, vt mens, sensus, motus statusq; in loco. Sed his verbis neque vlla vitæ definitio explicatur. Neque satis tota vitæ ratio intelligitur. Motus enim per se, & status in loco in rebus grauibus & leuibus reperitur tametsi vita careant. Vita ergo corporis naturalis est motus eius suæ vi certis instrumentis ei natura in suis conflatus. Quam ob causam motus grauium & leuium non est vita, quia licet per se eis conueniat non fit tamen vllis naturalibus instrumentis, sed tota corporis molles vel ruit, vel sublimè fertur. Cum ergo vita motus sit ex motuque percipiatur, ex varia motus ratione vitæ varij modi distinguntur. Aut enim motus est actio, aut passio, aut mutatio, quæ licet in corpore cernatur, corporis tamen naturam vincit, & dignitate superat. Motus qui est actio eam vitam præstat, quæ ad alendum pertinet, quam degunt stirpes, & ea quæ terra gignit. Is verò motus, qui est passio, eius vitæ cau-

In quo vita posita sit.

Vita varij genera.

P p sa est,

sa est, quæ sensus est particeps. Quæ
lis est animalium vita. Ex mutatione
verò ea vita nascitur, quæ est ratio-
nis & mentis compos. Quæ homi-
nibus data est. Quam mutationem
appellamus: quia notionis non est
motus, cū corpore vacet, sed muta-
tio. Antecellit autem dignitate vni-
uersam corporis naturam hoc vitæ
genus, quia sua vi extra corpus coli
potest. Licet enim corpore cōtinea-
tur corporis opera, aut instrumento
non vitur, neque vti potest. Verfa-
tur enim circa res vniuersas, quas
nullum corpus potest attingere, vt
pluribus postea explanabimus. Ex
hoc ergo triplici vitæ genere, tria
etiam animorum genera oriuntur.
Vnum cuius opus in alendo est, al-
terū, quod ad sentiendū spectat, ter-
tium, quod ratiocinando munus
suum exequitur. Hæc autē animo-
rum diuisio non ita est consideran-
da, vt eius partes inter se discrepare,
sicut in alijs distributionibus pu-
temus. Sed ita sunt inter se affectæ,
sicut quod vitæ participat animal
& homo. Nam quicquid est perfe-
ctioni in primo attinet etiā ad secū-
dum & quicquid est in secundo re-
sident itē in tertio. Ita vis animi, quæ
suum opus sentiendo exequitur,
non existit sine vi, quæ in alendo
posita est. Et is animus, qui rationis
est compos, vindicat etiam sibi vi-
res alendi & sentiendi. Itaque de
his animis eorumque concretis, ita
disputabimus, vt prius de illo, cuius
munus in alendo cernitur quod la-
tius pateat disseramus, & ratio-
nem eorum quæ è terra oriun-
tur aperiamus, deinde de
alijs animis & anima-
libus verba facia-
mus.

*Tria anima-
rum gene-
ra.*

Cap. 2. De animo qui ad alen-
dum spectat.

AC primū dubium non
est quin is animus, cuius
opus in alendo est, in toto
corpore stirpium longè lateque, dif-
fundatur. Sicut quantitas ipsa & co-
lor. Nam ramus abscisus, atque de-
fractus aliquo tempore retinet ani-
mum & naturam suam, si enim
rursus conseratur, alitur & radi-
ces agit. Quorum etiam partes a-
nimi instrumenta sunt ad execu-
danda munera vitæ. Quippe quod in
animalibus caput est, id sunt radi-
ces in ijs, quæ oriuntur è terra. Fi-
bræ etiam oris & venarum locum
obtinent, quibus & cibus capitur,
per totum corpus defertur. Vtrum
verò radices sint sursum, an verò
deorsum controuersia est inter Em-
pedoclem & Aristotelem nomine
tenus. Vniuersitati enim deorsum
sunt, quia proprius quam rami fro-
des, & flagella, ad medium vniuer-
sitaris locum accedant. Ipsis autem
arboribus sursum esse, videntur,
quia prius cibum capessunt. Sicut
in animalibus caput esse sursum ere-
ditur, quod quidem radicibus pro-
portione respondet. Folia instru-
menta sunt, quibus inuolucra ope-
riuntur. Ipsum autem inuolucrum
fructum obducit. Et ita aliæ par-
tes animi sunt instrumenta, quibus
arborum vita colitur & propagatur.
Sicut autem animatum corpus in-
strumentis natura instruit, ita
animo facultates, & vires attribuit
ad officia vitæ obeunda. De quibus
antequā disseramus, nō recte mihi
videtur Arist. & omnes Aristotelei
huiusmodi animi facultates expo-
nere.

*Alendi vis
per totū cor-
pus diffun-
ditur.*

neri. Quinq; enim esse tradit ani-
mi facultates alendi, sentiendi, ap-
petendi, mouendi loco & ratiocinan-
di. Sed sicut animalis facultates
sunt, quæ in animal conueniunt,
quæ ex parte animal est: quare in to-
rum genus eas cadere oportet. Eo-
dem modo, & de animi facultati-
bus existimandum est, & sicut ra-
tionis esse particeps non est simpli-
citer animalis, sed talis animalis fa-
cultas, hominis nimirum: ita, & ra-
tiorandi vis non est simpliciter
animi, sed talis animi vis, sic & sen-
tiendi vis non est animi, sed talis
animi: idem de appetendi, mouen-
di que vi intelligo. Eas ergo nos
animi facultates ponemus, quæ to-
ti animorum generi conueniunt,
quales illæ sunt, quæ in animo
insunt ad alendum dato, quem si-
cut genus ad species suas, ad reli-
quos animorum ordines semper
accommodari diximus. Huius tres
tantum vires Aristoteles nume-
rauit, vim quæ res aluntur, qua au-
gescunt, qua procreant. Galenus
tamen doctus quidem alias duas
adiungit, vim astrahendi, & vim
expellendi. Tamen hæc quinque fa-
cultates in toto animæ genere re-
periuntur, & eis prædita sunt
ea, quæ gignuntur è terra. Qua-
re frustra Galenus earum vim in
animalibus demonstrat: tunicas &
earum fibras in iecore & ventre
narrans, quibus suis muneribus
in his partibus funguntur. Nam
cum in genus hæc vires cadant v-
niuersum, vel vniuersè debent ex-
plicari. Vel cum duæ solùm sint
differentes species ex vtraque e-
xempla proponere, vel saltem v-
triusque mentionem facere. Quod
Galenus præterijt. Hæ faculta-

*Animi fa-
cultates po-
nente ab
Aristotele
ponuntur.*

*Galenus no-
tatur in nu-
merando a-
nimi facul-
tatis.*

tes porò ob eam causam distin-
guntur, quòd vna reperiat sine
alia, vel aliam vsuuenit intendi, &
aliam remitti. Licet enim semper
alantur animata, non semper au-
gescunt, nec semper procreant.
Item contingit aliquando maio-
rem esse expellendi, quàm trahen-
di vim & è contrario. In calore ve-
rò vis in est calcificandi & allicien-
di tamen: quia semper istæ vires co-
pulantur, nec vna sine alia illud ma-
gis & minus sibi adiungit nihil à ca-
lore differre existimantur. Vis igitur
alendi animo est, à natura tri-
buta, quòd in corpore fluxo & ca-
duco habitet, quod nisi aleret diu
non posset sustentare: sed totum
sua natura efflueret, atque euanes-
ceret. Verum quia alendi facultas
tota in cibo versatur, vetus quæ-
stio fuit ab antiquis ex Aristotelis
ducta temporibus, vtrum cibus
similis an verò contrarius sit rei
alendæ. Contrarius enim esse vi-
detur dum mutatur, atque conco-
quitur, vt alat. Nihil autem à simili,
sed à contrario patitur. Contra ve-
rò similis cibus esse videtur: quo-
niam quæritur ad reparandum id
corporis, quod labitur & euanescit.
At illud erat simile: ergo similis vide-
tur esse cibus. Sed ista quæstio faci-
lè dissoluitur ratione cibi distingue-
da. Etenim vel est crudus cibus, vel
coctus: quatenus crudus est, ea ex
parte contrarium à contrario alitur
& ab eo quod alitur mutatur, & in
sui simile transfertur. Quatenus ve-
rò coctus est, simile à simili nutri-
tur. De illa autem vi cuius munus
est in augendo multis disputaui-
mus cum totum genus ortus, & in-
teritus rerum tractaremus nihilque
quod hic addi oporteat superfuit.

*Cibus simi-
lis ne sit an
contrarius.*

At qui ad nutriendum comode duae reliquae illae facultates trahendi & expellendi sunt necessariae. Trahendus enim est cibus, & expellendum est, quod nocet & superuacaneum est. Quidam his addendas esse putarunt duas alias vires retinendi & adiungendi. At qui vniuersum harum officium administratur vi trahendi, hoc enim ipso, quod trahitur facilius retinetur & copulatur ei, cui allicitur. Expellendi autem vis ita expromitur, vt quod alienum est & contrarium, si commutari non possit atque coqui in parte propinquo rem & infirmiore detrudatur. Vnaquaque porro, quod in ea incidit, in aliam repellente, quousque vel e toto animato corpore segregetur & excludatur, vel ad partem imbecilliore accedat, quam peli ab ea possit. Non nullis autem haec omnia ab igne geri videntur & esse causam alimentum & incrementum. Attamen adiuuat quidem calor, non tamen omnino causa est: sed animus in cuius instrumentum color & aliae primae qualitates numerantur. Nam ignis sua natura ignem gignit, quod autem nutritur, non igne sed simile efficit. Ab eius ergo forma, quae est animus, non ab igne alimentum praestatur. Omnium vero munerum & officiorum, quae natura dedit eis, quae viuunt, dummodo forte & temere nata non sint, nec partibus imminuta, sed absoluta, nullum est naturae accommodatius, quam vt sui simile procreent. Siquidem eodem magis natura studet vniuersum quodque rerum genus trahi atque seruare, quam res eius singulas, quod maior est vniuersitatis iactura & totum rei genus, quam eius res singulas interire. At aliae facultates rebus tribuntur, vt singularum utilitati consulatur, vis autem gene-

Nulla vis est magis naturae accommodata, quam vt sui simile faciat quae viuunt.

randi datur, vt totum rerum genus rebus mortalibus & caducis semper nixum extingui & funditus deleri non possit. Tum procreandi facultas rem, in qua est, declarat absolutam & perfectam esse. Est enim perfectae rei sui simile efficit. Alendi tamen facultas prima est & latissime patens animi vis. Ex ea enim sola, res vitam habere putantur, cuius munus in capiendo cibo positum est. Quae in duas diuiditur facultates vel et duae aliae vires tanquam ancillulae subministrant, trahendi cibum salutarem & expellendi pestiferum. De quibus iam viribus diximus. Veruntamen propter hanc pelendi vim Galenus & alij in ea opinione fuerunt, vt ea, quae terra gignit, sensu participare dicerent. Non enim posse fieri credunt, vt salutaris a pestifero cibo sine sensu vtriusque separaretur. At non solum animata, sed etiam res inanimatae fugiunt, quod nocet, & persequuntur vile, vt de spiritu frigido & calido diximus, in quibus imbecillior cauet fugitque valentior, & calor sua vi vndeumque potest elicit humorem. Ad haec, attractio & reiectio cibi actione fit, sensus autem passio, vt mox demonstrabimus: non ergo attractio & repellendi vis vllam sensus communitatem affert. His igitur viribus alendi, attrahendi, expellendi, augendi & procreandi, vita plantarum completunt. Quarum generationis causa & singularum earum generum narratio huic loco adiungenda & annexenda erat. Vt rerum naturalium ortus explicatio ab imperfectissimis incipiens, vt meteoris, per eas quae sunt perfectiores ad omnium perfectissimas, quales habentur humanae, perueniret. Tamen quia haec pars rerum singu-

Stirpes sensu non participant.

sensus non est actio.

singularum obseruatione & experientia constat: potius ad historiam, quam nos tora, vt in proemij tertio gimus, alijs reliquimus, quam ad rerum scientiam pertinere putamus.

Cap. 3. De animo sensus particeps.

Sequitur vt de animo sensus particeps differamus: nam post illum qui in alendo est, proximè latissime patet. Sine hoc enim illud esse non potest, cum ea facultas quae ad alendum pertinet, sine ea, quae sentiendo munus suum exequitur, in plantis reperitur. Sed cum nec Aristoteles nec Aristoteleis sensum definiant, nec de genere conueniant, nec differentiam vlllo modo explacent, vix ex eorum doctrina, eius natura intelligi potest. Quaramus igitur nos prius genus, quo sensus per se continetur. Quidam verbo se tradunt ad actionem spectare ita vt videre, audire & alijs sensibus vti sit agere. Sed si aspectus exempli causa videndo agit, quid nam patitur: non res quae extrinsecus occurrunt. Nihil enim paries. exempli gratia candidus cum cernitur, commutatur nihilque ab aspectu accipit. Nec oculus ipse aut videndi vis a seipso patitur aut aliquid accipit. Nihil enim sibi ipsi esse potest patendi causa. Si quidem agere & pati sunt contraria & in ijs quae ad aliquid referuntur ergo eodem rei nullo modo communitate possunt, ergo vnus, idemque oculus non potest agere & aliquid afferre sibi ipsi & etiam pati & aliquid accipere a seipso. Nam eadem res cum eodem collata ageret & pateretur: quod est maximè incommodum. Age verò quid nam oculus a seipso videndo accipit? Non speciem aut imaginem rei, quam cernit, cum extrin-

Quod sit genus sensus.

Sensus non est actio.

secus sumatur, quid ergo? eis id exponendum erat qui ista comminiscuntur & confingunt. Iam verò agit aliquid & commouet aliud, vt sibi simile reddat, vt calidum frigidum & siccum humidum & contra. Quid autem similius alio, quam idem sibi ipsi esse quit. Etenim ex eodem omnis ratio sumitur similitudinis. Docent etiam isti, cum sensus capitur, non fieri a re externa quae subest, vt aspectum a colore vel lumine, sed parari potius vim, vt ipse sensus det & efficiat sensum. At ex Arist. doctrina (cui ipsi assentiuntur) quod sensui subijcitur, cum commutat, vt sibi simile efficiat. Quod tum perficit, quando ad animum penetrat & ipsius sensus vnus habetur. At quicquid immutat vt sibi simile faciat vere agit. Negari ergo non debet subiectum agere & sensus afficere. Ac denique in metaphisicis multis pugnauimus de actionibus, quas isti vocant immanentes. Cum ergo sensus non sit in genere actionis, eius munus in patiendo & aliqua re accipienda situm est, in qua sententia plane & aperte Arist. est, qui si solus esset, pro multis locupletibus esse deberet testis. Ita vt animus omnis, qui vitam corpori praestat, ex quo pendet, sicut in primis ex motu cognoscitur, ita motu comprehenditur, & ex varia ratione motus distinguitur & ab alio separatur. Quiuis autem motus vel est actio vel passio. Agendo suum opus exequitur is animus, qui ad nutriendum pertinet, patiendo vero is, qui sensus est compos. Sed quare fortasse quispiam, quo pacto animus patiat. An eo modo quo efficit. Etenim quaecunque vis & facultas ex exitu reque, ad quam peruenit

Motus diuisio.

Quo pacto
patiatur a-
nimus.

poderatur, & iudicatur. Et sicut ani-
mo, cuius partes sunt nutrire, quia
officium agendo exequitur, vires
datę sunt ad agendum, & cibus sug-
geritur, qui pariat & accipiat, &
in quo vires suas exerceat. Ita ei ani-
mo, qui munus suum patiando exe-
quitur, vires sunt natura adiunctę
ad patiendum & inuentę res ex-
trinsecus, quę agant & sensus ip-
sos afficiant, quales sunt ea subiec-
ta, in quibus singuli sensus versan-
tur. Ex quo fit, ut alendi facultates:
licet die neque, nunquā facere de-
sistat, tamen nunquā defatigantur
neq; vlla lassitudine eorum officiu
impeditur. At sensus laborat ex ope-
re suo, & nō leui molestia iestatur.
Quia licet vtraq; vis sit naturalis, ta-
mē illa motu suo non cōmouetur,
quippe quę faciat, hęc verō totum
motū sustineat, quōd natura paria-
tur. Ostēdimus enim iā motū, qui
agendo & patiando excitatur, ab
agente proficisci, sed in eo, quod pa-
titur esse. Ex his ergo quę sensus
genere expiscando protulimus, faci-
lē tota sensus definitio aperiet. Est
ergo sensus passio, qua animus affici-
tur. Ex eaq; facile argumenta in cō-
traria parte dissoluētur. Vrgēt enim
aduersarij, si sensus esset acceptio, aer
sentiret, dū multas species accipit,
quibus sensus mouentur. At non
solum est acceptio, sed etiā ea, qua
animus afficiatur. Sed instat, ad ocu-
lū aliquādo species perueniūt, tamē
non videt, ut qti dormiunt oculis
apertis, aut multa cura intercludū-
tur. At istorum animus non affici-
tur: quia vel somno oppressus, vel an-
cipiti cura distractus, nec recogitat,
nec attendit. Sed dicunt, si in acci-
pienda tantū specie sensus suum
munus exequuntur, minime rerū

Sensus de-
finiuo.

distantiam oculi perciperent: ean-
dem enim speciem præbet, qui pro-
pe est & qui plurimum distat. At
quę interiecta sunt inter rem, quā
distare ponimus & oculum, quibus
quæuis distantia completur, sub as-
pectum cadūt & sui specie reddūt
& ita ipsa distantia cernitur. Quod si
re aliqua interiecta, quę emineat
impediatur, quominus specie sug-
gerat. Tūc quia distantia nō apparet,
cōiunctę vidētur esse, licet nō sint.
Ut cum sol & luna coniunguntur
in eo duntaxat discrepantes, quōd
propinquiora planius, remotiora ob-
scurius videātur. Ut ex picturis intel-
ligi licet artificiosę factis. Apta ergo
& vera est ea sensus definitio, ex
qua quęstiones & argumenta de
illo non difficilē explicantur. Illud
etiā non prætereundū est, licet diale-
ctici potius sit & in dialecticis a no-
bis positū est. Tamen quia ab Aristotele
& Aristoteleis multis hoc lo-
co commemoratur, illis morem ge-
rentes paucis dicamus. Definitio-
nis verba & ea, in quibus philoso-
phi doctrina versatur, non rē ipsam
& actum, sed vim eius & potestatem
potius significare. Nō autē quancū-
q; potestatem, nā remotā non cu-
rant, sed propinquā. Ut sensum ha-
bere putamus, non eum duntaxat,
qui sentit, sed etiam qui sentire po-
test. Sed non quomodocunq; pos-
sit. Non enim canem ante decimū
vel duodecimum diem, cūm natus
fuit, vim habere videndi dicimus,
nec videre. Sicut nec rudis puer
sciens esse nominatur, licet discere
possit. Sed illum scire putamus, qui
grammatica vel alia scientia prædi-
tus est. Duobus ergo modis sen-
sus & vulgo, & a philosophis di-
citur, quorum vnus facultas quę-
dam

dam est. Nam id, quod habet audiē-
di vel vidēdi vim, etiam si dormiat
audire vel videre putamus. Alter
autem modus actio quędam est, ut
qui hęc ipsa munera re ipsa exe-
quitur. Animaduertendum etiam
est, ne vno quidem modo pati dici,
sed vnū genus est, cūm patitur id,
cuius aliquid interit, ut patitur cali-
dū, quia eius calor extinguitur. Al-
tero modo cum nihil interit, neque
vlla iactura fit, sed perficitur & absol-
uitur, potius quod inchoatū aut ei
commodū est, quod accedit: sicut
cūm sciētia quispiam augetur. Hac
vero ratione sensus munere suo
fungendo patitur. Cōmodo enim
suo ad opus exitumque deducitur.
Quis enim nō vtile putet sensibus
viri, quippe qui propter vsum expe-
tuntur. Patitur autē sensus a re ex-
trinsecus obiecta quousque similis
ei reddatur. Quod tunc fit, cūm ad
sensum penetrat & in eo imprimi-
tur, quo animus præsens afficitur &
eius notitia constat. Id quod postea
ampliū explanabitur.

Ca. 4. De ijs quę sensibus obijciuntur.

DE sentiendi viribus egi-
mus, nunc de ijs differa-
mus, in quibus huiusmo-
di vires versantur. Ea ergo, quę sub
sensum cadunt vel comprehendun-
tur per se vel per aliud. Per se ea,
quę sua vi sensum mouent, ac sui in
eo speciem imprimūt. Ut aspectum
per se mouet color, auditum sonus,
vtrūque magnitudinem & nume-
rū. Per aliud, quod per se ad sensum
nō penetrat, sed adiūgitur ali, quod
sua vi penetret. Ut animal & homo
& monachus sub sensum nō cadūt,
videri tamen dicuntur: quia eorum

Diuisio eo-
rum, quę sen-
sus mouēt.

color & figura sensu percipitur. Per
aliud ergo, nimirum per figuram &
colorem sensum mouent. Rursus
ea, quę per se mouent, alia sunt pro-
pria cuiusdam sensus, alia sunt cō-
munia vel duobus vel pluribus.
Propria sunt, quę in vnum modū
sensum cadunt, neque ab vllō alio
per se percipi possunt. Ut proprium
est subiectum aspectus color & lux,
auditus, sonus. Illa verō ratio perfec-
ta & absoluta proprii subiecti est,
quę causam vniuersam contineat,
cur sensus sentiat: quę vno nomine
aliquando non potest declarari. Ut
sonus amplectitur totam audiendi
causam: nihil enim sub auditum ca-
dit, nisi sonans. In sapore tota gusta-
tus ratio sita est. Quia nulla re nisi
sapore gustatus capitur. Quod autē
aspectui subest & tactui vno nomi-
ne non declaratur. Quicquid enim
aspectu comprehenditur, aut colo-
re tingitur aut luce illustratur. Itaq;
vterq; est causa aspiciendi non alte-
ruter. Ita quę ad tactū pertinet, vno
nomine non comprehenduntur.
Quōd dissimilib⁹ de causis ad opus
accommodetur. Aut enim quod ei
obijciatur calidum vel frigidum est,
aut siccum vel humidum. Si quod
autem esset nomen vel animi no-
tio, quę dissimilitudines has com-
plecteretur, esset vtrique totum ge-
nus eorum, quę tactui vel aspectui
subijciuntur. Ex hoc facile constat
species proprii, generis eius,
quod sensui subest, non ita propriū
esse sensus subiectum. Non enim
propter rationē speciei, sed propter
rationē generis sensum mouēt. Nā
aspectus cādore mouetur, nō quate-
nus candor est, sed quatenus color.
Ex hoc autē verū esse intelligit id,
quod Arist. pronunciat proprium

sensus subiectum describens, in illo errore non versari. Si enim nulla re mouetur auditus, nisi sono, si audit, sonum audit. Fallitur tamen in eo quod sit sonitum dans. Sicut si cernit aspectus, cernit, vel colorem vel lucem. Si visio est, vel coloris est vel lucis. Non tamen illius rei, vel talis coloris, qualis, qui videt esse putat. Haecenus de proprio sensus subiecto, nunc de communi. Quod quidem est quod non vno duntaxat percipitur sensu, sed etiam altero, vel multis, vel omnibus. Vt magnitudinem videt aspectus auditus, tangit tactus plures etiam, vel vna re cernit oculus esse, quod sibi offertur. Audit auris, tractat tactus. Ita communia sunt multis sensibus, quae in genere quantitatis reponuntur, ut corpus, magnitudo, multitudo coniuncta, vel separata, quantitas & alia, quae ex quantitate pendent, ut figura asperum, & leue motus item & status. Sed nonnulli perire quaerunt, vtrum cum aspectus, vel alius sensus sentit, quod ad eum spectat, moueri. Vt exempli causa album corpus moueri, vtrum aliquid praeter colorem & lucem in aspectu imprimatur. Nam si nihil aliud imprimatur, ergo nihil aliud aspicitur. non ergo motus sub aspectum cadit. Sin autem aliquid aliud imprimatur, ergo non est lux & color proprium aspectabile in eam sententiam, quam proximè explicuimus. Siquidem aliud praeter haec aspectum mouet. At quae sensus communiter attingunt, non penetrant quidem ad illos imagine vlla, aut specie sua, dicta de causa. Sed tantum propriam cuiusque sensus speciem modo quodam afficiunt. Vt aliter obijcitur aspectui album, quod mouetur, quae

Si sum communia specie sua non mouent sensus.

quod stat, & aliter cadunt sub auditum voces plures, quam vna. Et aliter afficitur tactus & aspectus figura globosa, quam quae rectis lineis confecta est. Illud etiam proprijs cuiusque sensus subiectis commune est, Vt formis tantum suis efficiant, & sensus moueant, non corporibus & tota sua substantia, sensus que ipsi qua ex parte sensus sunt, vt a formis tantum patiuntur, ita formas tantum proprias, & in quibus sensus vnusquisque versatur, accipiunt. Vt odoratus ex toto corpore odore praedito nihil nisi odorem capit, oculus non nisi colorem, vel lucem. Nam ea vis & natura sensus est, vt accipiat sine materia formas ad eum pertinentes. Vt cera annuli formam sine auro recipit & signum quodcunque in ea imprimatur, non qua ex parte aureum, aut aeneum, aut ex alia materia factum, sed qua ex parte tali forma est. Ita sensus quiuis accipit eam formam & speciem propter quam ipse comparatus est, sine materia & alijs formis, quae in eo sunt, quod ab eo percipitur. Vt mouetur aspectus ferri colore & luce, quae ab eo refertur, non ipsa ferri substantia, aut vlla alia eius qualitate. Tactus autem non colore, nec luce eius, sed frigore, vel calore, vel humore, vel siccitate. Aliter enim ignis adurit, & aliter sensum tangendi mouet: adurit enim carnem tota sua substantia non solum calore. Corpus enim eius adiungens & se permiscens carni & lignis ea comburit. Excitat vero sensum non sua substantia, sed calore tantum. Pictores quoque colorant picturas, quas faciunt, non coloribus modo, sed tota corporum substantia, nam res illas adhibent, quae eo sunt tinctae colore, quo picturam imbue-

Quo pacto sensus patiatur.

buere volunt. Itaque in eo quod formas sensus accipiunt, nihil differunt ab alijs rebus, quae patiuntur, sed in eo quod sensus passione animus afficitur, vt iudicet. Aliae vero res sensus expertes, licet vere patiuntur nullus animus adiudicandum commouetur. Ea porro proportione temperatio cuiusque sensus compacta est, vt nullus vllam formam sua vi accipiat praeter eam, in qua sua natura versatur. Quam proportionem dissoluunt ea, quae in sensus cadunt si qualitatibus his quibus sensus afficiuntur, valde excellent. Fit enim in sede sensus vehementior motio, quam ea ratio, atque proportio, in qua sensus consistit tolerare possit. Quemadmodum concentus non cohaeret, si chordae vehementer pulsantur. Ex hoc etiam quod hoc loco quaeri potest explicatur. An aliquo pacto afficiatur a colore exempli gratia id, quod non cernit, & ab odore id quod non olfacit, & sono id, quod non audit. Nam quercus & alias arbores tonitru frangi & decerpi videmus. Verum ea, quae sensu vacat, cum eas formas non possint accipere, quae ad sensus attinent, nihil ab eis vlllo modo commoueri possunt. Tonitru vero ligna quatehnt. Quia illo aere vehementi fragore impelluntur. Quare aeris potius substantia, quam sono ligna afficiuntur.

Sensus labefactatio quo pacto contingat.

Cap. 5. De modo quo sensus moueantur.

Quomodo sensus qualitates percipiant.

Sed grauius controuersia est inter Aristoteles & alios Philosophos de modo, quo sensus eas qualitates in quibus cernuntur percipiant. Non enim subiecta ipsa sensus per se mouere existimant, sed

per species quasdam, quas a se fundunt. Dum autem harum specierum rationem exponere conantur, pugnantia dicunt & quae nullo modo cohaerere & intelligi possunt. Nam si quaeratur ex eis, vtrum vires sentiendi illas species eliciant: an ipsa illas subiecta producant? nemo id declarat. Neutrum tamen contingere quit. Etenim facultates sensuum ostendimus esse ad patiendum, non autem ad agendum. Et qui vim in sensu agendi esse ponunt, non in eo si tam esse tradunt, vt species eliciat, sed vt sensum & rei notitiam det. Iam vero si difficile videtur eis, quod oculus res, quae longissime absunt, vt stellas comprehendat perse, nisi per species ab illis ad terras vsque prolatas, cur & non eisdem difficile videatur, quod oculi tan longo interuallo diiuncti vim habeant trahendi species. Quid? subiecta ipsa non ea visunt vt reddant species illas. Colores enim sunt qualitates secundae, in quibus non est tanta agendi vis, vt tot species circum circa profundant. Tum exponant, quae naturae vi illas proiciant. Non enim earum opus esse tradunt, nisi insentiendo. Si igitur solum propter sensus quaeruntur, in sensus potius earum productio amanda est. Frustra enim natura tam varijs colorum formis totum aerem compleuisse videtur. Si porro de harum specierum agatur natura absurda multa & in erudita respondent. Siquidem esse contendunt non re, sed intentione, quod illi barbarè vt alia loquuntur, habere esse intentionale. At intentio & ad animu & ad corpus a latinis refertur. Nam dicunt animi & corporis intentionem. Si putant in animo esse non ergo sunt in

Species quas vocant intentionales non esse.

loco intermedio inter aspectum & rem, quæ sub aspectum cadit, nam ista corpora sunt. Sin autem corpus attingant, cur re non sint, sicut colores, figuræ & alia, quæ ad corpus spectant. Præsertim cum ex eorum doctrina sint qualitates extensæ atque diffusæ. Si qualitates cur re ipsa non sint. Cum id, quod est, in decem rerum genera distribuatur, quorum vnum est qualitas. Deinde qui fieri potest, ut extendat per corpus, & diffundatur, quod re non est? Sed est consideratione dignum, quomodo explicent illud suum esse intentionale. Quod minus sunt materiæ participes, quæ ipsa subiecta, ex quibus deducuntur. At si minus sunt materiæ participes, materia participat. Cur ergo re non sint, sicut res aliæ, quæ ex materia fiunt? Forma etiam quæcunque minus est materiæ participes, quæ ipsa materia, nec tamē propterea minus est, sed multo magis re ipsa, quàm materia. Ad hæc illud magis aut minus esse participes accidētis est, ut multis Arist. declarat in Topicis. Nō ergo mutat rei naturā. Ut magis albu albu est, sicut & minus. Ergo quōd minus materia participet, non facit, ut ad aliud genus pertineat, quam quod est materiæ participes. Hac ergo de causa non secundæ sunt res in eas, quæ sunt re ipsa & in eas, quæ intentione consistunt. Sed aliam profertur causam cur esse intentione aut tument, quia sensus mouent. At subiecta sensuum mouēt sensus: sint ergo intentione, nō re, quo nihil absurdius. Age vero quicquid est ut in metaphysicis ostendimus, vel est re vel mente & cogitatione. Si re ergo non sunt species rerum sed res meræ: sunt ergo mente: ergo planè

neque sunt nec vilo modo diffunduntur aut sensus mouēt. Sicut res aliæ, quæ mente & intentione tantum existunt. Præterea tradunt species interijci inter sensum & re, quæ ei obijcitur, quōd ab eo percipiatur. At res obiecta è locis infinitis ab aspectu cernitur. Nam spatium intermediū in partes infinitas secari potest. Videam ego exēpli causa & videant alij è terris stellam vtrum vna eademque specie ab omnibus videatur an diuersis: Si vna: eadem ergo res, in locis est infinitis. Si diuersis: ergo species infinitæ in toto spatio insunt. Cumque eodem spatio res aliæ multæ circumcirca dispici possint. Exponant quo pacto species innumerabiles vno spatio coniungantur & inter se permisceantur, & ad varios locos distinctæ perueniant. Causam etiam efficientem demonstrēt, cur ex vnoquoque sensus subiecto tot species manent, quot loca sunt, ex quibus possit sentiri? Sed quidam dicunt ita aspectum specie, sicut lumine commoueri & sicut vno lumine multi oculi afficiuntur ita & vna specie. At vel species oculorum lumen est, vel naturam luminis imitatur. Si lumen esse dicant illis forte non repugnabimus ut multis iam iam declarabimus. Verūm hæc luminis naturam ad aliorum sensuum species accommodent. Sin autem non lumen, sed luminis similes species esse existiment, aliam eius naturā expriment: & in quo à lumine differāt. Et sicut luminis fons & origo earum principium exploratum & satis manifestum sit. Aut cur, quomodoque tot species fluentes ex his rebus, quæ capiunt sensus satis obscuræ sint & incertæ. Veruntamen his argumen-

tis

tis aduersarij pugnant, vide qualibus. Quæ agunt & patiuntur inter se aliquo spatio interiecto oportet quodam pacto spatium commutari. Id autem semper sensibus vsu venit ut interuallo locorum à subiectis distīgantur. Illud ergo interual- lum aliquid accipit, & non à sensibus ergo à subiectis. Sed nihil est quod capere possint ab illis præter species & formas, quibus sensus moueatur ad sentiendum: species igitur esse non est negandum. Negamus tamen nihil reliquū esse, quod interuallum intermedium præter species accipiat, ut mox in singulis sensibus ostendemus, qua nam re spatium interiectum afficiatur, quōd per illud res extrinsecus obiecta sub sensum cadat. Et sic explicatur illud, quod postulant, qua nā re sensus in actum redigantur & eis agēdi modus præscribatur, cum antè fuerint potestate tatum. Hoc enim facit res extrinsecus oblata ad sensum vsque producta, quod nō vna ratione quocunque sensu contingit, sed varia. Ut deinceps singulis sensibus explanabitur. Sed virgent nos experientia, nam in speculo in tuemur, quæ retro atque à tergo sunt & fiunt. Cum ergo in speculo non sint res ipsæ eius igitur species in eo insunt. At qui has species inducunt non confiterentur species esse, quæ in speculo cernuntur. Nō enim ponunt effigies & rerum similitudines species esse. Siquidem absurdissimum esset existimare totā varijsque simulachris interiectum interuallum vel potius orbem terrarum cōpleri ut ob oculos ponerentur intruentium. Igitur in speculis, non rerum imagines, sed res ipsas radiorum relatione cernimus. Ho-

rum autem radiorum naturam statim aperiemus. Ex qua etiam alia, quæ opponunt experimenta facile enodabuntur. Ac de sensibus vniuersè satis dictum est, nunc singulis conuenientia disputemus.

Cap. 6. De aspectu.

Prius autem de aspectu disseramus, qui alios sensus vincit, tum ratione muneris sui administrandi, tum vtilitatibus, quas affert ad vitæ cultum. Siquidem nullus apparet motus naturalis, cū aspectus efficitur. Nec enim motu cietur vilo nec aspectus ipse neque res extrinseca inquam intenditur, sed animus mouetur hoc sensu, sicut sensibus interioribus. Ad rerum autē scientiam nullus est alius sensus vtilior. Cum enim omnia corpora sint colore tincta plures ac varias distinctiones eorum nūciat. Aspectus autē sedes sunt oculi, quorum partes & coaugmētatio explicāda est in historia partium animalis. Subiectū verò, in quo munus aspectus locatū est, licet Aristoteles & Aristotelei vno nomine indicari nō posse putent, quōd lumen & colorem esse tradant, à nobis tamē vno nomine contineri demonstrabitur, dicimusque lumen esse. In cuius natura declaranda tota huius doctrinæ difficultas consistit. Empedocles & alij lumen esse corpus putarunt, aut corporis fluxionem, ferrique, atque in medio terræ cœlique suspensum hērete. Etiam si hoc nos lateat. Sed corpus non esse ex eo perspicuum est, quōd duo corpora simul in eodē loco esse nequeūt. Locus autem intermedius inter cœlum & terrā totus est aere plenus,

Subiectum aspectus quoddam.

De lumine varie opinionones.

non

non igitur lumen, si corpus esset, ca-
peret. Nec etiam densiorem lumi-
ne reddi aerem videmus, nec fieri
posset, ut nos motus eius lateret, si a
caelis ad terras ab ortu ad occasum
villo modo ferretur. Tam longo
enim spatio decurso nos minime
fugeret, licet paruo posset prateri-
re. Fluxiones vero corporis esse non
potest: nihil enim e corpore nisi cor-
pus fluit. Accidentia enim sedes
suas non deserunt, nec loco mou-
ri possunt. Age vero cuiusque cor-
pori motus aliquis est a natura da-
tus, ut sursum aut deorsum aut in
orbem feratur. Lumini vero qui-
nam motus assignari potest? iam ve-
ro cum lucis corpus eo loco, quo
aer est, non possit esse, aerem pelles
alio loco sit necesse est. Tuncq; alie
partes spatij interiecti inter caelum
& terram illuminabuntur, aliae ve-
ro non. Aeris enim partes erunt obs-
curae, luminis autem illustres. At nul-
quam haec dissimilitudo in hoc tan-
to interuallo conspicitur. Non ergo
lumen est corpus. Alij vero recetes
quidam Aristotelei existimant non
solum non esse, corpus verum nec
re ipsa esse, sed duntaxat animi inte-
tione. Nam species coloris lumen
esse opinantur, quibus animus ad
eius notitiam informatur. At spe-
cies & simulacra reru, quae sub sen-
sum cadunt, ut ab ipsismet describu-
tur, non percipiuntur sensu, lumen
autem percipitur. Huc accedit quod
species huiusmodi non commutat
neque villo modo afficiunt mediu
sicut a lumine affici & commutari
videmus. Lux ergo re ipsa est, mini-
me tamen corpus, quid igitur sit, in-
uestigare oportet. Arist. autem ut
eius definitionem ponat. Ad illud
suum amplissimum genus confu-

git, in quo res, quae difficiles habent
explicatus reponit: & actus esse di-
cit perlucidi hoc ipso, quod perluci-
dum est. Primum haec definitio sua
vi parum aut nihil rem illustrat. Si-
cut si quis vim ratiocinandi definiens
dicat, esse hominis perfectionem
qua ex parte homo est, aut vim in-
grediendi dicat esse perfectionem
animalis quatenus animal. Etenim
si multae homini & animali perfec-
tiones sua natura conueniant, nul-
lam ab alia separat, sed haec definitio
di ratio ad eorum genus potius spe-
ctat. Ita haec luminis definitio non
illud ab alijs perlucidi perfectio-
bus & actibus, qua ex parte perluci-
dum est, sciungit. Quod autem alia
praeter lumen perlucidi perfectio
sit, ex eo cognoscitur. Quod perluci-
dum subiectum luminis sit. Ergo
alia ratione est, quam per lumen.
Secus enim non ex duobus compo-
sitis constaret. Praesertim cum lumen
sit accidens. Quare non potest per
illud subiectum eius primo consiste-
re. Sicut ergo alium oportet esse ac-
tum & perfectionem corporis, colo-
ris subiectum, quam ipse color, ita
perlucidi luminis: sedes, quam lu-
men. A qua minime separatur, cum
esse definitur actione perlucidi, qua
ex parte perlucidum est. Iam vero
illa duntaxat accidentia ex subie-
cto definiuntur, quae sua naturamater-
teriam complectuntur, eamq; pra-
seferunt. Ut simus, qui naso curua-
to est. Et simitas curuitas est nasi.
At lumen per se vique sua non di-
ci materiam neque vllum subie-
ctum nominat. Non ergo, ex subie-
cto est eius definitio trahenda. Multi
Aristotelei non contenti, hoc tam-
plo Aristotelis genere de proximo
luminis genere laborant: & quidam
tandem

tandem concludunt qualitatem ef-
se. De differentia vero eius nemo,
quod ego sciam, verbum vllum fa-
cit. Cum frustra genus quaeratur ad
rei naturam explanandam nisi dif-
ferentia sit addenda. Ut igitur nos
aptius luminis vim & rationem per-
serutemur considerandum est, lucis
duplex esse munus & officium, vnu
erga subiectum a quo primum fluit,
ut illud coloret & illustret, ut sol ip-
se candidus & illustris sua luce sit
ignis item & stellae. Alterum autem
erga res sibi pro magnitudine viru
suarum extrinsecus obiectas. Ut eas
evidentes efficiat atq; perspicuas.
Nihil enim sine luce percipitur.
Operepretium tamen est conside-
rare qua ratione id muneris exequa-
tur. Faciens nimirum ut ipse perspi-
cuae sint & splendidae. Sol enim ra-
diatus solum, parietes & alia solida
corpora ita illuminat, ut ipsa etiam
radios & lumen iaciant. Quorum
lumen & radij, si in alia corpora de-
sa incidant, illustrantur & splendet
eant, ita ut lucem etiam ipsa circun-
fundant. Unde recte optici ponunt
ad multa demonstranda, quae con-
sequuntur lucem, sua se natura dif-
fundere, & alijs corporibus comu-
nicare. Sed lux prima & quae aliaru
est fons & origo clarior & plenior
est alijs, quae ex ea deriuantur. Quo
enim magis a suo principio recedit,
eo obscurior & tenuior est. Ut in eu-
buculis videre est, fenestra enim cla-
rior est, quod lumen a caelo susci-
piat, deinde illi parietes, qui ei sunt
e regione oppositi. Illorum vero pa-
rietum qui ab his illuminatur a-
grior est & obscurior lux. Quousq;
tandem euascat, & nullum eius
vestigium appareat, nisi in corpori-
bus forte laeibus. Quae quidem pra-

Lucis du-
plex esse
munus.

ter alia expressus lumen referunt.
Quod in eis nihil emineat & exter,
quod umbram reddat, ut speculis
cognosci potest & ex eis corpori-
bus, quae ad illorum naturam acce-
dunt. Discrepat etiam corpus, quod
primos lucis radios emittit ab alijs,
quae eos excipiunt. Quod illud suo
se lumine tantum patefacit. At haec
non eo tantum lumine, quod acce-
perunt & referunt, sed innato suo
colore. Lumen itaque eorum dem-
strat colorem & oculis offert. Et non
modo colorem, sed etiam formam
atque figuram cuiuscunq; corporis:
quod proprium vel alienum splen-
dorem habeat, lumen in aspectum
inuehit. Quod quidem planum fa-
ciunt species & imagines, quas in
speculis intuemur: ipsae enim figura-
rerum colorem & splendorem re-
presentant. Quas omnes res lumi-
nis radij, quos corpora opposita re-
ferunt, imprimunt. Ex his porro fa-
cile luminis definitionem augura-
bimur. Possumusq; gen^o illud remo-
tissimum, quod attulit Arist. relin-
quere & proprius proponere: ut in
illis sit qualitatibus, quae permanen-
tiores & longinquiores habentur.
Est ergo habitus, qui seipsum alijs
corporibus statim communicat &
corpus in quo est profert. Cum ea
vis ergo & natura luminis sit, ut se
statim communicet id motu fieri
non potest, motus enim, ut alijs slo-
cis explicauimus, non statim sed te-
pore consistit. Tempus autem quo
se lux non communicaret non es-
set lux, quia eius natura non exta-
ret. Simul ergo atque lumen est cor-
poribus se, quae ei opportunè acci-
dunt communicat. Quare, ut est in
genesis, prius fecit Deus caelum &
terram, quam lucem vllam. Nimi-
rum

Luminis
definitio.

rum, quonia si se no diffundat sicut
cognosci nequit, ita nec esse. Huc
accedit, quod lux non imitatur eas
qualitates, quæ loco mouentur, sed
eas, quæ commutantur. Loci verò
mutationes rectè in medium primo
perueniunt velut sonus, & odor.
Quæ verò commutantur, aliter ha-
bent. Fieri enim potest, vt vniuersè
& confertim aliqua commutentur
non dimidia pars, vel alia prima, vt
aqua simul congelatur, ita totus aer
Sole præfente illustratur. Ex his etiã
benè perlucidi definitio intelligi-
tur, quam Aristoteles & Aristotelei
non attigisse videntur. Dicit enim
Arist. perlucidum esse, quod non vi-
sua, sed vi alieni coloris sub aspectũ
cadit. Quidam Aristotelei interpre-
tantur alienum colore esse lumen,
quod Arist. significat colorem esse
translucidi. At definitio, si vera hæc
est interpretatio non modo in trã-
lucidum, sed etiam in alia omnia
corpora, quæ lumine vacant conue-
nienter, non enim suo sed alieno lumi-
ne cernuntur. Quare alij declarant
alienum colorem esse, colorem de-
si & solidi corporis lumine patefa-
ctum, ex quo perlucidum corpus,
quod cum illo coheret, & per quod
mouet aspectum, esse percipitur.
At illo colore paries tectũ vel aliud
corpus videri dicimus, nõ aera, aut
aliud translucidum: imo locus aeris
inanis esse vulgo putatur, non dif-
fidentibus, quibus philosophis, qd
nihil in eo esse videatur. Est ergo
perlucidum corpus, quod non im-
pedit, quonia lumen se comuni-
catali corpori ei opportune obie-
cto, quare aer & aqua, vitrum, & a-
lia huiusmodi trãslucida sunt, quod
per illa lumẽ ad aliud corpus defert.
Corpus autem, quod impedimen-

to est, quominus per illud lux per-
meet, & transeat, vmbra facit, si
lux fuerit vndique circũfusa, quod
si nullũ lucis vestigium appareat, te-
nebræ sunt. Est enim vmbra maio-
ris luminis priuatio, tenebræ verò
luminis omnino. Contraria ergo
sunt lumen, & tenebræ, numeran-
daque sunt in his cõtrarijs, quæ pri-
uantia in metaphisicis vocauimus.
Licet enim mutuatũ lumẽ redeat,
& tollatur sæpe proprium tamen,
& infitum, vt est Solis, & ignis se-
mel extinctum, non reuiuiscit. Nũc
coloris definitionem exploremus,
quam Arist. extremitatem transluci-
dici esse dicit. At qui lumen ad ge-
nus pertinet qualitatis, extremitas
verò ad quantitatem, non ergo lu-
minis genus in definitione positũ
est. Sed dicit quidam doctus eius in
terpres, extremitatem translucidi,
quæ ex parte translucidum est, non
esse quantitatem, sed qualitatem,
quia translucidũ, quæ ex parte trans-
lucidum est, non est quantitas, sed
qualitas. At si extremitas in aliud
genus, quàm in quantitatem cade-
ret, non esset propria quãtitatis spe-
cies, vt Arist. censet, & omnes qui
sectam eius, & doctrinæ ratione
sequuntur. Extremum enim pro-
priè, nõ nisi in quãtitem conue-
nit, improprie verò & trãslatè in
alias res. Præterea color est in extre-
mitate, ergo non est extremitas. Nõ
enim videtur quadrare, vt extremi-
tas in extremitate sit. Tum extre-
mum, in quo inest color, nõ est per-
lucidi, sed solidi corporis, in quod
lumen refunditur. Nam extremũ
perlucidi eandem habet naturam,
quam ipsum perlucidum, at perluci-
dum ex Arist. sententia vacat co-
lore, vt à quocũque colore mouea-

Quid sit co-
lor?

Color quid
sit.

tur, nõ ergo extremum eius color
est. Iam verò Arist. ipse docet perlu-
cidum vi non sui, sed alieni coloris
oculos mouere, at extremum eius
suum & non alienum est, non ergo
extremum eius est color. Aliam igitur
oportet odorari & peruestigare
coloris definitionem. Color autem
ad naturam, maxime lucis delabi-
tur eamque vehementer imitatur.
Etenim lumẽ ipsum secum fert co-
lorem res coloratas penetrans & il-
lustrans. Vt vitrum colore tinctum &
viridia folia pertransiens. Tum si à
corpore quocũque lucido & splẽ-
dido detraheretur, vis illa tantum,
qua lucem suam communicat, colo-
ratum relinquere tur. Eodem acce-
dit lumen ipsum, sæpe similitudinẽ
quandã gerit speciemq; coloris. Vt
in iride & in collo columbæ. Item
ita se habent candor & nigror sicut
lux & tenebræ. Et colores interiecti
eadem proportione inter se referũ-
tur: qua intermedia lumina, vt ex
coloribus iridis, & nubium facillè
cognoscitur. Ex his igitur rebus cõ-
iecturam facientes in genere lucis
colorem ponere posuimus. Vt lux
contineat qualitatem illam, quæ tũ
se diffundit, tum corpus in quo in-
est ostendit. Quæ lux appellatur. Et
illam qualitatem, quæ se non com-
municat, tamen corpus patefacit in
quo est: quam colorem nominamus.
Est ergo color lumen toto corpore
ita compactum & coagmentatum,
vt se communicare nequeat, tamẽ
vt ipsum corpus demonstret, si lu-
men se comunicas accesserit. Co-
lor porro sequitur extremitatem,
non translucidi, sed corporis opaci.
Vt sicut re ipsa illis tantũ extremi-
tatibus corpus tenetur, quibus eius
figura cõcluditur, vi tamen sunt in-

finiã, sicut in partes infinitas cor-
pus secari potest. Ita re ipsa color is
tantum est, quo circũfusa sunt ex-
trema corporis, quæ re ipsa etiam
sunt, potestate verò infiniti sunt co-
lores, sicut sunt etiam extremitates
infinitæ. Colorum verò sunt multa
genera, quæ ex varia compositione
candoris, & nigroris nascuntur. Cũ
autem isti duo colores ita temperã-
tur, & miscentur inter se, vt concin-
na oriatur proportio, sicut cum nu-
merus cum numero comparatur.
Placet Aristoteli cum gratissimum
esse colorem, & qui maxima dele-
ctatione aspectum moueat, vt pur-
pureus, & puniceus. Qui verò ex
quadam exuperatione & defectio-
ne sine vlla ratione existũt, parum
gratos & iucundos esse. Colores
etiam diuersi fiunt, quod corpora
confundantur, & permisceantur va-
rijs coloribus suffusa, qua ratione
uarij colores à pictoribus confor-
mantur.

Cap. 7. De modo, quo fiat aspectus

Sequitur vt tractemus, quonã
pacto fiat aspectus. Cum au-
tem res, quæ longè sunt à no-
bis disiunctæ videamus, id fieri ne-
cesse est, vel re aliqua ab externis re-
b⁹ ad oculos vsq; emissa, vel ab ocu-
lis progressa ad res vsque externas
permanere, licet longè absint, si-
cut ultra, vel ad aliquem vsque ter-
minum egrediendo, cum eis cõiun-
gi, quæ à rebus obiectis ad oculum
proficiscuntur. Empedocles in ea
sententia fuisse narratur, vt aspectũ
otiri opinaretur luminis ex oculis
emissione. Platonis autem, quem se-
quitur Galenus, sententia fuit lumẽ
oculum totum excurrere, extra ta-

De ratione
aspectus
varie opi-
niones.

men

tamen nō progredi. Sed in eius extremo cū luce externa copulari, & ita aspectum gigni. Quam sententiam probat ex eo Plato, quod oculi natura vique sua explendescunt, vt ex oculis nōnullorum animalium qui noctu lucēt, cognoscitur. Et de Tiberio Cæsari & alijs hominibus memoriæ proditum est, tanto non nunquam abudare oculorum splendore, vt non minus noctu, quam in terdiu conspicerent. Noctu etiam palpebris obductis, si celeriter oculi agitentur, micant & ignis speciem præbent. Aristoteli primum magis placet opinio Democriti, qui oculū aquæ naturam potius quam ignis imitari docet, quod quidem res ipsa indicat: quod enim ex oculis fauciatis defluit, aquæ planè humorem refert. Et oculi sunt vi sua translucidi, quod in aeris, vel aquæ potius, quam ignis naturam quadrat. Quia facilius tamen, & diuturnius aqua seruetur, & retinetur, quam aer, in aquam cōferendū potius est, quod perlucidi sint. Ob eamque rem oculorū albugo in ijs animalibus, quæ sanguinem habent, ita pinguis est, vt humor, quem obsidet, concretio nem non sentiat. Pars enim nulla corporis est, quæ minus, quam oculus frigore conficiatur. Nec enim adhuc auditum est, oculum frigoribus congelasse, aut obriguisse. Eorum verò animantium, quæ sanguine carent, oculi corio duro operiti sunt, quo frigoris incōmoda vitent. Deinde non quadrat Aristoteli illud Platonis lumen externum cum interiori cōiungi. Huiusmodi enim copulatio amplius erat declaranda. Non enim queuis res cum quacunque connectitur, præsertim cū membrana interiecta sit, quæ ocu-

lum terminat. Nec etiam consentit. Arist. res videri, ex eo, quod lumen à rebus ad oculos perueniat. Sed quod moueat id quod interijcitur inter res & oculos, siue aera sit siue lumen. Veruntamē in eo doctior & præstātor est Platonis, quam Arist. huius difficultatis explicatio, quod Plato ponat qua re accedente oculi excitentur ad videndum. Arist. autem dicit, aspectum oriri ex eo, quod intermedium moueatur nullam verò mentionem facit eius rei, qua moueri putat. Interpretes eius, & discipuli comentantur moueri illis siue speciebus, siue simulacris, quæ iam refutauimus. Nos autem ex ijs, quæ iam proposuimus planè, & aperte quid de hac re sentiamus declarabimus. Aspectumq; fieri asseruimus nō re aliqua ab oculis profecta, sed à rebus emissa. Hanc verò rem non speciem, non simulacrū vllum, aut imaginē esse, sed ipsum modo à re extrinsecus opposita ad oculos relatum lumen. Sicut enim corpus quodecunq; densum illustratū lumen alijs corporibus apte è regione positis cōmunicat ita & oculis. Quo circa ita sunt natura facti, vt facile in se possint lumē admittere. Siquidē leues sunt & perlucidi, neruus etiam aspectus magnitudine insignis est, & præsertim virtutis præstantiam. Oculi verò sub tunicis suis duos continēt globosos humores, vnum vitreum quod vitri modicè fusi, atque soluti naturam imitentur, alterum glaciale, quod glaciē mediocriter cōcretam referat. Denique totus oculus mirificè, & exquisitè translucidus & leuis est, quæ ratione nulla melius comparari potuit ad excipiendam & in animū lumē transmittendā. Lumināq; duo

Quomodo
aspectus
fiat.

ab ani-

ab animo ad oculos perforata esse dicuntur, quod luminis vehicula oculi esse videantur. Cū ergo res nulla sub aspectum cadat, à qua ad oculos lumen non referatur, sit vt sine luce nihil cerni possit. Fit etiā, vt nihil videatur nisi coram sit & illud intendatur & desigantur oculi. Aliter enim lumen in eos ab externa re non iniicitur. Quarum rerum causas aperire non possunt, qui species & imagines illas inducunt. Si enim ab illis quæras, cur nihil sine luce intuemur, cur quæ retro sūt non videmus si totus aer, vel aqua illarum imaginum plena sunt. Nihil aliud respondent, nisi quod ita natura comparatum sit. Quemadmodum porro sonitus magnus facit, vt minor non audiatur. Ita clarissima lux obruit & perstringit obscuriorem. Sicut enim magnus sonitus complet aures, ita plenissima lux occupat, ita oculos, vt aditum tenuiori lumini nō relinquat. Quā obrem aliquæ res noctu cernuntur quæ interdiu nō apparerēt, vt stellæ, & ignis sua seluce non ostendit. Hæc etiam omnia in tenebris tantum sensum faciunt, pyropus, fungus, lampyres, cornu, capita, & squamæ piscium quidam oculi, putrida quædam ligna. Quoniam nonnullum habent insitum splendorem, ita tamen tenuis est, vt nihil aerē & alia, quæ circūstāt: illustret & ad oculos, niu omnia alia remota luce peruenire nō possit. Itavsu etiā venit, vt ignis fulgorem lōgissimè distātem videamus, licet omnia circumcirca loca sint, & absita tenebris. Ex altissimo etiam puteo stellæ interdiu cerni eadem de causa narrantur. Intelligitur etiam cur in loco tenebricoso sita res obiecta sensum non

faciat oculis, qui in lumine sint. Nimirum, quia cū luce careat, lucē nullam in oculos diffundit. Præsertim cū ipsi vehementiori lumine teneantur. Cuius rei causam explanare non queunt ij, qui specie aspectum dirigunt. Si enim intermedium locus inter oculos, & rem eis propositam simulacrorum plenus sit, & illa eius pars, qua sūt oculi circumfusi, clara est, & imagines, quæ in ea sunt, luceant necesse est. Quare igitur oculos nihil moueat: Ita sit, vt corpus oculis impositum, & ipsos oculos non cernamus, quia nihil lucis ab istis ad eodem oculos refertur. Animaduerti mus etiam ipsa experientia docti, perlucidum non cadere sub aspectum, licet dicat Arist. alieno colore cerni. Siquidem splendorem lucernæ in ollæ solo positæ in aere obscuro totius cubiculi non intuemur, nisi in eius tecto tantum. Quia scilicet tectum dumtaxat lumen refert, & oculis communicat. Aer autem & alia perlucida, quod magis perlucida sunt, lumen nō referunt, sed illud trāsire sinunt. Ad summā nos Platoni cōsentimus, quæ aspectū moueri dicat, lumine à rebus externis emisso. Ab eodē autem dissentimus, quod oculos habere lumē innatū putet, ab eisq; fundi, vt cū externo lumine cōiungatur. Sic enim non paterentur modo, sed etiam sensum efficerent. At nos tantummodo lumen excipere opinamur. Ita enim natura coagmetatum, & compactum est, vt ei facilè viam aperiat qua ita penetret & se in animū inferat, vt animam afficiat. Ac de aspectu hætenus dictum est.

Cap. 8. De auditu.

Qq Num

Nunc de auditu differam⁹, qui in auribus viger, totus autem in sono versatur: ut autem soni naturam explanemus, explorandum est, à quibus nam fiat in quo infideat, quo pacto ad aures perueniat & animum moueat. Planum autem est, sonum ictu reddi, ad ictum autem tria corpora sua vi necessaria sunt, nisi vnum duorum munus exequatur. Quod percutiat, & percutiatur & medium per quod percussio ferat. Aliquando verò aer & percutitur & medium est, per quod virga, qua percutitur, inuehatur. Aliquando etiam trium munus exequatur, eius qui percutit, & percussio, & medij. Ut cum infantes aere missio externum aerem impellimus. Sed non quocumque percutiente, & percussio sonus elicitur. Nec enim lanæ vilo modo resonat, siue percutiant, siue percutiatur. Sed tunc ictu bene corpora sonant cum dura, leuia, caua, & æquabilia sunt. Quod lanæ molles sint & spongia minimè resonat. Quæ plures habent eminentias licet percutiantur, vel concutiatur, vix sonum eliciunt. Caua verò experientia constat si pulsantur, longè magis sonare, quàm solida corpora. Acus etiam licet acum percutiat, non resonat, quia non sunt æquabilia. Horum autem causæ cognoscuntur ex eo, quod sonus editur, non quia solida corpora inter se, sed etiam cum aere medio configunt. Quod visu tum venit, cum non frangitur, neque dissipatur aer, antequam corpora concutiuntur. Quare ut aer intercipiatur, vehementi & repentino ictu opus est. Mollia ergo sonum non eliciunt, & propter mollicitudinem aerem non intercludunt, sed ei cedunt, antequam pulsus fiat. Sin autem corpus, quod

Quæ corpora sonent.

percutitur leue non sit, sed habeat multas eminentes partes. Eius eminentijs multis locis frangitur aer, ut non confertim propellatur, cum sit percussio. Ad leuia verò corpora aer adactus, tanquam pila conglobatus resilit. Hac etiã de causa æquabilia, & lata esse oportet ad resonandum corpora concussa, quapropter acus acutissimus percussio, nullum sonum dabit. Concaua verò ob eam rem magis sonant, quæ maior vis aeris eorum cavitatibus inclusa propulserit. Sono verò non contingit quod color, ut semper res ipsa sit. Sed tunc cum pulsus & cõfictus existit corporum quæ vim habent resonandi. Sunt enim corpora, quæ sonare negant, quod sonitum impulsa non reddant, ut spongia & lana. Sunt quæ sonare dicimus ex eo, quod percussa sonent, ut æs & leuia, & caua corpora. Vtrum autem resonet id quod percutit, an id quod percutitur, an interiectus aer. Si queratur à quo nam sonitus eliciatur, facilis, & iam explicata quæstio est à tribus illis fieri. Sin autem exquiratur de eo, in quo sonus infit per se vique sua: non ita facilis est, & expedita quæstio. Non enim vna sed varia videtur eius subiecti natura. Quia branchis in aqua pisces sonum faciunt, cuius soni aqua saltem subiectum est. Præterea si lignum bene longum ex vna eius parte leuissime percutiatur, & ex altera è regione accommodetur in hærens aures, sonus percipitur ex illo ictu, qui nunquam sensum moueret, si à ligno separata esset auris. Lignum ergo non aer illius soni sedes videtur. Tintinabula etiam ære atinunt, qui sonus per totum tintinabuli corpus ferri videtur, sono igitur subijcitur. At satis exploratum est sonum motu cieri.

In quo nam sonus sit.

Non

Non enim simul atque ictum videmus, sonum audimus, & prius sonum percipiunt ij, qui prope corpora sunt, quæ concutiuntur, quàm qui longè. Non autem mouetur lignum, neque tintinabulum, neque motum vllum in aqua resonante sentimus, neque tam facile, quàm sonus postulat aqua mouetur, non ergo in his corporibus sonus poni potest. Quod autem quidam dicunt sonum modum, vel eius species pulsu agitari, stultum est. Nam cum sonum, vel eius species accidit, etiam sicut neque exiliter per se, ita neque per se pelli possunt. Si ergo motu cietur subiectum, in quo infit, pulsu agitari necesse est. Mitto quod multis iam species & simulacra ista resellimus. Iam verò licet pisces semper in aqua viuant, tamen plane audire cognoscimus. Eorumque auditus non est ita compactus, ut aquam, aut quid aquæ simile infitum & innatum habeat. Sed aer propter neruum quo fit sensus intercipitur, sicut in terrestribus animalibus. Qui quidem aer non cum aqua coniungitur ne obruitur, nec ab aqua mouetur, sed ab alio externo aere. Quod magnam coniecturam affert soni non aliam rem, quàm aerem esse sedem. Aereque sonum huc & illuc impelli, neque enim res alia tanta quanta opus erat celeritate in aures sonitum ingereret. Nam si sonum, qui fit in aquis, aqua propelleret, quàm lentè id & tardè fieret. Præsertim quod aquæ cursus & imperus in vna modo partem concitetur, neque facilè sicut aer recurrat. Huc accedit, quod minimè constat quo pacto sonus: ex aqua in aerem transferatur, vel è contrario. Nec enim se inter se ita agitare posse videtur, ut vnus sonum exprimat quem alter affert. Siquidem trans-

rus ille formarum & simulacrorum sola intentione (ut illi dicunt) consistentium ridiculus omnino est, si aliqua substantia non importentur. Aer ergo sua celerrima mobilitate res omnes lustrat ad omnes penetrat & omnibus intus est. Huc enim tenuissimum aerem & spiritum in aqua esse, ex eo prespicuum est, quod frigus & calor certis temporibus ad aquæ profundum compellantur. Quia verò ipsa cum accidentia sint locum mutare non queunt aerem aliquem & spiritum in quo sunt mergi & aquam diuidere necesse est, nam aqua reliqua nihil ea de causa moueri videmus. Ligni etiam leuis ictus auditur si ex altera parte auris inhæreat. Quia spiritus qui est in ligno ictu commotus totoque eius corpore decurso ad aures vsque sonum perfert. Ita fit ut tamen in cubiculo includamur septi parietibus satis obstructis & obturatis, sonum extra factum audiamus. Quare mouet externus aer eum, qui est parietibus implicatus à quo & ille cubiculo impellitur. Metalla etiã & alie res quæ magis aeris naturam imitantur, maiorem habent hac de causa resonandi vim, ut argentum & æs clariùs sonantque ferrum. Et ligna, quàm lapides. Quædam etiã ut tintinabula, post primum sonum adhuc tintinunt. Quonia relatione ipsa post primum ictum complures ictus fiunt, quod aer eorum interior, qui motus erat exire non posset. Ex quo fit ut si tintinabula ex filo, vel ex alia tenui pendeant & magis sonant & amplius tinitus durat. Quod aer liberius, & magis solute moueatur. At si manu teneatur, comprimitur statim tinitus, quod inclusus aer contineatur. Sonus ergo est in aere

Aer res omnes lustrat.

Quæ 2 & vna

& una cum aere fertur. Ita vt sicut aqua iacto lapide circum circa motus eius diffunditur. Ita aer circumfusus ictu agitur: & quoquo versum repellitur, & sonitu infert. Ad auresq; veniens in eis intus coditum aerem pulsus suo mouet. Et ita soni sensus efficitur. Sicut autem motu ita tempore fertur. Quare citius ad propinquiores, quam ad remotiores aures peruenit. Ex hoc accidit vt corporu conflictu cernamus & aliquo intervallo sonitum audiamus. Quia lux, qua mouetur aspectus non motu sicut sonus diffundit. Ex hoc facile patet eius soni natura, qui echo dicitur. Quidam n. duos putant esse sonos alteru duorum corporu conflictu, alteru duorum corporu concursu factu ex aere collibus, aut rupibus ex illo conflictu impacto. At fieri non posse puto, vt secundus sonus ita distinctus & articulatus a collibus & aere redderetur, sicut ab echo exprimi cospicimus. Alij dicunt vnum esse vtrumq; sonum, secundum autem, qui videtur, reddi specierum ad primum relatione, sicut cum me ipsum in speculo intueor. Sed qua ridicule specieru motus inducatur, iam diximus. Vnius ergo est duplex ille sonus que echo affert. Sicut vnus idemque sonus est, qui prope & qui longe a diuersis auditur. Aer n. qui sonum defert in apta loca incurrens quasi pila repellitur. Vt ad locu vnde exiit redeat, qui longius progredetur, nisi repulsus esset. Semper enim (vt Arist. ait) sonus, licet obscure, refertur sicut lumen referri & comunicari diximus. Hoc tamen interest, quod sonus motu refertur quod est a lumine valde alienum. Ex his iam expedite soni natura definitione explicabitur. Non enim sonus est

Echo natura.

Sonus quid sit.

motus, vt Aristotel. sentit, est enim motus effectus non igitur est motus. Est ergo aeris affectio ab eius motu profecta, qua auditus afficitur. Eius differentia sunt grauis & acutus. Quae declarant etiam sonum non esse motum. Non enim motus in grauem partitur & acutum. Quae nomina translatione ducuntur ex his rebus, quae sub tactum cadunt. Sicut enim acutum est tactus, quod illum quasi pungit, quod parum eius cito moueat, obtusum autem, quod multum eius impellat & tarde moueat. Ita acutus est sonus, qui paruo tempore multum moueat auditu, grauis, qui parum longo tempore. Sicut porro in coloribus ex albi & nigri permissione varia coloru genera nascuntur, ita & in sonis ex permissione grauis & acuti. Et sicut ex Arist. sententia illos colores gratos & iucundos aspectui esse posuimus qui apta proportione & qua ad numeru possit reuocari candoris, & nigroris inter se reperantur. Ita soni quorum graue cum acuto apta ad naturam ratione miscetur.

Vox autem quaedam est soni species quae suae formae causa non nisi in animata natura est. Siquidem sonus missus est cum quadam visione & animi intentione aliquid significandi. Quare inanima proprie vocem fundere non queunt. Similitudine enim tibiae & fides vocem profundero dicimus. Sonus etiam qui animali redditur inuito, licet eisdem quibus vox instrumentis reddatur non est eadem de causa vox. Vt tussis, quae si voluntate fiat animalimalis, quo aliquid declararet, vox eadem haberetur. Materie vero eius causa non in quocunque animante reperitur. Sicut enim sonus non fit nisi cum aliquid percutit & ali-

Vox quid.

& aliquid percutitur ita & vox. Percutit autem aer, qui est in aspera arteria, eum, qui in gutture residet. Sumit arteria vero aerem, quem pulsat ex pectore. Vnde voci qui seruiunt, vt multam sine intermissione vocem mittant, multum aeris prius ducere conantur, vt contentioni sufficiat. Nec enim vociferantes possumus spiritum, vel ducere, vel edere, sed potius retinere & aera qui est in pectore pulsus per arteriam agitare, vt eum qui est in gutture cocutiat. Quamobrem clausulis & alijs interuallis respiramus ne vox deficiat. Ex quo intelligitur eis animantibus vocem non esse datam quae non respirant vt pisces. Siquidem autem sonum branchijs referunt, minime vox est. Vocis vero mutationes existunt ex varia percussione varioque conflictu eius aeris qui est in gutture & in arteria, quod quidem varie etiam lingue in flexione fit. Sicut enim interea chordae ad quemque tactum respondet, ita voces resonant variae motu aeris & linguae, acuta, grauis, cita, tarda, magna, parua. Sermo vero vocis forma est, quae non nisi ab animatione compote funditur, explicat enim, non solum affectum, sed etiam notionem & intelligentiam. Articulatione porro profertur his instrumentis gutture, lingua, labijs, & dentibus. Ac de sono voce & eius formis haecenus.

Cap. 9. De odoratu.

Odoratu hoc cum aspectu est & auditu commune, quod res percipiat remotas & quod eisdem intermedijs aqua & aere vtratur. Nam habet odoris sensum pisces in aqua, quo partu persequuntur, & animalia terrestria in aere. In co-

ro ab aspectu differt & auditus similis est, quod motu perueniat odor ad odoratum, sicut quod subauditum cadit ad auditum. Ita enim, qui propinquior est rei, quae odorem efflat citius odorem comprehendit. Tum varij colores non permiscetur, neque confunduntur in medio, sicut varij soni varijque odores. Tum neque vehemens color obscurat minorem, sicut magnus sonus & odor obruit tenuiorem. Luce tamen Solis offunditur & non apparet lucerna. Cum ergo odor penetret & diuidat aerem & aquam, quo pacto moueat & diffundatur quaestio est. Quidam vt hoc exponant ad illas, quas vocant species intentionales confugiunt. Sed qua hoc putidum sit multis supra tractauimus cum de toto hoc genere disputarem. Deinde cui non valde ridiculus videatur huic specierum motus, cum solius essentiae sit pulsus agitari. Iam vero quae potest esse harum specierum permissio, atque confusio, aut quo pacto alias obscurabunt alias & omnino debebunt. Cum accidentia nulla quae re ipsa sint, sine substantia misceri queant, nedum ea, quae tantum animi intentione sunt. Vt autem tota odoris naturam inuestigemus illud est considerandum ex ijs rebus, quae odorem efflant aliquid effluere & auolare. Nam res quae illas attingunt & attrectant, odoris etiam earum participes efficiuntur, vt quae flores poma & vnguenta tractant. Flores poma & vnguenta olent. Resque ipsae odore afflantes contrahuntur & in angustum adducuntur, vt aliquid corporis amisisse praeserant. Quod cum oculos, & alios sensus effugiat, anhelitum esse aliquem necesse est. Qui aut vapor est aut exhalatio. Vapor autem humidior est

Odor quo pacto moueatur.

anhelitus, exhalatio verò siccior. Odoris autem natura potius in siccitate, quàm in humore cõstitit, siquidem calore & siccitate propagatur odores, & humore obscurantur. Ex multis etiã rebus vel odore natura præditis, vel arte ad reddendũ suauẽ odorem confectis, igne eorũ exprimitur odor. Et ita multis exhalatio quædam fumida odor videtur esse, quæ sit terræ, aerisque communis. Aristoteles itaque lapidæ siccitatis naturam in humido consistentem, odorem esse dicit. Et Heraclitus in ea fuit opinione, vt omnia, quæ natura constant si in sumi naturã verterentur naribus percipi posse. Sed ait Arist. odorẽ exhalationem esse nõ posse. Etenim exhalatio fumi speciem gerens in aqua esse nõ potest, cũ odori relinquatur in aqua locus. Ar dubiũ nõ est, quim aqua, & alia quæuis humida natura effici siccitate queat. Nã maris aqua siccior est, exiccat enim aliquando & ventis aridior aer efficitur. Quod igitur fluit ex rebus odore præditis, exhalatio est. Iã verò quod odores alij alijs intereant, quod inter se confundantur, manifestè deprehenditur, odores omnes corpore aliquo tenuissimo vbicunque fuerint circumferri. Sed resistunt quidam, quod expertum fuerit ad quingenta miliaria, volucres cadaverum odorem sensisse, nec verisimile esse iudicent tot miliaria exhalationẽ percurrere. Sed exhalationes, vt vèti declarãt, torũ peruagãtur orbẽ terrarũ. Cur ergo ex magna illa vi cadaverũ, quæ Troiæ agrũ occupauit exhalatio tracta tã lõge lateq; nõ se diffunderet, vèto præsertim aliquo impulsã, & cur vulturũ odoratum nõ moueret: qui acerrimus esse cog-

noscutur, nobis autẽ id difficile videtur, q; hũc sensum valde remissum habeamus. Est ergo odor affectio ab exhalatione profecta, quæ mouet odoratũ. Exhalatio verò oriri nõ potest à re, quæ omnino sit expers humoris, nã exhalationis materiã aera esse possumus. Res ergo, quæ odorẽ faciunt, humorem habere oportet, diluẽdẽ & diffundẽdẽ siccitatis causa. Neq; .n. in aere tãtũ, sed et in aqua odor versatur. Quare odore carent ea, quæ nimis arida, & nimis humida sunt. Itaq; lapides & metalla odoratũ nõ afficiunt, propter eorũ nimiam siccitatẽ. Argẽtũ tñ & stãnũ, quia aquea magis sunt, nõnulli sũt odore prædita, eæ etiam & ferrum, si igne eorum humor nõ fuerit consumptus, odoris sensum nonnullum faciunt. Lapidẽs autem pretiosi omnino vacãt odore, quod sicciores sunt, & duriores constrictioresque, quã vt ex eis quidquã exhalet. Aurum nihil olet, nõ quod humido careat, sed quod ita compactum sit, & cum sicco coniunctum, vt nihil ex eo effluat, nihil respiret. Ligna porro odorem habent, quod humidiora sunt & rariora præter Ebenum. Ex ijsq; minus odorẽ mittunt, quæ maiori, vt populus, aque copia abũdat. Horũ tamen odorũ causas Arist. refert ad lapidã siccitatẽ, in qua odoris naturã sitam esse dicit. Existimo tamẽ licet odor ex vsu saporis atque gustatus, nihil magis eius naturam, ex sapore, quam ex sono pendere. Quoniam unicuique sensui subiectum suum natura tribuit, quod per se vique sua tractet, & in quo versetur, fortè verò & aliena vi alterius sensus subiectũ attingat. Nec .n. quod attinet ad rationẽ & naturã vnus speciei, ad aliam diuersam spectare potest.

Odor quid?

potest, præter illud, quod est in eo genere, quod vttramque complectitur. Præsertim cum aliqui odores vt in ox dicimus sine saporis intentione moueant. Nihil enim ad victum pertinet. Porro sensum habent odoratus, & animantia quæ respirãt, & quæ non respirãt. Illis itaq; duabus de causis respirationis vsus natura concessit, ex instituto quidẽ ad cordis subsidiũ, præter institutũ verò & obiter ad odoratũ commodius. Trahit .n. exhalatio eũ spiritũ ducimus, & transitũ quodã per nares motũ afferimus. Tũ respiratione integra odoris amplificatur, & id quod tegit, quasi quodã operculum admittit. Quæ autẽ non respirant, exploratissimum est, sensum habere odoratus. Siquidẽ pisces, & animalũ genus, quod incisuris cõstat, procul odoratur cibum suæ naturæ accommodo latum. Mel enim apes præsentiant, maris purpurã, & alia eiusdem generis animalia acriter passum odore prosequuntur. Duo verò genera posuit Aristoteles eorum, quæ sensum odoratus afficiunt, vnum eorum, quæ non per se dolere aut voluptatẽ afferunt, sed vi eius quod pro cibo esse potest, cuius illa affectio est odoris. Quare famẽ cõfectis, vel cibũ desiderantibus odor huiusmodi inuicidus esse solet, satiatos autẽ & cibos non requirẽtes nihil delectat. Quod odoris genus in animantia rationis expertia cadere modo putat. Difficile tñ videtur, cũ canis dominũ, vel telũ eius, vel vestẽ odore inuestigat, aut dũ catulos suos quærir, quod cibi tũ desiderio alliciatur. Quãobrem aliud odoris genus ad huiusmodi animalia spectare videtur. Alterũ genus odoris est hominis propriũ, cuius voluptas nõ

ponderatur ex eo, quod ad cibum inuitet, saporique sit affinis: sed ex eo, quod salutaris sit & utilis ad cerebri præsidium, qualis odor ille est, quem flores affant, thius, & aliæ res arte cõfecte ad vsũ suauis odoris. Qui hominum proprius habetur: quod alia animalia nihil eo moueri, nihilq; eũ vestigare videamus. Cur autẽ homini voluptatẽ afferat, cerebri frigus causa est. Cum .n. ei cerebrum datum sit inter omnia animalia maximum & humidissimum, frigidumq; sit cerebrum natura sua, sit vt sanguis, quo alitur, tenuis ille sit & purus, minutissq; venis distribuitur. Quo circa frigoris incõmodo præptus & expositus iubatur & recreatur odore, qui sua natura calidus est, & modum quendam, ac temperationem frigidõ sanguine cerebri præbet. Alia verò animantia sicut huiusmodi odor nõ recreat; ita neque teter & iniucundus odor offendit, nisi forte vim habeat interiendi. Ab eis enim, quæ eam vim habent, non aliter alia animalia offenduntur, quam hominibus caput carbonũ vaporẽ obtunditur, & nonnulli intereunt. Ita sulphuris, & bituminis vi, & alijs eiusdem generis alia animalia necantur, & ea ruginunt propter malum quod afferunt, non quia putida, & iniucunda sint. Sed quoniam non perinde sunt odores vt sapores noti ab eis similitudine quædam nomina duxerunt. Etenim acres & dulces sunt odores, & austeri, & accidi, & pingues, sicut sapores: & amarus putidos, atque cariosos imitantur. Instrumentum autem odoratus ea est corporis pars, quæ odore, hoc ipso, quod odor est, afficitur atque mouetur. Ac de odore hætenus.

Cap. 10. De gustatu.

Iam de gustatu differamus, qui in sapore versatur. Quoniam vero sapor in succo positus est, sine succo enim constare non potest, succum etiam exprimimus ex ea re cuius cupimus saporem cognoscere. In succo porro inter alias primas qualitates eminet & apparet humor. In humore totam fere causam saporis consistere multi graues auctores existimauerunt. Nam Empedocli placuit in se aquam omnia genera saporum succorumque continere, fugere tamen sensum propter paruitatem. Quod esse perspicue falsum satis magna experientia constat. Siquidem aqua remota saporibus variis calore mutantur, ut oculis conspici licet in ijs cibis, qui a coquo igne efficiuntur, concoctione scilicet, in omnes fere saporum formas conuertantur. Arborum etiam fructibus decerpis Solique expositis alij & alij saporibus euadunt. Temporis enim progressu cum insitus humor transpiratur, ex dulcibus amari alteriusque saporis fiunt. Præterea aqua saporem sumit earum rerum per quas colatur & funditur.

In aqua modo vim saporis non consistat.

Itaque multi qui de natura disputant, aquam talem esse posuerunt, qualis terra sit per quam effluat. Ut sunt fontes alij amari, alij acres, alij dulces, sunt etiam qui alios varios saporibus retinent. Idque ipsum in aquis salis maxime considerari licet. Est enim sal quodam terræ genus. Et amaræ sunt aquæ, quæ per cineres colantur: sicut ipsi cineres amari sunt. Non ergo totam saporis causam aqua, sed multam potius terra continet. Variorum etiam saporum

cum platarum tum fructuum, quæ gignunt, terra potius causam sustinet, cum ea terra ex se fundat. Iam vero cum aqua de sententia Empedoclis sit corpus simplex, ex duabus modò qualitibus compactum, non potest eorum saporum esse causam in quibus calor eminet, siccitas apparet, & humorem cogit. Præsertim cum saporibus crassiori quadam natura existant. Arist. autem saporem in humore prius situm esse dicit, deinde addidit in humore siccitate affecto. Tertio adducit, non quem uis humorem intelligere, sed eum, qui alendi vim habet. Sed in humore modò vim non esse saporis ex his argumentis intelligitur, quæ attulimus contra Empedoclem disputantes. Tum quod nimis humides nullo sapore gustatum moueant, aqua enim expers saporis habetur. Quod autem satis non sit humori siccitatem adiungere, ut sapor gignatur, ex eo liquet, quod exigua sit in his duabus qualitibus vis ad agendum, nec coagmentari & componi inter se poterunt nisi vis aliqua caloris accedat. Præsertim cum alicuius saporis, ut acris præcipua causa in calore subsit, quem ille excitat. Acerbi etiam saporis causa frigori ascribitur, non igitur humorem siccitate affici satis est ad saporis. Nec etiam sapor æstimandus est ex eo humore, qui vim alendi habeat. Saporis enim munus non in eo tantum cernitur ut cibum probeat & admitat. Sed in eo etiam, ut improbet & rejiciat. Gustatu enim sentimus quicibi sunt vitales & inutiles ad alendum. Ut mea verò fert opinio saporis tota ratio ducenda est ex modo & temperatione quatuor primarum qualitatum. Ut si qua nimis excellat omnem

In humore sapore non esse situm.

Saporis tota ratio in de petenda.

nem eius rei, in qua est saporem auferat. Quod gustatum aut non afficiat, aut labefaciat. Lapides enim & aqua gustatus sensum non faciunt: illi propter nimiam siccitatem, ista propter nimium humorem. Ignem & gelu nemo gustauit, quod ille in calore, hoc verò in frigore valde excellat. Quia verò hic sensus eorum quibus velimur, sentire genera debet, habitat in lingua qua oris, parte natura, iter poculantis & esculentis patefecit: in extrema præsertim eius parte & in gutture. Lingua etiam ut gustum habeat congruenti & apta ad naturam temperatione harum quatuor qualitatum esse oportet. Non enim tantum si admodum arida & humida sit, ut Arist. ait, saporem non sentiet, sed etiam si valde calida, aut frigida sit sensum stupore opprimit. Tactu enim suo illius qualitatis modo periculum facere videtur, qua ipsa, vel res, quam gustat abundat. Idem enim iudicium adhibetur siue abundantia in sensu sit, siue in re, quam tractat. Siquidem sensus actione fit, res illa, quam sentit. Cum ergo gustatus in sapore versetur, cuius tota vis à quatuor qualitatum permixtione & confusione proficiscitur. Quatuor verò qualitates tactu duntaxat percipiuntur, sit, ut necesse sit tactu gustatum saporem comprehendere. Licet enim quatuor primæ qualitates non nihil in corporibus colorandis efficiant, non est tamen color ipsarum tantum effectus, sed etiam lucis, ut dictum est supra, quæ ad tactum nullo modo pertinet. At sapor ex vno modò quatuor qualitatum mixtione oritur. Gustari ergo qui saporem attingit tactum præire necesse est: in eoque inter se differunt, quod tactus in qua

tuor qualitibus versetur, gustatus verò in earum effectu sapore. Qui hoc ipso sensu eius nobis non est per alienum corpus, quod interiectum sit. Sicut quæ ad tactum spectant sub eum cadunt non per aliquod intermediu corpus. Est ergo sapor succi affectio ex temperatione quatuor qualitatum orta, quæ gustum mouet. Eius autem species describui possunt, vel ex modo & temperatione quatuor primarum qualitatum, vel ex respectu ad gustatum. Ex temperatione ut illi saporibus longissime inter se distare censeatur, in quibus excellit ex vna parte calor ex alia frigus, ut acer & acidus in acro eminet calor: refertur enim ad qualitatem mordacem & linguam calefacientem qualis est in pipere sinapi, alio & cepa. In acido verò frigus apparet, ut in aceto. Inter hæc interiecti sunt alij saporibus in quibus ægrius iste se qualitates insinuant, calor in dulci, ut in mele, pingui, ut in lacte oleo, falso & amaro. Frigus in acerbo, quod linguam contrahit, excitat & exasperat: cuius modi sunt fructus immaturi. In austero, quod differt ab acerbo, ut minus à maiori minus enim austero linguam atringit & exasperat. Sed hæc ratio diuidendi numerandique saporis formas potius ad eos pertinere videtur, qui saporibus temperant, atque conficiunt. Illa magis naturalis esse videtur ratio quæ ex gustatu ducitur ad quem saporem natura retulit. Quod attinet autem ad gustatum, formæ, quæ maxime separantur, sunt dulce & amarum. Quare isti erunt saporibus contrarij, sicut album & nigrum colores contrarij, alij saporibus sunt interiecti inter illa duo, sicut alij colores inter album & nigrum.

Sapor quid

Acommodanturque alij sapes in victu, vt sint veluti condimēta, quibus dulcedo reprimatur, quod præter modū alatur, & emineat in summo, ac de gustatu hætenus positū sit.

Cap. 11. De tactu.

Tactus autem satis manifestus & in medio positus sensus est: tamen eius subiectū & sedes magnam grauissimorum auctorum habet dubitationem, hesitationem, tractumque verborum. Nam eius varia multiplexque natura ancipitem Aristoteli curam attulit cogitandi sit ne vnus an plures sensus quæstioneque ad vtranque partem disputata nihil certi statuit. Alij verò planè decreuerunt plures esse tactus. Etenim omnis sensus in vna repugnantia versatur. Vt aspectus in albo & nigro, auditus in acuto & graui sono, gustus in dulci & amaro sapore: in sensu tamen tangendi, multæ sunt contrariorum repugnantia, calida frigida, arida humida, dura mollia, graua & leuia, & alia siqua sunt, eiusdem generis. Opinor tamen non esse iudicandū vtrum sit vnus an plures sensus ex vna vel pluribus repugnantijs, quæ in eo genere, cuius est reperiuntur. Sed ex vno genere in quo cernitur. Siquidem sine vlla dubitatione aspectus vnus sensus est, tamen non vna repugnantia quæ ad eum pertinent continentur. Lux enim sub eū cadit cum nihil albo nigro ve participet. Ex Arist. etiam sententia vnus aspectus luminis & tenebrarū est albi & nigri, tamen plures sunt repugnantia. Huc accedit, quod cum quæstio sit de subiecto sensus, genus non repugnantiam commemora-

Subiectum tactus.

mus. Colorem enim esse, vel lucem dicimus subiectum aspectus non album & nigrum auditus sonum, non acutum & grauem, odorem odoratus saporē gustatus. Habenda itaque ratio est vnus generis, si quod sit in quo tactus versetur, nihil verò curandum, vtrum plures ei repugnantia subijciantur. Præterea sensus est quædam nature facultas, facultates autem distinguntur & numerantur ex generibus, in quibus versantur, non ex repugnantijs, vt facultas atrahendi facultas retinendi cibum. Ita scientia & artes ex vno genere, quod tractant, considerantur, non ex repugnantia vna. Sed dicunt non posse genus vnum explicari quod totam tactus vim complectatur. At vno verbo declarari non potest, pluribus autem potest. Res autem vna ex vna natura non ex vno verbo, quo nominatur, iudicatur. Nec rei definitio, quæ multis verbis declaratur facit, vt res multæ sint id, quod definitur. Genus ergo cuius est tactus quod hætenus nemo fecit, et si nonnulli tentarunt, ita describeretur elementa prima qualitatū vel primæ qualitates. Quod quidem genus melius diuisione, quam definitione explanatur, partitur autem in calidum, frigidum, humidum, siccum, quæ quatuor primæ qualitates appellantur. Nihil autem subiectum cadit, nisi per aliquam primam qualitatem. Ob eamque rem nullus sensus sine tactu constare potest. Quia circa has qualitates versatur, sine quibus alia, quæ sensus mouet non existunt. Quod autē aiunt graue & leue, asperum laue, durum & molle ad tactum pertinere. Tamen non per se, sed per illas primas qualitates sub tactum cadunt. Graue enim

Tactus in quo versatur.

enim & leue cognoscitur ex motu qui est omnium sensuum cōmunis: percipitur enim à tactu, si premat, vel non premat ipsum. Durum etiā & molle eodem modo. Cognoscuntur enim ex eo, quod cedant, vel resistant tactui: asperum autem & leue ex figura, quæ omnium etiam est sensuum communis. Quod autem probare conatur Aristoteles & alij plures esse sensus tactus, licet vno eodemque loco sint. Quia gustatus & tactus duos sensus esse exploratum est. Licet in vna lingua vterque ponatur. At lingua instrumentum est gustatus: quod autem pariter & tactus sit, commune gustui est cum alijs sensibus. Posuimus enim sensus omnes tactu niti. Nulla enim corporis pars sensum vllum habere potest, si tactu careat. Sicut autem eadem corporis, parte, qua videmur, audimus, odoramus etiā tangimus. Tamen quia non recipitur, vt quacunque parte. Qua tangimus, videamus, audiamus, & odoremus hos tres sensus à tactu separamus. Tum quod alijs rebus etiam moueantur. Eisdem de causis & gustatum à tactu seiungimus licet in lingua socientur. Sed ait Arist. si quæcunque corporis pars ita se haberet, vt lingua: vt non solum tactus, sed etiam gustatus munere fungeretur nullus esset nobis modus relictus, quo tactū secerneremus à gustatu, licet sint sensus diuersi. Ita varijs sensus esse videntur, qui in varijs illis repugnantijs quas commemorauimus versantur, licet loco toto corpore non distinguantur. Idem concluderetur si fingamus quauis corporis parte, animal videre, audire, odorari, gustare, & tangere, nulla ratione posse hos sensus à nobis se iungi. Sed

cum satis plana & aperta via modo relicta sit ad hos secernendos propterea illos inter se discrepare putamus. Qui verò eadem omnino corporis parte, qua sentimus repugnantiam calidi & frigidi, sentimus etiā humidi & sicci & e contrario, eodē vtranque sensu comprehendi arbitramur. Si tamen ita natura comparatum esset, vt perit fingitque argumentum sicut alia tum esset longè diuersa rerum natura, ita longè aliter de illa disputaremus. Ridiculum autem esse, credo ex eo, quod fieri non posset velle probare quod re ipsa sit. De sede verò & instrumento tangendi magna cum Aristotele & alijs controuersia est. Existimat enim ille carnem non esse instrumentum tactus, sed intermedium inter rem, quæ obijciatur & ipsum sensum. Nam aliorum sensuum aliquo medio adhibito munere fungimur. Præsertim quod ex Aristotelis & Aristoteleorū opinione, si sentiēdi sedes contingatur, sensus nullus fiet. Veluti si quis album, aut aliud coloratum super oculos extremos ponat, non conspicietur, quia aliquid interitici oportet. Ita si caro esset tactus instrumentum, non eam moueret, quod ei apponeretur, vt moueri videmus. Sedes ergo tangēdi sensus non est caro, sed aliquid interitici, quid autem illud sit, non declarat Aristoteles. Aristotelei tamen dicunt esse neruum. Dissoluitque Arist. argumentum illud quo potest vrgeri. Quia simul atque caro aliquid contingit tactus mouetur, ergo in ipsa situs sensus esse videtur. At ait ille si per tenuem aliquam membranam ea omnia sensu perciperentur, quæ tactum mouent ab ignaris eius rei, quæ prohiberet

Tangendi quod instrumentum.

beret, & intercederet, ea tãgiveretur, neque aliquid interiectum esse. Quia ergo vna cum carne tangendi sensus mouetur: decepti credimus carnem esse instrumentum tãgendi. Verum enimverò si caro nõ est huiusmodi instrumentum, ossa vero detracta, tota carne nulla sentiunt, sensus ipsa sedes carne inclusa continetur, ergo carnem secãdo ad aliquam eius partem peruenerimus, quã nihil sensu afficeretur, si verum illud est, quod ponunt, non esse sensus eius rei, quã ponitur super sensum. At experientia satis exploratum est, nullam esse carnis partem, quã non sentiat: non igitur in interiori carne, sed ipsa caro tangendi sensus est, in eoque discrepant tactus & gustatus à cãteris sensibus, quod cãteri longẽ mouentur à re obiecta gustatus & tactus propẽ. Vt ipsam tactus nomen præferre & indicare videtur. Nõ enim rectẽ & propriẽ hoc nomine appellatur, si rem, quam sentit, non attingeret. Iam verò neruus non reconditus est musculo sicut, gladius in vagina, sed postquam ad eum peruenit, ita inseritur & impingitur carni, vt ex ipso & carne vnum corpus conflatur, & coagmentetur, ita vt tota corporis caro cum neruis confusa & permista sit, & hoc ipso non potest vim non habere sentiendi, si huiusmodi vis neruis insita est, atq; cognata. Sed tamen cum sensus re ipsa non sit res, quas percipit, sed potestare. Nam si vna esset, alias non distingueret, sed eam, quẽ illo anticipata esset, omnes accedentes esse iudicaret. Vt in oculo nullus est color, in auditu nullus sonus, in gustatu nullus sapor, vt oẽs colores sonos, sapes extrinsecus obiectos

esse vnusquisq; sensus possit capere. Sẽtire. n. est aliquo modo pati & accipere: nihil autem accipit, quod habet, sed quod non habet. Vt igitur quicquid ad ipsum attinet, sensus percipiat, nihil habere debet. Quã cum ita sint operãpretium est explicare, quo pacto tactus elementa qualitatum comprehendat, cum ex illis constet, compositusq; sit. Quod vt planum fiat, memoria repetendum est, quod de elemẽtis diximus calidum, frigidum, siccum, humidum, & alia qualia, ex comparatione dici. Cadit ergo sub tangẽdi sensum, non calidum, aut frigidum, humidum, aut siccum. Sed quod ipso calidius aut frigidius, humidius, aut siccus est. Vt sensus sit quasi quiddam medium repugnantia, quã in eas res conueniat, quã sensum mouere possint, & ob eam rem sentiat ea, quã sub ipsum cadunt. Est itaq; sentiendi vis in mediocritate posita, vt si cum duobus extremis comparatur, alterutrius nomen asciscat. Tactus igitur, quod sit quatuor illis qualitibus præditus, eas res affequitur, & percipit, quã eisdem qualitibus, si cum ipso conferatur excellunt. Sed disputat Aristoteles, & demonstrare nititur in tactu, mediũ etiam aliquod externum interiectum esse inter ipsum, & rem, quam attingit. Nõ enim ita cum alio corpore coniungi potest, quin aer, aut aqua intercedat, siquidem humidũ sine corpore constare non potest. Quod autem humidum est, vel aquam habet, vel aqua est. Omnia verò, quã sunt in aqua, humidã sunt nihil ergo potest in aqua cum alio corpore copulari, quin aqua interponatur, multo minus in aerẽ. cum subtilior sit. Semper igitur aerem,

Quo pacto tactus primas qualitates comprehendat.

rem, vel aquam intermediam esse necesse est, inter ea corpora, quẽ continguntur. Quã cum corpora sint, profundum, altitudinemq; habeat, necesse est, quã corpora, quibus interijciuntur, inter se distet. Ac primum aquam & aerã tactus sine medio alio pertractare potest. Mediũ ergo per se, vique sua non est sensui tangendi, sicut alijs sensibus necessarium, sed accidit, propter aquẽ & aeris subtilitatem, vt se alteruter

tingerat. Deinde cũ vi tactu aliquid comprimimus, vel impellimus, aquam, vel aerem excludi, aut introferri necesse est: si nõ omnibus multis saltem partibus, non enim ea vis est in aqua, vt fortiter quidquam ipsa comprimere, vel pellere possit. Ac de quinque sensibus sigillatim hæc nus dictum



DIDACIA STVNICA
 EREMITÆ AVGVSTINIANI PHYSI-
 cæ, Liber decimus.

CAP. I. De quinque sensibus.



NON esse verò sensus, nisi quinque, (hos autem appello, aspectū, auditum, odoratum, gustatum, & tactum, multi varijs modis conati sunt demonstrare, quidam ex ipsa instrumenti sensus coagmentatione referentes vnumquemq; sensum in illud elementum, quod in eius instrumento dominatur. Sed cum quatuor modo elementa esse ponat, ad numerum quinque sensus non quadrant, eoq; magis, quod gustatum & tactum terræ speciem habere doceant. Nam si duo sensus terram imitantur. Cur alij duo singulorum elementorum similes nō possint: vt ex hac similitudine non quinque modo, sed multo plures sensus existere queant. Alij verò hoc ipsum ex medijs, quod interijcitur natura demonstrat. At qui quod interiectum est, vel aer est, vel aqua, vel nihil, cur ex his quinque tantum sensus, & non plura, nec pauciora consent, non ostendunt, nec ostendi posse puto. Alij ex ipsa, quam faciunt commutatione, quæ sensibus subijciuntur. Nam vel nullus est motus, cum aliquid sub sensum cadit, & tunc aspectus munere suo fungitur, vel mouetur loco subiectum tantum, quod contingit in auditu, qui soni est, vel qualitate, vt in odoratu. Odor enim calore comouetur,

aut sedes ipsa sensus commutatur, vt in gustatu & tactu vsu venit. Sed ex hoc efficitur tantum quinque esse sensus, minimè verò concluditur, plures non esse. Etenim si ex motu instrumenti duo sensus oriuntur. Cur alij duo esse non possint, cum nullus, neque in ipso instrumento, neque in subiecto motus accidit, cur alij duo non extabunt, cum loco mouetur, alij duo cum qualitate mutatur subiectum: cur alium saltem sensum non faciet subiecti, & instrumenti commutatio? Ac denique hæc ratiocinatio, nec conuincit, nec verisimiliter probat, quinque esse, & non plures sensus. Ex eo tamen satis naturalis philosophus conuinci debet, quod hæcenus plures sensus, quam quinque, nec in aliquo animato, nec in omnibus sunt reperti. Tum si homo animalium omnium perfectissimus plures, quam quinque sensus non habet, nec ali animalia aliud præter istum quinque à natura fuisse datum credendum est. Sed rogabit forte quispiam quid ita tot sensus natura præstitit, & nō vno omnia, quorum sensum habemus comprehendit. Fortè, vt dicit Arist, vt communia & consequentia à proprijs distingueremus, quæ ob eam rem communia esse cognoscuntur, quod non ab vno, sed à pluribus sensibus percipiuntur. Pro certo sæpe repetit etiam Aristoteles, si sentiendi instrumento opponatur

Quinque tantum esse sensus.

Moueri sensum licet cum coingatur, quod in eis cadit.

natur subiectum, in quo versatur nihil sensum mouere. Velut si aliquid album extremos oculos contingat. Neque alio argumento, quam hoc exēplo, hoc suum tam generale dictum confirmat. Quem omnes ad vnum Aristotelei, quod ego sciam, sequuntur, ita vt illis hoc in proverbio sit, non alio argumento, quam magistri sui auctoritate ducti. At lux afficit aspectum cum ad eum venit, sonus auditum odor odoratum, calor tactum, licet in neruo tantum collocetur; & sapor gustatum, omnis denique sensus à suo subiecto præfenti mouetur. Nec vllæ sunt species nuntia eius, quod subsensum cadit, sed ipsum se sensui sistit. Vt supra satis demonstratum est. Nō rectè ergo ab Aristoteleis id proverbij loco dicitur. Coloratum verò positum super extremum oculum non cernitur: quia lucem impedit, sine qua aspectus munus suum exequi non quit. Sed cum, ea quæ sub sensum cadunt in corpore insint sicut ipsa sedes sensus corpus est: & omne corpus infinite secari potest, quia quantitate præditum est coniuncta: quæri solet, vtrum ea, quæ sensum faciunt infinite etiam diuidi possint, ita vt licet infinite coloratum secetur, quæuis eius pars sensum efficiat. Si enim non efficiat totum erit ex ijs partibus concretum, quæ sensui non subijciuntur. Quod si singulæ partes sensum nullum mouent, nec totum mouebit, cum nihil aliud sit, quam omnes eius partes. Iam verò si pars vlla corporis sit, quæ sensui nō subijciat. Corpus ergo aliquod esse potest, quod sub sensum non cadat. Ita vt neque colorem, nec grauitatem, nec vllam aliam affectionem habeat, denique

nec sensu vllò comprehendi. Ex alia tamen parte constat, aciem oculorum fugere milliesimam partem millij, sonus item, qui est in diebus est auditum fugit. Quod de aliorum, quæ sensui subijciuntur minima quæque parte existimandum est eodem modo. De cuius quæstionis explanatione, vt dicamus, illud ponendum est, quod planum, & perspicuum sit magnitudinem esse, & diuidi posse, id omne, quod sensum afficiat. Minimè tamen omnis magnitudo sub sensum cadit, sed certa, atq; finita, pro cuiusq; sensus facultate. Quare sensus, qui medio interiecto vritur, non quocumque contenti sunt, sed certum & finitum postulat. Nam quæ sub aspectum cadunt, angulus qui oculo formatur, eorum magnitudo comprehenditur. Quod si magnitudo valde parua sit, aut valde longè distet, lineæ, quibus angulus continetur, ita copulantur, vt vna tantum linea esse videatur, sonus vt moueat auditum, & aerem totum interiectum, & aerem innatum mouere debet, quod à diebus aut ab alio minimo sono præstari non potest. Idem de exhalatione, ex qua nascitur odor, de tactu & gustatu facile intelligitur à minima magnitudine commutari non posse sensum, minima verò est, vel vi sua, vel quia procul distat. Tum tactus præstantia & exuperatione afficitur, eius qualitatis, quæ cum eius mediocritate comparatur, corporis autem exigui vis dissoluitur, non aliter, quam si succus exiguus in mare infunderetur, itaq; nihil mouet, quia nihil in eo præstat. Est ergo aliqua magnitudinis, & interualli extremitas, vnde res non percipitur sensu, est & aliquod initium à quo percipitur,

tur. Quæ eam vim habere oportet, ut diuidi nequeat, vltra quod sensus affici non possit, citrà verò afficiatur, sicut vna linea, quæ sine latitudine currat, lumen ab vmbra separatur. Minima verò corpuscula sunt illa quidem colore, sapore, & grauitate prædita sub sensumq; cadere possunt, si cum maioribus corporibus socientur, sicut partes cum toto, secreta verò, & à toto separata minimè. Afferunt etiam nonnullis dubitationem ea subiecta, quæ motu per locum ad sensus perueniunt, vt sonus & odor. Vtrum idè à multis audiatur, & odoretur, an aliud, & aliud à diuersis. Nam si idem est, igitur vna res in multis locis est, vt varia tenent loca, qui aliquid exaudiunt, & odorantur. Sin autem non idem. Nō ergo idem tonitru, idem thus multi auribus & naribus percipiūt, quod est absurdum. Sed quod attinet ad eam rem, quæ prima sensum afficit, vt tonitru, & thus ignis item, qui procul calefacit, eadem, vnaq; ad numerum sensum afficit. Hæc tamen aerem primò mouet circumfussum, cuius alia, & alia pars numero speciei tamen eiusdem ad loca diuersa manat, & singulorum sensuum propria efficitur. Itaque multi simul è diuersis locis idem simul olfaciunt, & exaudiunt diuersis aeris prius commoti partibus affecti. Vt autem planior cuiusuis sensus natura fiat, animaduertendum est, rei quæ sensui subijcitur, & sensus ipse vnum, eundemque esse actum, vt sonus, qui re ipsa fit, ab audiendi actu non discrepet. Quod vt facilius intelligatur, redeundum est in memoriam, eius quod docuimus in huius scientiæ principijs, motum efficientis non

Sensus, & rei subiectæ eundem esse actum.

esse in eo, qui agit, sed in eo, qui patitur: vt ignis facit eo calore, qui ab eo profectus suscipitur à ligno, quod patitur, ita quod sensum mouet, agit quidem, eius tamen actus non est in ipso, sed in sensu, quem afficit. Cum enim affectio & passio idem motus sint, in eodemq; subiecto versantur. Non sunt autem in efficiens, quim quod motum afferit sua sponte non mouetur, sunt igitur in re, quæ patitur, & accipit. Quare sonus re ipsa, qui est (si licet nomen fingere) sonatio, idè est, quod auditus re ipsa, qui est auditio. Ita aspectus re, quod est aspectio, idem est, quod color re quod est, vt ita dicam, coloratio. Eadem est ratio reliquorum sensuum & eorū, quæ sensus mouent, licet nominibus vacent, quibus nominari possint. Sed contemplanis, & rerum scientiam inquirens ex his doctrinam hæc facile comprehendit. Cum ergo vtriusq; & sensus, & eius, qui sensum afficit, vnus sit actus, simul interire & simul conseruari necessè est. Si tamen de eorum vi, ac potestate verba faciamus, aliter est sentiendum. Nec enim rectè Pitagorei tradiderunt, nulla eorum, quæ candida, & atra sunt, sine aspectu, neq; saporem sine gustatu esse posse. Sed cum hæc vel ex vñ & actione, vel ex vi, ac potestate dicantur, de illis vera est eorū opinio, de his verò minime. Ex hoc etiam explicatur illa quæstio, quæ de sensibus esse solet. Vtrum duæ res simul, eoq; indiuiduo tempore sensu comprehēdi nec ne possint. Nam si sensus actus idem est, qui & eius subiecti: non possunt autem duæ res vno puncto temporis sub sensum cadere, quia vnus rei vnus actus est, sicut vna forma. Atq; vb vna

Quomodo sensus circa res diuersas vno tempore se habeant.

ab vna vi, vno & indiuiduo tempore vnâ esse actionem necessè est. Si quidem vna vis, atque facultas semel non nisi motum vnum functionemque exhibeat. Quæ melius cognoscetur, si ea distribuatur, quæ sensus mouent. Nam vel duæ illæ res, quæ simul sensum mouerent cadūt sub vnum, vel sub duos sensus. Si sub vnum cum vnus sensus in duobus contrarijs versetur, vel duæ illæ res ad alterum spectant contrariorum extremum, vel ad vtrunq;. Si ad vnum extremum, vel pares, vel impares motus sunt. Si pares sint alius alium obruit, cum ex eis vnus non cōponatur. Veluti videmus, simulti loquantur, neminem percipi posse. Et vt vnum sonum bene exaudiamus alios comprimimus. Sin impares motus sint, vehementior sensum efficit. Itaque si quid oculis proponatur, id neque comprehendere, neque sentire solemus, quoties acriter animum in aliam rem intendimus, aut pertinaescimus, aut magno, aut suauissimo sono detinemur. Sin autem res sint diuersæ contrariorumque generū. Si fortè pares sunt, nullius sensus erit quod alter alterū obruet. Huc accedit, qd contrariorum motus contrarij sint, & simul contraria in eandem rem conuenire nō possunt, profecto in vno eodemque sensu contraria, vt graue & acutum, dulce & amarum, albū, & nigrum in esse non possunt. De ijs autem qualitatibus, quæ non sunt contrariæ, sed interiectæ contrarijs eodem modo animaduerti licet. Alij enim colores exempli gratia candorē, alij atrorem imitantur. Vel quidam alius sensus ex vtroque existet. Vt vsuenerit solet in rebus, quæ temperantur, &

confunduntur inter se, vt colores ex albo & nigro, soni ex acuto, & graui, sapores ex dulci & amaro. Tunc enim quia permixtio vnum quidam est, vnus porro vnus est sensus vsus & functio. Ita fit vt ea, quæ permista, & temperata sunt simul vnoque temporis puncto sentiantur, quod non plura re ipsa sed vnum sint, vnoq; sensu motu vsuque percipiatur. Sin autem duæ res illæ, quæ sensum mouere finguntur, duobus sensibus proponantur, quia ex his vnum non nascitur. Nam ea modo permiscuntur, & temperantur inter se, quorum extrema contraria sunt, ex albo verò, & dulci nihil vnum constari potest, simul & indiuiduo tempore, sensu percipi nō possunt. Etenim si magis inter se distant, quæ ea, quæ licet contraria sint, vno tamen genere continentur, multo minus illa, quæ hæc simul sentiri poterunt. Quare si nō hæc ipsa, vt probatū est, ne illa quidem poterunt. Quod si quis occurrat illud afferēs vt sunt duo oculi, duæ aures, ita nihil impedire, vt duæ sint sensuum functiones, & vsus, vt uno oculo vna res, altero videat altera. At qui vnus est animus, qui in res omnes intenditur, vnaq; eius vis, qua iudicat, & à sensibus afficiatur. Sicut autem in sensibus, si vnū ex eo, quod vtriq; obijcitur, vel oculo, vel auri, fiat, illud sentiet, sin distinctum aliter res se habeat. Ita videtur animus si ex eis, quæ per sensus percipit, vnum fiat ad numerum puncto temporis iudicare, sin autem diuersa, temporibus etiā diuersis. Quod si ea, quæ eidem sensui obijciuntur, non possunt, si duo sunt comprehendendi simul, certè multo minus ea, quæ duos sensus

Rt mouent,

mouent, ut alba & dulcia, simul sentiri queunt. Sed illud contingit quod de illis diximus que cum vno sensum afficiant non vno motu: ut is motus vincat & alium obscuret, qui maior est, si autem sint pares alter alterum obruat. Illud etiam ad totum sensum genus spectat, quod cum vires sint facultatesque nature. Facultates autem sunt propter usum & functionem que sita, ita vni firmantur cessatione torpent, ut prudenter animaduertit & notauerit Hippocrates. Si quis diutius nihil audiat, nihilque videat ita auditus & aspectus labefactari, ut tandem hos sensus prorsus amittat. Ac de vnoquoque sensu & de toto eorum genere hoc modo dictum sit.

Cap. 2. De sensu communi.

Sed non his quinque sensibus comprehenditur quidquid animal animo sentit. Siquidem cernunt oculi, tamen non percipiunt se cernere. Nihil enim cernitur, quod non colorem, aut splendorem habeat. Quibus caret inspectio, quippe que corpore vacet. Idem de alio quocunque sensu dicam. Ergo aut animal sensum non habet usus & functionis suorum sensuum, aut alius in eo sensus inuestigandus est, qui in his functionibus muneribusque versetur. Deinde quod oculus coloris totum genus perspicit, asse qui potest in quo album & a nigro differat auditus in quo acutus a graui sono gustatus in quo amarum a dulci. At verò quis nam sensus differentiam inter album & dulce, inter sonum & saporem diiudicauit? Cum nullus sensus in alterius subiecto versetur. Quam ergo de illo sententiam ferret, aut qua ratione sen-

tiet a suo subiecto differre, si nullam eius rationem cognoscit. Oportet enim qui aliquos inter se discrepare iudicat aliquid esse percipiat in vno quod non est in alio. Secus. n. perinde esset, ac si diceret quis, cum hoc ego, illud tu sentias constat hec esse diuersa. Vnum ergo sit necesse est, quod in quinque sensuum subiectis versetur, quod illorum varietates dissimilitudinesque cognoscantur. His argumentis sibi multi persuadent alium interiore sensum esse quem commune nominant. Quod aliorum quinque sensuum subiecta percipiat, in nulloque alio versetur. Ipsius autem usus est, cum aliquis externus sensus munere suo fungitur quo cessante & ipse cessat. Itaque nihil cadit in sensum, quod a duobus sensibus non percipiatur proprio & communi. Et hanc docent Aristotelis esse sententiam. Sed tamen doceri vellem quo nam pacto iste sensus interior ab extraneis subiectis aliorum sensuum moueatur. Expoſuimus, quo modo vnusquisque sensus a suo subiecto afficeretur, nullus tamen modus sensum istum commune attingere potest. Lux. n. in illum penetrare non potest. Cum iter ab oculis ad illum non sit perlucidum, neque sonus, quod aera insitum & cognatum nullum habeat, sicut auditus. Ac denique cum varia intermedia quinque sensus sibi vendicent, quibus se res illis propositæ applicent & ad ipsos admoueant, non possunt tot varietates in vno sensum quadrare. Nam licet species illæ essent & imagines quas isti fingunt. Et quas multis supra refellimus in vnum idemque medium, per quod patet auditus ad sensum commune sese non accommodarent cum diuersum alia id quod

Sensum non esse commune.

quod interijcitur esse requirant, alia nihil interijci postulent. Sed rei in qua versantur tactum exigant, quo pacto tangente tactu sensus etiam communis continget, cum longè distet a pede vel manu tangente caroque multa, vel nerui inter ipsum & id quod tangit sint interiecti. Iam verò quid attinet, aut quid animanti commodi affert, quod alio sensu sentiente id ipsum communis sensus sentiat, ipsoque cessante continuo cesset? Dicunt ut sensuum inter se cognoscat differentias & suaque muneris obire attendat. Atqui alia animi facultas longè aptior est ad hanc rem (ut mox dicemus) sensus autem iste communis id præstare non potest. Etenim differentie vis, quatenus talis, non sub sensum, sed sub intelligentiam, cadit, est enim in eis, quæ cum aliquo conferuntur. Sicut similitudo, que quonia multis simul rebus nititur, non sensu, sed mente comprehenditur, absurdissimum enim esset sensum posse, putare, res cum rebus comparare, & earum rationem & proportionem cognoscere. Neque sensus vllus ea contraria, quæ ad eum pertinent esse contraria sentit & quæ nam sit ratio discriminis inter album & nigrum, inter grauem & acutum sonum dulce & amarum saporem. Tantum aliter afficitur ab vno contrario, quam ab altero. Cuius rei sensu ita gerit, ut si rationem discrepantiæ, hoc ipso quod discrepantia est, perciperet. Quare possumus existimare sensum in eis contrariis versari, que sui generis sunt, atque cognoscere in quo differat album a nigro amarum a dulci. Sensus autem iste communis id efficere non potest in toto genere eorum quæ in sensum cadunt. Non enim iudicare potest, ut istis placet aucto-

ribus in quo differat album a dulci, quia non aliter afficitur ipsi ab vno quam ab alio. Siquidem eodem vbiq; medio vtitur. Neque vlla ratio varietatis in eo notatur ad res diuersas, vno & alio modo comprehendendas. Neque vllus explicare potest qua nam ratione aliter ab vno subiecto communi sensus, quam ab alio commoueatur. Sicut dicimus album separare, nigrum verò aspectum comparare dulce iucundum esse sensui, amarum graue. Sed forte dicet saltim sensum habere diuersa ratione moueri aspectum a colore, quam auditum a sono. Sed qui fieri potest ut huius rei sensum habeat si nulla ei varietas accidat. Præsertim quod ei tantum proposita sunt de istorum sententia aliorum sensuum subiecta. Varietas autem nulli sensui subijcitur. Eam ergo non sentit sensus communis. Satis igitur inutiliter ab istis auctoribus introducitur cum id muneris exequi non potest, cuius causa inuentus est. Partes autem quas illi imponunt, ut iudicet vtrum sensus externi officium suum præstet veluti quod oculus videt, quod aures audiunt, Philoponus Aristoteles, & Aristotelis interpres plane affirmat has partes sensum commune sustinere non posse, sed mentis, & intelligentie esse eius vis, quam attentionem vocat. Iam verò si aspectus exempli causa non potest cernere se, quia in colore versatur, quem non habet cernendi functio. Nec vllius, sensus usus particeps est, subiecti, in quo versatur. Qui ergo potest a sensu communi percipi, si non aliter res sub ipsum cadunt, quam que quinque sensibus obijciuntur? Præterea isto sensu non vtimur nisi cum alius sensus in officio est. At cum cognoscit

Rr 2 quem-

quempiam sensum suum officium præstare, simul alius sensus id non sentit, quia illud ipsum non est in illis rebus, quæ sensibus proponuntur. Non ergo potest percipere vtrū alius sensus moueatur, nec ne. A quo officio desertus, & ab eo, quem isti auctores requirebant, vt differentiam notaret earum rerū, quæ sub alios sensus cadunt. Nihil ei aliud relinquitur, in quo vim suam consumat. Quibus ego argumētis adductus arbitror. Hunc sensum nō esse animantibus à natura datum, quia est omnino inutilis.

Cap. 3. De interioribus sensibus.

Veruntamen quinque prædictis sensibus modò animalium vita traduci non potest, nec ijs rebus parandis & tuendis sufficiunt, quibus actio vitæ continetur. Nam res absentes & quæ nullum sensum mouent, expectunt, quærunt, inuestigant. Si oculorum aciem in Solem, aut in rem aliam nimio candore fulgentē intendamus clausis deinde oculis eius aliquē sensum habemus, & eius imago in oculis esse videtur. Cū langore corporis, nec mēbris, nec sensibus vti possumus in varia visa somniantes incidimus. Alia ergo horū visorū ratio, quā quæ ex sensibus sumi potest perquirēda est. Præterea mōtes aureos, homines summo vertice cælū actingentes & alia monstra & res inauditas possumus cogitatione fingere. Cū nihil in ea re sensus vllō modo iuuare possint. Dubiū ergo non est, aliquas præter quinque, sensus esse animi vires, quib⁹ huiusmodi res expedire & explicare queat. Has oēs Arist. vna ea vi cōclūsit in qua visa impri-

Alia præter quinque sensus esse animi vires.

mūtur, quā imaginationē minus latini, visionē elegantiores appellant. De sensu verò cōmuni lubricus, & incertus est. Quæcunq; tamen eius sentētia sit, ex interpretū ei⁹ & Aristoteleorū sentētia nihil magis visionē afficit, sēsus cōmūnisquā alij sensus. Sed vnā facultatē hāc nō posse omnia munera animali necessaria exequi, ex eo perspicuū est, quia vel est vis ad perpetiendū, vel ad efficiendū. Si ad pariēdum, quæ nam alia vis ea monstra fabricatur, quæ vigilantes, aut somniantes depingimus. Si autem vis est ad efficiendū, quæ nam alia vis receptaculum est visorū & earū reliquiarum, quas sensus dum in opere vrgētur, suppeditant. Aut in qua alia animi parte sit id, quod illa vis efficit. Nam eandē omnino rem patientē & efficientē esse multis iam diuersis locis supra cōprobatum est fieri minime posset. Alia igitur præter visionem est ponenda interior facultas. Vt autem aptius totā rationē sensuum intimorū interpretemur intelligendū est vnum quemque externū sensum actu & functione sua aliquid gignere & efficere, quod sit rerum, quas gesserit signū atque vestigium, quod in ea animi parte imprimunt, quā visionem vocamus. Hæ reliquæ non sunt res veræ, sed rerū simulacra & effigies. Itaq; sicut sensus rerū formas ad ipsos pertinentes accipiunt sine materia, ita in animū influunt non veras formas, sed earum modos & imagines. Sicut vestigium nō est, nec pes nec aliud corpus, sed eius corporis, quod vestigium fecit signum. Ita colores, quos signauit in animo intuitus, & sonos, quos auditio non sunt veri, sed verorū impressiones, atq; species. Et sicut sensus formas

Alia præter visionē est interior facultas.

pro-

proprias & communes per se percipiunt, per easq; alia, vt hominē leonem & arborem, ita in animo imprimūt, id quod per se cōprehendūt & id quod per aliud, vt leonē, lupū, & bouē. Sic vt sensum reliquæ sint quasi quædam pictura, quam in visionē conferūt. Et in quo sensus nō decipitur, velut in proprio subiecto in eo, nec fallitur visio, in alijs autē in quæ propria subiecta cadunt, vt in magnitudinem, figuram, motum & substantiam. Sicut errant sensus errant, & visio, sicut enim Sol pedalis videtur, ita & in visione imprimitur. Et corpus angulatum, si procul absit, rotundus apparet, ita & in visione fingitur. Visio denique accipit modò, & nullas corrigit reliquias sensuum. Et quoniam sensus præstantiori forma afficitur, quàm visio, ita longè vehementior eius motus est, quàm visio. Sic vt præ sente sensu nullus sit vsus & actus visionis. Ita res, quæ sensibus obijciuntur, vel tristitiam, vel lætitiā afferunt, nullam verò, vel certē modicam, quæ animo pinguntur. Est ergo visio vis, atque facultas animi, in qua imprimuntur sensuum, qui munere suo funguntur motus. Verumenimverò cū hæc impressa visa picturæ speciem gerant à sensibus confectæ. Nihil ampliùs quàm ipsi sensus representarēt, nisi aliqua alia vis accideret, quæ tam varias rerū imagines tractaret, versaret & varijs formis aptaret. Hanc existimationem appello, cuius partes primū sunt visa illa in varias formas cōponere & quod libitū fuerit animo fingere. Quod munus exequi visio sua natura non potest, cū quicquid habeat, à sensibus accipiat, à quorū facultate valde aliena est cōpositio: ni-

Visio quid.

existimationis partes.

hil. n. sensus formant nihil fabricantur, sed vt res se illis obijciunt, ita accipiunt. Tum quòd nihil, vt dictū est, facit, quod patitur. Cū ergo huiusmodi formas, atq; fictiones accipiat ea vis, in qua visa imprimuntur, nō potest eas ipsa reddere. Deinde ad existimationē spectat ex illis simulacris, atq; reliquijs sensuum earum rerum notitiā elicere, quam sensus habere non possunt. Velut ex tali colore, figura, vultu & habitu cognoscat, quid animali amicū, & commodum, quidque inimicū & in commodum sit. Ita agnus fugit lupum, sequitur matrem, quærit mammas, aues ad nidos construendos paleas & alias res inuestigant. Has commoditates, nec sensus cōprehendunt, nec in visis ponunt, sed splendor & vis acris existimationis exprimit eas & animo suggerit. Hanc vim in alijs animantibus ex his esse cognoscimus. Nihil est tamen ex quo, coniecturam faciamus, vtum res varias, atque diuersas animo sicut homines forment. Nisi quod somniare videantur, quia canes dormientes nonnunquam latrant. Sed in his visis tractandis & agitandis homo cætera animantia longè, & multum antecellit. Nam ingeniose res mirabiles cogitatione fabricatur, & animo fingit. Quare huiusmodi vis in homine cogitatio nominat. His duabus virib⁹ animalia omnia munera & officia sua obire posse credo. Nonnulli phantasia, vt illorū verbo vtar addūt ad species & imagines cōponēdas, quæ sēsus in visione signauerit. Sed huic negotio nos existimationē delegauimus, ab eaq; pro dignitate sustineri posse putamus. Existimatio etiam internoscit albū à dulci & ab acuto

Rr 3 sono

sono differre, quia longè alia est affectio albi, quàm dulcis & acuti soni, vt eorum species in visione relinquantur indicant. Cognoscunt quoque existimatione animalia, vtrū videant, audiant, nec ne. Tamen Philonus sentiat id intelligentiæ esse. At qui erigunt canes, & alia animalia aures, vt melius audiant, quas si satis audiant, dimittunt, caput etiã at tollunt, vt melius videant, diiudicant ergo se audire, vel non audire, videre, vel non videre. Quod etiam attinet ad perfectum, atque plenum sensum vsuum. Cui non defutura natura videtur. Aristotelei omnes, quod ego sciam, & alij philosophi aliam facultatem animantibus ascribant ab eis distinctam, quam necessariam esse dicunt ad vitã colendam, quam vocant memoriam, eiq; loco cum ab alijs separatam in capite naturam dedisse docent, eiusque munus esse species & simulacra seruare earum rerum, quas memoria tenemus. In quo à magistro Arist. planè dissentiant, siquidem nec alias species & imagines commemorat, nisi eas, quæ resident in visione, in qua etiam memoriã reponit, certa quadam ratione, quam mox exponemus, à visione differente, in quam ego sententiã pedibus, & manibus eo. Etenim ab aduersarijs percontator de illis simulacris, quæ in memoria seruari dicunt, à quo imprimantur. Non enim vi fiunt earum imaginũ, quas in visione ponimus. Siquidem nequit eorum esse tanta vis, id enim vsu venire necesse est, quod in animalium generatione, vt illa animalia, quæ sui similia non gignunt, quod ex eis ortum est, amplius generare non potest. Ita cum ex actibus, & motibus sensuum,

De memoria opinio-
net.

formæ alterius rationis in visione fiant, non possunt ex illis aliæ eiusdem vis in memoria oriri. Et vt orientur, vel simul atque illa simulacra in visione impinguntur, vel post, si simul, rerum ergo presentium, & quarum ante sensum non habuimus erit memoria, quod est absurdissimum, & prorsus memoriæ naturæ repugnans. si postea quãdo, & à quo producuntur. Visio. n. potius patitur & accipit, quã efficit. Existimatio in ea parte, in qua visa imprimuntur tota versatur. Ab ipsa vero memoriæ vi elici simul, & accipi non queunt, quia nihil ex eadem parte efficere & fieri potest, vt sæpe diximus. Iam verò cum memoriã replicamus, quanam agente facultate species, & simulacra, eo loco conseruata commouentur. Quæ cum explicari ab istis auctoribus non possint, cum Aristotele magistro consentiamus & eius doctrinã sequamur. Sed dicunt isti ex disciplina eorum, qui in corporum sectione versantur, tres in capite sinus notari, quibus contineri putant, tres animi vires, quibus valet animal ad cognoscendum. Sed isti sinus non reperiuntur in omnium animalium, quæ his viribus pollent, capitibus. Tū vellē scire qua coniectura iudicent, qui de corporum sectione disserunt, hos sinus, quos habet hominis caput naturã his viribus parasse. Ego enim arbitror non huic vsui esse destinatos. sed vt sint quasi quidã spirituum fontes, vnde neruis insuatur, per quos sensus in omnes corporis partes deriuatur. Quod si cōtingat aliquãdo vim aliquam labefactari vulnere in loco sinu accepto. Iccirco vsu venit, quod non ita comoda sit ex ea parte spirituum deductio. Memoria ergo

ergo eiusdem partis est, cuius ea, in qua visa insunt, eidemque simulacris, & rerum specie vitur, quibus & visio. Excitatur tamen visa, & imprimuntur notitiam in eadem parte existimatio, quæ notitia si sit, vel rei presentis vel futuræ modo, quæ nūquam ante in animo insedit, visum & notitia est, & in homine contemplatio, & intelligentia: quod si tali notitiæ temporis accedat consideratio, vt sit eius rei, cuius prius notitiã habuimus, memoria est. Neque enim res futuræ, neque presentes in memoriã cadunt. Sed futuræ in spe & expectatione sunt. Presentiũ est, sensus, qui nec futura, nec præterita percipit, sed modo presentia. Præterita memoriã constant, quæ etiam presentium est, si antea etiam fuerunt. Nam hortantes, atque monentes quempiam dicere solemus, vt fortitudinis, & virtutis suæ meminerit. Sed in re presenti memoriã versatur, non quatenus adest, sed quatenus præterijt. Memoria ergo notio & existimatio est cum tempore coniuncta. Quocirca animalia tantum, quæ motus & temporis sensum habent, memoriã prædita videntur esse, cætera verò minime. Nam illud prius, quod exigit memoriæ ratio ad temporis naturam pertinet, quæ in priori, & posteriori posita est ex ea parte, quæ ad motum accommodatur. Vt in primis huius scientiæ principijs declarauimus. Quoniã verò memoriã non constat sine visis, visa autem in animo per sensum gignantur. Quippe quorum motio quasi notam quandã consignat sensorũ, veluti faciunt ij, qui anulis aliquid obsignant. Ex modo, quo visa imprimuntur indicatur, quanta sit singulorũ, quibus

Memoria
eiusdem
vis
visio.

Memoria
quid.

memoria data est eius vis. Siquidem insigi species debent in visione, & manere, quibusdã facillè infiguntur, sed non manent, quod humidiores sint, quàm oporteat, vt ijs vsu venit, qui acri sunt ingenio, & facillè discunt, alijs difficillè inherent, sed diutius seruantur, propter duritiã, quã siccitas parit. In nonnullorum animis non insidet, neque imprimuntur species vlla, quia nimis duri sunt, vel propter nimiam siccitatẽ, vel nimium frigus, vt ij, qui nimis tardo ingenio sunt, & ob eã rem nihil discunt. In alijs autem, quia magno motu, vel propter animi perturbationẽ, vel propter ætatẽ agitantur. In ijs enim perinde accidit, vt si in profluentem aquam motus, aut alia res obsignaretur, quare qui perturbato sunt animo nihil memoriã tenent. Senes etiam, & pueri obliuiosi sunt, & immemores propter motum in quo versantur, illi decessionis, isti accessionis. Frequens autem meditatio memoriã conseruat. Nam eius repetitio imagines, speciesque renouat, atque recolit. Et vt totam cognoscendi rationẽ ante oculos ponamus. Animaduertendum est, sentiendi vim ad rem, actio nemque collatam fieri re ipsam, quæ sub sensum cadit, motu, quo sensum mouet, & tum sensus habetur, qui sui vestigium & simulacrum relinquit in visione. Sicut autem sensus motus longè maior est, quàm visionis, quod ille à re ipsa, hic verò motione sensus afferatur, maiorque vis sit in primo mouente, à quo reliquus pullus omnis proficiscitur. Ita presente sensu nihil visionem curamus, sed in sensu tota animi acies intenditur. Sensu verò absente existimatio versatur & excitat species, & simulacra, & sic rei notitia

Tota cognoscendi ratio.

extat. Itaque nunquam efficit, sed semper accipit visio. Tripliciter autem patitur visio, & à sensu, cum visa imprimuntur, & ab existimatione, cum tractantur & notitia fit, & cum tempus accedit, & memoria replicatur. Quia verò omnis actio partis ad sentiendum apta, in visione versatur, visioque cuiusque modi notitiam accipiat, quæcumque; ingignatur notia, nobis videri dicimus. Est etiam considerandum, quod sicut sensu percipimus hoc ipso, quo vis & facultas sentiendi in rem actionemque confertur. Quemadmodum calefcit, atque frigescit, quod calidum, & frigidum esse poterat. Ita etiam quod animis per visum obijcitur, decernunt ipsi & memoriam usurpant. Et sicuti quando cernimus oculis, enunciatio nulla, nullumque verbum effertur, ita cum alias visionis, existimationis & memorie actiones præstamus. Sed se habent sicut alie cause sensus expertes nature necessitate manantes, & in se efficientiam naturalem cohibentes. Quo præposito & planum facto consequens est absurdissimam illorum esse opinionem, qui affirmant animum sensus modo compotem ratiocinatione uti posse. Non enim existere potest ratiocinatio sine enunciatione quæ eius materia est. In enunciatione verò prædicatum refertur ad subiectum. Quod sine intelligentia fieri non potest. Tum ratiocinatio nititur re vniuersa: quæ in toto genere, aut in nulla eius parte intelligatur: sensus autem non comprehendit rem vniuersam non ergo ratiocinari potest. Age verò copulatio primarum, & quasi consentiens ad consequentiam enunciationum coagmē-

Animus sensus tantum copos ratiocinari non potest.

tatio penitus non potest subsensum cadere. Nihil autem debet aduersarios mouere sagacissima & solertissima animantium ad eam rem vis, ut se tueantur & in suo quæque genere permaneant, & in educandis & custodiendis ijs, quæ procreauerunt vsque ad eum finem cum se possint ipsa defendere. Ex his enim non efficitur animantia consilio suo & ratione uti, suaque prouidentia moueri. Sed omni ratione concluditur mente consilioque diuino rerum naturam singulari quasi artificio esse fabricatam: omniaque in hoc mundo ad salutem omnium conseruationemque admirabiliter administrari. Nam etiam in ijs, quæ sine sensu sunt tanta continuatio & series causarum reperitur, ut non sine magno consilio diligenti & considerata ratiocinatione alia ex alijs & omnia inter se apta & colligata videantur. Nam ea quæ gignuntur à terra radicibus continentur, quibus à terra succum trahunt, quo alantur cortice obducuntur, quo sunt à caloribus & à frigoribus tutiora. Præterea vites clauiculis tanquam manibus adminicula apprehendentes se erigunt, ut animantes. Iam verò quam artificiose ex semine procreatur animal & planta. Cur enim in locis semen infedit rapit omnem fere cibum ad sese eoque septum animatum fingit. Denique longa & altè repetita oratione opus esset. Si per se sequerentur quantam ratiocinationem, machinationem, atque solertiam natura consultrix & prouida utilitatum omnium in operibus suis ostendat. Ex eo verò potius Dei immensa sapientia, quam ipsis rebus ratiocinatio in esse cognoscitur. Sed urgent illi quod animantes rationis exper-

expertes condocce fiunt, domantur, coercentur ab hominibus, & ipsi discunt, disciplina verò sine ratione non extat. Habent ergo rationis non nihil. Atqui non persuasionem discunt, sed quia eisdem rebus asuescunt. Ac de toto cognoscendi genere & singulis eius interioribus viribus visione existimatione & memoria diximus.

Cap. 4. De appetitu.

Veruntamen quoniam animus quod animantes informat ex eo quod sentiant & ex eo, quod loco moueantur cognoscitur, de sensu hactenus egimus reliquum est, ut de motu disseram. Quæ nam illa facultas sit, qua ad locum motu cieantur. Ac non eam esse vim quæ ad alendum pertinet hinc cognosci potest, quod ea prædita sunt ea, quæ gignuntur à terra. Tamen non ingrediuntur, nec loco mouentur. Non enim ille motus quo accrescunt & imminuuntur huius est instituti, atque sermonis. Age verò quod motus, de quo nunc loquimur semper est cum appetitu coniunctus. Nihil enim suavi loco mouetur, nisi ut aliquid persequatur, aut fugiat. Quod totum ab appetitu proficiscitur, quo vacant ea, quæ oriuntur à terra. Nec verò pars illa, quæ sensus est compos, per se & natura sua motum affert. Siquidem sunt plerique animantes, quæ tametsi sensum habeant loco hærent & fixi manent. Tum sensus omnes siue externi, siue interiores suavi à motu per locum sunt alieni, quod enim eos attingit, & ad actionem confert. Quare ipsi sunt in ipsis est ad eos vsque peruenit, nulla re extraria eis opus est. Res autem per se loco pelluntur quo ali-

Motus ab appetitu proficiscitur.

quam rem consequantur, quæ separata & extra sit. Quoniam multa igitur animantes sibi de esse cognoscunt, & alio loco querenda esse. Et enim non nihil boni & vtilis sibi visione comprehendunt. Et quod ab esse iudicant quandam vim habeant necesse est, qua bonum illud extrarium persequantur, & in eo versentur. Ut sicut formis, quibus res natura constituuntur, propendent & inclinant in aliquam rem, ut graua & leuia deorsum & sursum, ita etiam formis illis quas sensibus animantes tenent, ad aliquam etiam rem sunt propensi. Præsertim quod ea quæ sensu tantum ducuntur, nec sensibus delectantur, nec visis propter se sed propter vitæ cultum & victum ad quæ omnis eorum cognitio refertur. Aliter ergo vim habent, qua in ea ferantur quibus eorum vita sustentatur. Hæc autem vis est appetitus: quæ mouetur & mouet, mouetur à re appetenda, non quacunque, sed quam sensu, vel visione comprehensam iudicat esse talem, si enim animal eius sensum nullum habeat nunquam appetitus commouebitur. Mouet autem, postquam est appetitus comotus animal in quo est ad eam persequendam instrumentis his, quæ ei, ut motu cieatur natura tribuit. Tria igitur in re appetenda concurrunt vnum quod mouet, alterum, quo mouens in mouendo vtitur, tertium id quod mouetur. Quod autem mouet est duplex, quorum vnum immobile est, alterum mouet & mouetur. Immobile est bonum quod eiusmodi esse debet, ut agendum sit, secus enim non moueret appetitum, si non illud adipisci posset. Mouetur autem ea pars in qua appetitus insidet, appetitio enim

Rt 5 quidam

quidam morus est. Quod enim expetit, quatenus expetit, mouetur. Quæ pars mouet etiam animal ad id quod appetit explorandū. Infrumentum verò locum obtinet ipsa corporeæ mollis coagmentatio ex ossibus, neruis, musculis, & alijs mēbris constans ad motum accommodatis. In eo verò, quod appetitum visis moueri dicimus, distinguimus animantium appetitum ab alio, qui naturalis est rebus omnibus, vt sua natura sine cognitione vlla ad aliquos motus sint procliuēs. Vt ignis sublimē fertur terra deorsum. Is autem appetitus qui animalib⁹ motus causam affert, sensu inducitur. Qui cū in bono cernatur cognito, eaq; de causa sit à natura donatus, vt animantes commoda & sibi conuenientia procurent. Dupliciaque sint quedam facilia, alia ardua & difficilia, ita duæ sunt appetitus partes. Vna quæ bonū spectat facile, altera quæ difficilē. In illa libidines insunt in hac irarum existit ardor. Vtraque pars varijs modis afficitur, & ita variæ sunt vtriusque perturbationes. Nam si illa pars in qua libido dominatur, aliquid sibi aptum & accommodatum esse sentiat amore impellitur. Quod si id nondum adsit desiderium appetitū tenet si verò quod expetit consequatur voluptatem & lætitiā percipit. Contra verò in cōtrarium malum & incommodū tribus alijs contrarijs modis concitatur. Nam cū ei sese offert in odio est. Deinde pro sua parte illud fugit, atque declinat. Si verò minimē potest tristitia & dolore contrahitur. Illa verò pars, qua irarum ardor continetur, varijs etiam modis mouetur circa bonū arduum quod tractat. Primum enim spe erigitur

Duæ appetitus partes.

illud obtinēdi. Deinde si videat difficultatem esse magnam, audacia impellitur. Quod si vincat alteri parti dat locum, quæ cupiditatum est, vt illius voluptate fruatur. Nam postquam illud est cōsecuta omnis difficultas sublata est, vt iam non ad irarum ardorem, sed ad cupiditatē spectet. Contra verò ad malum detrimentumque irarum ardor, ita se habet, vt si eius difficultatem superare non possit, desperatio animum occupet. Si verò malum nondum oppreserit, sed appropiquet timorē facit. Si verò in malum incidat fraudeque circūueniatur ira inflammatur. Has verò appetitus partes esse distinctas ex ipsis perturbationibus quas patiūt cognoscitur. Nam alia alias extingunt, vt voluptas sedat iram: contra ira expellit voluptatē. Has etiam perturbationes varijs in locis tractat ethicus quatenus ex virtuositate gignuntur, & à virtute gubernantur, & decorantur. Ac de causa cur animantes moueantur, & de vtroque appetitu dictum est.

Cap. 5. Animam rationis compositam esse formam.

Triplicem animum esse diximus vnum, qui vim habet alendi, alterum qui sentiendi, de quibus hactenus locuti sum⁹. Sequitur vt de tertio cuius vi ratio cinatur disputemus. Sed cū animum formam esse dixerimus corporis vitæ compositis magnam inter nobiles philosophos habet dubitationem, vtrum is animus forma sit. Plato enim Gregorius Nyfenus. Philoponus, simplicius, & alij in ea sententia fuerunt, vt non formam corporis, sed gubernatorem esse & mo-

dera-

Corpus hominis esse partem.

deratorē existimarēt, sicut nauā nauis. Sed nauis pars nō est nauæ, nec domus nec res publica moderatoris, ergo corp⁹ pars nō est hominis. Cōcedunt illi. Nam hominem non ex corpore, sed ex animo dici iudicāt. Sed si ad hominem corpus non pertinet, nec vlla materia alia. Quare homo non est res naturalis ex natura principijs materia & forma constans, quo nihil absurdius. Age verò si corpus non est hominis pars, sed instrumentum, vt illi opinantur, vel instrumentum coniunctum est, vel separatum. Coniunctum pars est eius cuius instrumentum est. Vt manus quæ instrumentum habetur instrumentorum, oculi, aures & alia membra, quibus homo ad munera sua obedienda vtitur. Separatum verò instrumentum sumitur & relinquitur, eius arbitratu, à quò habetur. Anima verò cum corpore non huiusmodi vsus est. Iam verò si anima non est forma corporis, qua alia ratione cum corpore coniungitur. Id enim explicari ex nauis similitudine non potest. Nisi dicere audeant, Non vnam, sed duas res esse corpus & animum quem hominem esse dicunt. Et sicut nauis fracta non frangitur homo, nec damnum accipit vllum. Ita licet corpus omnibus operetur & conficiatur doloribus, nihil homo editur, neque vllum ad eum detrimentum venit. Quod nemo sanus concederet. Præterea aut ea vis, qua videmus, audimus, & gustus animi est in corpore inclusi, aut secus. Si animi sit, cū aures, oculos & totū corpus informet, qui fieri potest, vt eius non sit pars? Sin autem alia vis est in auribus & oculis & toto corpore, qua sua exequitur munera, quàm quæ ab animo

ducitur, quo pacto hæc munera cū animo communicantur, vt hominis esse censentur? Etenim nauis natat, naua non natat, nauis edificatur naua non edificatur nauis emitur, naua non emitur. Ex nauis ergo similitudine non potest declarari modus quo corpus cum animo actiones suas communicet. Sed alia longè tetrior est Auerrois sententia & magis à philosopho aliena. Dicit enim hominem non esse mentis, & rationis participem, sed cogitationis tantum, qua ab alijs animantibus differt, & hanc esse mortalem sicut homo ipse mortalis est. Et in rebus singulis versari sicut alij sensus, quod instrumentis corporeis tota sit apta atque implicita. Mentem autem & intelligentiam, quæ in rebus humanis apparet, vnam eandemque in omnibus hominibus esse fuisse & futuram esse. Quod æterna ei sit. Ex ea tamen hominū genus non constitui: coniungitur tamen cum vno quoque homine, quia vniuscuiusque visis, & simulacris ad intelligendum vtatur. Ob eamque rem homines singuli intelligere videtur. Minimè tamē ipsos, sed animum illum semper eternum ratiocinari & mente aliquid cōprehendere existimat. Itaque animus rationis particeps vnus est de Auerrois opinione: multiplex autem esse ducitur quod ad multas ac varias variorum hominum visiones se applicet. Sed si homines per se non intelligūt nihil igitur Plato, nihil Aristoteles, nihil sanctus Augustinus intelligebat, cū libros suos componebant, cū disputabant, cū de rebus occultis verba faciebant. Nihil alij auctores & egregij artifices animo menteque cognoscebant. Cū opera sua singulari artificio

tificio elaborabant: Cur igitur aliud opus Platonis, aliud Aristotelis, aliud Augustini nominatur? Dicent fortasse, quia intelligentia illa per omnia permeans sese ad imagines & visa illorum auctorum accommodabat. Vtrum ne quod homo, vel alia res intelligentiæ particeps elementa, aut cælos, aut res alias naturæ contemplans multa de illis ingeniose loqueretur illa esset oratio eorum, aut elementorum, aut alterius naturæ partis? Planius dicam esset ne illa oratio à cælis, vel elementis, vel alijs naturæ partibus cõfecta? Non ergo quod animus ille sempiternus in visiones auctorum intentus libros & alia opera efficiat ab illis auctoribus vilo modo composita putanda sunt. Præsertim cum longè maior vis sit ad representandum in rebus ipsis, quàm in visis, ac simulacris. Cuius rei satis magnum argumentum est, quod rebus præsentibus, sensuum actione evanescent imagines. Sed nunquid animus ille corporibus humanis cõclusus, sicut visis, ita manu lingua & alijs membris vititur, cum intelligenter loquimur, canimus, manu, & opere egregio aliquid componimus, & cõpingimus, artificiosè saltamus? Quo pacto quæro eius vis ad has corporis partes penetrare potest, si nihil ad hominem attinet, nec eius est vlla pars, aut alia affectio? Sin autè his se corporis partibus non adiugat, quoniam modo ad rationem & artè diriguntur. Vtrum hæc sint philophorum iudicia, an delirantium somnia? Sed his fortè argumētis quidam de hac sententia deieci in alia non minus stulta sunt. Dicit enim Temistius hunc vnum animum omnes homines complectentem esse vniuersu-

iusq; hominis substantiam, sic vt homo nihil aliud sit, quàm animus. Ille non audeat dicere formam esse corporis, sed totam hominis naturam in illa sitam esse. At qui nonne homo corporata res est? & reb⁹ corporeis afficitur? nonne multa eius munera cõmuniter cum corpore ab animo administrantur: quæ coniuncta à philosophis vocantur. Cuiusmodi sunt sensus & alia, quorum causa natura homini instrumenta donauit. Non ergo tota eius natura in animo illo re nõ corporea sita est, sed vehementer etiã corpore indiget ad vitæ actiones obeundas. Iam verò, quid absurdius dici aut existimari potest, quàm singulorum hominum naturam & essentiã illo animo cõtineri, singulosque homines animum illu esse per se viq; sua? Sed vnusquisq; homo indiuiduum est à quocunq; alio distinctum. Nam alij viuunt, alij nascuntur, alij moriuntur, varij denique homines varijs studijs se dedunt multisq; rebus inter se differunt, vt diuersa indiuidua sint, variasq; personas sustineant. Ex quo illud absurdum prodigij & portentis inauditi simile consequens est. Longè maius miraculum in rerum natura cerni, quàm illud quod in mysterijs de Trinitate diuina docetur. Quod stupefacti admiramur. Etenim in Trinitate id admirabilitatem facit, quod tres personæ, & indiuiduæ diuinatis vnam tantum ad numerum naturam habeant. At ex istorum stulta doctrina non tres tantum, sed millia millium hominum, atque adeo innumerabiles & infiniti vna tantum illius animi natura constat. Quis autem credat philosophos, & eruditos viros deuenisse, aut potius in

Animus totam hominis naturam non esse.

in tantam fatuitatem incidisse? Mirandulanus quidam, & alij dicere audent animum illum vnum omnium hominum, qui sunt, fuerunt & erunt esse formam. At qui res, vnum & id quod est, dicitur ex forma, si vna est omnium hominum forma, omnes homines sunt vnus homo. Id quod etiam sequitur opinionem Temistij. At homines singuli res varias & longè diuersas agitant, atque tractant, multæque sunt inter eos discordiæ, odia, atque dissidia. Aut ergo non sunt vno eodemque animo, aut res contrariæ & inter se repugnantes, in eandem rem vno eademque tempore conuenire possunt. Idemque animus erit stultus & sapiens æquus, & iniustus, fortis & timidus, ignauius & acer, iners & industrius, magnus, & excelsus submissus & humilis: ac denique res omnes contrariæ in eum simul conuenient, sicut per singulos homines diffusas esse videmus, quæ quidem incommoda adeo magna sunt, vt ea quicuis de plebe suscipere vereretur, nedum vir de philophorum schola. Quid? Auerroem percontabor, vtrum homo sit rationis particeps, nec ne? si sit ergo habet mentem & intelligentiam, sine qua ratio non existit. Non igitur tantum cogitandi vi, vt ille docet, sed etiam mente & ratione constituitur. Sin autem non ratione participet. Cum animal in participes & in experts rationis partitur, quod nam animal illa prima diuisionis parte comprehenditur? Sæpe tamè Auerrois hac est partitione vsus in libris suis cui nullum locum hac insana doctrina relinquit. Deinde vtrum est in hominis potestate situm intelligere an non? Si illud concedat, cum per se non intelligat, sed per animu

separatum, quam re facit, vt in suis visis versetur, & notione sua discernat, nõ ipsis visis, nam visionem esse posse experimur sine animaduersione, sensus item. Nihil igitur est in hominibus, quod mentem ab illis seiunctam adigat, adhibeatque ad considerandum, aut intelligere præscribat. Quare non est in manu nostra vis & notio intelligentiæ, cum eam pro arbitratu nostro nõ habemus, non est ergo rationis compos, sed omnino impos. Huc accedit, quod ridiculum esse in promptu sit hominem quemquam intelligere, quod res alia à se distincta intelligat. Nõ enim satis esse debet, quod intuens in aliquid mente cognoscat, sic enim paries etiam inspicere, quod ego parietem intuens inspicio. Iam verò animus ille, siue forma sit, siue res alia, quæ assit, vel ita permeat per singulorum hominum corpora, vt loca etiam in iecta compleat, vel ad homines durtaxat accedit, si illud ergo aeris infinita loca habeant intelligentiam otiosam illam quidem & inertem, cum nullo munere suo illis locis fungatur. Si verò in hominibus modò reperiat, non potest vlla intelligentia percipi, quod vna res tot loca distinctissima occupet. Nec de Deo opt. max. quisquam crederet, ita loca separata tenere, vt multa intermedia prætermittat. Animam illam vnam omnium hominum esse formam, vt aiebat Mirandulanus stultissimam esse, & contra vniuersam naturæ scientiam ex eo percipi licet, quod sicut vna res ex forma dicitur, ita vna res ex vna forma, & plures ex pluribus, stultissimū ergo est dicere plures homines vna forma existere. Eodem accedit, quod vna forma

vnam

vnam postulat materiam, ad quam sua natura refertur, eaque contenta est, repugnat ergo formæ rationi, quod plures expetat materias, nunquamq; sitis eius expleatur. Deinde aut huius animi vis finita est, aut infinita. Si finita, aliquando ita faciari continget, vt per plures homines manare & fundi non possit. Ita eueniret aliquando, vt homines nullo modo nasci possent. Neque homo vllus alium generare, quod esse absurdissimum liquet. Deniq; hi omnes, qui vnum modo animum ponunt, non declarant, neq; posse declarari credo, qua naturæ vi, & necessitate animus ille, vel per se, vel per tot materias existens, cum alia, & alia materia copuletur, aut quo instinctu afflatu vè cõcitatùs se fundit, & ad aliam materiam manat. Dubium igitur non est, quin tot animæ sint, quot homines sunt, vel fuerunt. Vt sicut singulis animantibus vna datur à natura forma, per quam consistant, & vitam habeant, Ita & singulis hominibus, quare nò solum assistit, & corpori præest, vt quidam existimarunt, sed est etiam forma, qua totus homo est, viuunt, & intelligit. Quod satis comprobatù esse arbitror ijs argumentis, quibus aliorù sententias refutauimus. Sed videamus, quibus argumentis suas nituntur opiniones persuadere. Numerus (ait Auerrois) non augetur, nisi earum rerum, quæ habent materiam, mens autem, & ratio ea vacat. Atqui habet ad materiam respectum, quòd illius forma sit, & ita multi animi erunt ex multis materijs, quas ornant, & ornarunt. At vrgent illi, si tot esse possent animi, quod homines, cum animi sint immortales & mundus ex omni æternitate

Animus
hominis
forma est.

ex Aristotelis sententia infinitos homines fuisse concedendum est, ac proinde nunc animos esse re ipsa infinitos, quod Arist. doctrina & veritas non concedit. Sed nos minimè in Aristotelis verba iurauimus, multisque in tertio libro probauimus mundi fuisse primordia. Sed Auerrois ait, & Themistius, Si animus res esset singula, non posset res vniuersas cognoscere, nec earum speciem percipere, percipit autem quod argumentum firmissimum esse iactant ad suam sententiam probandam, & nostram refellendã. Sed mirum est, si opinentur isti rem aliquam vniuersam esse posse, nec satis euerfam esse ab Aristotele Platonis de hac re sententiam. Sed si reuocant, repetuntq; Ideas illas, cur animi tantum, & non aliarum rerum? Nec si animus, & mens esset, vt ab illis describitur, vllam speciem comprehendere, quæ esset omnes aliarum sui generis, sed eam, quæ illarum naturam communiter repræsenteret, sicut geometriæ, qui ex vna figura, quam ante oculos ponunt, doceant quid in totum eiusdem figuræ genus cõueniat. Ita noster animus licet res singula sit, res vniuersas ex singulis internoscit, Sed ait quidam si animus est forma corporis, ergo habet instrumeta corporea, quibus vires suas exerceat, ergo à corpore seiuncta omnibus viribus suis priuaretur, quare diem suum sicut aliæ animantes obiret. At ad ea munera, quibus sola intelligentia fungitur, non tribuit ei vllum corporatum instrumentum natura, neque in ea re corpus villo modo iuuare potest. Quod deinceps planius explicabitur, & alia argumenta, quibus contendunt animum rationis partici-

pcm

pem esse mortalem, si forma vllius corporis sit.

Cap. 3. Deratione intelligendi.

Animam rationis compotè esse formam, satis puto probatum esse: magnam tamen habet dubitationem, quo pacto intelligendi munere fungatur, sentiendi aut vis iam explicata est. De intellectione porro multi graues auctores multa scripserunt, parum tamen rem satis per se obscura illustrant, vt ex eorum sententijs, quas recitabimus perspicitur. Cui parti non nihil nos luminis attulisse cognosceretur, si recto iudicio, quæ dicemus ponderentur. Ac primum illud præponendù est, hæc animi partem, quæ ingenio est, & quam mentem nuncupamus, totam in veritate versari, sicut aspectus in colore, vel luce, auditus in sono: veritas autem cuiuscunq; rei in eius natura & essentia sita est, neque accidentia vlla ad rei veritatem spectant. Illis enim sublati sicut rei natura, ita & eius veritas constat. Res autem singulæ accidentibus sua vi constanter, vt in metaphysicis explicuimus. Etenim non aliam naturam & essentiam, sed alia accidentia per se flagitant. Nec enim alia est Petri, quàm Pauli essentia, sed alia accidentia. Veritas ergo naturæ comes, & essentia sociata in rebus vniuersis collocatur, singulas nò curat. Hinc illud est consequens mētem & ingenij vim totam res vniuersas expectare, in easq; defixam & intētam esse, nihilq; de rebus singulis laborare. Sensuū longè diuersa ratio est, nò enim res communes assequuntur, sed proprias & singulares. Non enim aspectus

Mens tota
in veritate
versatur.

totum colorū genus cernit, sed hūc colorem hac re hoc tempore diffusum, ita & auditus nò sonū, sed hūc sonum hoc tempore, & hoc loco factū percipit. Quocirca diuerso modo mentis, quàm sensus officium existit. Sensum enim animus habet pariter cum corpore. Nec enim animus sine oculis, nec oculi sine animo quidquam aspectu percipit, sed vtriusq; simul opera in aspectum aliquid cadit. At menti nullum datū est instrumētum corporeū, quo suū officium obiret, sed à corpore tota se iuncta & secreta est. Si enim cū corpore permixta, & immersa villo modo esset. Corpus eius res esset singula, cui calor, frigus, locus, tempus, & alia corporis accidentia adiungerentur, neque veritate & rerū naturam ab accidentibus segregatā comprehenderet. Nec esset vlla causa, cur sensum res tantum singulæ mouerent. Mentem verò vniuersæ. Etenim cū rerum species & simulacra ad intelligentiā venirent, cur è tempore & loco & alijs accidentibus nò penderent, si in ea parte recipiuntur, quæ ex his accidentibus tota pendet. Id quod etiā perspicitur potest ex eo quod menti & sensibus euenit: cū in operibus suis occupantur. Sensus enim hebetiores & tardiores redduntur, si vehementer moueantur. Vt cum magnus sonus, color & odor incidit. Vt vix munere suo fungi possint postquam ita affecti sint. At licet mentis acies valde intendatur, quòd in magnas in cogitando inciderit difficultates. Nihilominus imo acrius & melius cætera intueri solet. Quòd ea pars quæ sensus est cum corpore permixta & confusa sit, quæ verò rationis & intelligentiæ nullū habet cū corpore cõmerciū.

Sicut

Sicut ergo veritas ea omnia respicit, cum in rem ullam confertur, quæ nihil ad eius veritatem attinet, ita ea vis, quæ in veritate cernitur ea rejicit sine quibus veritas existit. Huiusmodi porro sunt accidentia & ob eam rem ita nominantur. Res verò singulæ sicut accidentibus consistunt, ita accidentibus distinguuntur quare sicut ad rei veritatem non spectant, ita in eam vim per se non cadunt, cui veritas subiecta est. Ratio igitur & intelligendi vis in eo posita est, ut res vniuersas complectatur, in eoq; à sensibus alijs distinguitur, cum ipsi rebus modò singularibus afficiantur. Et sicut veritas per res omnes ad vnum manat, & quicquid est amplectitur, ut in metaphysicis posuimus, ita nihil est, quod mens non capiat, & intelligentia cernat. Quare ipsa quidem est animi vis, atque potestas suaque natura sicut res alia existit. nihil tamè, quod re ipsa tractet, & intelligat eius naturam attingit, ut nihil sit, quod impediatur, quominus in aliarum rerum actione, & consideratione versetur. Est igitur sua vi sicut tabula ad scribendum bene parata, in qua nihil scriptum sit. Dupliciter autem aliquid in ea imprimitur, & potestas eius ad actionem conuertitur, vel cum habitum acquisiuit, ut per se valeat cognoscere, sicut est homo sciens, alio modo cum re ipsa considerat, & de aliquo cogitat. Sed magnam habet difficultatem in explanando, & aperiendo modo, quo scribatur aliquid in ea & potestas eius exprimat, & ad opus redigatur. Aristoteles, ut id explicaret, sapienter, & acutè quidem dixit mentis duas esse vires, vnam patiendi, & alteram facien-

Vis intelligendi in quo posita sit.

di. Sed de earum muneribus & officijs, & quo pacto se iuarèt, & ad intelligendū conspirarèt, aut nihil, aut ieiunè satis, & exiliter disputauit. Materiam tamen, & segetem multam præbuit suis interpretibus, & alijs, qui eum sequuti sunt, philosophis imperitè, & parum intelligentè loquendi. Vix enim sunt de hac re sententiæ numerabiles. Quarum alias, vel commemorare piget, adeo sunt stultæ, aliæ sunt iam à nobis reprehensæ, aliæ valde insulsæ, in ijs ergo commorabor quæ propius rem videntur attingere. Quidam ergo vnam modò mentem ad omnes homines pertinere putarunt, cuius duas esse partes dixerunt, vnam efficientem, & aliam patientem: sed alia, & alia ratione. Auerrois enim vnam intelligentiam agentem in omnibus hominibus inesse docebat, eandemque patientem esse, qua ex parte ex singulorum hominum simulacris, & visis, species ad intelligendum accipiebat. Nihilque ampliùs de modo intelligentia percipiendi loquitur. Alio pacto Teophrastus, & Themistius, ut narrat Auerrois has duas partes in vna omnium hominum mente distinguiebant, ut patiens esset materia eius, agens verò forma. Attamen vtramque sententiam satis euerimus, cum vnam omnium hominum esse mentem non posse proximè demonstrauimus. Ex ea verò parte, qua ex materia, & forma compositam esse dicit, longè absurdior est. Præsertim, quod non declarant illius rationem, naturamque, materiam. Non enim eiusdem rationis esse potest, qua rerum corporearum, quæ quantitatis corpore conti-

Vis intelligendi in agentem & patientem diuisa.

Auerrois opinio de vi intelligendi & aliorum.

netur, siquidè corpus esset, alijs multis accidentibus onustū, quod à mentis natura alienum esse præposuimus. Tum anima & alia quæcunq; corporis forma, cuiusmodi animus est rationis particeps, non potest esse corpus, ut demonstratū est. Quod si mentem corporis formam esse non concedant, sed ei tantum assistere: Non igitur est homo natura sua rationis particeps, cum neq; per formam, neq; per materiam id ei conueniat. Quod argumentum valet aduersus alios, qui mentis partem efficiētē Deum, aut aliquam intelligentiam separatam esse iactabant. Tum homo non intelligeret, neq; mente aliquid ageretur, sed Deus aut intelligentia illa, ita si quid erratum esset, aut vltimum crimen admissum, Deo id, vel intelligentiæ delegaretur, homo verò ab omni culpa abesset. Quibus etiam argumentis conuincuntur ij Arabes, qui facientem intellectum vnum segregatum esse ponebant, patientem autem esse vniuersi cuiusq; hominis visionem, quam illustrans efficiens luce ac palam facit species naturæ communis, & vniuersalis, veluti qui picturas in bono lumine collocat: At visio vtitur corporis instrumento, quod in mentem non cadere posuimus. Et vis illa faciens non esset eiusdem animi, cuius est & visio, quare hominis intelligentia non diuideretur in agentem, & patientem, contra quā Arist. quæ ipsi sequuntur existimat. Nec homo per se viq; sua intelligeret, cum eius natura non tribuat, quicquid est ad huiusmodi munus necessarium. His ergo vrgere possumus ita opinantes præterquam, quod cadè, quæ Auerrois sequuntur incōmoda suscipere cogentur. Hæc eadem pugnant cum Alexā-

dro eūq; erroris conuincunt, quod dicat patientem intellectum nihil esse aliquid, quam vim quandam habentem corporatum instrumentū ad accipiendum aptam impressionem intellectus agentis, quæ Deum nominat sempiternum, eam verò partem mentis, quæ patitur & recipit mortalem esse iudicat, de quo postea disputauimus. Plotinus verò multas animi vires putat esse patientes, & agentes pro multitudinem singulorum hominum, tamen non vnius esse essentiæ agentem, & patibilem facultatem. Sed duas esse res, essentialique inter se differentes. At qui cum vtraque vis homini sit attributa, non vna, sed duas res & substantias homo esset, neutraque per se intelligeret. Siquidem neutra vtramque vim habet, cum vtraque opus sit intellectiōni. Iam ad Theologos accedamus, qui de hac re probabilius locuti sunt. Cæcilianus & alij dicunt, munus esse mentis efficiētis lumen adferre, visis & simulacris impressis in visione, quo patefunt species cōmunes & vniuersæ, quæ animi parte patibili concipiuntur. Alij dicunt sine dubio lumen aliquod in animo esse ponendum, quo illustrentur species vniuersæ visionis. Quia dicit Arist. aliteram mentem esse, qui faciat, quasi habitus quidam instar luminis. Sed primum huiusmodi auctores populariter potius quam philosophicè loquuntur, neque propria ut philosophum decet, sed per translationem eorum doctrina est. Quoniam certum, & manifestum est lumē, quod in mente constituunt non esse eiusdem rationis, cuius est id, quod in aere collucet, & colores perspicuos facit. Nam illud corporis est expers

Plotinus sententia de vi intelligendi, & Theologorum.

nam à mente corporis experte funditur. Hoc corporeum est siquidè corpus attingit, & à corpore proficiscitur. Quia tamen hominum vulgus comparat videndi rationem cum ratione intelligendi, sic ut eisdem nominibus vtrumque appellat. Nam intueri & cernere intelligentia dicimus, sicut oculis perspicua, vel obscura aspectui vocamus, quæ vel patet, vel latent, ita & menti proposita. Isti auctores ergo nihil vulgo sapientiores, ita de re difficillima loquuntur, sicut quibus de media plebe. Cui enim in promptu non est, vè dicat non intelligo, obscurum est, lumine ego, magistro opus est, qui mihi præluceat. Ridentem verò philosopho est, quod affirmet quis lumen in animo esse, quo imagines & species eius illustrentur, conterque hoc lumen à lumine Solis, vel lucernæ longè distare. Et nihil de illius natura & ratione dicere. Si enim verum lumen est, per quod nã spatium intermedium diffunditur, est ne aliqua pars animi perlucida? Est ne corpus aliquod in ea parte, quæ ponitur vacare corpore, à quo lux effluat & in tota mente & interioribus sensibus colluceat? Aut quo nã modo ista consistunt, & interiori mente aptantur? Quæ cum nulla explicant, nihil philosopho dignum de hac re disseruisse existiment. Iam verò si mentis partes sunt visorum imagines illuminare re singula ante oculos proposita illius rei, quam speculamur, atque perscrutamur, vt cum sidera & alia corpora cælestia animo tractamus & contemplamur. Tum nihil opus est imagine & specie eius. Etenim evanescere & extinguì simulachra

posuimus re ipsa cuius sunt simulachra præsentem & sensibus oblata. Quid ergo tum dabunt negotij efficienti intellectui. Nunquid illustrare dicent rem singulam, præsentem, quò species vniuersales appareant, aut aliquid luminis ab animo ad rem ipsam præsentem manare? Non ita credo desipient & delirabunt. Quod argumentum famissimum & grauissimum esse duco ad probandum, mentem agentem circa simulachra non versari, quando quidem nullum in res ipsas eius officium constat, cum ex eorum contemplatione ducitur intelligentia. Ex quo etiam perspicuum est friolum & ieiunum esse eorum sermonem, qui dicunt partes esse fatientis intelligentiæ species & imagines vniuersales à visis elicere & quasi trahere. Sed qua vi & quo pacto trahitur, aut in quam partem transferitur, aut quæ natura est illius speciei è re corporata petita, vt representet rem in corpoream & vniuersam? aut quæ natura est attrahentis & attracti, vt illud trahere, & hoc trahi possit: Quin potius nihil est, quod species illa rei vniuersæ à simulachro, aut re ipsa secernatur. Nihil enim aliud est species illa, quam ratio quædam similitudinis si natura talis eum alio comunicaret. Sicut ergo similitudo in re ipsa, vel simulachro considerari potest, ita nulla causa est cur separanda & coniungenda sit. Ac denique quis in re difficillima perscrutanda & pro dignitate speculanda his comētitijs, & fictis rebus contētus est? Illuminantem ex illis, extrahuntur species vniuersales lumen est assistens, vel in hærens. Merè denique fabulæ Thomas nihil de isto lumine loquitur doctè

doctè quidem. Nullum tamè aliud munus esse putat mētis efficiētis, nisi principem esse causam elicendi speciem e visis. Visa verò instrumentum. Sed species erat in visis, si visa sunt instrumentum eruendi speciem, visa in se ipsi efficiunt. Eadem igitur res eademque ex parte patitur & efficit, id quod multis in locis demonstraui, incommo- dum esse maximum. Age verò cum visa obscurantur rerum præsentia, quo instrumento elicitor ab efficiente intellectu species & imago. Iam verò non explicat commentum illud quavi ita molitur, vt species extrahatur ab vtroque, simulachro & efficiente mente, & in patibilem importetur. Durandus verò respuit, & aspernatur agentem intellectum & prorsus inutilem esse contendit, sed imagines visionis per se offerre & species patibili mēti projicere. Verumenimverò inutilis quidè est ad eas partes sustinendas, quæ ab istis ei imponuntur. Tamen per se ad aliud munus pensumque necessarius est. Vt mox dicemus. Vt ergo totam hominis intelligendi rationem aperiāmus animaduertendum est, sicut sentire, ita & intelligere esse pati & aliquid à rebus recipere. Idè verò animus, qui intelligentia comprehendit, sensum etiam habet. Sed tamen qua ex parte intelligens est cum rebus corporeis communicare non potest, sic vt ab illis moueatur, aut vilo modo afficiatur. Qua verò ex parte inclusa mens in compagibus corporis est, rebus vt corpore vacantibus, aut vilo modo ad eas accedere non potest. Inuentum verò est temperamentum, quo mens res corporeas attingeret, & earum que

Ratio intel- ligendi aperi- tur.

corporis sunt expertes notitiam haberet, cum sensus ei sunt attributi quasi satellites & veritatis nuncij. Nihil ergo ratione & intelligentia teneretur, nisi per sensum. Extranea corpora sensus afficiunt eis rationibus, quas, cum de sensibus disputauimus, exposuimus. Sensus verò menti nunciant affectionem suam. Et sicut sensus, cum mouentur patiuntur, ita & mens cum eorum nuntium accipit. Dum verò sensus mouentur, res adest præsens. Quam mente animus agitat, & in eam intentus id veri, quod sensus annunciat contemplatur. Re verò absente quia sensus officium suum præstare non potest, visio vice illorum sua simulachra subministrat, quæ mentem etiam excitant, sed ægrius & obscurius. Et ob eam rem speculantes amant res veras ante oculos ponere, vt melius verum explorent, quod inquirunt. Sicut geometræ figuras afferunt ad demonstrationes suas interpretandas. Cum ergo qui intelligit patitur, sicut qui sentit. In eo tamen mens à sensibus valde differt, quòd sensus tantum subiecta sua simpliciter comprehendunt, & ita sensum habere dicuntur, at mens non dicitur intelligere quòd nuntium sensus accipiat, nisi notitiā ingignat. In ea verò informāda sensus, nec exteriores, nec interiores subsidio esse possunt: quia notitia tota de re vniuersa est, quæ sensus, vt dictum est omnes fugit. Ecce partes intellectus agentis, vt eam efficiat notitiam, quam patitur patibilis. Ambo enim societate in reintelligēda coeunt quippe neuter corpus habet, neque aliquo vtitur corporis instrumento, sed est mera mēs vterque

essentiaque corporis experts. Quare sicut vnus pariēdo, ita alter faciēdo in re vniuersa versari potest. Hinc etiam perspicui potest hos auctores à norma & præscriptione naturæ toto cælo aberrasse, quia cum exploratū sit intellectiōem passiōē esse nullam actionis rationem habebāt tali passiōi relatæ. Cum fieri non possit, vt vlla sit sine actione passiō. Accipit ergo mens patibilis à sensibus, vel visione speciem. A quibus tum patitur, nodum tamen scit, aut quidquā deliberat. Sed illud euenit quod dici solet, vt auis tangamur, vel moueamur. Nec illa species est vniuersalis, vt isti dicebāt, facientē mentem ostendere, vel extrahere speciem cōmunem, ex simulachris, siquidē species illa ducit ex hoc viso hoc tempore & hoc loco & in hac mente imprimitur. Quā fieri potest vt omnes omniū temporū & locorum & mentiū species cōprehēdat. Nemo siquidem sanæ mentis illam de omnibus alijs speciebus enunciarī pateretur, vt cōcedat speciē Pauli, Petri, & Augustini speciem esse meā. Ac deniq; si dicere audent speciē esse cōmunem, proferant quib⁹ speciebus, aut rebus illa cōmunis sit. Sed sicut Alexander res singularis est, quia eius omni ex parte similis nemo alius reperitur. Ita quælibet eius species, res singularis etiā est quia nulla alia eius similis omnino notabit. Dicunt tamē quidā eius statum & essentiā esse singularē, representatiōnē tamen esse vniuersalē. Vel vt illorū verbis vtatur est singularis in essendo vniuersalis in representādo. Atqui quælibet res singularis isto modo est vniuersa atq; cōmunis, siquidē natura singularis representat semper naturā vniuersalē. Quippe quæ

de singulari dicatur & vniuersalis sit. Martinus. n. est homo. Nihil ergo noui afferunt, neq; amplius rem propositam illustrant dicentes species vniuersas pateferi lumine, vel opera intellectus agentis. Species itaq; quibus mens cōmouetur sunt singulæ. Corporis tamen expertes, & ab incōmodis frigoris & caloris liberæ. In eoque differt ab ea specie quæ in sensibus & visione inest, & imitatur naturā mentis, in qua insidet. Vis. n. quā habet animus rei vniuersæ concipiendæ non in accipiēda eius specie, sed in notione informanda expromitur. Nam concipit intelligētia hominē nihil ad Ioannē vel Marcum, vel ad alium singularē respiciens. Sed quærit multi auctoris vtrū habeatur notitia propria rei modō vniuersalis an etiā singularis. Qui in contrarias sententias distrahantur: frequētiore tamē in illam sententiam eunt. Vt dicant rem singularē per se propriaq; specie cognosci ab intelligentia, sicut à sensu. At si singularis rei notionē excutiamus sua vi præter rei naturam & veritatem, aliquod accidēs declarat, quo à cæteris eiusdē naturæ indiuiduis distinguatur. Mens autem & ratio vt præpositū est, in rei tantum natura cernitur, quia in veritate solū: nō ergo ei per se subijcitur singularē. Sed ait quidam non idem est cognoscere vniuersale, quod naturam eius, quam ille quidditatē appellat. Quia cōtingit aliquādo vt internoscatur vniuersale, tū ignoret quid sit. Quo dicto aperuit planē se in harū rerum magna ignorantia versari, neq; vnquam didicisse menti verū esse subiectū. Licet. n. homines duntaxat docti & eruditi euolutē & explicatē quid res sit & eius naturā cō-

Rem singulari propriam specie non cognosci.

parauit. Inuolutamē & cōplicitā eius notitiā habēt oēs, qui de re illa loquuntur. Quippe cum imperitus homo, agricola, & rusticus hominis, asini, ouis, bouis, segetis, & agri mentionem facit, confusē, & permixtē harum rerum naturam, & quid sint tangit. Etenim has eadē res discretē & electē viri sapiētes in genus quodq; rerum digerunt. Sed dicunt mens internoscit rem vniuersam, quam tractat in res singulas esse distributam, neque per se cohærere. Item Petrum à Paulo differre: res ergo singulas agnoscit. Id nos facillē patimur. Licet aliqui non tenui auctoritate philosophi id non concedant, sed sensu tantum percipi singulalia tractant. Quidam insulsi, sicut alia affirmat mentem minime noscere Paulum, qui isti auctori est singularē certum, sed hunc hominem, qui illi est incertum, vel vt ipsius verbo vtatur, vagum. Itaque istius sententia nomine modo deterretur ratio à cognoscendo. Nam inter Paulum, & hunc hominem si ad Paulum digitum itendam, nihil nisi nomine differt. Etenim incertū nominatur, quod digito commostro. Aut cur nomine certius, quam digito commonstratur. Alius autem eruditus vir dicit, singularē per se & recta fronte, mente non comprehendendi, nisi se ad imagines, & simulacra conuertat. Si significet non percipi, nisi simulacrorum opera, idem est, quod sensuum beneficio quare non intelligi, sed sentiri putat. Nos autem libenter damus singularē rem intelligentia cerni. Siquidē singulare res vera est, ergo continent mētis subiecto. Neq; qui mētis vim sciat, vilo modo confitebit rem vllam esse posse, quæ

Singula res intelligentia cerni.

sub intelligentiā non cadat. Quidā notione discernitur totū genus rei singularē, quia diffinitur, vt à nobis est in metaphisicis definitum, ergo omnes eius species cognosci possunt, quatenus tales. Qui enim cognoscit hominem quatenus hominem, & Paulum, & hunc hominem quatenus hominē potest cognoscere. Itaq; qui nouerit singularē rem, quatenus talem & Paulū etiā, & hanc rem singularē qua ex parte singularis res est, etiam noscet. Minime verò concedimus vi sua, aut propria eius specie dicta de causa mente præsentiri posse. Cōplectitur aut multo præstantiori modo intelligētia, quā omnibus sensibus notitia cōmuni, sicut est mētis cognoscere, & sicut est singulare definit. Itaq; cognoscit Petrum, hominemq; singulū quia ea accidētia in eū concurrunt, quæ in neminem aliū, ita & hunc equū, hunc lapidē, & hanc arborem. Et quoniam simul atq; animus agit de re singulari, vel sensus rē ipsā, vel visio eius simulacrū obijcit, citius, quā dici potest, accidētia, loci tēporis, & personæ, quæ in metaphisicis posuimus, quibus ab alijs omnibus rebus separatur, animo reputantur. Animus deniq; in rebus vniuersis, quas nulla res alia complectitur, semper cernitur, quia eius descriptione visio si sensus nequit, singulas in eius simulacro subijcit, & hactenus de hac quæstione. Queritur etiā, vtrū se ipsa mēs intelligat, cū sibi præsens sit. Verūtamen nihil minus ex rebus naturalibus, quā se ipsum animus rationis particeps intuetur, quia nihil magis est corporis alenum. Dicitur autem esse, sensus animo esse veri nuntios, sensibus autem res tantum corporatē subijcitur. Nullum

*Animus
quo pacto
seipsum cog-
noscat.*

ergo possunt de animo nuntium af-
ferre. Nec aliquid animus de seipso
statuere, antequam à sensibus ali-
quid afferatur. Ex eis tamē quæ sen-
sus indicant, ratiocinando se ipsum
sicut res alias à sensibus remotas po-
test notione præsentiri. Sicut à no-
bis hoc capite pro virili parte decla-
ratus est.

*Cap. 6. De memoria & recorda-
tione mentis.*

Videntur sensus interiores
mentē imitati fuisse sui que
similem naturā in vtriusq;
partis sentiendi & intelligēdi cōpo-
sitione & conformatione extitisse.
Sicut enim intelligentia perficitur
vi patibili & efficiēti, ita & intimi
sensus vim habēt patiēdi vnus, qui
est visio. Et vim faciēdi alter, qui
est existimatio, vel cogitatio. Et ve-
luti notionē informant patiēdi &
agendi vires, ita & sensus notitiam
ingenerant, visio accipiēdo & exi-
stimatio imprimēdo. Et sicut pati-
bilis vis sedes & locus est imaginū.
Ita & visio simulacrorum. Superest
pars disputanda, quam memoriam
esse diximus. Vtrum ne sicut eadē
species visione suscepta ad cognos-
cendum manet etiam ad memoriā
retinēdam. Ita eæ quæ patibili men-
te in sedent ad notionem faciēdā,
maneant ad memoriā replicandā
Auicena, & alij existimāt vna cum
notione deleri. Nulli enim alij men-
ti vsui est, nam si replicanda memo-
ria est, rursus visa intuetur. Non igitur
existimandum est quidquam in
rerum natura superuacaneum esse.
Atqui ob eam rem cū notione de-
cernimus visa potiūs excutimus,
quām in mente species. repositas.

quia cū sit in corpus penitus im-
mersa, rebus magis corporeis, quām
corpore carentibus mouetur. Ob
eamq; rē si sensus munere suo fun-
gantur visis prætermittis, aciem in
eas res, quas sensus suggerūt, inten-
dit. Cū verò sensus vacant, se
ad imagines refert. Ita cū corpore
solutus ac liber ab vtroque sen-
su exteriore, & interiore separa-
tus animus species, quas in men-
te insignitas, & impressas habet,
spectabit: alicui igitur vsui illi sunt.
Porro dubium non est hominem
memoriæ vim habere. Illa tamen
non facilis est dubitatio, vtrum ip-
se ex omnibus animalibus solus
memoria poleat. Nam Aristoteles
non semel affirmat alijs etiam ani-
mantibus memoriā esse tribu-
tam, in eoque à recordatione differ-
re, quòd memoriā nonnulla anima-
lia attingant, recordatio verò in nul-
lo alio nisi in homine reperitur.
Tum canes dominos suos, licēt diu
nō viderint, recognoscūt. Perspicua
est eorum amans adūlatio in dome-
sticos, in externos odium. Leones
beneficij memores narrantur esse.
Atqui cum de hac memoria egi-
mus, exposuimus memoriā cum
tempore coniunctam esse, neq; fieri
posse animātia, quæ tēporis sensum
non habeāt, memoriā prædita esse.
Sed animans nulla præter rationis
participē tēpus, quia tempus est, po-
test præsentiri. Sensus. n. non asse-
quētur cōparationē, neq; ea, quæ cū
aliquo conferūtur. Nā attingerēt rē
uniuersam, atq; cōmunē, quæ tota
in cōparatione, & similitudine con-
sistit. Tēpus aut sua vi, atq; natura si-
ne cōparatione percipi non potest.
Non. n. motum modo cōtinet, sed
et dimēsum, atq; numeratū, qua ex
parte

*Quisnā sit
vsus me-
moriam me-
ris.*

*Solus ho-
mo ex ani-
mantibus
memoriā
habet.*

parte, prius & posterius notatur.
Prius autem & posterius in ijs sunt,
quæ ad aliud se habent. Tum ip-
sum tempus præteritum hoc ipso,
quod antecedit ad cōsequēs. Quod
si tempus non comprehenditur,
sine priori & posteriori, & tempus
præteritum sine accidenti, & con-
sequente. Animans ergo intelli-
gentiæ expers, neq; tempus neque
præteritū villo modo percipiet, sine
quibus memoriæ ratio non cōstat.
Animantes ergo omnes præter ho-
minem memoriā non habēt. Quod
si dominum & beneficū recognos-
cunt, non ob eā rē, quod antea cog-
nouerunt. Sed quod eis cōmodum
est, sicut etiam cibos, & escas amāt,
& agnoscūt, quia eis emolumento
sunt. Suis. n. cōmodis, & emolumen-
tis omnia metiuntur, beneficio na-
turæ, quo seipsas tueantur, atq; con-
seruent. Porro sensum eorū habent,
quæ tempori accidunt, vt frigoris,
& caloris. Temporis autem ratio-
nem non amplectuntur. Quæ qui-
dem ita est memoriæ adiuncta, vt
cū rei vlla reputatio est, nulla verò
temporis, aut contra hæc sine illa
existat, nemo meminisse dicitur.
Temporis autem duplex est com-
memoratio. Aliās. n. adhibita mēsu-
sura eius notitiā habemus, vt cū
hoc tertio die vel mēse vel anno e-
uenisse meminimus. Aliās nulla ad-
hibita certa mensura, verūtāmē me-
moriam est, quia tēpus et præteritum
in mentē venit. Hinc narrare sole-
mus, nos quidē meminisse, sed quan-
do factū fuerit nescire. Ex hoc etiā
aliud argumētum succurrit, tēpus
aliæ animātes nō cognoscere, quia
etiam certum tempus præsentirent
vt diem, mensem, & annum quod
est absurdissimum. Sed de memo-

ria pluribus disputauius cum de
sensibus interioribus egimus, vt of-
tenderemus eadē esse sedem can-
demque speciem memoriæ, quæ vi-
sionis cōtra quā nonnulli tradebāt.
Sequitur vt de recordatione differa-
mus, quæ omnib⁹ auctoribus cōsen-
tientibus ad mentē & intelligentiā
spectat. Est. n. quasi quēdā ratiocina-
tio. Sicut. n. ratiocinatione ex alio a-
liud quærim⁹. Ita qui recordatur ex
eo quod audiuisse, aut vidisse secū
reputat, aliud vestigat. In eoque à
memoria differt: quod memoria o-
pinionem cum temporis præteriti
accessione continet. Recordatio ve-
rò est cum eatenus à priori quodā
motu qui in nobis sit præmouetur,
quoad alius qui fuerat sequatur. Et
qua ex parte qui recordantur deli-
berare & ratiocinari videntur, ea,
qui habiles homines sunt & celeri-
tate ingenij præstant recordatione
valent, hebetiores autem & tardio-
res memoria. Recordationem verò
à priori quodam motu qui sit in no-
bis incipere posuimus, vt sit, in quo
ab eo, quod est, iterū discere, distin-
guat. Maiora enim sunt in eo qui re-
cordatur, quām in eo, qui discit ite-
rum principia rei inueniendā. Qui
enim recordatur quodā modo per
se mouet ad ea quæ principii, quo
nititur, sequuntur: qui autem discit
non per se, sed aliena vi pellitur ad
disciplinam comparandam. Plerun-
que autem non potest ille quidem
per se in memoriā redire, tamen cō-
tendit suis excitatus principijs mul-
taque mouet & agit dum ad eum
motum perueniat quem res, quam
perscrutatur cōsequatur. Consequi-
tur autem motus motum vel neces-
situdine, vel consuetudine. Neces-
situdine cum ipsa cogitatur naturæ vis,

*Recorda-
tio quid.*

atque cōstitutio, vt vnum alterum sequatur, vt quem hominē esse reputamus, animal etiam esse, concluditur. Hinc est quod ex artes & disciplinæ, quæ necessaria quadā cōsecutione propagantur, faciliorem habent recordationē, vt mathematicæ. Ipse etiam rerum ordo, cū res aptæ sunt in ter se, celerem dat recordationem, quia ita se motus animis habent, vt celeriter alius alium impellat. Quoniam generibus cito respondent species, similibus similia, contrarijs contraria, ac denique ea, quæ cum aliquo comparantur, ita inter se implicata sunt, vt vnum alterius afferat recordationem. Quæ verò res seriem & ordinem nullum conseruat difficiliter reminiscimur. Consuetudine verò motus motum consequitur, quia consuetudo est quasi natura quædam. Itaque facile eorum reminiscimur quæ sæpe cogitamus. Vt enim natura hæc res cū illa copulatur, ita consuetudine frequens verò vsus sicut consuetudinem, ita naturam facit. Agrege verò & attentissimè aliquid semel contemplari, aut commeditari idem valet aliquando quod sæpe ad firmandam consuetudinem. Magnus enim fit in animo motus, ita illud vsuuenit interdum, vt nonnulli semel commoti facilius, quàm alij sæpe assuescant. Et quoniam admirabili re valde cōmouetur animus: si quid videmus, aut audimus egregie turpe, aut honestum, inusitatū, magnum incredibile id diu meminisse cōsueuimus. Quod alia de causa non accidit, nisi quod res vsitate quia parum attentè considerantur, facile è memoria elabuntur, insignes & nouæ, quia valde animadueruntur manent diutius. Principium

ergo sumendum est aliquod ex quo in aliud veniamus crebroque id vsu & frequenti consuetudine confirmandum. Itaque ex locis & eorum notis, vt est in memoriæ præceptis homines interdum recordari videtur, cuius causa est, quod cito natura & consuetudine ex alio aliud eis incidit. Vbi ergo reminisci vult vnusquisque exordium motus reperiat, ex quo celerrimè ducentur recordationes. Rerum etiam series, quam vsus vel natura exhibet, certam sæpe dat recordationem. Fit enim vt multos versus memoriter recitemus eorum initium inuenientes, cū non ita facilè in singulorū memoriā incideremus. Quæ ab hinc septem dies fecimus recognoscemus si dies interiectos animo percurramus, ita multis motibus antegressis existit sæpe recordatio. Quæ admodum autem error contingit in eis rebus, quæ natura constant, multo etiam magis in ijs rebus, in quibus valet cōsuetudo. Sicut enim natura ab vno principio exorsa, in aliudq; delapsa monstra & res parū fini suo conuenientes gignit. Ita fit vt multis motibus memoria à certo quodam initio aliò rapta in rem nō incidat quam quærit, sed in similē, & sic in errorem inducitur. Vt cum nomen ex memoria depromendum est, aliud, quàm oportet proferentes, solécismum admittimus. Recordatio verò, sicut & memoria licet eas solas animantes attingat, quæ deliberant & cōsiliū capiūt sitam esse in aliqua corporis parte, & eius motum corporis alicuius esse, ex eo liquer, quod qui dant operam, vt recordentur, & memoriā repetant cū id non consequantur offensū huiusmodi studium abijciant, neq; vllam

vllam in eo diligentiam ponere conentur: nihilominus eorum agitur memoria, nec valent mentis imperū sustinere. Præsertim si in eam partem quæ visa cōtinet plus sit humoris infusum. Cuius rei causa est, quod quemadmodum, qui iaculantur non possunt iactum relum reprimere. Sic qui recordari vult aliquid corporeum impellit in quo eiusmodi motus animi collocetur. Quod permoueri non distit, quod ad id quod quærit, se offerat, cōmotioque ad metam propositam perueniat. Idem vsuuenit in horroribus & in irarum ardoribus: quibus semel excitatis licet repugnemus nō sedantur, sed eodem contra impulsu rapiuntur. In eodem motu sunt ij quorum ex ore cantus & sermones cū impetu excidunt. Quamuis enim destiterint inuiti rursus canūt & verba faciunt. Non bene verò recordantur, sed obliuiosiores sunt, qui caput maius cæteris habent corporis partibus, quos pomiliones vocat. Propterea quod per magno pondere deprimatur ea pars, in qua visa & simulachra reponuntur, nec possint à principio motus antegressi duci & ordine recto in recordando progredi. Eadē de causa pueri, quia ad multam vsque ætatem pomilionum similes sint, non valent recordatione. Ac quid sit recordatio, quoque modo fiat & quam ob causam & in quibus memoria & recordatio inūt exposuimus.

Cap. 7. De mentis notitia.

Duplex verum.

Sed quoniam verum subiectū esse menti diximus, sicut aspectui color, aut lux, auditui sonus. Considerandum est duplex

esse verum, aliud rei, aliud mentis. Rei verum est id per quod res ipsa est. Tam late enim patet, quàm res & id quod est, vt in metaphisicis docuimus. Et hoc verū, illud est quod mentem spectare & ei obijci dicimus. Et veluti sensus de suo subiecto nunquam decipitur, vt positum est, ita neque suum, mentem vnquā fallit. Id enim situm est in simplici rei notione, quæ nomine aliquo, aut verbo exprimitur, neque quidquam alicui conuenire, ait aut negat. In qua nullus potest error, aut falsa opinio versari, vt cum hominē leonē, aut equum intelligentia concipimus. Sicut philosophus, aut rusticus hæc agricola secum reputet. Vterque cogitat id, quod res est: ergo id, quod est verum. Siquidem res & id quod est & verum semper vnum consequitur aliud. Item & aliquid ad illa se semper adiungit. Aliquid autem, vt in metaphisicis diximus in rem cadit ex eo quod quæstionem explicat, qua, quid res est, quæritur. Ex quo iam facilè intelligitur cur ab Arist. & à philosophis communiter doceatur quod quid est, vel quidditatem, vt illorum verbis vtar subiectū esse mentis. Quippe cū rei natura sit, per quam, ipsa vera, & aliquid est. Quæret tamē meritò quispiam cur sensus licet toto suo genere capi & labi non possit, singulis tamē formis falli possit. Nam potest esse candidū quod oculis procul rubrum est. Cur in veri formis mens nunquam opinione fallatur. Sicut enim hæc mētis, ita & illa sensus simplex est cōprehensio. An quia non perinde alia genera in suis differentijs intelliguntur, quàm verum, & aliquid & alia similia in suis. Nihil enim est quod sua vi, atq; natura

Anima est
quodammo-
do omnia.

natura aliquid & verum non sit. Ac differentia genus, quod partiuntur non ita implicatum habere videntur. Non enim in earum sicut in formarum definitione ponitur, quia genus sua vi explicat naturam rei, differentia vero qualitatem. Itaque anima est quodammodo omnia quia duæ partes, quibus constat sensus & ratio omnia complectuntur. Nihil enim est quod sensu non percipiatur, aut ratione cernatur. Et sicut res omnes, aut sunt, aut esse possunt, ita sensus & ratio omnia sunt cum in vniuscuiusque rei cognitione versantur, vel esse possunt. Quia vnamquamque percipere possunt. De sensu autem iam explicuimus, quo pacto ea res fiat, qua mouetur. In rationem quo modo id ipsum conueniat videndum est. Quoniam nam res ipse in animo esse non possunt, restat, ut earum imagines & species sint: imagines autem non eas appellamus, quibus ex visis ductis mens ad intelligendum mouetur. Hæ enim, quia causa sunt considerationis, prius natura sunt, quam mens ad actionem conuertatur, quare illa sit, in cuius cognitione versatur. Sed rerum imagines & species nomino notiones ipsas, quas mens habet earum rerum, quas intuetur. Itaque sicut sensus in opere occupatus est res ipsa, quam sentit. Ad eundem modum & mens est notitia quam habet & quam verbis exprimit. Quo circa rectè dicitur animus instar esse manus. Sicut enim manus instrumentum est instrumentorum: quia ad quodcunque se instrumentum accommodat. Ita & mens forma formarum est & sensus formarum quæ sensui subiiciuntur, vterque enim eius naturam induit, in cu-

ius cognitione versatur. Et sicut sensus efficitur res ipsa quam percipit, ita mens sit notio, quæ rei formam refert. Quæ notio si simplex sit quia rei externæ tantum formam & veritatem exprimit, nihilque ei de suo animus addit, in ea labi non potest. Ex hoc verum illud rei est, quid, forma, & natura, quæ menti subiecta esse dicuntur. Aliud verum esse diximus mentis, quod sit eius rei quæ non re ipsa, sed mente modo constat. Quod est verum enunciationis. Enunciatio enim non est in rebus, sed in mente, in quo errores omnes prestigiarum & fallaciarum versantur. Quod intelligentia longius labatur, quam eius subiectum verum & rei natura patiatur. Sicut tum & sensus capiuntur, quando ultra genus, quod eis propriè subijcitur progrediuntur. Ut cum aspectus ex calore, aut luce iudicat de magnitudine, vel de essentia. Ut Sol esse tantæ magnitudinis, rubri aliquid esse mel, aut quod mouetur esse hominem. Ita cum mens nihil rei attribuit, sed sic in ipsa cernitur, ut est à natura constituta ut euenit in simplici rei conceptione, nihil falli potest. Si tamen ei aliquid ascribat, periculum est, ne, in eam non conueniat, aut si aliquid detrahat. Ne in eam cadat. Vterque enim modo in errorem incidet, aut si dicat adesse, quod abest, aut abesse quod ad est, aut neget inesse quod inest, aut de esse quod de est. Huiusmodi enim verum, aut non verum in coniunctione & disjunctione rerum consistit. Quod quidem verum, licet earum rerum sit, quarum est in mente sedes, ex ijs quæ re ipsa sunt ponderatur. Si enim ita res se habeat, ut animus enunciat, vera est enunciatio, sin autem secus non

Verum mentis quid.

non vera, quæ & falsa dicitur. At qui in istis enunciationibus non solum à mente tribuitur, quod est in predicato, sed etiam tempus, quod est in verbo, quo copulantur extrema pronunciat. Ratione cuius vel labitur etiam, vel vera sentit mens. Ut si bellum Numantinum fuisse affirmet, vera prædicat, sin autem, vel esse, vel futurum esse falsa. Disputatur etiam à sophistis, cum de enunciatione differunt: vtrum enunciatio sit vna simplex in mente qualitas? In quo dupliciter errat primo, quod mentis actionem qualitatem esse significant. Deinde quod in loco minimè apto id tractant, non enim dialectici est, sed phisici hæc materia, atque tractatio: Hanc nos questionem hoc loco, cui quadrat disputemus. Dicunt nonnulli qui acutiores sibi videntur hanc enunciationem exempli causa homo est animal vna simplici; mentis actione comprehendit. Quia licet multas habeat partes non tanquam multa, sed tanquam vnum ad quod omnes referuntur, ut ad vnam enunciationem intelligentia concipiuntur. Sed si hoc verè dicitur, licet omnia, quæ vna scientia traduntur, veluti geometria explicatè proferantur, vna simplici actione mentis comprehenduntur. Quia ad vnam scientiam omnia accommodantur. Quidquid denique tota repub. toto regno, toto denique mundo continetur vna simplici; animi inspectione cerni possent. Sed latet hos, ex qua nam re definienda sit vna mentis actio. Et ita quæ minus callent incertè & confusè garrunt. Vnum igitur ut est in metaphisicis, latissimè patet, & in quancunq; rem conuenit quæ esse potest principium numeri, & ita vna


Quæ nã sit vna res.

respub. vnus exercitus vnum miliare est. Et alia quæ ex eo sunt principium numeri, quod vna res sint. Et vna res est ex vna forma quæ omnes eius partes amplectitur. Sic etiam vna mentis actio, ex vna forma, quam percipit cognoscitur. Et sicut fieri non potest, ut vnus rei duæ formæ sint, ita etiam ut vnus siue sensus, siue mentis actionis duæ formæ. Mundus ergo exempli causa, vna res est, si vna forma confusè & inuolutè omnes eius partes contineantur: quæ tamen si omnes explicentur innumerabiles & infinite res erunt. Ita exercitus regnum & respublica. Enunciatio item vna res est. Tamen si eius omnes partes explicentur non vna res, sed multe erunt. Explicantur autem, cum menti hæc tota enunciatio homo est animal obijcitur. Explicatur enim subiectum, prædicatum & verbum, quæ partes, ut vnaquæque vna res est, ita vnam habet formam, & vnam mentis actionem postulat. Idem de integra aliqua ratiocinatione, de integra oratione Ciceronis, & de integro libro dicam. Si partes eorum nimium distinctè menti subijciantur fieri nullo modo posse, ut eas omnes vna actione percurrat. Hoc ipso quod plures sint, pluribusque formis inter se differant. Eorum autem iudicium, vtrum vera an falsa sit enunciatio, bona an mala ratiocinatio? Digna an indigna persona Ciceronis, probus an improbus liber. Quia vnum iudicium est omnes partes animo decursas complectens, vna mentis actione sit sicut cum enunciationem, ratiocinationem, orationem, librum, aut scientiam animo concipimus. Ita & iudicium de mundo vtrum sit perfectus an imper-

Enunciatio distinctè vna mentis actione non potest comprehendit.

perfecto de exercitu an ne sit firmo
an infirmus. Ex ijs facile aduersario
rum leuissima argumenta dissolu-
tur. Illa etiam aliquorum questio ex-
ponitur vtrum possit animus simul
plures res intelligere, sicut oculus
res plures intuetur. Nam si plures
res vna forma inuolupte & implicatę
sint, eo modo, quo de mundo dixi-

mus, simul multe possunt intelligē-
tia cerni. Sin autem vniuscuiusque
forma consideranda sit. Non pos-
sunt plures simul reputari. Sicut ne-
que oculus res plures distin-
ctas & expressas inspicere.
Ac de eis que mente
sunt haete-
nus.



DIDACI A STVNICA

EREMITÆ AVGVSTINIANI PHYSI-
cæ, Liber vndecimus.

CAP. I. De voluntate.



Tamen cum de
animo sensus par-
ticipa verba face-
rem dixi anima-
lia pulsu agitari,
q; appetitu prædi-
ta sint, qui visis commotus bonum
externum persequitur. An ne hoc
modo, appetitu scilicet animal ra-
tionis compos moueatur, an alio ei
opus sit. At homo excitatur bonis
vniuersis & cõmuniter obiectis. Si-
quidem victum vestitum & hono-
res querit. Alia ergo vis est ei à natu-
ra tributa, qui huiusmodi commu-
nia & vniuersa bona percipiat. Nã
hec appetitum non tangunt, sed sin-
gula duntaxat bona capit. Ea ergo
vis, quam intelligentia, desiderio &
cupiditate afficit, communes ei res
ostendendo, volũtas est, quæ in na-
turam modo cadit intelligentē. Ita
vt sicut intelligentia in rebus omni-
bus versatur, quatenus veræ ita &
voluntas quatenus bonę. In mali e-
nim ratione, hoc ipso, quod tale sit.
Nihil est cur ad se alliciat, sed cur à
se auertat volũtatem. Omnia enim
bonum appetit & malum abijciunt.
Quod si voluntati soluta sit à natu-
ra eligendi optio, vt mox dicemus,
non ex duobus, quorum alterũ bo-
num, alterum malum esse putetur:
sed ex duobus bonis, quod magis
placuerit. Nam in his inest vna dubi-
tãdi ratio: in illis autem nulla. Qua-
re voluntas in fine versatur, illumq;

alia vi qua
appetit ho-
mo se mo-
uet.

per se & natura sua persequitur. Sē-
per enim aliquid boni cum sine fo-
ciatum est: Et sicut voluntas mini-
mè potest finem nolle, atque repel-
lere. Hoc enim ipso, quod illum as-
pernatur, & respuit, finis eius nõ est.
Ita hoc ipso, quod quidpiam negli-
git, & pro nihilo putat, bonum ei cõ-
modum non est. Quemadmodũ er-
go mens & intelligentia nõ potest,
non consentire primis principijs, ad
eundem modum voluntas non po-
test nõ amare primum finem, & bo-
nũ, & ad quod alij fines & alia bona
referuntur, vt perfectam fælicitatē.
Et id etiam in quo nihil mali inesse
sentit, vt sapientiam & vitam. Et si-
cuti mens ijs, quæ non necessariõ
concluduntur, ex primis principijs
consentit, vel dissentit, ita & volun-
tas res confectatur, vel reiicit, quas
minime arbitratur esse necessarias
ad finem sibi propositum cõsequen-
dum. Et veluti vi principiorũ mens
& ratio percipit conclusionem. Alia
tamen est notio principiorum, & cõ-
clusionis, ita & voluntas ea, quæ ad
finem pertinet, amat propter ipsum
finem, alius tamen amor est finis,
alius eorũ, quæ ad ipsum referuntur.
Sed operæpretium est considerare,
vtrũ voluntatis munus agere sit, an
verò pati. At si voluntas agit, quidnã
patitur? diximus enim sæpe eãdem
rem facere & pati, præstare, & acci-
pere minime posse. Non ergo volũ-
tatis est efficere, sed pati: passio-
nesq;

Voluntatis
munus pa-
ti.

nesque vocantur affectiones eius amor & odium, spes & timor, & alia. Sed à quo patitur. Nō enim alia est ei voluntas affigenda efficiens, sicut intelligentiam efficientem necessariam esse posuimus. Siquidem nec eius munus & ratio, sicut illius explicari posset. Nec vllō vinculo coniunctionis mens & voluntas astringeretur, si alia volūtas nō mens vllō modo voluntatem accipientem afficeret. Cūm contrā sit satis exploratum cognita modo nos odisse, & expeti. Sed voluntatē non excitari mente & intelligentia, ex eo perspicuum est, quod non diligimus, aut odimus, quæ mente, sed quæ re ipsa sunt. Cibum enim & potum volumus, qui re sit, non quem mente cogitamus. Verumtamen quoniam pacto res ipsæ, aut amorem conciliant, aut in odio sunt: Quoue modo in ipsas incidit, & incurrit animi nostri volūtas. Hoc si cognouerimus totā rationem, qua voluntas nostra commouetur, & accipit intelligemus. Quia verò tria in motu considerantur quod mouet, & quo istud in mouendo vtitur, & quod mouetur. Sicut ignis mouet calefaciens, mouet autem calore, mouetur quod calefit. Ita bonum fugiendum, vel consecretandum mouet, nō per se solum sed eius cognitione, mouetur autē voluntas. Quare voluntas bonum extrarium persequitur, à quo impellitur, non quod mente comprehenditur, quò motu cietur. Et veluti efficiens intelligentia notitiam gignit specie & imagine sibi à visis oblata, quam notitiam accipit intelligentia patiens. Eadē ratione & proportionē hæc inter se affecta sunt res externa concilians vel alienans, cognitio eius vim declarans, volun-

Qua ratione voluntas mouetur.

tas, vel odians, vel diligens. Dixi autem fugiendum, vel consecretandum bonum pulsu voluntatem agitare. Quia licet mente rei naturam percipiamus, & bonam, vel vtilem esse decernamus, si tamen non præscribamus auertendam, vel aucupandā nihil mouetur voluntas. Non enim impellitur, aut dirigitur appetitio ea parte animi, quæ in cōtemplatione versatur, sed ea cuius opus in agēdo est. Voluntas enim sicut appetitus causam affert hominum motus: qui quidem ad rem agēdam est. Quare voluntas mouetur à re subiecta, & mouet ipsa animal ad eam consequendam, vel aspernandam. In quo certē motu singulari quadam ratione euenit, quod in alijs naturæ motibus. Vt ea forma sit efficiēs & mouens, ad quam impellit rem quam agit, vt ignis calefacit, vt suam formam exprimat. Ita bonum externū voluntatem conciliat, quò ipsum adipiscatur. Sed hoc singulare est in hac efficiendi ratione & non cōmune cum alijs. Aliæ enim licet eiusdē generis sit quod efficit, & id ad quod patientem adigit, numero tamen differunt. Vt alius est ignis inflammans lignum & alius est ignis ab eo accensus. At in hac, quæ volūtas est, non solum eiusdem generis est, quod impellit & id ad quod impellit, sed etiam idē ad numerū est, vt eundem victum & honorem perquirimus, qui nos afficit desiderio sui. Quare in his rebus idē est finis & efficiens, quòd in alijs non contingit. Ex hoc etiam intelligi licet voluntatem rebus singularis, sicut appetitum non commoueri. Pertinet enim ad eam animi partē, quæ intelligit, quæ vt positum est, non comprehendit per se res singulas, sed per

Voluntas
liberi arbitrii cōpos.

per cōmunes. Nec etiam voluntas per se ratiocinatur, hoc enim mentis officium est, vt ex re singula vniuersam percipiat. Sed in mente defixa ad illius similitudinē opus suum & officium dirigit. Et hac de causa voluntas est liberi arbitrii cōposita, quod res ei communes obijciuntur, quibus ei optio sit, vt eligat, vtrum velit. Si enim res singulas vt appetitus modo versaret, non esset in ea sita, vt ad alterutram partem inclinaret, atque propenderet. Quare arbitrii libertas non solum voluntate, sed intelligentia, qua mouetur, nititur: nisi enim hæc res vniuersas deliberanti proponeret, & hæc illas perciperet, locus nullus esset optioni relictus. Quamobrem cum homo vehementi libidine, & animi perturbatione in rem aliquā rapitur, arbitrii sui non fuisse dicitur, quia cum in re singula versaretur solum, nulla superesset ei deliberandi potestas. Multis egimus in libro nostro secundo de vera religione de libero hominum arbitrio, & stultam quorundam opinionem cōfutauius existimantium in rebus, quæ instant, presentēsq; sunt, liberum arbitrium versari. Planēq; demonstrauimus de illis, sicut de præteritis actum esse, resque futuras arbitrium, sicut consilium & deliberationem spectare. Illud modo addā, cum dicimus voluntatem commoueri, vel precibus, vel lachrymis, vel propinquitatibus, vel amicitijs, cupiditatibus denique, vel cælo, loco tempore, ob eam rem ita contingere, quòd huiusmodi res, & alia oportunitates faciendi aliquid, vel non faciendi, faciunt vt ratio, & intelligentia nostra sic vel aliter de re oblata fugienda, vel consecretanda in

dicet, cuius vt diximus iudicium voluntas sequitur. Sicut ergo mens & ratio veritatis est, ita voluntas boni vel finis. Sed tamen animaduertēdū est, licet intelligere pati sit, sicut & velle: quia tamen mēti natura dedit, vt in ea sit, quòd agat, sicut etiā quòd patiat, id, quod voluntati non tribuit, sed vt patiat ipsa, efficiat autem intelligentia eo modo, quē diximus, vsu venit, vt mens, & ratio munere sepe suo fungant, sine vlla voluntatis opera, vt cum in rerum scientia, & cognitione versatur, nihil enim tum volūtas præstat, nisi quòd facile patiat animum in istis rebus intelligere. Contrā verò voluntas officium nullum suum exhibere potest sine mente à qua patitur, non ergo diligit, non odit, nō timet, nō sperat sine mētis beneficio. Videat ergo, quod hæc munera ascribenda sint mēti potius agēti, quā voluntati accipienti. At mens non est, quod in primis agit, sed præcipuum mouens est externa res, quā tantum ostendit intelligentia. Deinde, quod attinet ad cognitionē, & sensum, potius ex passione, quā ex actione iudicatur. Animi ergo opera ei eius parti annumerantur, quæ in primis pati declaratur: quod si vtraque parte aliquid accipere significatur, vtrique voluntati, & mēti communis cēfenda est, sed eius præcipuē, cuius opus magis apparet. Vt postquam volumus finem, & bonū intendimus animum ad eum. Quia considerationem & cupiditatem intendimus, ad vtramq; partem mentem nimirum & voluntatem spectat, sed cōsequendi cupiditas eminet, quæ mentem exacuit, ipsaque deinde voluntas ad spem eius adipiscendi erigitur. Consiliumq; ini-

tur, quod excogitare ingenij partes sunt, voluntatis etiam nonnullæ, quod ei id negotij dare videatur. In ingenij est etiã, quæ sequitur electio, cuius munere quæ sunt ad finem aptat deliguntur, reiiciunturq; contraria. Quæ quia voluntas approbat eius etiam beneficio administrantur. Deincepsque cum mente, consentit: ac imperium consequitur, ad quod omnes animi partes ita conspirant, ut vix, vel planè nullo modo possit, cuius sint præcipuæ partes distinguui. Est enim tanquam lex, quæ quod decernit & placet principi declarat. Ut dici solet: sic volo sic iubeo, denique viribus suis voluntas utitur ad expromendum imperium. Tandem acquiescit & fruitor voluntas bonis optatis. Has verò actiones voluntatis & ingenij munera earum esse rerum quæ in nostra sita sunt potestate facile intelligitur, ex eo quod ad finem adipiscendum referatur. Qui alijs rebus, quàm eis quæ nostræ sunt potestatis non adipiscitur. Quæ etiam munera animantes ratione carètes exequi non possunt cum à finis cognitione profisciantur. Ac de voluntatis eiusque cum mente cõparatione hæcenus dictum sit.

Cap. 2. De voluptate.

Quoniam differuimus hæcenus, de omnibus animi viribus, quibus sentit & res omnes percipit, cum hoc orationis generè filoque coherere videtur, ut de voluptate dicamus. Non enim cadit voluptas nisi in eas res quæ sensus compotes sunt. Nec enim arbores & herbæ & res aliæ quæ terra ex se signi vlla detin-

tur voluptate. Neque villo modo voluptas nisi sensu capi potest. Sensum enim hoc loco non solum corporeum: sed etiam eum qui mente & intelligentia constat, intelligo. Sicut latini dicunt hic est mentis meæ sensus, & mihi placet eius de republica sensus. Quidam Aristot. sequentes in morali philosophiæ parte de voluptate differunt, quo fit ut eius potius dictionem confundant, quàm illustrent. Alia enim ratio ei more tribuitur, & alia natura. Et eadem ad speciem natura voluptates, more genere differunt. Ut eorum, qui delectantur pecunijs alienis vel suis, eadem est natura sua voluptas: more verò toto genere discrepant. Ex quo illa improbata nata est Platonis & aliorum opinio, voluptatem esse malum. Quod quidem si naturam spectes iniulsam statim & stultum esse cognoscitur. Nihil enim natura malum est, cum id quod est & bonum reciprocentur. Sic ergo voluptas est, bona est. Eudoxus & alij summum bonum esse affirmant argumento in ducti ex ethicis petito, quod omnia voluptatem expetunt ad eamque toto impetu feruntur. Neque vilius rei causa voluptatem sequamur. Nemo enim quærit quamobrem voluptate quispiam afficiatur. Quæ si ex natura ponderentur, facile patet error. Non enim voluptas summe consistit, neque perfectissimè est. Cum rebus potius accidat coherentibus, ut actionibus. Et potius multi actiones ipsas, quàm earum voluptates persequantur. Ut videre potius & scire, quàm aspectus & scientiæ voluptatem. Medici propius voluptatis naturam attingunt

In physica de voluptate differentiam.

Voluptate non esse malum nec summum bonum.

Voluptate non esse motum.

Voluptate non esse expletionem.

Voluptate non esse quietem.

gunt eam in genere motus collocantes. Galenus enim voluptatem esse definit motum velocem secundum naturam. Cicero etiam voluptatem esse ponit iucundum motum in sensu. Atqui motus res quædam est inchoata & fluens, voluptas verò tota & vniuersa incipit, & coheret quandiu durat sicut res aliæ quæ motus non sunt. Non enim voluptas labitur, sed motus per quem capitur. Tum motus ex actu & vi totus conflat, ut expositum est, cum de motu diximus, quod est à voluptate alienum. Non enim in voluptate sumus propter illam voluptatem, quam habere possumus, sed propter illam quam capimus. Huc accedit quod motus nominatur velox, vel tardus, quod in voluptate non cadit. Non enim vlla voluptas tarda, vel velox nuncupatur. Alij voluptatem in genere ponunt expletionis. Quod ex voluptates, quæ ex cibo potioneque capiuntur à siti, à fame confectis facietate capiuntur. Ut voluptas sit expletio eius, quod est ad naturam accommodatum. At expletio tota sua vi ad corpus pertinet, non enim nisi corpus impletur. Voluptas autè in animo tota posita est. Non enim nisi sensu percipitur. Non igitur est voluptas expletio. Huc accedit quod si pastus & potus expletio esset voluptas tandiu duraret, quandiu expleri & saturati essemus. Contra tamen vsuuenit, ut potius voluptatem habeamus cum paschimur, & implemur, quàm cum pasti & pleni simus, & facietas potius fastidium parit, & offensionem, quàm voluptatem & delectationem. Caietanus, & Sorus, de beatitudine loquentes dicunt, voluptatem ef-

se quietem in re adeptam. Quæ opinio primum contraria est omnino Galeni, & aliorum medicorum tradentium voluptatem esse motum. Deinde non explicant, cuius nam motus quies sit. Vtrum eius, qui ad locum? an ad quantitatem? an ad qualitatem. Quid ita voluptatem definiens nonne docent, sensum sponte sua nihil ad voluptatem attingere? sensus enim suauis non quies sed motus est. Nam actio vel passio. Sensus ergo expertia ex eorum sententia voluptatem percipere possunt, si sensus ex re voluptatis non est. Iam verò lapis quiescit ad medium veniens terræ locum: & alia elementa suis locis naturalibus. Quælibet etiam res forma ad quam aspirauerat consecuta, conquiescit. Elementa ergo & aliæ res quæcunque, atque ad eum sensu carentes delectantur, quod est absurdissimum. Aristotelis voluptatem esse dicit actionis perfectionem. Sed hoc nec voluptatem definit, nec à cæteris rebus distinguit. Est enim aliqua actionis perfectio in stirpium vita, & eorum quæ terra gignit nulla tamen voluptate afficiuntur. Quidquid etiam fit aliqua ratione perficitur, rebus tamen sensu carentibus, nulla accidit voluptas? Quid? perfectum idem valet quod bonum. Vtrumque enim postulat, quod spectat ad naturam eius rei, de qua dicitur. Sicut ergo bonum non est aptum genus ad rerum naturam exponendam, ita nec perfectum, nec perfectio. Actio verò longè latius patet, quàm voluptas. Quare non est accommodata differentia ad eam à cæteris rebus distinguendam. Itaque vix aliquid, Tt aut

*Voluptas
est in gene
re sensus.*

aut certe parum voluptatis natura, ex hac doctrina explanatur. Eidem etiam Arist. non placet voluptatem esse sensum, nihil tamē hoc propositum probat nec ullam huius opinionis causam affert: vt mea tamē fert opinio, voluptas est in genere sensus. Quia sine sensu existere nullo modo potest. Et vbiq; sensus sit voluptas blāditur. Non potest ergo voluptas non esse sensum. Nā quicquid ita copulauit natura, vt vnum nō sit sine alio. Et ex concretis enūciatio per se cōponatur. In eandem rem conueniūt: & subiicitur illud ei sine quo reperiri nō potest. Cuiusmodi sunt sensus & voluptas, non enim voluptas constat sine sensu & perse, qui voluptate afficitur, sentit. Quare voluptas est sensus. Eodē accedit, quod nō potest intendi, vel remitti voluptas, quin sensus eodē modo intēdatur, vel remittatur. Cū ergo idem, quod vni, accidat alteri, vnum, ex ratiocinādi praeceptis est alter. Illud enim accidens erit medium per quod in conclusione ponantur. Sequitur enim rectē, hęc affectio est sensus, & hęc affectio est voluptas, ergo voluptas est sensus. Sed qui nam sensus? Non. n. est aspectus, nec auditus, nec odoratus, neque vllus alius sensus exterior: Non enim fit, vt quoties oblectat animal aut videat, aut audiat, aut odoretur, aut alterius sensus exterioris munere fungatur. Vsu enim vnicuiq; sensui sua venit delectatio sine alio. Nec etiam est sua natura voluptas visio, illaq; vis, qua rerū imagines imprimūtur. Nā representante, quæ delectationē affert hęc vis cū in ea munus nō tueatur suum, vt expositum est. Consequitur ergo necessario voluptatem sensum illum esse, quem æsti-

Qui nā sensus sit voluptas.

mationem & cogitationem appellamus: licet renuat Aristot. nullo, quod sciam argumento ductus. Nō enim fieri vilo modo potest, vt vlla voluptate fruamur, rem non considerantes, neque attendentes, quæ delectamur. Imo simul, atque augetur voluptas, augetur consideratio & attentio & vt illa obscuratur, hęc etiam minor fit. Qui enim libētius rem administrant acrius & accuratius iudicant & exquirunt omnia. Vt physicæ, geometriæ & aliarū sententiā studijs dediti magis proficiūt qui rebus illis subiectis magis delectantur. Contra verō qui non oblectantur negligentius omnia tractāt atque considerant & minus intelligunt. Id ipsum etiam ex eo facilius cognosci licet, quod voluptates alienæ & quæ non sunt propriæ eius operis, in quo versamur, actionem impediunt. Vt qui tibi arum, aut vocum concentu tenentur, non possunt verba quę interim fiunt aduertere. Quod magis numeris, quā verbis delectentur. Voluptas igitur quam habet concentus labefactat eam voluptatem, quam affert oratio. Quod idem vsuuenit, cum simul in duas res intendimus. Quæ enim plus parit oblectationis, alteram repellit. Eoque vehementius, quō maior est voluptatis excellentia, vt nihil agamus in altera. Quare res alias eos agere dicimus, qui non attendunt ea, quę in manibus sunt: quod parum illis delectentur. Itaque facit ea voluptas, quæ non est operis propria, idem quod dolor, vt eam tollat voluptatem, quæ actioni est accommodata. Quod ob eam rem contingit quod animus cogitando distrahitur, vt plura simul non possit attendere, neque

Quid sit voluptas.

neque decernere. Propria verō illa est voluptas, quæ per se actionem consequitur. Aliena verō quæ ad aliam potius actionem accommodata est. Quæ simile quidam facit doloris, vt actionem impediāt, licet alio modo. Quod satis habet argumenti & indicij voluptatem eum esse sensum quo res æstimamus, atque ponderamus. Vt voluptas sensus sit actionis secundum naturam. Nihil autem interest vtrum actionem an passionem dicamus. Nam sensus patiuntur & accipiunt vt diximus, agunt & mouent res illis subiectæ. Itaque voluptatem capimus quocunq; sensu, tanquam voluptatis instrumento, vera tamen voluptatis sedes, & quæ ipsa sit voluptas, sicut oculus est aspectus subiectum ea pars est animi, qua res iudicamur atque distinguimus. Quia nulla cōstat sine attentione voluptas. Sicut autem duplex est sensus alius corporis, alius mentis. Ita duplices sunt voluptates alię corporis proprię alię mentis. Corporis autē sensus participis, sicut varia est natura, ita varię multiplicesque sunt voluptates. Id quod singula consideranti videre licet. alia enim est voluptas equi, alia canis, alia hominis. Vt verum illud sit Heracliti asinos stramen malle, quā aurum. Mentis autem voluptates sunt, quę mēte tantum percipiuntur. Cuius quamuis hominum genus tatummodo particeps sit multa tamen est mortalium desensio & opinionum de voluptatibus varietas. Eadem enim res alios offendit, alios delectat. Et quæ non nullis est molesta & odiosa alijs iucunda & expetenda. Vtrum autem præstantiores corporis sint delectationes an mentis, ex subiectis

Duplices voluptates

in quibus insunt & circa quæ versantur facile cognosci potest. Cū ergo mens corpori præster, præstat etiam mentis delectatio corporis delectationi. Veritas etiam in qua mens cernitur, excellit in puritate corpus quocunq; in quo sensus versetur. Cū ergo illud sincerius sit, hoc confusius, longē minorem illud, quā hoc locum rebus alienis & quæ dolorem faciant relinquit. Dubium igitur non est, quin mentis voluptates excellent. Præterea cū actiones alię bonæ sint, alię malæ, alię indifferentes per se vique sua: eadem est ratio voluptatum. Sua enim vnicuique actioni accommodata est voluptas & delectatio. Quæ ergo propria est actionis præuæ & perueriæ, in honesta illa est, & fugienda, quæ verō bonæ sponte sua accommodatur honesta illa est & optanda. Sed accuratior huius rei explicatio ad philosophum spectat moralem, quatenus autem partes postulant naturalis philosophi, hactenus de voluptate dictum sit.

Cap. 3. De immortalitate animi & de animorum numero, &c.

DE animi mentis & intelligentiæ compotis partibus viribusq; disseruimus. De toto verō animo illa quæstio per vagata & satis physico difficilis, licet theologo facilis esse solet. Vtrū hominū animæ sint immortales? Quæ quidā physici multis argumētis enodare nituntur. Sed partim leuia sunt partim ad physicum non spectant, quod sint ex alterius scientiæ, atque doctrinæ petita principijs. Illa verō firma sūt & physicæ, facultatis, quæ

Tt 2 ex ipsa

Animū rationis cōpōtem esse immortalem demonstratur.

ex ipsa animorum natura ducuntur. Illa autem quæ oracula sacrosancta & diuina prouidentia præstat tractat theologo. Ethici querantur, quod de teriore conditione iniqui quàm boni essent, si animæ in tererent. Positū ergo, & patefactum est mentem nullo corporeo instrumento uti, cum intelligit munereque suo fungitur. Potest ergo sine corpore consistere. Quod enim agit & mollitur aliquid sine corpore, potest etiā sine illo esse. Res enim non efficiunt nisi sint. Et quidquid facit sine alterius opera, illo detracto efficere & esse quit. Sit ergo. Ita enim id quod esse potest definitū est. Si verò sit necessesse est immortalē esse. Ita. n. vsuuenit, ut res oēs corporis & materiæ expertes immortales sint. Nihil. n. eis contrariū est cū substantiæ sint neq; ex ijs rebus constant quibus aliquid repugnet. Deniq; si separaretur animus, per se viq; sua esset immortalis. Et potest ut demonstraui seiungi, ergo per se & natura sua potest esse immortalis. Sed q; per se & natura cōuenit, seper conuenit, ergo per se nunc & natura sua est immortalis. Sed resistit fortē quispiā, quod animus sine visione, aqua sumit speciē nihil percipiat, visio verò corporis instrumento sit. Ergo sine corpore intelligentia consistere nō potest. At si visio non est ad cognoscendum necessaria, nisi ut speciē subministret. Non est ergo per se, sed per aliud necessaria per speciē nimirum. Res autē nulla pēdet ex eo, quod ei per aliud conueat. Itaque si alio modo quā visione, in mēte imprimeretur speciē, & consistere & munus suum obire posset. At qui positū est mente memoriā & speciē rerū præceptarū seruari. Tum si Deus ei suggere

ret speciē potest sine visis vllis rerū notionem habere. Menti ergo ex se ipsa apta sunt omnia, neq; per se ex visis pendet. Sicut si contingeret aliquem oculis priuari, posset de coloribus in visione ab oculis impressis cogitare. Planē ita demonstratum esse arbitror animum rationis participem esse immortalem. Ex ratione etiam intelligendi id ipsum valde confirmatur. Nullius enim rei, quantumvis licet corporea & materia eius excellat, notio constat, nisi corpore & materia detracta. Si quidem vniuerse & cōmuniter semper per insignita est. Tantū igitur abest ut animus corpus ad intelligendum requirat, ut potius in hoc munere ei impedimento sit & morā afferat. Poterit igitur sine corpore administrari ac proinde extra corpus esse. Ex hoc etiā perspicitur nō rectē opinari eos, qui vnum animū rationis cōpōtē alio perfectiorē esse tradūt. Si. n. significant aliam & aliam esse animorū naturam vno genere cōtentā, sicut alia est natura hominis leonis & equi, licet vno animalis genere cōprehendantur, vehementer errant. Etenim vna est omnium hominum essentia, atq; natura, quippe qui vno eodemque sint nati parēte eademq; oēs homines vires habēt. Sed cōcreta sequuntur suarū formarū rationem, si vna ergo est concretorū ratio vna etiam erit animorū ex formis suis ducta natura. Sin autē non natura, atq; essentia animū ab animo distingui indicent, sed te aliqua adiuncta & accidenti. Cū nihil animis accidat nisi ex eo respectu quem ad corpus habēt ut rectē sentit Thomas licet quidā cōtradicat, maior, aut minor earū perfectio ex corporibus potius, quæ informāt, quam

Vnus animus rationis compos non est perfectior alio

quā ex ipsīs per se superanda est, ut is animus perfectius suum officium præstet, qui in cōmodiori & aptiori corpore suis muneribus sit. Sed nititur ille probare animis aliquid accidere, antequā ad corpus referatur, quo inter se differant. Nā res omnes ante per se sunt, quam cū alio cōparentur, ut prius album est per se quā alterius simile. Anima igitur vnaquæque prius est per se, quā vllum ad corpus habeat respectum. Et ob eam rem prius est res singula, ac proinde ab alia anima distincta. Aliquid igitur accidit ei per quod distinguatur antequam corpus spectet. Veruntamen si accidit per aliud & non per se ei accidit. Quoniam si per se animi distinguuntur inter se natura & essentia sua distincti sunt, neq; ad vnum extremū rerū genus pertinebūt. Quod absurdissimū esse ostēdimus. Cum ergo res singulæ ut est in metaphysicis explanatū dissimilitudine sunt. Neque animæ differant ex natura sua. Discrepant ergo ex aliquo accidenti. Accidens autē in eas non potest cadere, sicut neq; in res alias materiæ expertes, quo ad numerū differant nisi ex cōparatione cū corpore ex huiusmodi igitur cōparatione quicquid eis accidit accipiūt. Animā vero rationis participem non fieri ex materia, neq; vllam esse in materia, cuius modō motu animus is in ea gignatur & exprimat, iam expositum est cum de materia verba fecimus. Deducitur etiam inter physicos in controuersiam, vtrum in hominem sint plures animæ, vna quæ alatur, alia, quæ sentiat, tertia quæ ratiocinetur. Nonnulli enim satis imperitē affirmāt, ita contingere. Sed quis credat in vna materia triplicē

Tres animas in homine non esse.

substantiæ formam esse posse. Anne homo erit res vna an tres? ego dico tres ex istorum opinione. Siquidem vnum ex forma dicitur non ex materia, vbi ergo tres formæ sunt res etiam tres erunt. Nam tres sunt actus propter totidem formas, quibus re ipsa materia est. Deinde quæ fieri potest, ut postquam materia semel substantia sit. Denovo iterum & tertio sine vllō interitū fiat, Accidentis ob eam rem dicitur forma, quod rei accedat iam cōstituta, secūda ergo & tertia forma cū rei interueniant consistenti, non essentia, sed accidentis formæ existimandæ sunt. Quod est incommodum intollerabile hominem ex accidenti, non per se, sed per aliud sentire & intelligere. Ex hoc etiam facile patet illorum etiā stultam esse sententiā, qui asseuerāt tot esse in vnaquaq; re substantiæ formas quot in eā in quæstione nature attributa cadūt, ut alia forma sit Augustin⁹ homo, alia animal, alia viuēs alia corpus, & alia substantia. Nā præter dicta incōmoda, quæ suscipere cogitur, fiet ut homo quatenus homo nō sit animal. Etenim alia forma est homo & alia animal. Sicut nihil quatenus album est humidum licet vtrunq; in lacte coniūgatur. Quod etiam illud consequetur animal generis locum non tenere in hominis definitione, quia extra eius naturā & essentiam est, quæ definitione declaratur. Itaq; corpus, animal, homo ita in Augustinum conueniēt, sicut calidum, album, eruditū. Sicut ergo hæc possunt separari quia vna forma non pendet ex alia, ita illa animal corpus & homo possunt ab Augustino seiungi. Quo nihil absurdus. Iam verò sicut eadem

forma, qua aliquid est, calidum est quale. Ita eadem forma, qua est homo, est animal, corpus & alia superiora substantiæ genera. Sed dicunt nulla forma se comparat ad suum interitum, ac ea forma, quæ pertinet ad alendum introitum aperit ei, quæ ad sentiendum, & hæc ei, quæ ad ratiocinandum cum prius homo nascens alatur, deinde sentiat, ad extremum mente cõprehendit, animus igitur insequens antecedentem non delet, sed potius tuet. At ita vsu venit in eis formis, quæ non per se, sed per alias quæritur, in quibus motus mutatione cõsistit, atq; perficit. Diximus .n. cum ex calido frigidũ, aut ex albo nigrũ efficitur, interitu ac labefactione intermediarũ qualitatum ad extremas peruenire, instant præterea dicentes, effectus formã adesse declarat: si ergo nutritur, si sensu percipit homo animis præditũ esse indicatur ijs, quibus id muneris natura mãdauit. At si vnus animus has vires habet & hæc munia sustinet, tribus nihil opus est. Dubitatur etiam vtrum vnus animus ad oēs corporis partes pertineat licet varieg sint: an singulis singulæ sint datæ formæ distinctæ, sicut ipsæ distinctæ sunt, vt alia sit forma carnis, alia ossis, alia nerui. Sed si ita rem haberet esset vnus homo non per se & vna forma, sed per aliud, sicut multarum rerum aceruus. Deinde quo pacto animus haberet instrumenta quibus suis fungeretur muneribus, si illa non moueret? Et qui moueat si non informat? Dubium igitur non est quin vnus animus totum corpus & singulas eius partes complectatur. Videndum nunc est, an is in partes diuidi possit an non? Minimè verò de eis

Partes corporis vnus complectitur animus

partibus loquor, in quas rei essentia partitur, in genus & differentiam, vel cum in vires suas natura distribuitur: Has enim partes dubium nõ est quin animus habeat. Sed eas partes significo quas quantitas præstat. Cuius proprium esse diximus fundere & dilatare partes. Vt sicuti quantitate sit, vt cãdor & calor in varias corporis partes sit extensus. Ita vt si partem corporis amputes, etiã candoris & caloris auferas. Vtrum eodẽ etiã pacto veniat vsu, vt si quod est animatum circuncidas animæ quæque partem tollas. Ac primum id in animum rationis participẽ non cadere exploratũ est. Cum enim è materia corporeq; quantitatis non pẽdeat, sed separatus per se possit consistere, sua vi non sequitur quantitatis modũ. Si .n. sequeretur, vt vna cum corporis eius parte, animi pars amputaretur. Cũ illa præcissa pars amplius nõ viuat, aliqua pars animæ neq; viueret, neq; cohæreret. Et ita paulatim cogere cõcedere, totũ animum interire, quod falsum esse demonstrauimus. Nec etiam defendi potest illud esse immortale, cuius sunt singulæ partes mortales, aut ad aliquã eius partem immortale. Quã statim concludant per materiã non diffundi, neque vna cum corpore diuidi. Huc accedit, quod res omnino planèque materiæ expertes, vt angeli & intelligentiæ secari nequeunt, id enim materiæ est, ergo nec anima earum similis cum à corpore seiũgitur, per se viq; sua in partes tribui nõ potest. Quod autẽ per se conuenit semper conuenit. Licet igitur in corpore sit, distribui non potest. Quosdam etiam animos perspicuum est diuidi posse. Etenim partes amputatæ mouentur,

Animus vnus non habet partes.

vt

vt insectorum animalium, mouentur partes circuncisæ. Contrahuntur enim si tanguntur. Sentiunt ergo & visionem habent qua motum dirigi docuimus. Surculus etiam ex arbore defraetº defolus, aut insertº germinat & folia procreat, ergo præcisa pars viuat. Quædam etiam herba ex sua radice circuncisa licet non fodiat, sed suspendatur crescit & gignit. Ne quisquam tergi versetur dicens, quia defoditur, reuiuiscerẽ, sicut semen. Alia verò animalia quæ perfecta vocantur non exploratè cognoscitur, vtrum eorum animi careant huiusmodi partibus necne. Ex eo enim quod ex materia fiant, & quasi extrahantur, sicut insectorum & eorum quæ oriuntur ex terra videntur etiam per materiam totam diffundi & dilatare. Ex eo verò quod partes confestim amputatæ occidant, neq; vllum in eis vitæ vestigium remaneat: eorum animi ita contrahi indicat, vt in partes nequeant secari. Itaque vtraque contradictionis pars probabiliter sibi quisque persuadere potest. Ex hoc etiam liquet animum rationis cõpõtem & quencunque alium, quem quisque existimet diuidi non posse totũ toto corpore contineri totũq; quacunque corporis parte. Quoniã est in quacunque corporis parte. Aut alens, aut sensum vitamq; suppedians. Sed partitus non est, quia distribui non potest, vt probatũ est, ergo integer & infractus est in toto & in singulis partibus. Licet non eadem sed varia atque diuersa alijs & alijs partibus munera præstet prout ipsa variã postulet instrumentorũ compositionẽ. Tantum enim videt oculis, auribus audit, quia non sunt alię partes ad has functiones idoneæ.

Quamuis autem hic cõsistendi modus difficilè intelligatur dudum posito argumẽto satis persuadetur. Ex eoque coniecturam ad eum percipiendũ capimus quod dubitari nõ potest quin Deus totus in toto mũdo sit & in singulis eiº partibus. Angelus etiam tenet locũ & singulas eius partes. Et ita pro parte nostras his quæstionibus & vniuersè de animo disputationi satisfactum est.

Cap. 4. De vita & morte.

Quoniam animum eorum quæ viuunt formam esse diximus tractare oportet quid vita sit. Arist. ortum rei viuentis esse dixit, primam animi, qui ad alendum pertinet cum calore communionem, vitam verò eius per mansionem. Sed animus non per se, sed per materiam cum calore communicat, calorque potius sequitur materiã, quã animum, & aliam quamcunque formam. Præcise enim qualitates materiam attingunt, quippe quæ ad eam preparandam comparatæ sunt. Ortus ergo vitæ animatorum ex eis potius rebus definienda sunt, quæ per se eis, quã per aliud conueniunt. Ortus igitur talis est prima animi cuius est nutriri cum materia copulatio, vita vero est huius copulationis per mansio viuere autem ea exequi munera, quæ hanc copulationem indicent. Operæpretium tamen est intelligere qua nam re huiusmodi copulatio fiat & contineatur. Arist. multis locis calore administrari dicit, in caloreque vitæ momentum summamq; reponit, id quod præter alia loca, quæ citauimus eius definitio declarat. Philoponus autem

Quid ortus quid vita.

Tt 4 id to

*Vita vim
in calore et
tum non esse
positam.*

id totum humori tribuit, quem duplicem distinguit vnum primum & quasi fundamentum nominat: ex quo primogenitum, & conformatum est animans, alterum nutrimento acquisitum. At cur hominum vita in calore vel in humore consistat, si frigus & siccitas, non minus sit ad eam seruandam necessaria. Non possunt enim concreta omnia ex quatuor qualitibus primis non constare. Præterea calor, vt tradit Aristot. & omnes qui de respiratione loquuntur refrigerari semper debet si saluus & incolumis sit futurus. Sicut ergo calor ad vitam spectat, ita & frigus. Quod si animus & vita (vt ait Aristot) cum calore coniugitur, quod in ea corporis parte dominetur, in qua fit concoctio & ex qua aliæ partes videntur & aluntur. Etiam in ea frigus dominatur ex qua sensus pendunt, & per totum corpus manant. Non enim à corde vt Arist. existimat, sed à cerebro, vt Galenus & alij docent, vis sentiendi trahitur. Cerebrum autem est natura frigidum, sicut & cor ipsum calidum. Iam vero calor sine humore, qui est eius pabulum non cohæret. Si ergo calor vitam animumque sustentat, ergo & humor etiam, qui calorem tuetur. Huc accedit, quod cum de primis qualitibus disputauimus ostendimus ea vi esse vt seungi non possint, quæ igitur necessitas aliam attulerit, & reliquas etiam inferet. Si verò vitæ statum in calore collocant quod calore fiat omnis concoctio. Nonne succi cuiuspiam esse oportet? Humidi ergo aliquid exigitur. Et nonne ad siccitatem refertur? & frigore, quod concoquitur ne statim conficiatur,

continetur? Quid ergo impedimento est, quo minus quatuor primis qualitibus totum statum conueniri putemus? Quid vitæ eorum, quæ viuunt est, per quam existunt & sunt. Quæ cum substantia sint potius per substantiam, quàm per accidens vllum constant. Accidens enim per substantiam, non è contrariò consistit. Quare ex hoc melius Plato sensisse videtur, qui ignem vitæ vinculum esse dixit. Sed cum nihil in corpore, quod alitur, ignis sit, non satis hoc verbo vitæ ratio declaratur. Multa etiam Galenus & alij medici de calore innato loquuntur ad quæ omnia vitæ remedia referunt. Ego verò puto non modo innatum calorem, sed etiam humoris & siccitatem & frigus esse statuendum esse vitæ sedem. Et ea re vitæ totius status est collocandus, quæ has omnes qualitates complectatur. Nec enim omnia sunt in calorem conferenda, quod calor in rebus animatis semper emineat. Si enim tactu nostro iudicium est faciendum licet in animalibus magis percipiatur calor, in ijs, quæ terra ex se fundit, potius frigus & siccitas sensu comprehenditur. Quid igitur coeret & continet complexu suo has qualitates inuisitas in quibus tota viuendi ratio nititur? Primum illud esse corpus necesse est, cum sit illarum quatuor qualitatum subiectum, quæ non nisi corpori adiungi possunt. Tum est pars rei corporatæ, nam illa intus fouet, atque sustentat, & non materia, nec forma: ergo quidquam ex eis concretum. Iam verò non est accidens, quia nulla illarum quatuor qualitatum, alijs autem accidentibus locus nullus relinquitur, ergo est substantia, & non corporis

*Quæ nam res
sit vitæ se-
des.*

*Spiritu ani-
matarum re-
ræ vitæ te-
netur.*

poris expers: ergo particeps. Item non est in vna corporis parte, quia omnes tuctur & vias præstat. Manat ergo per omnes singulasque, amplectitur, celeriterque per totum corpus percurrit, vt cuiusque eius loco adiumentum afferat. Est ergo aliquid purum & tenue non crassum & concretum. Est ergo non calor non humor, sed spiritus, quo animatarum rerum vita tenetur. Est autem spiritus tenuissima corporis pars per totum corpus diffusa maximè ad animati cuiusque vitam accommodata. Huius definitionis particulæ iam expositæ sunt præter illam ad vitam accommodata. Sicut enim varia est, vniuscuiusque, qui alitur ratio, atque naturæ: ita varia est vita, varioque spiritu procuratur, atque fouetur. Quæ eius varietas ex varia quatuor primarum qualitatum permixtione ponderanda est, vt in alio spiritu vigeat calor, in alio frigus, in alio siccitas, in alio humor & deinceps alia vel alia consequatur. Vigere qualitatem dico eam quæ tres alias superet. Quod si cuiuspiam animati natura spiritum postulet, in quo excellat vna qualitas, si ab altera contraria vincatur, nec aliæ ordinem suum subsequantur, corrumpitur spiritus ad illam naturam idoneus, desinitque eius vitam procurare atque tenere. Spiritus ergo constat ex quatuor partium temperatione proportione compacta. Quam optimam & fidelem physicæ doctrinam præter illa quæ attuli argumenta me diuina oracula aperte, & exquisitè docuerunt. Etenim vitæ modum non calori non humori, aut ali in se qualitati attribuit, sed spiritui. De prima enim homi-

nis conformatione, ita scribitur in Genesi, Formauit igitur Deus hominem de limo terræ & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem. Et alijs locis ita de animalibus loquuntur, caro in qua erat spiritus vitæ. Id ipsum Christus seruator prætrinxisse videtur dicens spiritus est qui viuificat. Non ergo calor (vt multi putarunt) sed spiritus munera exequitur vitæ sicut perite poeta dixit, dum spiritus hos reget artus. Calor enim per se nihil efficit, nisi cum alijs qualitibus primis temperetur. Quas concreto non minus necessarias, quam calorem esse demonstraui. Et sicut cibo & potione animantium vita tenetur, ita & spiritu. Quemadmodumque potus & pabulum in ventriculum recipiuntur, deinde modificati in totum corpus diuiduntur. Ita pulmone hauritur spiritus ex aere circumfuso, quo pulmo completus, ad eum vt inflatus totum impleat fere thoracem, cum primo concoquitur vi carnis suæ quæ leuis est rara atque fungosa spongijs asimilis vt facillè trahat & intus comprimat aera. Ita denique natura & coagulatione sua ad spiritum conficiendum apta, sicut iecur ad sanguinem exprimendum, ac veluti iecur sanguinem, quem tractauit in cor, vt plenus & perfectus fiat transfundit. Ita etiam pulmo spiritum quem inchoauit, in cor etiam transfundit, vt omnino absoluat & idoneus ad viuendum fiat. Deindeque per arterias & per alias vias in totum corpus diffunditur. Non enim vlla vel minima particula sine spiritu villo temporis puncto vigeat potest, atque consistere. Spiritum ergo

Tt 5 ani

animantia ducunt, non solum, vt refrigeretur animi in corde incendium, sed etiam, vt alantur. Edunt etiam spiritum non modo, vt alius frigidior succedat, sed etiam, vt id aeris depellant parum idonei, qui ex eo spiritus fiat. Sicut etiam iecur sanguinis reliquias depellit. Quibus autem animantibus pulmo datus non est, vel branchijs, vt pisces, vel membrana iuxta septum transuersum, vt insecta, qua dilatatione & contractione pellent, aera mouent, & refrigerantur, & spiritum generant, que omnia accuratius persequi, meum non postulat institutum, sed eius, qui historiam animalium tractat. Qui vero in partium historia, & in corporum sectione, & apertione versantur, exponant pulmonis contractionem similem follibus fistularum plenam, per quas aer frigidus ingressus calidus regreditur, & quo pacto sit cum corde & thorace colligatus ostendant, tractent etiam, vtrum ij pisces respirent, quibus pulmo non est natura largita. Nunc nostrarum est partium de morte differere, quam in naturalem, & violentam partitur Aristoteles. Qui & genus & vtramque speciem in definiendo ad calorem refert, quem sequitur Galenus, & alij, mortem enim esse tradunt caloris naturalis extinctionem, qui si ab re extraria extinguitur, violenta est, sin autem ab interiore & insita naturalis habetur. Sed cum nos vitæ rationem ab spiritu duci statuerimus, ex eodem mortis vim aperiemus. Tamen est considerandum, licet vita non solum ad animantes, sed etiam ad ea, quæ terra ex se fundit, pertineat, mortem in solas animantes ex vsu lo-

Mortis diuisio.

quentium conuenire. Sed quæ in animantibus est mors, in plantis est siccitas. Animalia enim mori dicimus, plantas arefcere, cum intereunt, nec vlla vitæ munia expriment. His positis animaduertendum est, mortem & interitum ortui, potius quam vitæ, ex contraria parte, respondere, vt sicut ortum esse posuimus primam animi cum materia cõmunionē, ita interitum sit primus animi è materia discessus. Huius autem separationis permanensio non vocatur mors, nec interitus. Sicut si animi cum corpore communitio permaneat, vita nuncupatur. Sed interisse, aut animam egisse, aut morte multatum animal esse dicimus. Sicut enim semel animans mortem occumbit, ita semel verè dicitur occumbere, estque mors vitæ finis, & sicut animantibus rerum initium affert vita, exitum mors. Sicut etiam vitæ vinculum est spiritus, ita & eius dissolutio mors. Qualem vero oporteat esse spiritum, qui vitam contineat dictum est, ex eo contrarius cognosceretur, quia mortem reddit. Est ergo mors non caloris modo extinctio, quacunque enim prima qualitate cõsumpta opprimit mors. Præsertim, quod nec calor, neque alia eius ordinis qualitas omnino vilo interitu conficiatur, semper enim concretum relinquitur, quod ex quatuor constat qualitatibus. Ita igitur mortis definitio mihi rectè explicari videtur, vt sit spiritus vitæ aut potius sensui accommodati corruptio. Corruptio autem non tantum caloris consumptione, sed etiam cuiusque alterius primæ qualitatis, siue enim frigus, siue siccitas, siue humor vitæ conueniens de-

Morsquid.

leatur

leatur, mors & interitus obrepit. Aufert enim quatuor qualitatum inter se proportionem, quam vita desiderat. Oportet etiam considerare, quod ex contrarijs constat & eorum certam rationem requirit, sua vi esse mortale, atque caducum. Cum enim semper contraria pugnent: non potest illa ratio in eodem semper persistere & aliquando non violari & imminui. Nam calor in dies magis ac magis humore absumit, ex quo nutritur siccitas, quæ natura etiã in materia animalis insita humidi semper partem exhaurit. Frigus etiam assidue instat calorem coercens. Quod si ex his innatis principijs spiritus contaminetur, & eius compactio infringatur, naturalis huiusmodi interitus habendus est. Quia ipsam animantis naturalem fabricacionem consequitur. Sin autem non ab his principijs proficiscatur, sed ab aliqua externa vi afferatur, & procuretur interitus dicitur violentus, veluti si in morbum, aut ægritationem corpus animalis delabatur, vel propter grauem aliquem cibum, aut potionem nimiam, vel quia vulnus, aut aliam offensionem accepit talis est violenta mors. Mors igitur qualiscunque illa sit ad contaminationem spiritus potius, quam ad extinctionem caloris referenda est. Sin enim in calore vitam natura collocasset, & caloris sedem Aristot. & Aristotelei cor esse docent, qui fieri posset, vt testudines & ea animalia quæ incisuris constant aulgo corde viuerent.

Vt in animalium historia narratur.

Cap. 5. De diuturnitate, & breuitate vitæ.

Sequitur, vt causas exponamus, cur alij animantes diuturniorem, alij breuiorem, vitam degant. Arist. huius rei causas in humore, & calore constituit, sed in humore præcipue: verumtamen cum calore vitam contineri docuerit, ex eodem huiusmodi causæ exponendæ fuisse videntur, magis enim & minus, quia rebus accidunt essentiam, & naturam earum sequuntur. Nos autem sicut in spiritu vitam collocauimus in eodem causas diuturnitatis, & breuitatis eius ostendemus. Spiritus autem partes sunt, sicut & aliorum concretorum forma & materia, forma eadem est, quæ ipsius corporis, quod regit, materiam verò, quatuor primæ qualitates præparant, atque componunt, calidum, frigidum, humidum, siccum. Iam verò aut comparantur ea, quæ viuunt in specie aut in genere, in specie, vt cum homo cum alio homine, in genere, vt si homo cum equo, aut boue conferatur. Si fiat in specie comparatio, tota causa reddenda est ex materia. Sin autem in genere, ex forma etiam spiritus. Tribus verò capitibus continetur vniuersa longioris vitæ ratio. Vel spiritus quantitate, vel qualitate, vel accidentibus. Quantitate, quia multus spiritus sua vi plus incommodis resistit, quam pauculus, hinc est, vt animantia maiora maximam partem diutius minoribus viuunt. Quia plus est spiritus in maioribus, quam minoribus, vt homo elephas, equus bos, ceruus. Multa etiam, quæ oriuntur è

Ex spiritu cause summe sunt breuis, & diuturnæ vitæ.

Vitæ longioris ratio tribus capitibus continetur.

ture terra, quæ magnitudine præstant, diuturniora sunt, ut palma, cupressus, pinus, quercus, populus, & ornus: contra verò canes, lepores, cuniculi, & herbæ multæ occidunt cito. Sed nõ in quâtitate semper, & corporis molle, vitæ curriculum positum est, cornices enim multa sæcula viuere narrantur, quamuis auis sit exiguo corpore. Quare spiritus qualitas multum etiam refert cuiusmodi sit. Qualitas autem æstimatur ex proportione, qua tuor primarum qualitatum, qua est totum spiritus corpus constructum. Cum ad seipsas & inter se, tum ad eam formam, cuius sunt materia. Vnaquæque enim forma certam postulat qualitatum primarum rationem quam si adæquent, ut cum maxime vita eius propagatur, aliã enim materiæ præparatione homo quæ equus & elephas desiderat. Nec ea, quæ est vnus animantis propria, ad aliud quadraret. Tamen, si contingeret, ut vtrumque animal, equus & homo omnibus numeris absolutam qualitatum proportionem nancisceretur, tamen diutius homo, quàm equus viueret non propter eam rationem, quæ est qualitarum ad ipsas formas, cum vtraque ex hac comparatione ponatur esse perfecta. Sed propter eam rationem, qua sunt ipsæ qualitates inter se compactæ, quia ipsa corporis humani constructio aptior est ad vitam retinendam, quam equi. Ita enim vnaquæque qualitas aptari debet, ut alia ei facile non sit detrimentosa, & ita coerceri ne facile intendatur, & congruam animo suo proportionem infringat. Veluti calidi ea sit constitutio, facili aut inflametur, aut extingua-

tur, frigus ne leuiter obrigescat, obtorpeat, aut depellatur, humor ne leuiter congeliet, aut exiccetur, siccitas, ne facile dissipetur, omnino exarescat, aut madesiat. Deniq; illa videtur esse aptior spiritus cõpositio quæ aera, quam aliud elementum magis imitatur, siquidem spiritus ipse aeris naturam præferat. Aer enim se facilius seruat, & ab incommodis tuetur, quam aliud elementum, aqua enim facilius congeliat, & exciccatur, terra facile madet, & exarescit, ignisque feruor restinguitur. Aer etiam cum alijs comparatus ignis vim obtinet, & forte aer, vel spiritus ille ignis est, in quo Plato vitã consistere arbitrabatur. Aer enim sicut ignis nulla carie debilitatur. Ita fit, ut ea, in quibus humor eminet & calor, comodeque permiscetur, id est, quæ aeris naturam referunt, diutius viuunt, quam alia. Ut animalibus, quæ sanguinem habent, toto suo genere longior vita data est, quam eis, quæ sanguine carēt, nisi hæc se magnitudine tueantur, & ea quorũ humor est pinguis, viscosus, oleosus, quia huiusmodi affectiones conuenientem cum humido copulationem indicant. Ex quo fit, ut arbores multæ diutius consistant, quam multæ, animantes. Pingues siquidem & oleosas esse, ex eo patet, quod in igne facilius, quàm carnes ardeant. Humor enim eorum pinguis & viscosus efficit, ut nec exiccari, nec refrigerari facile possint. Est etiam quædam propria causa diuturnitatis in arboribus præ animalibus. Sæper enim ea, quæ terra ex se fundit, renouantur. Quippe cū surculis senescentibus alij erumpant, iterumque radices. Quæ perpetua inte-

reuntis

reuntis, & renascentis vicissitudo facit, ut parum distent ab eorum, quæ inferimus natura: etiam ut illorum adæquent diuturnitatem. Vita etiam longior apibus est attributa, licet exigua sint, & sanguinem non habeant, quàm, multis animalibus longè maioribus & sanguine præditis: quod pinguis sit eorum humor & oleosus dulcedinem quandam præferens, ut mel ab eis factum indicat. Ita eorum, quæ quâtitate, & qualitate præstant, vita amplius propagatur illorũ propter maiorem spiritus copiam, horũ verò propter maiorem eius acrimoniam. Accidentia etiam multa, vel iuuant, vel impediunt longam vitam, Spiritus enim purior, & qui non abundat excrementis, diutius durat, quàm qui multa habet excrementa, quia sinceræ sunt aliena natura, quare morbi sunt, & interitus causa. Quocirca animantia ad concubitum procliuora, quia feminis copia abundat, cito senectute conficiuntur. Est enim semen concoctum quoddam excrementum. Itaque emissum exicat, quare hac ex parte foeminarum quæ maribus longior est vita. Quæ verò ex parte propius ad aeris naturam accedunt, quod calidiores sint mares, longiore tempore, quam foemina in vita manent. Natura itaque in vniuerso genere diuturniorem maribus, quàm foeminis vitam largita est. Licet nonnulli passeris mares, quàm foemina, quia nimis in libidinem incumbunt, citius occidant. Ob eandem etiam rem muli, quam equi, & asini, a quibus gignuntur, longior vitam agunt, loca etiam calidiora sua. vi longam vitam præstant. Ætiopes enim diutius, quam

alii homines viuere narrantur. Eademque animantia in calidis nata locis, grandiore, vastioreque corpore sunt quàm si in locis frigidis versentur. Itcirco angues, & lacerta, & vestia, quæ obducuntur testa & teguntur squammis inuisitata sunt magnitudine in ijs locis, quæ calore excellunt, ut in Africa, & in mari rubro. Huius rei causam, opinatur Aristoteles esse, quia frigida natura sua sunt. Sed similibus natura delectatur frigusque, potius, quàm calorem amarent, si potius frigida, quàm calida natura essent. Ob eamque causam multa animalia de quibus narrat Olaus, quæ in his locis quæ frigoribus septentrionis conficiuntur, nascuntur & viuunt in calidioribus minimè nascuntur & à suis locis abducta cito in calidioribus obeunt. Sed fortè animalium quæ commemorauimus animus, calidiorem spiritum requirit, quàm eum quem in frigidioribus locis consequitur. Fit autem ut cum loci oportunitas ei adiumentum afferat, ut vires suas explicet ad inuisitatum illam, & incredibilem magnitudinem. Nam ut incrementi, ita & vitæ causa est spiritus idoneus animo cuius est instrumentum. Animantia verò, quæ parum aut nihil sanguinis habent, in his locis quæ ad Septentrionem spectant, quædam non nascuntur in terra neque aquatilia in mari, alia quamuis nascantur breuior eorum est vita. Non quod frigida sint viua: sic enim loca adiuuaret, sed eorum spiritus aquæ similior cum sit frigore concrefcit, & insitum calorem restinguit, vel minorem reddit. Ut licet quædam nascatur, & uiuant, debitum incrementum tol-

latur.

latur. Hac etiam de causa aquatilia breuiore vita, quam terrena animantia fruuntur quia eorum spiritus aquam potius, quam aera, cum immitteretur facilius concretionem, & congelationem exhauritur. Non enim recte ab Empedocle traditum est, aquatiles bestias propter calorem, & siccitatem, quibus praeter caetera animantia sua natura abundant, aquam simul atque orta sunt exquirere, putabat enim ille contrariis contrarias qualitates leuari, & tolerabiliores fieri. Verum tamen praeterquam quod earum multae pedibus careant ad aquam terris ortae (ut ille ait) persequendam. Parum tamen peritē credebatur qualitates natura innatas contrariis recreari, atque foueri. Id enim vsuuenit affectionibus praeter naturam manentibus, ut contrariis sicut morbi curentur. At natura sibi similia expetit, & statui suo accommodata, & propria ducit. Contraria fugit, & se aliena declinat. Nec enim idem est, quod natura postulat, & quod casus tribuit. Ut quia cera frigore concreuit, calore non seruetur, sed potius liquefit. Et humor destruit ea, quae a calore, & siccitate coalescunt, ut sal, & nitrum Humida ergo & frigida per se vique sua humida & frigida loca pariunt, atque tuentur, ut aqua. Contraria vero etiam contraria, ut terra, & aer, Ob eamque causam arbores non in aqua, sed in terra nascuntur. Temperationes ergo, & praeparationes, quae materia vnus cuiusque rei sibi vendicat, quia non delendae, sed fouendae sunt, similibus coniungendae sunt, ut frigida frigidis, calida calidis. Affectiones autem, & constitutiones, quas pro sua parte natura respicit, quia demouendae sunt, &

depellendae ad contraria loca ad moueri, & adhiberi debent, reuocant enim huiusmodi loca ad mediocritatem id, quod nimium est in aera corporis constitutione. Ac loca ad vitae diuturnitatem conducere expositum est. Per aliud etiam vita non propagatur, quod instrumentis animus ad eam agenda priuatur, ut ijs animantibus accidit, quae incisuras habent, & diuisa viuunt. Cito tamen partes occumbunt, quod instrumentis careant, nec vis eis vlla relinquitur illa faciendi, & in eo ab stripibus discrepant, quas ipsa imitantur. Surculus enim, qui amputatur, non solum animum secum affert, sicut pars insectorum, sed etiam principium, quod defossus radices, & truncum emittat, quibus vita gubernatur. Ac de breui, & diuturna vita tot dicta sunt.

Cap. 6. De iuuentute, & senectute.

Restat, ut de adolescentia, & senectute dicamus, quae Aristoteles in refrigeratione posita esse multis verbis tradit, ut adolescentia sit refrigerandi vis accretio, senectus eiusdem diminutio. Quippe cum vitam calore contineri docuisset, calorque sine refrigeratione tabescat. Quia si frigore non reprimatur, magna eius copia congesta totum eius partem consumit, quo deficiente ipse etiam statim conficitur. Cuius rei exemplum sumi potest ex eo, quod prunis accidit, quae suffocantur. Si enim continenter suffocatorio, quod vocantur operiantur confestim restringuntur. Si tamen cinere adhibito abscondantur, vigent, & conser-

De adolescentia & senectute Aristoteles sententia.

uant.

uantur. Nam per cinerum raritatem aditus aeri patet, quo respiret ignis, & eius impetus coerceatur. Et ob eam rem pulmo datus est calidioribus animantibus, quo spiritum ducant, aliae branchias habent, ut pisces, aliae membranam sub septo transuerso, ut quae incisuris constant, & stridorem reddunt. Membranae enim agitatione spiritum trahunt. Eaverò, quae gignuntur è terra ab aere continente, & circumfusso, tum à succo, qui intro mittitur, refrigerantur, sicut homines, cum primum alimentum capiunt, frigus sentiunt. Viuentia denique omnia refrigeratione indigent propter spiritus sui incendium. Cum ergo valent ad huiusmodi incendium refrigerandum, sic ut eorum vis indies magis ac magis augeatur, adolescentia est, & flos aetatis, cum autem huiusmodi vires imminuantur, vel quia pulmo, aut branchiae, aut membranae exarescit, ut aegre pelli, & contrahi, & dilatari possit, senectus obrepit. Constans verò aetas est harum media, cum vis refrigerandi ad eum peruenit statum, ut nec imminui, nec incrementum villo modo videatur. Haec est Aristotelis sententia de adolescentia & senectute. Sed non videtur earum ratio, in refrigeratione esse collocanda, cum non per se, sed per calorem, quam coerceat eius opera requiratur. Iam vero si abundantia refrigerationis adolescentiam facit, & eiusdem penuria senectutem, ergo frigoris abundantia dominatur in adolescentia, eiusdemque penuria in senectute. At contra vsu venit, ut calida adolescentia, senectus verò frigida habeatur. Huc accedit, quod si senes

Aristoteles notatur.

difficultate respirandi laborarent, crebro spiritum ducerent, ederentque, sicut ij, qui aestu, aut febre iactantur, aut nimia corporis agitatione afficiantur. Ut multis aegris respirationibus, quae vna incolumis praestaret, exequantur. At id in senectute contingere non dispicimus. His argumentis haec Aristotelis sententia mihi certè non probatur. Ut autem planius, quid nobis verisimilius videatur, explicemus: considerandum est totum vitae cursum valde lucernae flammam imitari. Sicut enim ignis generatur, semper ex oleo, atque instar fluminis fluit, sed obtutum oculorum propter celeritatem fugit, ita ex cibo, quem viuens capit, & ex spiritu, quem animantes ducunt, spiritus vitalis assidue gignitur, & continenter per eorum corpora manat, & foras per exigua foramina cum calore effertur. Et ob eam rem ignis huiusmodi spiritus à Platone nominatur, ardere enim videtur, quandiu vita durat, & vna cum ipsa extinguitur. Et veluti lucerna cum primum accenditur, tenuiter ardet, & vix flamma consistit. Quod humorem nimium, qui eius est pabulum, difficile coerceat, & in se conuertit, vires tamen maiores colligit, & magis, ac magis auget, quousque bene cohaereat, & facile cibum, quem oleum suppeditat, excoquat & absumat. Deinde autem cum totum consumit oleum, paulatim feruor ille confedit, ita ut leuius luceat, quousque tandem oleo confecto prorsus flamma extinguitur. Ita recentes animantes adeo tenerae sunt, & molles, ut vix membris & instrumentis anima vtatur ad eorum vitam conseruandam, quia eorum multus humor parum abest, quim

Vitae cursum lucernae flammam imitari.

quim ignem & spiritum vitæ suffocet. Pedetētim tamen se spiritus roborat, atque confirmat validiusque in dies humidum partum suum per totam adolescentiam trahat. Quousque amplius nihil virtus eius augeatur, sed partas modo vires tueatur. Quæ ætas constans & media est. Cum id autem amplius non potest efficere, sed quotidie labitur in deterius, senectus obrepit. Partus enim deficit ignem, quia in situs humor paulatim consumitur, neque tanta vis calori suppetit ad eum ex cibis elicendum & vitam sustentandam, & ita tabescit ac denique interit viuens. Itaque leuibis morbis senes moriuntur. Cum enim languidus & eneruatus spiritus eorum vitæ factus sit propter humoris & caloris penuriam modicè affectionibus incidentibus resistunt, ut leui cuiuscunque rei infestæ contentione celeriter extinguantur. Veluti tenuis, & exigua flāma paruo impulsu extinguitur. Quare sine dolore & molestia senectute cōfecti animam agunt. Ut eius dissolutionem & discessum à corpore non sentiant. Vnde in adolescentia dominatur humor, formandus enim & figurandus est animans, cui rei aptius est cæteris qualitatibus humidum, tenerum enim & flexibile est ut sequatur quocunque torquas. In senectute verò eminet & excellit siccitas. Quia humor insito calore, quem pascit & externo, quem tolerat & vita laboribus assiduis, atque adeo magis innata vi, quæ in materia inest ad exiccandum, ut Galeno placet exhaustus, siccitati locum relinquit. Quod autem eius modi vis in materia sit ex eo cog-

noscutur, quod ea, quæ oriuntur è terra, & quodcunque aliud animal postquam nascitur indies magis ac magis ad siccitatem delabitur, & humorem excutit. Hinc etiam perspicuum est, senectutis & mortis damna vitari & declinari non posse. Cōtra quam quidam medicus, de quo narrat Galenus pollicebat, ac de adolescentia, & senectute hæctenus.

Cap. 7. De somno, & vigilia.

Quoniam de morte, & vitæ egimus, & de eis, quæ eam consequuntur. Sequitur antequam pensum nostrum & institutum opus absolvamus, ut de quadam vitæ ratione, & mortis imagine, quam nobis natura præposuit, & assidue ante nostros oculos versatur de somno, & vigilia differamus. Quæ contraria esse constat, nam de eodem subiecto certant, neque simul coherere possunt. Nec enim dormit, nisi quod vigilare valet, & è contrario, neque simul quidquam dormit, & vigilat. Sed non videntur esse numeranda in his contrarijs, quæ priuantiā nominantur, ut Aristoteli placet. Sed in his quæ aduersa. Siquidem non est somnus vigiliæ in indonco subiecto priuatio, sed certo quodammodo, ut mox exponemus, si prius subiectum ipsum inuestigauerimus. Ac primum planum est, res inanimes, & vitæ impotes, nec dormire, nec vigilare: nemo enim id vnquam putauit, neque vlla in eis distinctio ostendi potest, qua somnus & vigilia separantur, liquet ergo in res inanimes, nec somnum, nec vigiliam cadere. Neque eorum res omnes animatas partici-

cipes esse constat. Etenim quibus ea tantum facultas tributa est, ut aulantur, accessioneque & decessione capiant, veluti ea, quæ eduntur è terra, somni sunt, & vigiliæ expertes. Quod ex illis facile intelligitur, quæ planè obdormiunt, & vigilant, ut animalia. Quippe cū ea illorum pars, quæ ad alendum pertinet, nihil in somno vacat, aut opere suo cessat imo melius munere suo in somno, quam in vigilia fungitur. Huc accedit, quod ipsa stirpiū natura somno ut præ sefert non indiget. Est enim somnus quædam quies, & ita à latinis nuncupatur, quies autē non est nisi laboranti necessaria, laboris verò nihil ad alendam. Quod est modo stirpiū munus confertur. Quippe, quod facit, nihil laborat nullum enim motum sustinet, sed quod patitur: in quod agentis & patientis motus conuenit, ut alio loco demonstratum est. Nutriendi verò vis tota in actione eius, quod nutritur, posita est, quod verò fert, cibis videlicet, quandiu ita se habet, nondum pertinet ad essentiam eius, quod in se illud conuertere contendit. Sentiendi verò vis in accipiendo, patiendoque cuncta consistit, sicut pluribus explicauimus. Quare sentiendi munus per se tantum somnum, quietemque postulat, ratiocinandi verò non itē, quia licet etiam patiendō præstetur sine vlllo corporis instrumento constat, corporis autē fatigatio proprie requiem & somnum requirit. Somni ergo sedes est sensus neque sine sensu existit. Nec sentiendi vlla facultas à somno sciungitur. Qui vero ea, quæ generantur è terra sentire putant, non rectè quidem sentiunt, ut alio loco docuimus, argu-

Soni sedes.

mentum, quo sibi id persuadent, refellentes. Quid? si sensus essent participes, dolorem voluptatemque perciperent, ac proinde cupiditatem haberent, & loco mouerentur, cum pabulum eas, aut res alia deficeret. Quæ absurdissima esse constat. Animantes igitur dum taxat sentiunt, & proinde somni sunt & vigiliæ participes. Sed exponendum est, in quo loco, & quibus rebus somni sit, & vigiliæ causa constituenda. Non enim vno sensu possumus somno indulgere & alijs vigilare: secus eidem animali contraria simul conuenirent, ut vno eodemque modo tempore dormiret, & vigilaret. Quod si sensibus simul omnibus huiusmodi affectio accidit. Quam re ita implicati sunt, ut cum eorum sint diuersa munera, quibus nec necessariò simul funguntur, nec fungi quodammodo possunt, simul & eadem opera cessent, & omni motu vacent. Itaque aliquod omnium sensuum principium ostendendum est, in quo sentiendi principatus, & auctoritas ita resideat, ut si non sentiat, cæteræ sensuum sedes munus suum exequi possint. Hunc principatum Aristoteles tactum tenere putauit, quem per se cordi aptum, per eum que cæteros sensus eidem coniungi sentit, in eoque sensus cōmunis vim collocauit. Quod sit tactus omnibus communis sensibus, ab alijsque se paratus, cum ab eo cætera deuelli se iungiq; nō possint necessariæque sit huiusmodi vis quæ ad sensus omnes pertineat, qua animas internoscant, vel se videre, vel audire, vel denique cuiusvis sensus munere fungi. Tū diuersa esse ab alijs dulcia. Sed de

Locus somni, & vigiliæ.

Vv hoc

hoc communi sensu cum de animo sermonem habebamus, disputauimus. Præterea absurdissimum esse videtur, tactu ea, quæ sub alios sensus cadunt cognosci. Vt tactus sonû colorē & odorem cōprehendat. Id quod necesse est si iudicare debeat munera esse diuersa, quæ in his versantur. Iam verò ad eorum doctrinam, quibus sensus communis placet, minimè quadrat in eo videlicet esse primam sentiendi auctoritatē, vt eo somno consopito alios sensus somnū etiam capere oporteat. Etenim ex eorum dictis alij sensus munera sua obeunt, non quia sensus communis sentiat. Sed è contrario quia sensus alij operi suo incumbāt, sensus communis suo munere fungitur. Tradunt enim huiusmodi sensum nihil quod ad alium sensum spectet comprehendere, nisi sensu ipso proprio præsentē. Quo circa prius ex hac doctrina alij sensus quiescerent somnoq; se darent quàm sensus ipse cōmunis. At nos quærimus somni vigiliæque principium. Locum autem eundem qui sensui communi, huic principio Arist. in incorporibus assignat, in animalibus, scilicet quæ sanguinem habent cor, in ijs verò, quæ nō habēt, quod cordis locū obtineat. Auctor enim multis locis est Arist. cor esse sentiendi principium ab eoque neruos omnes oriri per quos sensus cōgruētes toto corpore intendit & incitat. Galenus autem, quem multi phyci medici sequuntur, non in corde, sed in cerebro, aut in eo, quod eius similitudinem gerat, huiusmodi principium cōstituit. Quæ quæstio grauis est & vtilis phycæ studiosis. Sed quæ nostrarum partium non est, sed illorum qui in a-

nathomis, & partium historia versantur. Ego verò non possum multis argumentis conuictus in Galeni sententiam pedibus, & manibus non ire, ex eaq; quod in manibus habemus, explanare conabimur. Et quoniam animantia alia sanguine carent, alia sanguinem habent, similes causas existimandum est somni, & vigiliæ in vtrisque, esse, siquidem quæ sanguinem non consequuntur, aliquid eis loco eius est, quod idem ad somnum & vigiliā polleat. Quæ verò sanguine prædita sunt, easdē habent harum affectionum causas, quas in hominibus perspicimus, ex hisq; omnia intelligenda sunt. Ac vigilia nihil est aliud, quàm ipsa cuiusuis sensus, functio, aut quod ita se habeat, vt nulla earum rerū, quas somnus affert impediatur, quo minus munere suo fungatur. Omnis ergo difficultas in somno est, & eius causis. Quæ ita facilius declarabuntur, si prius ea, quæ somno vsu veniant, & quæ expositionem desiderant, simul proponamus. Dormientibus autem accidit, sensuum priuatio, vel imbecillitas, cubatio, partium externarum frigus, intimarum calor. Igitur sicut in orbe terrarum, vt alio loco dictum est, vapores, & exhalationes, calore solis excitantur, ita vi caloris cognati, & insiti ex cibo, qui intromittitur, & ex sanguine, in quem vertitur, halitus oritur, qui sublimē fertur. Et veluti is, quem terra ex se fundit, in superiori & interiecta aeris regione refrigeratus, rursus in naturam aquæ versus ad inferiora dilabitur. Ita is de quo loquimur, ad caput perueniens, animantis frigescentis suo pondere vniuersus, atque accumulatus reuertitur. Est enim cerebrum

Vigilia quid.

Quæ dormientibus accidunt.

quod

quod in capite continetur omnium partium, quæ in animali sunt, frigidissimum. In ijs autem animantibus, quæ cerebro carent, aliquid eius locum tenet. Cum ergo id halituum; quod ad caput perducitur, copia superat, & refrigeratum decidit, atque ad partes inferas refluit. quo suo motu sensus frigore debilitat, & eorum spiritus dimittit, exteriarumq; partium calorē ad interiora confugientem repellit, quo palpebræ dilabuntur, quippe quæ sint, præter alias partes imbecillæ. Deinde totum corpus collabitur, & cubitum se confert, stant enim animantia calore, homoq; cæteris est erectior, quia cæteris est calidior. Tñ cadit eo calore dissipato, qui eū erigebat tum neruis humor laxatis, quibus motus subministratur, nam vt narrat partium historia mouendi principium ab eisdē neruis animantibus accidit, à quibus & sentiendi. Itaq; cibi somnum maxime faciunt magna enim ex eo humoris copia superiores partes capessit. Vbi cum heret, premit suo pondore caput, cuius rei indicium est, quod cum somni cupiditate ducimur, caput ipsum primū grauat, cum verò frigore relatus humor deorsum propendet, & exteriores partes calore destitutas occupat, tum somnus nascitur, animaliaq; dormiunt. Quæ etiam cognosci licet ex eis, quæ præter alias res somnum afferre solēt: quæ quidem omnia capitis grauedinem generant, vt poculenta & esculenta, ex quibus præcipuè vinum, lac, lolium papauer, atq; mandragora. Infantes etiam atque pueri vehemētius somno opprimuntur, propterea quod cibus omnis, & eorum partus sursum feratur. Id quod ex eo patere po-

test, quod corporis incrementum potius prima ætate superioribus, quàm inferioribus partibus cognoscatur. Etenim alimentū vi maiore contendit. Sic verò pleni sunt alimenti superiore infantium partes, vt quinq; primis mensibus ceruices non inflectant, sicut enim valde ebrijs, sic pueris magna humoris vis superas partes petit. Tum ex eo, quod pomiliones, & quib⁹ est breuis statura, & qui capitis magnitudine excellunt, somniculosi sunt, quod facile multa respirationū, & exhalationū copia partes superiores capeffat, multoq; ipse frigore abundet. Melancholiciverò leui sopore capiuntur, quia frigidi, cum sint minor est in eis vaporum & exhalationum vis. Somnus igitur in animantibus oritur, quod multa halituum copia in caput feratur, ibique refrigerata suo pondere deorsum referatur, frigore verò frigescent halitus. Tum propter capitis naturam, tum propter eorum abundantiam in vnum locū coactā. Cum sint sua natura frigidi: nam ex cibo non satis concocto collecti. Sicut etiam sæpe stomachus inanis callidus est, cibo tamen onustus frigidus. Vt accidit igni, qui multis lignis adhibitis prope restinguitur, quoad vires suas explicauerit, & emiserit. Sed dubitationem habet, vtrum exhalatio ea, quæ somnum conciliat, tota ex cibo, qui est in stomacho nascatur, an ex alijs etiam corporis partibus. Si enim ex stomacho tota oriatur, quo pacto labor & defatigatio somnum afferunt Aristoteli ita placere videtur somni causam stomachum esse, vt labores, & defatigationes somnum efficere auctor sit propter colliuationē, quæ in stomachum incidit & in-

Vv 2 currit.

incurrit. Sed cum homines post de fatigationem alto opprimantur sopore, non videtur ei ea colligatio, quæ fit in stomacho sufficere. Sed cur non eadem sit calor vis in alijs corporis partibus, ut halitus etiam eliciat ipsique sua natura in sublimè ferantur, & in capite, ut dictum est refrigerentur. Iam verò pedum & tibiærum lotio somnum inducit. Non igitur tantum stomachi cibus & humor ipsius causa est. Sed eger etiam explicatione. Vtrum quoties efferuntur respirationes ad cerebrum, & earum refrigeratione impedimentum sensibus afferatur, quo minus suo munere fungantur, somnus huiusmodi sit affectio nominanda. Nam hæc omnia ad vnum concurrunt in morbis comitialibus, & epilepticis. Quidam ab hoc laqueo satis recedere arbitrantur dicentes, sensuum impedimentum oportere salutare esse. Sed non vident alio se irretitos ita tenere. Nam febres & letargi verum soporem inferunt propter humoris & caloris redundantiam, tamen non sit salubris, nec quietem, sed potius angorem & molestiam afferat. Absurdum autem est, quod nonnulli asseuerant huiusmodi affectiones non esse somnum. Sed primum illud statuum est somnum non esse, quoties sensus elanguescant & viribus destituantur. Etenim id in animi defectibus accidit. Et sensu priuentur ij quibus in iugulo venæ astringuntur. Deinde de somno arbitror sicut de cibo esse iudicandum. Non enim quicquid intro fertur, & in stomacho afficitur cibus est. Non enim venenum est cibus, licet

non nihil in stomacho concoquatur, nec etiam, quæ nocent alimenta cibi nomē admittūt, alioqui nulli cibi essent pestilentes, sed omnes salutare. Itaque, modus est in his appellationibus adhibendus, ut si quod pro cibo introferatur, & non nihil concoquatur, nec omnino naturam labefactet, & euertat, cibus sit licet ab illo animal noceatur. Ex quo illud cognoscitur, ut quibusdam animalibus id cibus sit, quod alijs est venenum. Ita cum eo producit respiratio, ut omnino sensum auferat comprimens eas vias, quibus spiritus ducitur, non iam somnum, sed morbum comitalem efficiet. Ita fit, ut huius morbi principium dormientibus incidat. Sin autem modo quodam exhalationibus impediatur, & ita vinciantur sensus, ut liberari & de vinculis emitti facile possint, somnus esse putabitur. Sic cum halitus in cerebrum contendunt, quod ex eis redundat, in pituitam conuertitur, & hinc catharros ex capite oriri constat, quod verò est salutare, & vim habet alendi, coacerbatum deorsum fertur, caloremque refrigerans somnum conciliat. Somnus ergo est quædam à capite fluxio, sensus eorum comodo impediens, quo minus munere suo fungatur. Galenus, Auicena, & alij non satis explicatam esse arbitrantur, somni rationem exhalatione & refrigeratione exhalationis, sed addi putant oportere, quandam animantium cognatam facultatem spiritus colligentem, & in medium cogentem, nam aliter exponi, non posse dicunt, cur lassitudo, dulces cantus, tenebræ, silentium somnum ingenerent. Sed si aliam esse opinatur hanc reuocandum spirituum

Somnus quid.

tuum facultatem, quam illam trahendi & alliciendi quod commodum est corporibus naturalibus datam, de qua supra dictum est non rectè sentiunt. Illam nonnihil in somno conciliando adiuuare concedimus aliam verò esse negamus. Quam ipsi probarent si melius ex illa, quam nos, illas, quas petunt, causas redderent. Explanatū verò est, cur arctius ex lassitudine dormiamus. Cantus verò suaves somnum aliquando gignunt, quod curas distrahentes auerant. Tenebræ verò & silentiū quod auditu & aspectu non vtamur quibus magis vigilia diuellitur & desipatur animus. Tum propter consuetudinem, nam ut soporem conciliemus, tenebras & silentium querimus. Experge fiunt verò animantia cum vaporis, qui corporis calore exhalatur, concocto cibo attenuatur, ita ut minus cerebrū refrigeret, & ab illo refrigeretur. Tum cum id, quod in cerebro coaceruatū & confertū est diffunditur. Calor enim in angusti circumfuso frigore coactus amplificatur, tum ipsa cibi concoctione frigus superat sanguinæ crassorem, qui erat quasi quædam somni sedes, a purioreque secernit. Sanguis enim maximè à cibo densior & impurior generat, qui somnū vtiq; fouet quo ad tribuatur, is quidem qui purior ad superas partes, qui verò crassior propter pondus ad inferiores. Est enim tenuissimus & purissimus sanguis is, qui in capite inest, crassissimus autem & impurissimus is, qui partibus inferioribus attribuitur. Quo circa ij quorum venæ angustæ sunt, arctius dormiunt & difficiliter experge fiunt. Non enim ita facile humor è loco superiore descendens diffluit. Contra verò

quibus venæ late patent, quia facilius sanguis per eas deorsū illabitur, haud multum somno opprimuntur, nisi fortè aliud contra accidat.

Cap. 8. De somnijs.

Dinceps est de somnijs querendum. Est enim dormientis propriū somnium, nec sine somno somniū vllō modo constat. Nec satis natura somni intelligitur, nisi & somnij cognoscatur. Quare eiusdem est facultatis vtriusque explicatio. Sed videndum est cuius animi partis somnia sint vtriusque explicatio. Sed videndum est cuius animi partis somnia sint vtriusque eius qua ratiocinamur, an eius, qua sentimus? Atqui ad sensus externos nos non pertinere, ex eo apparet, quod sua munera obire minimè possint sine ijs subiectis in quibus versant. Quæ in somnio de esse constat. Non enim dormientes aliquid cernunt, cum clausis oculis & sepius in tenebris soporem capiant. Nec audiunt, quia silentium dormientes perquirunt. Et vno nomine nihil vlli sensui suppetit, in quo officium suum exequatur. Præsertim quod somnum esse diximus vinculum quoddam ac sensuum nodum. Nec mēs somnia videt: cum res vniuersas modò persequatur, somniū verò sic de rebus singulis. Etenim quæ somniamus colore, figura habitu deniq; eo nobis obijciunt, quo res singulas quas tractamus. Nec rerum tantū naturā & essentiā somnia proponunt sed etiā accidentia. Non enim hominē tantum, sed album etiam somniantes videt. Non igitur eius partis, qua intelligimus somnia esse videntur. Minimè tamen sine sensu constat. Siquidem eiusdem partis somniū est affectio, cui & somnus, quæ sequitur. Somni verò sedem, sensus principium

Cuius animi partes somnia sint.

pium esse posuimus. Eidem igitur, & somnium conuenit. Quid? per somnium falsò audimus, cernimus sensu denique percipimus. Falsò verò sentire eiusdem est, qui vere sentiat. Etiam si non illud ipsum, quod suspicabatur sit. Cum ergo somnium sub sensum cadat, & non sub externum vllum, conuenit ergo ad interiores. Quorum alter est, qui seruat reliquias & imagines earum rerum, quas vigilantes gessimus, aut cogitauimus, quem visionem nominauimus. Est autem visio motus quidam à sensuum visu profectus: somniumque visionem quandam esse non dubitamus: visum enim in somnis apprensus somnium appellamus. Ad eam igitur partem somnium spectat, quæ sensus est compos, quatenus tamen visorum est receptaculum, non quatenus res exterius percipit. Quod autem aliquid in sensu relinquatur, postquam sensus cessarunt & munere suo functi sunt licet cum de animo disputauimus tractatum sit: tamen quia multum id attinet ad propositum sermonem id amplius explicare non grauabimur. Itaque contingit ijs, quæ sensus mouentia sunt, idem, quod ijs, qui aliquid impellunt, aut vllum telum iniiciunt. Vt aliquandiu moueantur, licet ab eis non contingantur, à quibus pulsa & iacta sunt. Tū vt fortè fortuna id, quod pulsum est, aliud pellat, in quod incidit, atque id rursus commotum aliud & istud aliud quousque tandem id offendat quod obstet sic vt pulsare non possit. Quod etiam in commutatione vsuuenit, vt quod calefactum, vel frigefactum est proximæ cuique rei eandem qualitatem

Aliquod in sensu relinquitur qui postquam sensus cessarunt.

impertiat. Ita sensuum functio quoniam commutatio quædam est necesse est longius ad interiores & extremas partes manare, vel nihil agentibus & absentibus ijs, à quibus sunt sensus affecti. Id quod planum fit ex eo, quod sensibus accedit vehementer commotis, vt licet auertantur à re, in qua versabantur tamen affectio quædam relinquitur. Vt si aspectum à Sole ad tenebrosum locum conuertamus, nihil planè cernimus propter lucis motum, qui tum in sensu durat, cum quo tenebrosa loca comparata merè tenebræ sunt. Et postquam Solem dispeximus attentè & cōnuetiamus, deinde vel oculos obtegimus si recta via aspectū, quò ante dirigamus. Obseruabimus eundem colorem in phœniceū deinde in purpureū mutatū, vsque eo dum in nigrū conuersum euanescat. At si diu intentis oculis candidum, aut viridem colorem intueamur, quocumque aspectum referamus, idem se nobis color offerre videtur. Si ab ijs etiam rebus, quæ maximo impetu agitantur oculos abducamus, eæ, quæ stant, moueri videntur. Vehementes etiam soni auditum labefactant, & surdastros homines reddunt. Et acres odores difficultatem afferunt olfaciendi. Quæ perspicuè ostendunt reliquias in sensu inherere earum rerum, quas sensibus percipimus. Huiusmodi verò reliquias & species non in ipsa vniuscuiusque sensus sede nisi quando aliqua impulsione vehementi læditur. Sed in ipso visionis corporeo instrumento subest. Non enim sine luce & oculis apertis aspectare phœniceum purpureum, aut nigrum colorem valemus. Nec fieri

fieri potest. Vt ipsa immota oculorum acie res, in quas incidit consistentes motu cieri videantur. Sed cuiusmodi sensus opinio ab ipsa visione oritur, quòd impressionem in ea commotam nondum sedauerit. Vt autem visionis motus planius intelligatur, ex quo id in quo nunc ponimus operam, aperietur, animaduertendum est, quædam esse res, quæ facilius, quam alias externas impressiones percipiant. Vt multa sunt quæ licet intueantur mulieres: quæ monstruas fluxiones patiuntur nihil ea efficiunt. Tamen si valde nitida & splendida specula conspiciant eorum extremitatibus nebula quædam immitans cruorem offunditur, ita vt si noua sint non facile detergetur. Nam in huiusmodi morbis propter motum & inflammationem sanguinis similem in oculorum venis nota quædam inest, licet minus appareat, quæ æra inficit aer autem summam speculi partes inquinat. Quòd magno nitore suo maculam statim indicat. Quo enim quidque purius & nitidius est, eo magis, quod capit alterius generis declarat. Ita ergo pura & apta est cuiusque sensus coagmentationis natura, vt facile quascunque dissimilitudines percipiat, atque declaret. Ex hoc facile perspici licet impressiones earum rerum, quæ sensus mouent, atq; adeo eis absentibus quæ extrinsecus obijciuntur remanere. Illud etiam est animaduertendum quod de his etiam conijci potest, facile nos sensus iudicio, cum tam leuiter impellantur decipi, atque falli, nisi aliud quod in nobis dominetur cohibeat. Perturbationes enim temere sensus in errorem impel-

lunt. Veluti alius metu, alius amore parua specie & similitudine incitatus ille hostes, hic amicum videre videtur. Et quo maiore quis perturbatione incitetur eo minore rei similitudine decipitur: ita ira inflammatus captari facile & in fraudem conijci solet. Ita fit vt ij, qui febre afficiantur, interdum bestialas in pariete esse iudicant parua lineamentorum ascriptorum in pariete summo similitudine. Ita vt arceri & auerti postulent, si omnino amentes sint, neque aliquid in eis relictum sit, quod sensuum iudicium corrigat. Sicut etiam Sol pedalis videtur non tamen ita esse credimus. Quod plus mentis decretum polleat. Quædam etiam digitorum perplexorum in mouendo tangendoque, similitudine vnum duo esse apparet. Vnum tamen non duo esse concedimus, quòd potius aspectui, quam tactui fidem habeamus. Quod si nobis modo tactus ad iudicandum esset datus, non vnum, sed duo esse iudicaremus. Si aspectus quoque pulsus agitur res etiam, quæ sub aspectum veniunt, motu cieri videntur. Sicut terra nauigantibus moueri videtur. Hinc illud maneat & exploratum sit per leui momento, & parua rerum inclinatione sensu aliquid imprimi & ab exiguis rerum differentijs commutari. Quæ cum ita sint manifestum est ea affectione, quam somnium dicimus vehementer sensum, qui non impediatur, commutare & varijs modis commouere, vt eius perturbatione mirabiles interdum existant species somniorum. Licet enim externis sensibus animus non vtatur, quòd calore destituti languescant.

*Somniorum
causa.*

quefcent. Visio verò non exterior, sed interior sensus est, ita vt calore augeat, ad interiora cōtracto, & longè magis vigeat. Iam verò vigilia cū sensus extrarij suis muneribus intēti sunt, & occupati, obscurius est visionis op^o. Prestringitur enim eorū luce & splendore, illustriores enim & notiores sunt eorum, quā visio nis actiones. Sicut obscuratur & of-funditur luce Solis lumen lucernæ, & magnis parui dolores & volupta-tes obruuntur. Cū verò somno disti-nentur, quòd nihil agere possint, lo-cum visioni relinquunt, vt eius sit functio euidētior. Sed cur non sem-per dormientes somnia videamus? An quemadmodum aquam si quis vehemēter bacillo cōmoueat inter-dum nullam imaginem ostendat. Interdū ostendit quidem, sed valde distortam & deprauatam, vt aliud, atq; est appareat. Si tamen sedata sit aqua & omnino tranquilla, purū & illustre simulacrū reddit. Sic in som-no species & sensuū reliquæ & im-pressiones nonnunquam maiore quodam motu agitantur, quòd hali-tus & vapor caput petēs ita multus & vehemens sit, vt nulli det locum simulacro. Itaq; statim multo cibo capto dormientibus & admodum pueris & infantibus somnia vsu nō veniunt. Interdum turbulenta que-dam & ingrata visa secundū quietē obijciuntur, vt furētib; febre labo-rantib; & ebrijs, quòd nō tam acris sit agitatio, licet sit spiritus plena & magnū tumultum efficiat. Cum ve-rò sanguis est secretus & purior ef-fectus, quòd sedetur & omnia tran-quilla fiant, variæ ex sensuum reli-quijs informātur imagines, variaq; visa & somnia somnus affert. Tū vi-demur ea quæ ab aspectu relicta sūt

videre, quæ ab auditu delapsa audi-re, q; fit etiā in ceteris sensibus eodē modo. Hoc sane modo eo sublato quod impedimento erat, quo min^o similitudines rerum cōmodè cogere-nt. Tū imagines ipsæ liberæ, atq; solutę in parua sāguinis copias varias exhibent somniorum species, & similitudines earum rerum à qui-bus reliquæ motionis acceptæ & imprisæ sunt. Non aliter quidem, quā ea quæ in nubibus obserua-mus. Vt earum motu quædam si-militudines cito euanescentes, cen-taurorum & aliorum animalium ar-borum & vasorum se oculis offerāt. Ita animus somno oppressus inci-dit in varia visa & incerta quorum quicque constat ex reliquijs inhe-rentibus, earum rerum, quæ vigi-lantium subsensum venerunt. Sed cur sæpe à somnio decipimur: ali-quando tamen minimè captamur, sed somnium esse cognoscimus. An quia semper animus quod à sin-gulis sensibus fuerit oblatum id om-nino approbat & affirmat. Nisi aliud quod plus valeat contradicat. Vt igitur si tactu modò iudicium exerceremus vnum duo esse vti di-ximus, videretur. Ac si quis oculo digitem subiectum esse ignoret, v-num duo esse putaret: si non igno-ret, apparent quidē duo, tamen non assentitur. Ita tanta sæpe est somni-vis, vt id nos lateat, quia nihil som-no solutum & liberum relinquatur quod assensum cohibeat & visioni resistat, & ita fallimur & falsa rei spe-cie captamur. Sin autem aliquid, vt existimandi vis somno non oppri-matur, qua se animans dormire sen-tiat, quandam rei similitudinem in animo versari cognosceret, minimè tamen rem ipsam esse assentietur.

Et ita

ita leui teneamur, vt sensus nō om-nino torpeāt: sed quadam ex parte soni, luminis, saporis, & tactus sen-sum, etsi obscure habeāt. Iam enim quidam qui somno traditi leuiter af-pectabant cū lucernæ lumen se vi-disse per somniū opinarētur somno excitati lumen lucernæ reuera esse cognoscunt, quod aspiceret somnia-bant. Ita cū gallorū canum quæ vo-cem leuiter secundū quietem audi-rent experrecti planè, ita esse cog-nouerūt. Iam vero quidam dormiē-tes rogati respondēt. Quod fieri nō posset, si omnino dormirent: nā sen-su omnino non vterētur. Fit etiam interdum, vt quæ visa per somniū obiecta sunt. Vera esse expergefati credant, vt plerunq; præ metu se occultāt & abdant. Sed hi pueri sunt aut timidi, & ignaui homines, qui etiam cū planè vigilant apertis ocu-lis in tenebris spectra nōnulla antè eorum oculos versari & moueri vi-deantur, vt nonnunquā in clement fugiāt, & auxiliū petant. Quia mag-no timore propter ignauiam & fra-ctum animū percussū parua quadam specie & exigua similitudine indu-cūtur. Sicut de illis diximus, qui per-turbationibus impelluntur. Ex qui-bus omnib; colligendū est, somniū esse visum quæ nobis dormiētibus qua ex parte dormimus occurrit ex reliquijs earum rerū, quarū sensum vigilātes habuimus. Nec enim som-nia esse putamus, si quas veras cogi-tationes sensus ex rebus ipsis semi-somnibus afferant. Vt de illo dixi-mus, qui lucernā esse sensit, quam somnians videre putabat. Sunt verò

*Somnium
quid.*

quidam licet rari, qui somnium nul-lum in vita viderunt, quibusdā cor-roborata & progrediente iam etate somnia apparuerunt cū nullum an-tea somniū sensissent. Horum cau-sa eadem est quæ facit cur pueris & statim post cibum somnia non inci-dant. Qui enim ita sunt natura cō-parati, vt halituū magna & respira-tionum vis eorum cerebrum capef-fat, ac rursus deorsum frigore de-lapsa omnia agitatione cōpleat in his consentaneum est nullum pror-sus simulachrum componi. Corroborata verò iam etate non est alienum, sicut minus dormire ita sedati-ori motu exhalationum frui, vt re-rum similitudines expressius obij-ciantur. Ac de sono & somnijs ha-ctenus. Somniorū autem interpreta-tio si alicuius esset momenti non est physici partium. Deinceps autē sequitur animantiū historia in tres partes distincta in eam quæ agit de earum generatione & in eam quæ corporum apertionem & singulas partes considerat & in eam quæ eo-rum naturam & vires exponit. Quæ omnia, vt peritè, & pro dignitate narrentur oculiscernere & expetiri diuque vnumquodq; genus tracta-re oportet, vt impetus & animalū mores considerentur. Quæ multos sumptus requirunt quos suppedita-re non potest qui multa inopia & re-rum difficultate laborat. Pensum ve-rò nostrum, quod erat in contēpla-tione positum pro tenui illa no-stra firmaq; parte absolui-mus
Deo gratias qui lassitudi-nem leuat.

FINIS.

TABV

T A B V L A P R I M A L I B R O -
rum & capitulorum huius operis.

Metaphysicæ capita.

LIB. I. Capita.

C A P. primum, De tota philosophia, folio. 1. pagina. 1.
Cap. 2. Quid sit philosophia. fo. 2. p. 2.
Cap. 3. De eo quod est. fo. 4. p. 2.
Cap. 4. De re, aliquo, vno, vero, bono. fo. 5. p. 2.
Cap. 5. Verum esse & à nobis percipi posse cōtra Academicos & alios. fo. 8. p. 1.
Cap. 6. De vero aduersus alios philosophos, fo. 12. pag. 2

LIB. 2. Cap.

C A P. 1. Deo quod est mentis duntaxat opera. fo. 13. p. 2.
Cap. 2. De rebus singulis & vniuersis. fo. 14. p. 2.
Cap. 3. Quod vniuersalia sint. fol. 17. p. 2.
Cap. 4. De genere. fo. 18. p. 1.
Cap. 5. De differentia. fo. 18. p. 2.
Cap. 6. De proprio. fo. 19. p. 2.
Cap. 7. De accidente. fo. 19. p. 2.
Cap. 8. De ijs, quæ per se, & per accidens sunt fo. 20. p. 2.
Cap. 9. Quo pacto ex genere, & differentia vnum fiat. fo. 21. p. 2.
Cap. 10. De toto & partibus. fo. 22. p. 2.
Cap. 11. De causis. fo. 24. p. 2.
Cap. 12. De principio & elemento. fo. 27. p. 1.
Cap. 13. De natura. fo. 27. p. 2.
Cap. 14. De necessario. fo. 28. p. 2.

LIB. 3. Cap.

C A P. 1. De eo, quod est per accidens. fo. 29. pag. 2
Cap. 2. De causis per accidens. fo. 30. p. 1
Cap. 3. De contingenti. fo. 31. p. 1

Cap. 4. De ijs, quæ rebus accidunt. fo. 32. p. 2
Cap. 5. De vi & actione. fo. 34. p. 1
Cap. 6. Differre inter vim & actionē. fo. 34. p. 2
Cap. 7. Vis diuiditur. fo. 35. p. 1
Cap. 8. De vi rationis compote & impote. fo. 35. p. 2.
Cap. 9. De actione. fo. 36. p. 2
Cap. 10. De actione insidenti & transeunte. fo. 37. p. 1
Cap. 11. De comparatione actionis cum potestate. fo. 38. p. 1
Cap. 12. De ijs, quæ vim habent. fo. 38. p. 2
Cap. 12. De eodem & diuerso. fo. 38. p. 2
Cap. 13. De contrarijs. fo. 39. p. 1.
Cap. 14. De aliquibus contrarijs. fo. 42. p. 1.

LIB. 4. Cap.

C A P. 1. De rerum generibus. fo. 44. p. 2
Cap. 2. De substantia. fo. 46. p. 2
Cap. 3. De quantitate. fo. 49. p. 2
Cap. 4. De qualitate. fo. 53. p. 1
Cap. 5. de eo, quod est ad aliquid. fo. 55. p. 2
Cap. 6. Quid sit agere & pati. fo. 58. p. 1.
Cap. 7. De quatuor reliquis generib. fo. 58. p. 2
Cap. 8. De ijs, quæ varijs disciplinis vsurpantur fo. 59. p. 2.

Dialect. Lib. 1. cap.

C A P. 1. De nominum & notionum ratione. fol. 61. p. 1.
Cap. 2. De nomine & verbo. fo. 61. p. 2
Cap. 3. De oratione. fo. 62. p. 2.
Cap. 4. De enunciatione. fo. 64. p. 2
Cap. 5. De enūciationib. declaradis. fo. 65. p. 1.
Cap. 6. De quarundam enunciationum declaratione. fo. 68. p. 2

Cap. 7.

Tabula prima

- Cap.7. De comparatione simplicium enunciationum. fo. 68. p.2
 Cap.8. Quo pacto reddenda sit oppositio in his que expositione indiget enuncia. fo.70.p.1
 Cap.9. De equipolentia & conuersione enunciationum. fo.70.p.2
 Cap.10. De quibusdam enuncia. modis fo.74.p.1
 Cap.11. De copulatis enunciationibus. fo.74.p.1.

LIB. 2. Cap.

- C**AP. 1. De ratiocinatione. fo.76.p.1
 Cap.2. De syllogismo. fo.76.p.2
 Cap.3. De prima forma. fo.77.p.1
 Cap.4. De secunda forma. fo.78.p.1
 Cap.5. De tertia forma. fo.78.p.2
 Cap.6. De versibus, quibus omnes syllogismorum modi comprehenduntur. fo.79.p.1.
 Cap.7. De ratiocinatione, quae incommodo vrget. fo.79.p.2
 Cap.8. De medio totius syllogismi. fo.80.p.2.
 Cap.9. De copulata argumentatione. fo.81.p.1
 Cap.10. De inductione & exemplo. fo.81.p.2
 Cap.11. De retexendis auctorum argumentationibus. fo.82.p.1
 Cap.12. De enunciationibus certis per se, vel ex alio. fo.84.p.1
 Cap.13. Quid scientia queramus, & ex quibus scientia nascatur. fo.85.p.2
 Cap.14. De scientia & demonstratione. fo.86.p.1
 Cap.15. De demonstratione, quae progreditur ex nobis notioribus. fo.88.p.1
 Cap.16. De demonstratione preteritis. fo.89.p.1
 Cap.17. De scientia. fo.90.p.1.

LIB. 3. Cap.

- C**AP. 1. De probabili & opinione. fo.91.p.1
 Cap.2. De syllogismo probabili. fo.91.p.2
 Cap.3. Quomodo loca tractanda sint deque eorum vi. fo.92.p.2
 Cap.4. De quaestione. fo.95.p.1.
 Cap.5. Qua ratione loca sint argumentorum ostendenda. fo.96.p.1
 Cap.6. De locis sine arte. fo.96.p.2
 Cap.7. De argumentis insitis. fo.97.p.2
 Cap.8. De tribus causarum generibus & demonstratione. fo.101.p.1

- Cap.9. De genere deliberatio. fo.102.p.1.
 Cap.10. De coniecturali causa. fo.103.p.2.
 Cap.11. De iudiciali, definitiua, absoluta, & alijs. fo.104.p.2.

LIB. 4. Cap.

- C**AP. 1. De affectibus & genere. fo.108.p.2
 Cap.2. De genere. fo.109.p.2
 Cap.3. De affectibus, quibus animi alienatur. fol.110.p.1.
 Cap.4. De locis captiosis. 111.p.1
 Cap.5. De captiosis in rebus positis. fo.113.p.1
 Cap.6. De altercatione. fo.115.p.1
 Cap.7. De oratione perpetua, ac primam de exordio. fo.115.p.2
 Cap.8. De narratione. fo.117.p.1
 Cap.9. De confirmatione. fo.119.p.1
 Cap.10. De peroratione. fo.120.p.1
 Cap.11. De via declarandi scientias. fo.121.p.1
 Cap.12. De poetarum ratione in rebus explicandis. fo.121.p.1
 Cap.13. De tragedia & comedia. fo.122.p.2.

Rhetoric. Lib. 1. cap.

- C**AP. 1. De rhetorica & eius subiecto. fo.125.p.1
 Cap.2. De verborum distinctione. fo.125.p.2
 Cap.3. De verborum suavitate. fo.127.p.2
 Cap.4. De verbis sublimibus & humilibus, grauius & leuibus. fo.128.p.2.
 Cap.5. De ratione cognoscendi verba ex litteris. fol.129.p.1
 Cap.6. De verbis assumptis. fo.131.p.1
 Cap.7. De alijs tropis, qui ex simili ducuntur. fo.132.p.2.
 Cap.8. De tropis, qui ducuntur ex dissimilibus. fo.134.p.1
 Cap.9. De tropis petitis ex rebus adiunctis. fo.134.p.2
 Cap.10. De tropis qui ex contrarijs ducuntur. fo.135.p.2.

LIB. 2. Cap.

- C**AP. 1. De verbis collocatis. fo.136.p.1.
 Cap.2. De via bonorum collocatorum vsu & proprietate. fo.136.p.1.

Tabula prima.

- Cap.3. De figura. fo.137.p.1
 Cap.4. De figuris ex eiuſdem verbi repetitione. fo.137.p.1
 Cap.5. De figuris ductis ex verbo simili. 139.p.2
 Cap.6. De figuris petitis, vel ex melioris verbi positione, vel contrarij, vel ex ipſo verborum habitu. fo.14.p.1
 Cap.7. De coagmentatione. fo.142.p.1
 Cap.8. De coagmentatione consonantium. 143.p.2
 Cap.9. De concinnitate. fo.145.p.1
 Cap.10. De numero. fo.146.p.2
 Cap.11. De numero orationis. fo.149.p.1
 Cap.12. De metro & versu. fo.150.p.2
 Cap.13. De soluta oratione. fo.152.p.1
 Cap.14. De clausula. 153.p.2
 Cap.15. De numero oratorio. fo.155.p.2

LIB. 3. Cap.

- C**AP. 1. De figuris sententiarum. fo.158.p.1.
 Cap.2. De figurarum capitibus. fo.158.p.2
 Cap.3. De figuris sententiarum petitis, vel ab auditoribus, vel ab audentibus. fo.161.p.2
 Cap.4. De figuris, quae sumuntur ex rebus ipsis. fo.164.p.1
 Cap.5. De totius orationis ductu. fo.169.p.1
 Cap.6. De submissa dicendi figura. fo.170.p.1
 Cap.7. De medio dicendi genere. fo.172.p.1
 Cap.8. De graui figura. fo.173.p.1
 Cap.9. Quomodo sint perpetuae orationis partes componendae. fo.174.p.1
 Cap.10. De genere dicendi seruando in philosophia historia & poesi. fo.177.p.1

Physi. Lib. 1. Cap.

- C**AP. 1. De subiecto physicae. fo.178.p.1
 Cap.2. De materia substantiae corporis particeps. fo.178.p.2
 Cap.3. Quid materia sit. fo.180.p.1
 Cap.4. De priuatione. fo.183.p.1
 Cap.5. De forma. fo.183.p.2
 Cap.6. De causa efficiendi. fo.185.p.2
 Cap.7. De fine. fo.186.p.2
 Cap.8. De motu. fo.187.p.2
 Cap.9. De motu actionis & passionis. f.188.p.2
 Cap.10. De natura. fo.190.p.2
 Cap.11. De differentia inter physicum, & ma-

thematicum. fo.192.p.1

LIB. 2. Cap.

- C**AP. 1. De tempore. fo.197.p.1
 Cap.2. De diffinitione temporis. fo.199.p.1
 Cap.3. De loco. fo.192.p.2.
 Cap.4. De inani. fo.198
 Cap.5. De infinito. fo.200.p.2
 Cap.6. De formis motus. fo.201.p.1
 Cap.7. De motibus inter se comparandis. f.203.p.1
 Cap.8. De partibus, ex quibus motus constat. 205.p.2
 Cap.9. De partium continui coniunctione. fo.207.p.1
 Cap.10. De motu indiuidui, quod est in spatio fo.28.p.1.

LIB. 3. Cap.

- C**AP. 1. De comparatione motuum inter se. fo.209.p.1
 Cap.2. De motus institutione. fo.211.p.1
 Cap.3. De motus eternitate. fo.213.p.2
 Cap.4. De argumentis ex Dei natura sumptis aduersus mundi ortum. fo.214.p.2
 Cap.5. De alijs argumentis ex varijs locis ductis pro mundi eternitate. fo.215.p.1
 Cap.6. Mundum ab aeternitate esse non posse. fo.215.p.2.
 Cap.7. De primo mouenti. fo.218.p.1
 Cap.8. De mobili. fo.219.p.1

LIB. 4. Cap.

- C**AP. 1. De materia & forma caeli. f.221.p.2
 Cap.2. Caelum equabiliter moti. 224.p.1
 Cap.3. De stellis. fo.225.p.1
 Cap.4. De elementis. fo.228.p.2
 Cap.5. De totius mundi constitutione. f.228.p.2
 Cap.6. De grauius & leuibus. fo.231.p.2

LIB. 5. Cap.

- C**AP. 1. De ortu & interitu ex antiquorum opinione. fo.235.p.1
 Cap.2. Ortum esse & interitum & quid sit. fo.235.p.2
 Cap.3. Elementa non esse concretorum materia. fo.237.p.2

Xx Cap.



Tabula prima.

Cap. 4. De elementorum natura ex aliorum sententia. fo. 239. p. 1
 Cap. 5. De vera elementorum ratione. fo. 241. p. 1
 Cap. 6. Quia ratione primæ qualitates coniungantur. fo. 242. p. 1
 Cap. 7. De causa efficiente ortus & interitus. fo. 241. p. 2
 Ca. 8. De accretione & diminutione. f. 244. p. 2
 Cap. 9. De modo accretionis. fo. 246. p. 1
 Cap. 10. De terminis accretionis & diminutionis. fo. 247. p. 1

LIB. 6. Cap.

CA P. 1. De commutatione. fo. 248. p. 2
 Ca. 2. Materie causa rescommutari. f. 249. p. 2
 Cap. 3. De tactu. fo. 251. p. 1
 Cap. 4. De effectione & perpeffione. fo. 151. p. 2
 Cap. 5. De miffione. fo. 254. p. 1
 Cap. 6. De varia eorum, quæ per miffentur ratione. fo. 254. p. 2
 Cap. 7. De putredine. fo. 256. p. 1
 Cap. 8. De concoctione & inconcoctione & earum formis. fo. 256. p. 2
 Cap. 9. De permifforum coagmentatione. fo. 258. p. 2
 Cap. 10. De varijs coagmentatorum proprietatibus. fo. 260. p. 2

LIB. 7. Cap.

CA P. 1. De quibusdam meteorologicis principijs. fo. 264. p. 1
 Cap. 2. De flammis & simulacris, quæ in cælo apparent. fo. 266. p. 2
 Cap. 3. De cometis. fo. 267. p. 1
 Cap. 4. De lactis orbe. fo. 270. p. 2
 Cap. 5. De ventis. fo. 271. p. 2
 Cap. 6. De terremoto. fo. 275. p. 1

LIB. 8. Cap.

CA P. 1. De vapore & de his, quæ ex eo fiunt. fo. 278. p. 1
 Cap. De his, quæ ex utroque simul vapore & exhalatione fiunt. fo. 280. p. 2
 Cap. 3. De his meteoris quæ colorata esse videntur. fo. 282. p. 1

Cap. 4. De coloribus arcus. fo. 285. p. 1
 Cap. 5. De mari. fo. 288. p. 1
 Cap. 6. De maris motu ac sale. fo. 289. p. 1
 Cap. 7. De fluminibus. fo. 292. p. 1
 Cap. 8. De terra & eius partibus. fo. 294. p. 2

LIB. 9. Cap.

CA P. 1. De animo. fo. 295. p. 2
 Cap. 2. De animo qui ad alendum spectat. fo. 297. p. 2
 Cap. 3. De animo sensus particeps. fo. 299. p. 1
 Cap. 4. De his quæ sensibus obijciunt. f. 300. p. 1
 Cap. 5. De modo quo sensus moueantur. fo. 301. p. 1
 Cap. 6. De aspectu. fo. 302. p. 1
 Cap. 7. De modo quo fiat aspectus. fo. 304. p. 1
 Cap. 8. De auditu. fo. 305. p. 1
 Cap. 9. De odoratu. fol. 307. p. 1
 Cap. 10. De gustatu. fo. 308. p. 2
 Cap. 11. De tactu. fo. 309. p. 2

LIB. 10. Cap.

CA P. 1. De quinque sensibus. fo. 311. p. 2
 Cap. 2. De sensu communi. 313. p. 2
 Cap. 3. De interioribus sensibus. 314. p. 2
 Cap. 4. De appetitu. 317. p. 1
 Cap. 5. animam rationis compotem esse formam. fo. 317. p. 2
 Cap. 6. De ratione intelligendi. fol. 320. p. 1
 Cap. 7. De memoria & recordatione mentis. fo. 323. p. 2
 Cap. 8. De mentis notitia. 325. p. 1

LIB. 11. Cap.

CA P. 1. De voluntate. fo. 227. p. 1
 Cap. 2. De voluptate. fo. 228. p. 2
 Cap. 3. De immortalitate animi, & de animorum numero. 330. p. 1
 Cap. 4. De vita & morte. fo. 332. p. 1
 Cap. 5. De diuturnitate & breuitate vitæ. fo. 334. p. 1
 Cap. 6. De iuuentute & senectute. fo. 335. p. 2
 Cap. 7. De somno & vigilia. fo. 336. p. 2
 Cap. 8. De somnijs. fo. 339. p. 1

FINIS.

TABV-

TABVLA RERVM QVAE

quatuor his scientijs & earum libris explicantur. primus numerus folia. p. paginam. c. columnam significat.

A.

Academicorum historia. fol. 8. pagi. 1. col. 2
contra Academicos argumenta. 9. p. 1. c. 1
 Academicorum firmamenta. 9. p. 1. c. 2
aduersus Academicos grauissima disputatio. 9. p. 1. c. 2
 Accidens quid. 19. p. 2. c. 1
per Accidens & per se. 19. p. 2. c. 2
 Accidentis definitio. 29. p. 2. c. 1
 Accidentium quorum non sit ortus, nec interitus. 30. p. 1. c. 1
in Accidēti cur nulla sciētia versat. 30. p. 1. c. 2
 Accidentia rerum. 32. p. 2. c. 2
 Accidentia totis concreti non partibus attribuantur. 249. p. 2. c. 2
 Accidentia alia materię, alia formę causa conueniunt rebus. 25. p. 1. c. 1
 Accretionē continuē fieri. 244. p. 2. c. 2
 Aceretio in quo à generatione discrepet. 245. p. 2. c. 2
in Accretione tria seruanda. 246. p. 1. c. 1
 Accretio quo pacto fiat. 246. p. 1. c. 2
 Accretio quid sit. 246. p. 2. c. 2
 Accretionis materia. 246. p. 2. c. 2
 Accretio in quo differat à diminutione. 247. p. 1. c. 2
 Accretionis & diminutionis quatuor termini. 247. p. 2. c. 2
 Actio & potestas comparantur. 36. p. 2. c. 2
 Actiones dupliciter significare. 37. p. 1. c. 1
 Actionem non rectè secari in insidentem & transeuntem. 3. p. 1. c. 2
 Actio confertur cum potestate. 38. p. 1. c. 1
de Adolescentia & senectute. Arist. sententia. 335. p. 2. c. 2

Addubitatio quid. 158. p. 2. c. 2
 Aduersa. 40. p. 2. c. 1
 Aduersorum diuisio. 40. p. 2. c. 2
 Aduersa quo pacto inter se pugnet. 41. p. 2. c. 1
 Aduerbia cur inuenta. 62. p. 1. 1
 Aer in tres partes diuiditur. 266. p. 1. c. 2
 Aeris medię regionis natura. 278. p. 1. c. 1
 Aer res omnes lustrat. 303. p. 1. c. 2.
ab Aeternitate mundum esse non posse. 216. p. 2. c. 2
de Aeternitate mundi varia argumenta declaratur. 216. p. 1. c. 1
de Aeternitate argumenta ex Dei natura petita soluuntur. 215. p. 2. c. 2
de Aeternitate motus argumenta explicantur. 214. p. 1. c. 1
ab Aeternitate fuisse qui motum afferre possit. 213. p. 1. c. 2
 Aenigma quid. 133. p. 2. c. 2
 Aequipotentia enunciationum. 70. p. 2. c. 2
 Aequale & inæquale cur specie diuersum aliquando faciant aliquando non. 44. p. 1. c. 1
 Aequale qua ratione maioris contrarium fit. 43. p. 2. c. 2
 Aequale & inæquale cuiusmodi contraria sint. 43. p. 1. c. 2.
 Affectibus quibus alienantur animi. 110. p. 1. c. 2
 Assertio & negatio valet in enunciationibus copulatis. 74. p. 1. c. 1
 Agere vel pati nihil est quod non possit. 2. p. 1. c. 1
 Agere & pati quo pacto ad aliud referantur. 58. p. 1. c. 1
 Agere & pati qua ex parte in rerum generibus ponuntur. 58. p. 1. c. 2

Xx 2 Agere

Tabula.

Agere & pati quando contrarium & illud magis & minus accipiant. 58.p.2.c.1
 Albertus refellitur. 184.p.2.c.1
 Alegoria quid. 133.p.2.c.1
 Alienatio. 67.p.2.c.2
 Ad aliud quæ sunt reciprocantur. 57.p.1.c.1
 Aliquid. 6.p.2.c.1
 Alendi vis per totum corpus diffunditur. 297.p.2.c.2
 Altercatio quomodo tractanda. 115.p.1.c.1
 Ambiguitas remouenda est vt verba notitijs respondeant. 61.p.1.c.2
 Ambiguitas quot modis in verbis sit. 61.p.1.col.2.
 Ampliatio. 76.p.1.c.2
 Amplificatio. 164.p.2.c.1
 Amplificantur & minuantur res quatuor modis. 164.p.2.c.1
 Anaxagoras refutatur. 281.p.1.c.2
 Anaphora quid. 137.p.1.c.2
 Animum rationis compotem immortalē esse demonstratur. 330.p.2.c.1
 Animus rationis particeps, cur ē materia formari non possit. 185.p.1.c.2
 Animus vnus rationis compos non est perfectior alio. 330.p.2.c.2
 Animi vires alias esse præter quinque sensus. 314.p.2.c.1
 Animas tres in homine non esse. 331.p.1.c.1
 Animus sensus tantū compos ratiocinari non potest. 316.p.2.c.1
 Animus vnus complectitur omnes corporis partes. 331.p.2.c.1
 Animum totam hominis naturam non esse. 318.p.2.c.2
 Animus rationis particeps, non habet partes. 321.p.2.c.2
 Animus hominis forma est. 319.p.2.c.1
 Animi cognitio difficilis. 295.p.2.c.1
 Animi opiniones variæ. 295.p.2.c.2
 Ad Animi naturam motus non spectat. 295.p.2.c.2
 Animum esse corpus non potest. 296.p.1.c.1
 Animum non esse harmoniam. 296.p.2.c.2.
 Animi genus quod nam sit. 296.p.1.c.2

Animi diffinitiones quas possuit Arist. notantur. 296.p.2.c.2
 Animi diffinitio. 296.p.1.c.2
 Animate tria genera. 297.p.2.c.1
 Anima est quodammodo omnia. 325.p.2.c.1
 Animi facultates non recte ab Arist. ponuntur. 298.p.1.c.1
 in Animi facultates numerando Galenus notatur. 229.p.1.c.2.
 Animus quo pacto se ipsum cognoscat. 323.p.2.c.1
 Animus quo pacto pariat. 299.p.2.c.1.
 Antiphrasis quid. 135.p.2.c.1
 Antitheton quid. 141.p.1.c.2
 Antiphrontis imaginis causa. 282.p.2.c.2.
 ab Appetitu motus proficitur. 317.p.1.c.1
 Appetitus duæ partes. 317.p.2.c.1.
 Appellatio. 67.p.2.c.2
 Approbationes & causæ non in infinitū progrediuntur. 89.p.1.c.1
 Approbatio. 119.p.2.c.2
 Apostrope quid. 161.p.1.c.2.
 Apostrophe quid. 161.p.2.c.2
 Aqua quo pacto se refrigerat. 191.p.1.c.2.
 Aqua maris non esse aliarum aquarum principium. 298.p.1.c.2
 Aquæ & terræ coagmentatio. 231.p.2.c.1
 Aquæ figura. 229.p.1.c.2
 Aquæ pluriæ generatio. 278.p.2.c.2
 Aquæ distributio. 288.p.1.c.1
 Arcus explanatio. 284.p.1.c.1
 Arcus color. 285.p.1.c.2
 Arcus duplex. 286.p.1.c.2.
 Arcus ratio. 283.p.2.c.1
 Argumentatio triplex. 74.p.2.c.1.
 Argumentatio alia directa, alia quæ vrget incommodo. 79.p.2.c.2
 in Argumentationibus simplicibus modus argumentandi auctoris non semper discernitur. 82.p.2.c.2
 Argumentationes copulati modi. 81.p.1.c.2
 Argumentationis probatio puerilis modorū. 83.p.1.c.2
 Argumentationum exigendarum ab auctoribus confectarum præcepta. 83.p.1.c.2
 Argu-

Tabula.

Argumentum in artificiale quid. 97.p.1.c.1
 Argumenta artificialia. 97.p.2.c.2
 Argumentationis captiosæ cognitionis quæ nam utilitas sit. 111.p.2.c.2
 Argumentatio captiosa & probabilis in quo differant. 111.p.2.c.1
 Argumenta Arist. notantur. 28.p.1.c.2
 Argumeta Copernici dissoluitur. 230.p.2.c.2
 Argentum viuum. 260.p.1.c.1
 Arist. cur scripserit obscure. 1.p.2.c.2
 Arist. delabitur in opinionē Empedoclis. 237.p.1.c.1
 Arist. notatur. 197.p.2.c.1
 Arist. & eius interpretes notantur. 401.p.1.c.1
 Arist. notatur. 336.p.1.c.1
 Ariosti virtutes. 122.p.2.c.1
 Artificiofarum rerum ratio. 28.p.2.c.1
 Arte quæ sunt quomodo fortuna fieri non possunt. 31.p.2.c.1
 Artem qua ratione rebus singulis consequamur. 84.p.2.c.1
 Articululus quid. 142.p.1.c.1
 Aspectus subiectum quod nam sit. 302.p.1.c.2
 de Aspectu ratione variæ opiniones. 204.p.1.c.2
 Aspectus quomodo fiat. 204.p.1.c.2
 Astatio quid. 258.p.1.c.1
 Astra esse rotunda. 225.p.1.c.2
 Assumptiuæ partes. 105.p.1.c.2
 Auerrois opinio dei intelligendi. 320.p.2.c.2
 Auerro quid. 161.p.2.c.2
 Augentur res, aut ratione formæ, aut ratione materia. 247.p.1.c.1
 cum Augeri omnes dicimus ad figuræ partes referendum est. 246.p.2.c.1.

B.

Beneuolentia quomodo captetur. 109.p.2.col.1
 Bonum. 7.p.2.c.2
 Bono vni vero nihil contrarium quod re sit. 42.p.1.c.2
 Bonum & malum quo pacto contraria sint. 43.p.1.c.2
 Breuitas. 169.p.1.c.1

C.

Calor in celo viget qui res omnes fouet. 242.p.1.c.1
 Calida quæ vel qualia censeantur. 255.p.2.c.2
 Caloris in aere & terræ quæ nam sit causa. 265.p.1.c.2.
 Calor innatus quid. 256.p.1.c.2
 Calor lumine fit. 266.p.1.c.1
 Captiosi loci qui. 111.p.1.c.2
 Captiosa & probabilis argumentatio in quo differant. 111.p.2.c.1
 Captiosæ argumentationis quæ nam utilitas. 111.p.2.c.2
 Captio homonymiæ. 112.p.1.c.2
 Captio adiunctionis. 112.p.1.c.2
 Captio distinctionis. 112.p.2.c.2
 Captiois species. 112.p.2.c.2. & deinceps.
 Calus quid. 31.p.1.c.2
 Catachresis quid. 132.p.2.c.2
 Categoriarum ad quam scientiam pertineant. 46.p.2.c.1
 ad Categorias concreta pertinere. 76.p.1.c.1
 Causa quid sit. 24.p.2.c.2
 Causarum genera. 25.p.2.c.1
 Causa efficiens & eius vis. 25.p.2.c.1
 Causa libera quæ. 32.p.1.c.2
 Causarum tria genera. 111.p.1.c.2
 Causa definitiua. 114.p.2.c.2
 Causa negotialis. 105.p.1.c.2
 Causæ quot sint. 25.p.1.c.1
 Causæ quatuor quo pacto sint inter se colligatæ. 26.p.2.c.1
 Causæ totum genus diuiditur. 26.p.2.c.1
 Causa per accidens. 31.p.1.c.2
 Causæ & aprobationes non in infinitum progrediuntur. 89.p.1.c.1
 Cibis sit ne similis an contrarius. 298.p.1.c.1
 Circumstantiæ quot. 32.p.2.c.2
 Circumstantia negotiorum. 33.p.1.c.1
 Clausula diffinitur & diuiditur. 153.p.2.c.2
 Clidemi opinio reprobat. 281.p.1.c.2
 Coagmentatio quid. 142.p.1.c.2
 Coagmentatio terræ & maris. 289.p.1.c.1
 Coagmentatio consonantium. 143.p.2.c.2

Tabula.

Cælum esse animatum Arist. existimat. 222. p. 1. c. 1
 Cælum non esse animal. 222. p. 1. c. 2
 Cælum esse rotundum. 222. p. 2. c. 1
 Cæli motum esse naturalem. 223. p. 1. c. 1
 Cælū quo pacto in orbē voluatur. 223. p. 1. c. 2
 Cælum externāvi non moueri. 223. p. 1. c. 2
 Cælum sua vi in orbem fertur. 223. p. 2. c. 2
 Cæli motus, nec intenditur, nec remittitur. 224. p. 1. c. 1
 Cælorum non esse concentum. 224. p. 2. c. 2
 in Cælo non esse dextrum, nec sinistrum. 224. p. 2. c. 1.
 Cognoscimus res proportionē corporum. 19. p. 1. c. 1
 Cognitio eorum quæ sensibus tractamus quo modo vocetur. 9. p. 2. c. 1
 Cognoscendi rota ratio. 316. p. 1. c. 2
 Color quid sit. 304. p. 1. c. 1
 Comædia & tragædia ex quibus sint orta. 122. p. 2. c. 2
 Comædia qualis esse oporteat & tragædia. 123. p. 1. c. 1
 Comburī. 263. p. 1. c. 1
 de Cometis variæ sententiæ. 267. p. 1. c. 2
 Cometa mirabilis. 226. p. 1. c. 2
 Cometarum materia. 268. p. 1. c. 2
 Cometarum locus. 268. p. 1. c. 2
 Cometarum partitio. 268. p. 2. c. 2
 ad Commouendos animos commune præceptum. 124. p. 1. c. 1
 Commutatio quid. 138. p. 2. c. 2
 Communicatio. 162. p. 1. c. 2
 Commutari res non oriri cur quidam putabant. 178. p. 2. c. 2
 Commutationem esse continuam & speciem motus. 248. p. 1. c. 1
 Commutatio in quo differat abortu & accretione. 249. p. 1. c. 2
 Commutationis imperita diuisio. 249. p. 2. c. 1
 Commutatio materiæ causa accidit rebus. 250. p. 1. c. 1
 Compar quid. 142. p. 1. c. 2
 Concessiois partes. 106. p. 1. c. 1
 Concessio quid. 161. p. 1. c. 1
 Condensatio. 262. p. 2. c. 2
 ad Cōcludendū apte quid notādū. 81. p. 1. c. 1
 Conclusio semper negat in secunda figura. 78. p. 1. c. 1
 Concinnitas quid. 145. p. 1. c. 2
 Concoctio quid. 257. p. 1. c. 1
 in Concreto quid quid est accidentis non pariter cum eo deletur. 250. p. 1. c. 2
 Concreta quo modo referantur ad elementa. 258. p. 2. c. 2
 Concretio quomodo fiat. 260. p. 2. c. 2
 que Conferuntur, cum aliquo. 41. p. 2. c. 2
 que Conferuntur cum aliquo quomodo ab alijs contrarijs differant. 42. p. 1. c. 1
 Confutatio quid. 120. p. 1. c. 1
 Confirmatio siue prosopopeia. 263. p. 1. c. 2
 Cōfirmationis & elocutionis genus. 175. p. 1. c. 2
 Confirmationis partitio. 119. p. 1. c. 2
 Coniecturale genus. 114. p. 1. c. 1
 Coniunctio quid. 141. p. 2. c. 2
 Coniungi per se primo quid sit. 207. p. 1. c. 1
 Contingens quid. 31. p. 2. c. 2
 Contingens aliquid esse simplex. 32. p. 1. c. 1
 Contingens propriè quid sit. 32. p. 1. c. 2
 Contingentem esse rem, non quando est, sed quando non est, sed futura est. 32. p. 1. c. 2
 Contingēt & possibiliter esse modos speciales. 72. p. 2. c. 1
 Continuum non potest constare ex partibus indiuiduis. 25. p. 2. c. 2
 Continuum in infinitū diuidi potest. 206. p. 1. c. 2
 Contrariorum definitio. 39. p. 1. c. 2
 Contrariorum diuisio. 39. p. 2. c. 1
 Contrarietas maxima quare sit contradicentium. 39. p. 2. c. 2
 inter Contraria duo tantum media collocantur. 39. p. 2. c. 2
 Contradicentia. 40. p. 1. c. 1
 Contraria remissa simul esse posse absurdum. 41. p. 2. c. 2
 Contraria quomodo in quantitate. 52. p. 2. c. 1
 Contraria & magis, & minus in quatuor generibus reperiri. 59. p. 2. c. 2
 Conuersio enunciationum. 71. p. 1. c. 1
 in Conuersione enunciationum quæ modo afficiuntur quid notandum. 73. p. 2. c. 1
 Coronæ ratio. 283. p. 2. c. 1

Tabula.

Coronæ color. 285. p. 1. c. 2
 Corpus hominis esse partem. 318. p. 1. c. 1
 Correctio quomodo tractatur. 165. p. 2. c. 2
 Crinitarum motus. 269. p. 1. c. 1
 Crinitæ quid significant. 270. p. 1. c. 1
 Crinitarum stellarum verè causæ. 268. p. 1. c. 1
 Cruditas quid. 257. p. 2. c. 1
D.
 Definitionis præcepta. 63. p. 2. c. 1
 Definiendi bene tria præcepta. 64. p. 1. c. 2
 Definiua causa. 105. p. 1. c. 2
 Definitio est numeranda in ijs quæ per se constant. 85. p. 2. c. 2
 Deliberatibum genus. 102. p. 1. c. 2
 Deliberatiui generis quatuor capi. 103. p. 2. c. 2
 in Demonstratione omni tria reputanda. 87. p. 1. c. 2
 Demonstratio quæ rectè nō tractet. 87. p. 2. c. 1
 in Demonstratione medium eiusdem generis est cuius subiectū conclusionis. 87. p. 2. c. 2
 Demonstratio ex notioribus nobis duobus modis sit. 88. p. 2. c. 2
 Demonstratio non esse in orbem. 89. p. 2. c. 1
 in Demonstratione accommodandum quod est totius generis non est. 89. p. 2. c. 1
 Demonstratio quæ ait præstantior est quam quæ negat. 89. p. 1. c. 2
 Demonstratio ea quæ directè probat prestat ei quæ vrget in commodo. 89. p. 2. c. 2
 Demonstratio. 168. p. 1. c. 1
 Deprecationis loca. 106. p. 1. c. 2
 Deprecatio. 162. p. 1. c. 2
 Descriptio quomodo tractetur. 166. p. 2. c. 2
 De eo quod est. 4. p. 2. c. 1
 Deus cur ex nihilo faciat aliquid. 214. p. 2. c. 1
 Deus est vnus & incorporeus. 218. p. 3. c. 1
 Dialecticam ante omnes scientias non esse tradendam. 3. p. 2. c. 2
 Dialecticæ & rhetoricæ vires & vtilitates. 14. p. 1. c. 2
 Dialectica quid sit. 14. p. 2. c. 1
 Dialectica & rhetorica in quo differant. 14. p. 2. c. 1
 Dialectici non est res quascunq; diuidere & definire, sed definiendi & diuidendi præcepta dare. 62. p. 2. c. 2
 Dialectici concedunt absurda quædam effata. 66. p. 2. c. 2
 Dialecticorum quædam inutiles exponendi rationes. 68. p. 2. c. 1
 Dialectici nec rhetores norunt ad quem inueniendi ars pertineat. 92. p. 1. c. 1
 Dialectica in quo à rhetorica differat, non rectè explicat Cic. & Aphrodiseus. 82. p. 2. c. 1
 Dialecticus amplissima genera, nec definire debet, nec diuidere. 93. p. 1. c. 2
 Dialectici non esse quancunq; quæstionem disputare. 95. p. 1. c. 2
 Dialectica cū rhetorica cōparatur. 125. p. 1. c. 2
 Dicendi genera tria esse. 170. p. 1. c. 1
 Dicēdi summis figuræ præcepta. 170. p. 1. c. 2
 Dicendi medijs generis præcepta. 172. p. 2. c. 1
 Differentia quid sit. 18. p. 2. c. 2
 Differentiæ veræ magna penuria. 19. p. 1. c. 1
 Differentia indicat qualis res sit. 19. p. 1. c. 1
 Differentiæ quæ pars, loco formæ sit. 22. p. 1. c. 2
 Differentia quando diuersam faciat speciem. 44. p. 1. c. 2
 Diminutio. 67. p. 2. c. 2
 Diminutio quid. 161. p. 2. c. 1
 Dimensio motus qui tempus est quæ sit. 198. p. 2. c. 1
 Disiunctio quid. 141. p. 2. c. 1
 Dispositio multorum argumentorum quomodo fiat. 120. p. 1. c. 1
 Distributio. 63. p. 1. c. 2
 Distributio quomodo tractetur. 166. p. 1. c. 2
 de Distinctione tāquam res à re imperitæ quæstiones. 190. p. 1. c. 1
 Diuersum quibus modis sit. 39. p. 1. c. 1
 Diuersi differētis & alius differētia. 39. p. 1. c. 2
 Diuisionis præcepta. 63. p. 1. c. 1
 Diuisio duplex. 63. p. 1. c. 2
 Dormientibus quid accidat. 337. p. 2. c. 2
 Dura quæ sint. 261. p. 2. c. 1
E.
 E Cho natura. 306. p. 2. c. 1
 Effectio nō nitit̃ similitudine. 251. p. 2. c. 2
 Xx 4 Effe-

Tabula.

Effectus ratio. 26. p. 2. c. 2
 Efficiens causa & eius vis. 25. p. 2. c. 1
 Efficiens diuisio. 25. p. 2. c. 2
 Efficiens causa quid. 185. p. 2. c. 2
 Efficientes causas quidam non cognoscunt & confutantur. 185. p. 2. c. 2
 Efficiētia ab eo ducitur quod est. 253. p. 1. c. 1
 Elementi explicatio. 27. p. 2. c. 1
 Elementorum natura. 22. p. 2. c. 1
 Elementa quatuor inconcretis rebus esse intelligi non potest. 288. p. 1. c. 1
 Elementa in cōcreto esse variè & absurde declaratur. 238. p. 2. c. 1
 Elementi quæ nam sit differentia. 239. p. 1. c. 1
 Elementa quatuor quomodo aptentur. 240. p. 1. c. 1
 Elementa non constant ex duabus modò qualitibus. 240. p. 1. c. 1
 Elementa esse permixta & cōcreta. 241. p. 2. c. 1
 Elementa non esse contraria. 242. p. 1. c. 1
 ex Elementis cur omnia. 241. p. 2. c. 1
 de Elementorum constitutione. Arist. opinio. 227. p. 2. c. 1
 Elixatio quid. 257. p. 2. c. 1
 Eloquentis industria in quo sita sit. 84. p. 1. c. 1
 Eloquentis quis sit. 174. p. 1. c. 1
 Empedoclis sententia refellitur. 281. p. 1. c. 1
 Ens nihil aliud significare quam hæc disunctio, substantia, vel accidens absurdum est. 5. p. 1. c. 1
 Ens rationis quid sit declaratur. 14. p. 1. c. 1
 Entis diuisio. 13. p. 2. c. 2
 Entis diuisio in decem genera, in quo differat ab alijs diuisionibus. 45. p. 1. c. 1
 Enunciatio quid. 64. p. 2. c. 1
 Enunciatio distincte vna mentis actione non potest comprehendi. 326. p. 1. c. 2
 Enunciatio quomodo cognoscatur vtrum vera an falsa sit. 64. p. 2. c. 2
 Enunciationis diuisio. 65. p. 1. c. 1
 Enunciationis declarandæ præcepta. 65. p. 1. c. 2
 Enunciationes comparantur. 68. p. 2. c. 2
 de Enunciatione quomodo sit iudicandum in qua est possibile. 72. p. 1. c. 2
 Enunciationes quatuor ex vnoquoq; modo propagari. 72. p. 2. c. 2
 Enunciationes copulatae quæ ad dialecticum pertineant. 74. p. 1. c. 2
 in Enunciationibus copulatis valet affirmatio & negatio. 74. p. 1. c. 2
 Enunciationum copularum tria sunt genera. 74. p. 2. c. 1
 Enunciatio certæ quæ nã per se sint. 84. p. 1. c. 2
 Enunciationes quæ ex alijs intelligamus. 84. p. 1. c. 2
 Eorum natura quæ ad aliquid. 55. p. 2. c. 2
 Eorum quæ ad aliquid diuisio. 65. p. 1. c. 1
 Eorum secundum quæ ad aliquid. 56. p. 1. c. 2
 Epanalepsis, vel Anadiplosis quid. 138. p. 2. c. 1
 Epanarthosis quid. 141. p. 1. c. 1
 Epiphonema. 164. p. 2. c. 2
 Epistrophe quid. 138. p. 1. c. 1
 Esse omnia quæ videntur argumenta quibus probatur. 13. p. 1. c. 1
 inter Esse & nō esse nihil esse interiectum. 13. p. 2. c. 1
 Esse per se quid nam sit. 46. p. 2. c. 2
 Essentia in quo oritur & in quo recidit. 236. p. 1. c. 1
 Ethopeia. 167. p. 2. c. 2
 Exametri mensura qua ratione sit facienda. 151. p. 2. c. 1
 Exemplum quid. 82. p. 1. c. 1
 Exhalatio & vapor. 263. p. 1. c. 2
 Exhalationem non esse terram. 266. p. 1. c. 1
 Exhalatione Metheora quæ nã fiãt. 266. p. 2. c. 1
 Exhalationis causa multæ imagines & variæ species. 267. p. 1. c. 1
 Exiccantur quæ nam. 262. p. c. 1. 1
 Existimationis partes. 315. p. 1. c. 1
 Exordij verus finis. 113. p. 2. c. 2
 Exordium est adhibendum longa tantum oratione. 126. p. 1. c. 1
 Exordio quomodo sit faciendus intelligēs auditor attentus & beneuolus. 116. p. 1. c. 1
 Exordij vitia. 116. p. 2. c. 2
 Exordij elocutionis genus. 174. p. 1. c. 1
 Exornationes simpliciu verborum vnde trahantur. 131. p. 2. c. 1
 Exornationes quæ simplices ex similitudine trahuntur. 131. p. 2. c. 1
 Extremum. 59. p. 2. c. 2

Tabula.

F.

Fabula quibus rebus admirabilis redditur. 123. p. 1. c. 2
 Fabula artificiose texenda, sicut retexenda. 123. p. 2. c. 2
 Facies capræ. 266. p. 2. c. 1
 Facultas rationis compos & impos, in quo maxime differant. 35. p. 2. c. 2
 Facultates alias natura inchoauit, alias natura perfecit. 36. p. 1. c. 2
 Faciendi & ferendi ratio in contrarijs posita est. 252. p. 1. c. 1
 Facum quid. 31. p. 1. c. 2
 Fidei certitudo in quo posita sit. 85. p. 2. c. 2
 Figura quid. 137. p. 1. c. 1
 Figuræ sententiarum quid. 158. p. 1. c. 1
 Figuræ verborum & sententiarum, in quo discrepent & conueniant. 158. p. 1. c. 1
 Figurarum sententiarum capita. 158. p. 2. c. 1
 Figuræ summissæ præcepta dicēdi. 170. p. 1. c. 2
 Figuræ grauis præcepta. 173. p. 1. c. 2
 Finis quæ causa est. 26. p. 1. c. 1
 Finis quo pacto faciat. 26. p. 1. c. 1
 Finis effectus. 26. p. 1. c. 2
 de Fine magna difficultas. 26. p. 1. c. 2
 Flamma corpus non est simplex. 228. p. 2. c. 1
 Flamma non esse ignem, qui vocatur elementum. 252. p. 2. c. 2
 Flecti & dirigi quæ. 262. p. 2. c. 1
 de Fluuijs Arist. sententia. 292. p. 1. c. 2
 de Fluuijs opinio Plato. refellitur. 293. p. 1. c. 1
 Fluuiorum ratio exponitur. 293. p. 1. c. 2
 Fluminum causa esse mare. 293. p. 2. c. 1
 Fontes cur hieme sint calidiores. 264. p. 1. c. 1
 Formæ vis. 25. p. 2. c. 2
 Forma omni materia vacat. 28. p. 2. c. 1
 ex Forma prima collocationis quatuor imperfecti modi trahuntur. 78. p. 1. c. 1
 in Forma secunda semper conclusio negat. 78. p. 1. c. 2
 in Forma secunda quatuor concludendi modi. 78. p. 1. c. 1
 in Forma tertia semper conclusio est specialis. 78. p. 2. c. 1
 de Formis dicēdi Hermogenis & Trapezūtij

sententia. 169. p. 2. c. 2
 de Formis dicēdi Hermogenis sententia nō probatur. 169. p. 2. c. 2
 Formam esse naturalem. 183. p. 2. c. 2
 Forma quid sit. 184. p. 1. c. 1
 Forma quo pacto fiat in materia. 184. p. 2. c. 1
 Fortuna prospera & aduersa quæ. 30. p. 2. c. 1
 Fortunæ definitio. 31. p. 1. c. 1
 Fortuna in quo ab arte differat. 31. p. 2. c. 1
 Fortuna quo modo fieri non possunt quæ arte sunt. 31. p. 2. c. 1
 Frangi scindi & rumpi. 262. d. 2. c. 1
 Frequentatio. 168. p. 2. c. 1
 Fulgur & fulmen quo modo sit. 281. p. 1. c. 1
 Fumus quid. 266. p. 1. c. 2

G.

Galeni doctrina de equali cōcreto distantia ab vtroq; extremo. cōtrariarū. 242. p. 2. c. 1
 Generis vltimi non sunt vllæ differentia. 19. p. 1. c. 1
 Genera vi differentias continent non actu. 20. p. c. 1
 Genera rerum oportet cognoscere, vt ita entis ratio agnoscat. 44. p. 2. c. 1
 Genera cur quæsit. 45. p. 2. c. 2
 Genera quatuor vltima qua ratione ad aliud referantur. 58. p. 2. c. 1
 Generibus quatuor quid commune dicatur. 59. p. 1. c. 1
 Genera amplissima dialecticus, nec definire debet, nec diuidere. 83. p. 1. c. 1
 Genus quid sit. 18. p. 1. c. 1
 Genus naturale & quod res sit in quo differat a logico. 18. p. 1. c. 2
 Genus aliarum formarum fundamentum. 18. p. 1. c. 2
 Genus & differentia re non distinguuntur. 19. p. 1. c. 2
 Genus & differentia se habent vt materia & forma. 21. p. 2. c. 2
 Glutinosum. 272. p. 2. c. 2
 Grandinis natura. 279. p. 1. c. 1
 Grandinis locus. 279. p. 1. c. 2
 Grauibis verbis abundant tragici & heroici poetæ. 129. p. 1. c. 1

Tabula.

Graua & leuia per se suaq; natura mouentur, 191.p.1.c.1
 Graua cur velocius in fine quam in principio ferantur. 210.p.2.c.1
 Graua & leuia habere à natura motum. 231.p.2.c.2
 Grauis & leuis causa motus. 232.p.1.c.1
 Grauitate, vel leuitate, vel animo res naturales mouentur. 232.p.1.c.1
 Grauis & leuis natura & causa. 232.p.1.c.2
 Grauis & leuis definitio. 232.p.2.c.1
 Graues quædã res cur aqua innatet. 233.p.1.c.2
 Grauitatem & leuitatem res suis locis naturalibus habent. 233.p.2.c.2

H.

Habitus. 59.p.1.c.2
 Hiperbole quid. 133.p.1.c.1
 Hypotiposis quomodo tractetur. 167.p.1.c.2
 Historiæ elocutio. 177.p.1.c.1
 Humectatio. 262.p.1.c.1

I.

Ideæ quid sint. 15.p.1.c.1
 Idem pertinet ad eas res quas vnũ. 38.p.2.c.2
 Idem tribus modis redditur. 38.p.2.c.2
 Ignis totum non complectitur orbem terrarum. 227.p.2.c.2
 Ignis quis nam res omnes foueat. 228.p.2.c.2
 Ignis nostri natura. 239.p.1.c.1
 Imago. 167.p.1.c.2
 Imbecillitas quid. 34.p.1.c.2
 Imbecillitas aliquando vim magnam indicat. 34.p.2.c.1
 Impossibile quid. 72.p.1.c.2
 Impossibile & necesse vniuersales modi. 72.p.2.c.1
 Imprimi in quibus possit. 261.p.2.c.2
 Inane quid. 169.p.1.c.1 & 198.p.2.c.1
 Inane ne sit nature solertia. 198.p.2.c.1
 Inane esse quidam putarunt. 198.p.2.c.2
 Inani esse motum. 199.p.2.c.1
 In concoctio quid. 257.p.1.c.2
 Indiuiduum non potest moueri. 208.p.1.c.1
 Indiuiduum spatij quid. 207.p.1.c.2

Inductio rerum singularum quando scienciam pariat. 86.p.2.c.1
 In explicabilia quæ vocantur argumenta explicantur. 10.p.2.c.2
 Infiniti cognitio pertinet ad naturalem. 199.p.2.c.2
 Infiniti descriptio. 200.p.1.c.1
 Infinitum esse non potest corpus quantũ. ibi.
 Infinita quãtitas nulla potest esse. 200.p.2.c.1
 Infinitũ qua ratione sit & non sit. 200.p.2.c.2
 Infiniti definitio. 201.p.1.c.2
 Inflammari. 263.p.1.c.1
 In ijs quæ sunt ad aliud nihil est contrarium. 57.p.1.c.1
 Inquantũ quomodo exponendũ. 68.p.2.c.1
 Intelligendi vis in quo posita sit. 320.p.2.c.1
 Intelligendi vis in agentem & patientem diuisa. 320.p.2.c.2
 Intelligendi ratio aperitur. 222.p.1.c.1
 de intelligendi vi Auerrois opinio. 320.p.1.c.2
 de intelligendi vi Plotini & theologorum sententia. 321.p.1.c.2
 Intelligendi ratio cognoscitur ex modo loquendi. 61.p.1.c.1
 Inscriptionis disceptatio ex quibus nascatur. 107.p.1.c.2
 Insinuatione quando vtendum & quomodo. 116.p.2.c.1
 Interpretatio quid. 140.p.1.c.1
 Inueniendi ars ad quos pertineat, nec rhetores, nec dialectici norunt. 90.p.1.c.1
 Inuentione medij tota hominis intelligendi ratio posita. 80.p.2.c.2
 Inuentionis loca quomodo tractanda sint. 92.p.1.c.1
 Ironia. 169.p.1.c.1
 Iudiciale genus. 103.p.2.c.2
 Iuridicialis absoluta & assumptiua. 105.p.1.c.1

L.

Lacæste quod sit. 271.p.1.c.2
 de Lactis orbe opiniones. 17.p.1.c.1
 Laudatio urbium. 102.p.1.c.1
 Leuia & graua habere à natura motũ. 231.p.2.c.2

Leui.

Tabula.

Leuitate, vel grauitate, vel animo res naturales mouentur. 232.p.1.c.1
 Leuis & grauis causa motus. 232.p.1.c.1
 Leuis & grauis natura & causa. 232.p.1
 Leuis & grauis definitio. 232.p.1.c.1
 Leuitatem & grauitatem res suis locis naturalibus habent. 233.p.2.c.2
 Libera causa quæ. 32.p.2.c.2
 Licentia quid. 162.p.1.c.1
 Liguari. 263.p.1.c.1
 Loca facile elliciuntur ex metaphysica. 96.p.2.c.1
 Loca sunt notanda præter generalia & specialia. 111.p.1.c.1
 Loci definitio. 198.p.1.c.1
 in Locis notandis in quo dialecticus à metaphysico differat. 96.p.2.c.2
 de Loco Arist. sententia. 197.p.2.c.2
 de Loco opiniones. 192.p.2.c.2
 Locorum tractandorum ratio diuiditur. 96.p.1.c.1
 Locorum notandorum varia ratio. 96.p.2.c.1
 Locorum genus quid. 111.p.2.c.1
 Locum & tempus non esse per se quantitatis formas. 52.p.1.c.2
 Locũ esse & ad physicũ pertinere. 192.p.2.c.1
 Locum sublime ex duobus elementis non consistare. 264.p.1.c.1
 Loquimur non pluribus, sed vna lingua. 125.p.2.c.1
 Lumen refertur. 282.p.2.c.2
 de Lumine variaz opiniones. 302.p.1.c.2
 Luminis definitio. 303.p.1.c.2
 Luminis duplex est munus. 303.p.1.c.1

M.

Magnitudinem certam quæ vis natura postalat. 247.p.2.c.1
 de Mari antiquorum opiniones refutatur. 288.p.2.c.1
 Maris & terræ coagmentatio. 289.p.1.c.1
 Maris motus. 289.p.1.c.1
 Maris accessus & recessus. 289.p.2.c.1
 de Maris cursu & recessu variaz opiniones. 229.p.2.c.2

de Maris cursu & recessu vera sententia. 290.p.1.c.1
 Maris fluxus ab Aquilone in Occasum. 290.p.2.c.1
 Maris Adriatici motus. 290.p.2.c.2
 Maris falsi saporis causa. 290.p.2.c.2
 Maris non esse fontes. 281.p.2.c.1
 Mare cur salsum sit. 191.p.2.c.1
 Mare in primis causã esse fluminũ. 293.p.2.c.1
 Mare cur fluminibus nõ augeatur. 294.p.1.c.1
 Materia rerum quæ nam sit. 179.p.1.c.1
 Materiam aliam subsensum cadere aliam mente percipi. 21.p.1.c.1
 Materiaz vis. 25.p.1.c.2
 Materiaz prima & secunda. 25.p.1.c.2
 Materiam rerum naturalium esse multi philosophi cognouerunt. 199.p.2.c.1
 Materiam quã quærit physicus. 180.p.1.c.1
 de Materia Arist. sententia. 180.p.1.c.2
 Materiaz cuiusque communia. 180.p.1.c.2
 de Materia sanct. Thom. sententia. 180.p.2.c.1
 Materiam non esse substantiam. 181.p.1.c.1
 Materiam explorandi duplex via. 181.p.2.c.1
 Materiam quantitatem esse. 182.p.1.c.2
 Materiam non est naturalis, nec oritur, nec occidit. 182.p.1.c.2
 Materia & forma sunt natura. 191.p.1.c.1
 inter Materiam cœlorum & aliorum corporũ non differre. 221.p.2.c.1
 de Materia Arist. opinio notatur. 236.p.1.c.2
 nec Materia prima est infinita, nec rerũ ortus naturaliter deficere potest. 236.p.2.c.2
 Materia vniuersa cũ mundo simul creata fuit. 236.p.2.c.1
 Materia rerum quæ nam est. 237.p.2.c.1
 Materiam rerum naturalium non esse vllum elementum. 238.p.2.c.2
 Medij apta diuisio. 80.p.2.c.2
 Mel & mustum. 260.p.1.c.1
 Membrum quid. 141.p.2.c.2
 Membrum & incisum in quo differant. 152.p.2.c.2
 Membrum quid. 153.p.1.c.2
 Memoriz mentis quis nã sit vsus. 223.p.2.c.2
 de Memoria opiniones. 315.p.2.c.1

Memo-

Tabula.

Memoriam habet solus homo ex animabus.
324.p.1.c.1
Memoria eiusdem partiscuius & visio. 316.p.1.c.1
Memoria quid. 316.p.1.c.1
Mens tota in veritate versatur. 320.p.1.c.1
Metaphysica munus. 2.p.2.c.1
Metaphysica ante alias scientias docenda. 2.p.2.c.2
Metaphora quid. 131.p.2.c.1
Metalepsis quid. 132.p.2.c.1
Meronimia quid. 134.p.2.c.1
Metrorum innumerabilia genera. 151.p.1.c.1
Misericordia quomodo tractetur. 105.p.2.c.2
in *Mer* Mistionem ortu & interitum quid inter sit. 254.p.1.c.1
Mistionis materia. 254.p.1.c.2
Mistionis forma. 254.p.2.c.2
Mistio quid sit. ibidem.
Mole quid. 261.p.1.c.2
Moralis facultatis partes qua ratione distinguantur. 55.p.2.c.1
Mortis diuisio. 333.p.2.c.1
Mors quid. 333.p.2.c.2
Mor^o definitio quavia interpretada. 87.p.2.c.2
qui Motum ex fluxu definiunt refellunt. ibid.
Motus non est diuersitas. 188.p.1.c.1
Motus cur difficilis explicatio. ibidem.
Motus definitio. 188.p.1.c.2
Motus idem actio & passio. 189.p.1.c.1
de Motu difficile argumētum explicatur. 189.p.1.c.2
in Motu quatuor res. 190.p.1.c.1
Motus per locum quid afferat. 190.p.2.c.1
Motus viuientium, in quo differat a non viuētium. 191.p.2.c.1
Motus celorum non esse tempus per se. 197.p.2.c.1
in Motu quocunq; sunt quatuor. 201.p.1.c.2
Motus non est in substantia. 201.p.2.c.2
Motu inter se commutantur qualitates tertij generis. 202.p.2.c.1
Motus non est actionis & perpeffionis. 202.p.2.c.2
Motus est in tribus modo generib. 203.p.1.c.1
Motus vnum genus suscipit intensionē & remissionem. 203.p.1.c.1

ad Motus comparādos quaedam definitiones.
203.p.1.c.2
Motus qui genere sit vnus. 203.p.2.c.1
Motus specie vnus. 203.p.2.c.2
Motus numero vnus. ibidem.
Motus vnus quod perfectus. 204.p.1.c.1
Motus qui contrarij. ibidem.
Motui cui quies repugnat. 205.p.1.c.2
Motus diuisio. ibidem.
Motus vnus numero quid esse cōtinuum. 205.p.2.c.1
Motum in instanti esse non posse. 207.p.2.1.
Motus qui ex loco sumitur prestat ceteris motibus. 209.p.1.c.1
Motus ille princeps quo in orbem aliquid fertur. 209.p.2.c.1
de Motu perpetuo Platonis sententia exponitur. 210.p.1.c.2
in Motu quocunq; oportet esse mouens & motum. 211.p.1.c.2
Motus qui conuenit grauib. & leuib. ipsa subiecta sunt. 211.p.2.c.2
de Motu eorum quæ trahuntur. 213.p.1.c.1
Motus eorum quæ projiciuntur declaratur. 213.p.1.c.2
Motus per locū adit calori & frigori. 265.p.1.c.2
Motus ab appetitu proficitur. 317.p.1.c.1
Mouens & motum distinguendum in his quæ per se mouentur. 211.p.2.c.1
ut Moueatur quod mouet non est necesse. 212.d.1.c.1
nec Mouetur quod mouet excellit alijs quæ in motu versantur. 212.p.1.c.2
quod Mouetur & proximē mouet cohercat necesse est. 212.p.2.c.1
Mouet se homo aliavi quā appetitu. 327.p.1.c.1
Multis pauca esse contraria non vnum. 42.p.1.c.2
Mundi plures non sunt. 219.p.1.c.2
Mundi partes. 228.p.2.c.2
Mundos plures esse non posse. 219.p.2.c.1
Mūdū ab æternitate esse nō posse. 216.p.2.c.2
Mundum à Deo gigni ex nihilo necesse est. 218.p.1.c.2
Mundum natura interire non posse. 220.p.1.c.1

Narra-

Tabula.

N.

Narrationis locus. 117.p.1.c.1
Narrationem quomodo quidam auctores partiantur. ibidem.
Narratio quid sit. 117.p.1.c.2
Narrationis virtutes. 117.p.1.c.2
Narrationis diuisio. 118.p.1.c.1
Narrationis illustrata diuisio. 118.p.1.c.2
Narrationis & locutionis genus. 174.p.2.c.2
Naturæ & suppositi differentia. 20.p.2.c.1
Naturæ ratio. 22.p.2.c.2
Naturalia omnia cur quidā temere esse putarunt. 186.p.2.c.2
Naturæ opera ad finem referuntur. 186.p.2.c.2
Natura quid sit. 190.p.2.c.2
Naturam causam esse quæ ad finem refertur. 218.p.2.c.2
Natura rerum caducarum ortum & interitū querit. 237.p.1.c.1
Nebulæ natura. 278.p.2.c.2
Negatio & affirmatio valet in enunciationibus copulatis. 74.p.1.c.2
Negotialis causa. 105.p.1.c.2
Necessarij explicatio. 19.p.1.c.1
Necesse & impossibile vniuersales sunt modi. 72.p.2.c.2
Niuelsis. 167.p.2.c.2
Niuis natura. 279.p.2.c.1
Nominis definitio. 61.p.2.c.1
Nominibus quamobrem casus detur. 61.p.2.c.1
Nominis diffinitio Arist. in quo reprehendi possit. 61.p.2.c.2
Nomina & verba infinita esse. 62.p.1.c.2
Notatio. 167.p.2.c.2
Nouas res cursumus cupidi audiendi. 1.p.1.c.1
Numerum re esse. 50.p.2.c.2
in Numero plus est materiæ quam in vno. ibi.
Numerus quid sit. 51.p.1.c.1
Numero eadem, ratione comparatur. 56.p.2.c.1
Numerus quid. 146.p.2.c.2
Numeri elocutionis principium syllaba breuius. 147.p.1.c.2
in Numero quid pes. 147.p.2.c.2
Numeros minutos ne sequamur cauendum. 157.p.1.c.2

Nuuis natura. 278.p.2.c.1.

O.

Occasio quid. 31.p.1.c.2
Occupatio quomodo tractet. 165.p.2.c.2
Odor quo pacto moueatur. 307.p.2.c.2
Odor quid. 307.p.2.c.2
Odoratus sensum qui habent. 308.p.2.c.1
Olci qualitas. 259.p.2.c.1
Onomatopœia quid. 133.p.2.c.2
Opinio quid. 91.p.1.c.1
Opinantur homines multa pauca sciunt. 91.p.1.c.2
Oppositio quomodo sit reddenda in effatis, quæ expositione indigent. 70.p.1.c.2
Oratio quid. 159.p.2.c.1
Oratio cur non sit quantitas. 51.p.1.c.1
Oratio quid. 62.p.2.c.1
Oratio distribuitur. 101.p.1.c.2
Oratio perpetua quid. 115.p.2.c.2
Orationis perpetuæ partes. 115.p.2.c.2
Oratio perpetua duab^o procedit vijs. 121.p.1.c.1
Orationis quinque lumina. 136.p.1.c.1
Oratio soluta. 152.p.1.c.2
Oratio soluta in tres partes diuidit. 152.p.2.c.1
Oratio temperata breuib. & longis miscenda. 155.p.1.c.2
Oratoris difficultas consumitur in cognoscendo quid deceat. 169.p.1.c.2
Ortus aliqua re nititur. 178.p.2.c.2
Ortum & interitum quidam esse negarunt. 235.p.1.c.1
Ortum & interitum esse. 235.p.2.c.2
Ortus & interitus natura. ibidem.

P.

Paranomasia quid. 140.p.1.c.1
Partes quid sint. 22.p.2.c.2
Partes quo pacto sint priores toto quomodo posteriores. 24.p.1.c.2
Partes rerum in quo genere ponantur. 46.p.1.c.2
Partes diffinitionis in quo genere ponantur. ibidem.

Yy

Par-

Tabula.

Partes acti insunt in toto, nec infinitæ. 206. p.2.c.2
 Participium quare nomen sit. 61. p.2.c.2
 Partitio. 63. p.2.c.1
 Patheticum genus diuiditur. 109. p.2.c.1
 Pati. l. agere nihil est quod nō possit. 20. p.1.c.1
 Pedes omnes ex qua proportione sint sumendi. 147. p.2.c.1
 Pedes quot sunt. 148. p.1.c.2
 Pes & metrum qua mensura sit concludendū. 149. p.1.c.2.
 Pedum similitudo ex qua re consideretur. 149. p.2.c.1
 quibus Pedibus. Cic. vehemēter delectatur. 156. p.1.c.2
 Peroratio quid. 120. p.1.c.2
 in Peroratione quid cauendum. 220. p.2.c.1
 in Peroratione variæ occasiones ad numerandum. 120. p.2.c.1
 Perorationis duæ partes. ibidem.
 Periphrasis quid. 134. p.2.c.2
 Periodus quid. 145. p.2.c.1
 Permissio quomodo tractetur. 166. p.1.c.2
 Perorationis eloquentiæ. 176. p.1.c.1
 Petri Rami error. 63. p.1.c.1
 Perceptio ab eo quod esse potest ducitur. 253. p.1.c.1
 Philopponus & alij notantur. 192. p.2.c.2
 Philosophiæ magna iactura vnde euenit. 2. p.1.c.2
 Philosophia quid. 2. p.1.c.2
 Philosophiæ partes quomodo sint distributæ. 121. p.1.c.1
 Physica quam substantiam tractat. 49. p.2.c.1
 Physici oratio. 177. p.1.c.2 (c.1)
 Physici est de materia & forma agere. 192. p.1.c.1
 inter Physica & mathemat. differre. 192. p.2.c.1
 Planetas cœlis infixos esse. 226. p.2.c.2
 Planetarum collocaationis ordo. 272. p.1.c.1
 Ploce quid. 238. p.2.c.2
 in Poemate Arist. præceptū. 122. p.1.c.2
 Poema Ariosti. quo pacto teneat. 122. p.2.c.1
 Poësis tota in quo versatur. 121. p.2.c.2
 Poeta qua re quis potissimum fiat. 121. p.2.c.1
 Poeta quis. 121. p.2.c.2

Poeta in quo vincit & imitatur historicum. 222. p.1.c.1
 Poetæ tragici & Heroici grauibus verbis abundant. 129. p.1.c.1
 Poetæ oratio. 177. p.1.c.2
 Possibilitate & contingenter esse modos speciales. 72. p.2.c.1
 Postulata quæ nam sint. 85. p.1.c.1
 Potestates quædam quomodo sint explicandæ. 38. p.2.c.1
 de Potestate Zenonis absurda opinio. 34. p.2.c.1
 de Potestate absurda opinio Auerrois. 35. p.1.c.1
 ex Potestate proxima res posse dicuntur. 36. p.2.c.1
 Præcisio quid. 161. p.1.c.2
 Præsumptio quid. 160. p.2.c.1
 Præter quomodo exponatur. 68. p.1.c.2
 Præter quomodo sit. 281. p.1.c.2
 Principium primū notissimū quo pacto redarguendi sunt qui negant. 12. p.2.c.1
 Principij diuisio & explicatio. 27. p.1.c.2
 Principia non omnia inductione sensuq; cognosci. 84. p.2.c.2
 Principia prima ex eorum natura nō ex hominum iudicio cognoscenda. 85. p.1.c.2
 Primo quod ferat nihil eius fertur. 208. p.2.c.1
 Prioris & posterioris natura. 59. p.2.c.1
 Priuantia. 40. p.1.c.1
 Priuationem non esse principium. 183. p.1.c.2
 Procella quid. 28. p.2.c.2
 Projici longè cur non possint. nec valde magna. nec valde parua. 213. p.2.c.1
 Prolepsis quid. 190. p.2.c.1
 in Pronunciatis comparandis. quid cauendum ne illudamur. 69. p.2.c.1
 Proprium quid. 19. p.2.c.1
 Pro syllogismus quid. 83. p.2.c.1
 Punctum non est quantitas. 51. p.1.c.2
 Punctum sicut vnum. ibidem.
 Punctū lineæ extremitatē in reb⁹ esse. 51. p.1.c.2
 Puncta lineæ & extremitates qua ratione in corpore sunt. 51. p.2.c.1
 Puncta tēporis quomodo percipiāt. 199. p.2.c.1
 Putredo ortui contraria. 256. p.1.c.2
 Putredo quomodo fiat. 256. p.1.c.2

Tabula.

Sol & alia sydera non esse calida. 265. p.1.c.2
 Soles duo & virgæ. 287. p.2.c.2
 Somnus quid. 338. p.2.c.2
 Somnia cuius animi partis sint. 336. p.1.c.2
 Somni sedes. 337. p.1.c.1
 Somni & vigiliæ locus. 337. p.1.c.2
 Somniorum causa. 340. p.2.c.1
 Sonant quæ corpora. 305. p.2.c.1
 Sonus in quo nam sit. 305. p.2.c.2
 Sonus quid sit. 306. p.2.c.1
 Sophistæ quæ sint. 1. p.2.c.2.
 Sophistæ ex qua re multi fuerint orti. 1. p.2.c.2
 Sotus notatur. 185. p.1.c.1
 Sotus. Buridanus. Venerus reprehenduntur. 204. p.2.c.1
 Species quas vocant intentionales non esse. 331. p.1.c.2
 Stellarum numerus. 225. p.1.c.1
 Stellæ cur quædam micent. 225. p.1.c.2
 Stellarum fixarum motum. 225. p.2.c.1
 Stellæ errantes inhærere. 225. p.2.c.2
 Stellam veneris mutasse magnitudinē & cursum. 226. p.2.c.1
 Stellarum quæ traiciuntur varios motus. 266. p.2.c.2
 Stella Magorum. 269. p.2.c.1
 scirpes sensu non participant. 298. p.2.c.2
 subiectio quid. 160. p.1.c.1
 substantia in primis est. reliqui nouem modi quia variæ substantia afficiūt. 45. p.2.c.2.
 substantia sua natura non pendet ex accidenti. 46. p.2.c.2
 substantiā vniuersalē esse substantiā. 47. p.1.c.1
 substantiam vniuersalem non esse substantiā argumēta quæ probāt explicatur. 47. p.2.c.1
 substantiæ cur inter se non pugnet. 48. p.1.c.2
 substantiæ differētiis quibus diuiditur aduersas inter se esse & in substantia reponi. 48. p.2.c.1
 substantiæ diuisio. 49. p.1.c.1
 substantiæ esse corporis expertes. ibidem.
 substantiæ corporis expertis varietates plures esse quam participes. 49. p.1.c.2
 substantia corporis particeps. physicæ subiectum. 178. p.1.c.1

substantia per se nihil agit. 186. p.1.c.2
 substantiæ mortales ex quo nam corpore consistent. 241. p.1.c.1
 substantiæ forma in quo differat à forma accidentis. 296. p.2.c.2
 suppositi & naturæ differentia. 20. p.2.c.1
 suppositum in quibus non differat à natura. 21. p.1.c.1
 sustentatio quomodo tractetur. 156. p.2.c.1
 syllogismus nouē modis constat in prima forma. 77. p.1.c.2
 syllogismi vna partitio in quinque partes. 83. p.2.c.2
 syllogismus probabilis quid sit. 91. p.2.c.2
 syneciosis quid. 139. p.1.c.1
 synonymia quid. 139. p.2.c.2

T.

Tactus qui ad physicū pertinet. 251. p.1.c.2
 Tactus subiectum. 309. p.2.c.1
 Tactus in quo genere versatur. 309. p.2.c.2
 Tactus in quo pacto primas qualitates cōprehendat. 310. p.2.c.1
 Tangendi quod instrumentum. 310. p.2.c.2
 Tantum quomodo exponatur. 68. p.1.c.2.
 Tempus & locum non esse per se quantitatis formas. 52. p.1.c.2
 Tempus non esse quibus argumētis habetur. 197. p.1.c.1
 Tempus esse probatur. 197. p.1.c.2
 Tempus non esse numerum. 197. p.2.c.2
 Tempus cœlnm non esse. 197. p.2.c.1
 Tempus esse motus. 198. p.1.c.2
 Tempus definitur. 199. p.1.c.2
 in Tempus alia cadunt per se. alia hominum institutione. 191. p.1.c.1
 Tempus quomodo vbique vnum. 199. p.2.c.2
 in Tempore quæ res sunt. 192. p.1.c.1
 Temperamenta diuersa sunt. 256. p.1.c.1
 de Temperatione aliter physicum quam medicum iudicare. 258. p.2.c.1
 Terræ figura locus & quies. 229. p.2.c.1
 Terræ locus. 229. p.2.c.2
 Terræ status. 230. p.1.c.2
 de Terræ motu refellit Copernicus. 230. p.2.c.1
 Yy 3 Terræ

Tabula.

Terræ & aquæ coagmentatio. 231. p. 2. c. 1
 Terra maior quam aqua. 231. p. 2. c. 1
 Terræ partitio. ibidem.
 Terræmotus quid. 275. p. 1. c. 2
de Terræmotu Anaxagoræ opinio refellitur.
 275. p. 2. c. 1
 Terræmotus causa. 276. p. 1. c. 1
 Terræmotus quando oriantur & eorum loca
 & signa. ibidem.
 Terræmotus quandiu durent. 276. p. 2. c. 2
de Terræmotu opinio Democriti refellitur.
 277. p. 1. c. 1
 Terræmotibus quæ terræ magis pateant. 277.
 p. 1. c. 2
 Terræ partes numerantur. 294. p. 2. c. 1
 Theologia naturalis de quo differat. 49. p. 2. c. 1
 Theologiæ munus. 55. p. 2. c. 2
 Theses quæ nam sit. 85. p. 1. c. 2
 Tonitru causa. 282. p. 2. c. 1
 Torreri quid. 258. p. 1. c. 2
 Torum quid sit. 22. p. 2. c. 1
 Torum à suis partibus quomodo differat. 24.
 p. 2. c. 1
 Totum quid amplius quam omnes partes cõ
 tineat. 24. p. 2. c. 1
 Traductionis forma. 140. p. 1. c. 1
 Tragedia & comædia ex quibus sint ortæ. 222
 p. 2. c. 2
 Tragedia qualis esse oporteat. 223. p. 1. c. 1
 Tragedia in quo differat ab Epopeia. 123. p. 1. c. 1
 Tragediam cum comædia misceri absurdissi
 mum. 123. p. 1. c. 2
 Tragedia quid sit. 123. p. 1. c. 2
 Tragedia quibus rebus perficiatur. 123. p. 1. c. 2
 Translatio quas afferat orationi utilitates. 131
 p. 2. c. 2
 Transiio. 165. p. 2. c. 2
 Tropi ducti ex non similibus. 134. p. 1. c. 1
 Tropi ex contrarijs. 235. p. 1. c. 2
 Turbo. 281. p. 1. c. 1

V.

Valesius notat. 179. p. 2. c. 1
 Vapor & exhalatio. 263. p. 1. c. 2
 Vapor quid. 266. p. 1. c. 1

Vaporem nec esse aquam, nec exhalationem
 terram. 266. p. 1. c. 2
 Vbi. 58. p. 2. c. 2
 Vbi natura. 95. p. 1. c. 2
de Ventis variæ opinioniones. 271. p. 2. c. 1
 Ventus quid. 271. p. 2. c. 2
 Ventorum materia. ibidem
 Ventorum motus causa. 272. p. 1. c. 1
 Ventorum motum esse naturalē. 272. p. 2. c. 1
*in Ventis quæ obseruantur eorum causa decla
 ratur.* 172. p. 2. c. 2
 Ventorum species. 173. p. 2. c. 2
 Ventorū varia vicissitudo probari à Solis mu
 tatione. 274. p. 2. c. 2
 Ventorum effectum. 274. p. 2. c. 2
 Verba cur non habeantur alterius modi quā
 indicantis. 62. p. 1. c. 1
 Verba prisca. 126. p. 1. c. 2
 Verba vsitata & barbara. 126. p. 2. c. 1
 Verba noua & vetera. 127. p. 1. c. 1
 Verba quomodo sint bene accommodata. 128.
 p. 2. c. 1
 Verba sublimia. 128. p. 2. c. 2
 Verba graua. ibidem.
 Verba quomodo ex literis cognoscantur. 129.
 p. 1. c. 2
 Verba grandia. 130. p. 1. c. 1
 Verba tarda. 130. p. 1. c. 1
 Verba aspera. 130. p. 2. c. 2
 Verbi definitio. 62. p. 1. c. 1
de Verbi substantiui modis. 71. p. 1. c. 2
 Verborum coniuictorum diuisio. 62. p. 2. c. 1
 Verborum suauitas quomodo estimanda. 127
 p. 2. c. 1
 Verborum virtutes. 128. p. 2. c. 1
 Verborum simplicium exornationes vnde tra
 hantur. 131. p. 2. c. 1
 Verbis grauibus abundant tragici Heroici
 poetæ. 129. p. 1. c. 1
 Verborum collocatorū proprietates reliqui cul
 tus & elegantiae in quacunque lingua fun
 damentum. 136. p. 2. c. 2
 Versus quibus omnes syllogismorū modi cõ
 prehendantur. 79. p. 1. c. 1
 Versus & metrum quid. 150. p. 2. c. 2

Versus

Tabula.

cur Putrescant res potius estu quam hieme.
 256. p. 2. c. 1
 Putredinis definitio. 256. p. 2. c. 2
 Pythagorei quare omnia ad numerum reuo
 cabant. 23. p. 2. c. 2

Q.

Qualitatis natura. 53. p. 1. c. 2
 Qualitatem non rectè dialectici definiunt.
 53. p. 2. c. 1
 Qualitatis habitus genus. 53. p. 2. c. 1
 Qualitatis genus rerum vires. ibidem.
 Qualitatis genus modus qui est actionis vel
 passionis exitus. 53. p. 2. c. 2
 Qualitatis genus modus quantitatis. ibidem.
 Qualitas cur recipiat magis & minus. ibidem
 Qualitates quæ intendi possint & remitti. 54.
 p. 1. c. 1
 Qualitatis ratio quomodo fiat. 54. p. 1. c. 2
 Qualitas separata, nec augetur, nec minuitur.
 54. p. 2. c. 2
 Qualitatis quædam formæ si remittantur, vel
 augeantur mutât genus. 55. p. 1. c. 1
 Qualia aduersa sunt. 55. p. 1. c. 2
 Qualitatis maxime proprium. ibidem.
 Qualitates quæ propriam disciplinā sibi ven
 dicant. ibidem.
 Qualitatis diuisio & stat^o inutilis est. 95. p. 2. c. 1
 Qualitatum quatuor primarum diffinitiones.
 239. p. 1. c. 2
 Qualitates quæ ex primis quatuor existant.
 239. p. 2. c. 1
 Qualitates quatuor quo pacto in cõcretis mis
 ceantur. 242. p. 2. c. 1
 Qualitates intensiores nõ efficiuntur à minus
 intensis. 252. p. 1. c. 2
 Qualitates diuiduntur in eas quæ habent fa
 ciendi & in eas quæ habent patiendi vim.
 255. p. 1. c. 1
 Qualitatum quatuor definitiones quomodo
 sint intelligendæ. 255. p. 1. c. 2
 Quando. 58. p. 1. c. 1
 Quando cum quo comparatur. 58. p. 2. c. 2
 Quantitatē varia ratio explicat Arif. 49. p. 2. c. 1
 Quantitas nõ est idē quod mēsurā. 49. p. 2. c. 2

Quantitatis rationem nõ positam esse in extē
 sione. ibidem.
 Quantitatis ratio ex Arif. sententia. 50. p. 1. c. 1
 Quantitas vera natura. 50. p. 1. c. 2
 Quantitatis diuisio. ibidem.
 Quantitas disiuncta per se est aliena à matē
 ria. ibidem.
 Quantitas coniuncta quid & eius diuisio. ibi.
 Quantitatis formæ quomodo munus suum
 soluant. 51. p. 2. c. 2
 Quantitatis solius est per se expādi. 52. p. 2. c. 1
in Quantitate magis & minus non reperitur.
 52. p. 2. c. 2
 Quantitatis proprium quid maximè. ibidem.
 Quies in instanti non est. 28. p. 2. c. 2
 Quod est pertinet ad rei naturam vt nihil ma
 gis. 5. p. 1. c. 1
 Quod est ad naturam cuiuscunque rei pene
 trare. 5. p. 2. c. 1

R.

Ratiocinandi modos inutiles. 67. p. 1. c. 1
 Ratiocinationis controuersia. 107. p. 2. c. 2
 Ratio recta tradēdæ doctrinæ quomodo vno
 præcepto, contineatur. 121. p. 1. c. 2
 Ratiocinatio quid. 59. p. 2. c. 2
 Rhetoricæ & Dialecticæ vires & utilitates. 14
 p. 1. c. 2
 Rhetorica quid sit. 14. p. 2. c. 1
 Rhetorica & Dialectica in quo differant. 14.
 p. 2. c. 1
 nec Rhetores, nec Dialectici norunt ad quem
 inueniendi ars pertineat. 92. p. 1. c. 1
 Rhetorica perficit loquendi vim. 122. p. 2. c. 2
inter Rhetoricam & dialecticam differre. ibi.
 Rhetorica omnibus linguis communis & in
 quo differat à grammatica. 125. p. 2. c. 2
 Rhetoricæ pars quæ de numeris agit subijcitur
 musicæ. 14. p. 1. c. 1
quæ Referuntur inter se simul natura. 57. p. 1. c. 2
quæ Referuntur se inter se declarāt. 57. p. 2. c. 1
quæ ratione Referuntur ad alterum quatuor ge
 nera vltima. 58. p. 2. c. 1
in Relationibus magis & minus quomodo re
 periantur. 57. p. 1. c. 2

Yy 2 Rela

Tabula.

Relationum capita. 56. p. 2. c. 2	Scientiam quæ attinet non omnia demon- strantur. 89. p. 1. c. 2
Rem esse, ponendum non demonstrandum est. 85. p. 1. c. 2	Scientiarum genera nõ ex varijs rebus, sed ex varia rerũ cõsideratione ducuntur. 90. p. 1. c. 1
Rem in effectu esse per se ipsam non per rem aliam. 5. p. 2. c. 1	Scotus & alij refelluntur. 197. p. 1. c. 1
Res multis esse modis. 4. p. 2. c. 2	Secari. 162. p. 2. c. 2
Res idem quod ens. 6. p. 1. c. 2	Seminis animalis natura. 260. p. 1. c. 1
Res quid sit ex alio nõ cognosci, sed per se. 85. p. 1. c. 1	Sensus quod sit genus. 299. p. 1. c. 1
Res scrutates potius certum quam perspicuũ querunt. 85. p. 2. c. 1	Sensus non est actio. ibidem.
Reprehenso vera quid. 111. p. 2. c. 2	Sensus definitio. 299. p. 2. c. 1
Reprehenso fallax quid. ibidem.	Sensu quæ mouentur eorũ diuisio. 300. p. 1. c. 1
Reprehensionis fallacis genera duodecim. 112. p. 1. c. 1	Sensuum communia specie sua non mouent sensus. 300. p. 2. c. 1
de Risu præcepta vana. 111. p. 1. c. 1	Sensus quo pacto patiat. 300. p. 2. c. 2
Rodolphi & Rami error. putantium dialectici esse de quacũq; re proposita dicere. 93. p. 2. c. 1	Sensus labefactatio quo pacto contingat. 301. p. 1. c. 1.
Roris & pruinæ natura. 28. p. 1. c. 1	Sensus quomodo qualitates percipiat. ibidẽ.
S.	Sensus quinque tantum esse. 311. p. 2. c. 2
Sanguinis natura. 259. p. 1. c. 2	Sensum moueri, licet eum contingat quo in eum cadit. 312. p. 1. c. 1
Sapor falsus cui nã rei sit proprius. 291. p. 2. c. 1	Sensus & rei substantiæ eundem esse actum. 312. p. 2. c. 1
Saporis vim in aqua non consistit. 308. p. 2. c. 1	Sensus quomodo circa res aduersas vno tem- pore se habeant. 312. p. 2. c. 2
Saporem in humore non esse sitũ. 308. p. 2. c. 2	Sensum non esse communem. 113. p. 2. c. 2
Saporis tota ratio vnde petenda. ibidem.	in Sensus aliquid relinqui postquam sensus cessarunt. 336. p. 2. c. 1
Sapor quid. 309. p. 1. c. 2	Sententia quomodo tractatur. 164. p. 1. c. 1
Scientia rerum iucundissima. 1. p. 1. c. 1	Significatio Emphasis. 168. p. 2. c. 2
Scientiarũ magistri cur viles valde sint. 1. p. 1. c. 2	Similis ratio. 39. p. 1. c. 1
Scientiarũ difficultatis quæ causa magna fue- rit. 1. p. 2. c. 1	Simul. 59. p. 2. c. 2.
Scientia vniuersa rerum quomodo facillẽ trad- di possit. 2. p. 1. c. 2	Similiter cadẽs & similiter desinẽs. 140. p. 2. c. 2
Scientiam aliquam alteri esse subiectam quid sit. 14. p. 2. c. 1	Simile non patitur à simili. 252. p. 1. c. 1
Scientiæ & artes quot versentur in quantita- te. 52. p. 2. c. 2	Simploce quid. 138. p. 1. c. 2
Scientia quomodo ex his quæ certa sunt com- paratur. 86. p. 1. c. 1	Sinedoche quid. 134. p. 1. c. 1
Scientia quid sit. 86. p. 1. c. 2	Singularis quid sit. 14. p. 2. c. 2
Scientiam non præbent res singulæ quatenus tales. ibidem	Singulare hæcceitate non fieri. 16. p. 2. c. 1
Scientia ex ratiocinatione charior est quam ex inductione petita. 86. p. 2. c. 1	Singulares intelligentia cerni. 323. p. 1. c. 1
Scientiæ principia alia propria, alia communia 88. p. 1. c. 1	Singulare quid sit non rectẽ sola materia expli- cari. 16. p. 2. c. 2
	Singulæ rei & indiuiduæ causæ. 17. p. 1. c. 1
	Singulam rem propria specie non cognosci. 325. p. 2. c. 2
	Singulæ res ordine naturæ notiores more ve- ro nostro vniuersæ. 86. p. 1. c. 2.
	Situs diuisio & natura. 59. p. 1. c. 2

Tabula.

Versus quomodo sit faciẽda partitio. 151. p. 2. c. 1	Vitæ cursũ lucernę flãmã imitari. 336. p. 1. c. 2
Versus ad quot tempora potest protrahi. 152. p. 1. c. 1	Vniuersaliora quomodo notiora nobis. 3. p. 1. (c. 1)
Verruntur se res aliæ in alias facillẽ, vel difficilẽ 144. p. 2. c. 2	Vniuersa res quid sit. 14. p. 2. c. 2
Verum & falsum quomodo contraria sint. 42. p. 2. c. 2	Vniuersæ res probantur esse. 15. p. 1. c. 1
Verum duplex. 225. p. 1. c. 1	de Vniuersis rebus opiniones auctorum. 15. p. 1. c. 2
Verum. 7. p. 2. c. 1	Vniuersale sine mentis ope constare nõ posse absurdum est. 16. p. 1. c. 1.
Verum mentis quid. 325. p. 2. c. 2	Vniuersalis Porph. rij distributionem non esse bonam. 17. p. 2. c. 1
de Vero quo pacto quidam philosophi locuti sint. 12. p. 2. c. 1	in Vniuersarum rerum reuocatione ad singu- las quid obseruandum. 65. p. 2. c. 1
Vigilia quid. 33. p. 2. c. 2	Vniuersas res esse natura notiores quã singu- las. 88. p. 2. c. 1
Virgæ & duo soles. 287. p. 1. c. 2.	Vnum. 6. p. 2. c. 1
Vis quæ in primis dicitur. 19. p. 2. c. 2	Vna res quæ nam sit. 326. p. 1. c. 1
Vis & actio. 34. p. 1. c. 1	Vnum quo pacto sit in multis. 16. p. 1. c. 1
Vis quid. 34. p. 1. c. 2	Vnum in quo differat ab eodem. 38. p. 2. c. 2
Vis & imbecillitas eadem. 34. p. 2. c. 2	Vnum & multa quo pacto sint inter se affecta 42. p. 2. c. 1
Vis diuiditur. 35. p. 1. c. 2	Vnius natura quatenus spectat ad numerum qui est in genere quantitatis. 30. p. 2. c. 1
Vis vel rationis compos vel impos. 35. p. 2. c. 1	Vnum omnia esse cur quidam crediderunt. 179. p. 1. c. 1
Vires quẽdã pariter & actiones esse. 36. p. 2. c. 2	Voluntatis munus pati. 327. p. 1. c. 2
Vis Dei infinita. 218. p. 2. c. 1	Voluntas qua ratione mouetur. 227. p. 2. c. 1
Vis nulla magis est naturæ accommodata quã vt sui simile faciant quæ viuunt. 298. p. 2. c. 1	Voluntas liberi arbitri compos. 328. p. 1. c. 1
præter Visionẽ alia est interior facultas. 314. p. 2. (c. 2)	de Voluptate in physica differẽdũ. 328. p. 2. c. 2
Visio quid. 315. p. 1. c. 1	Voluptatem non esse malum, nec sumum bo- num. 328. p. 2. c. 2
Vita quid. 322. p. 1. c. 2	Voluptatem non esse motum. 329. p. 1. c. 1.
Vita animatarũ rerũ spiritu tenet. 333. p. 1. c. 1.	Voluptatem non esse expletionem. ibidem.
Vita quid. 322. p. 1. c. 2	Voluptatem non esse quietem. ibidem
Vita in quo posita sit. 297. p. 1. c. 2	Voluptas est in genere sensus. 329. p. 1. c. 1
Vitæ vim in calore totam non esse possitam. 331. p. 2. c. 1	Voluptas qui nam sensus sit. 329. p. 2. c. 1
Vitæ varia genera. 297. p. 1. c. 2	Voluptas quid sit. 330. p. 1. c. 1
Vitæ sedes quæ nam res sit. 332. p. 2. c. 2.	Voluptates duplices. ibidem.
Vitæ breuis & diuturnæ causa ex spiritu su- menda est. 334. p. 2. c. 2	Vox quid. 30. 6. p. 2. c. 2.
Vitæ longioris ratio tribus capitibus contine- tur. 334. p. 2. c. 2	

Finis Tabulæ.

